BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
21/D
41

13 – 25. F. 31.

Digitized by Google

TRACTATVS NOVISSIMVS DE CASIBVS, ET CENSVRIS EPISCOPIS RESERVATIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE
CASIBVS, & CENSVRIS
RESERVATIS,

Tàm in Genere, quàm in Specie
Tractatus abſolutiſſimus,

Confeſſarijs omnibus, nedum Bergomenſis, ſed cuiuſcunque Diœceſis pro praxi quotidiana fori Sacramentalis planè neceſſarius,

AVCTORE ADM. R.P. IGNATIO LVPO
Bergomen. Strict. Obſeru. Min. S. Franciſci S.T. Lect. gen., & totius Reformæ Brixien. Cuſtode.

IN HAC SECVNDA EDITIONE

Iuxta nouiſſimas Doctorum ſententias, Conſtitutiones Apoſtolicas, & opinionum damnatarum reprobationes

ADDITIONIBVS AMPLISSIMIS
Emendatus, & auctus

A REV.MO D. MARTINO ANTONIO GVERRINO,
S. T. P., & I. V. D. Canonico Cathedralis Bergomen. & in S. Inquiſit. Off. Reorum Aduocato.

AD ILLVSTRISSIMVM D. D. ABBATEM
POMPILIVM PELLICIOLIVM
S. T., & I. V. D. Canon. Cathedralis Bergomenſis, Digniſſimum Vic. Epiſc. Generalem.



BERGOMI, Ex Typographia Rubeorum. M. DC. LXXXI.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO D. D. ABBATI

POMPILIO PELLICIOLIO

S. T., & I. V. D. CAN. CATH. BERGOMEN.
Ac eiuſdem Ciuitatis, & Diœceſis

VICARIO EPISC. GENERALI.

QVÆ ſunt Cæſaris, damus Cæſari, Ill.mo Domine, dum rem tibi reſeruatam, tibi reſeruamus, tibi ſiſtimus. Nunquam auſi fuiſſemus umbras præli noſtri clariſſimæ ſapientiæ tuæ nuncupare, niſi Lupi clarum opus illuſtri acceſſione recuſum trepidis nobis, & ualeu pluſquam nomine RVBEIS aditum aperuiſſet. Magno libro magnum nomen debebatur, nec illud aliundè petendum, quam è Sacra Curia, cuius explicat Iura. Id præſtitimus electione tui Ill.mi Domine, qui per ſublimiora Eccleſiaſtici regiminis munia ad eos gradus floridis annis iam aſcen-

diſti,

Digitized by Google

diſti, quos, conſociatis meritorum laureis, vix ſola ſpondet ſenectus. Patet vigilantia multiplicibus curis ſufficiens, cunctis, & ſingulis par humanitas, impeditiſſimis rebus prudentia, difficillimis fortitudo, obſcuris iuſtitia, quibus iuxta cor Ill.^mi, & Reu.^mi Domini noſtri Epiſcopi Iuſtiniani *formatus, veriſſimam, & ad viuum tanti Præſulis repreſentas imaginem. Exultat patria Bergomenſis, dum cernit ſibi peperiſſe Heroem, quo tot annorum curriculo regeretur, educaſſe filium, quem ſemper revereri debet, vt patrem. Regnant in te vno virtutes omnes, quæ ab cunis animo inſitæ breui euoluto annorum ſtadio magnitudinem ſuam impleuerunt. Patere igitur, profuſa in omnes nota benignitate, vir ampliſſime, vt à PELLIBVS tuis Rubeani typi, non ſecus ac ab aureo VELLERE lucem mutuent: & dum volumini manum admoues ſoſpitatricem Vale, & vna tecum Eccleſia, & Cleri noſtri fœlicitas conualeſcat.*

Sic precantur Dominationis tuæ Ill.^mæ

Humillimi, & Addictiſſimi Serui
Rubei Impreſſores.

Appro-

Approbationes ex parte Superiorum Religionis.

EX commiſſione mei Superioris ego Fr. Hieronymus Combonus Salodienſis, Theologus, Hebraicæ linguæ Lector, olimque Pœnitentiarius Lateranenſis ſub SS. D. N. PP. VRBANO VIII. Ordinis Minorum Strictioris Obſeruantię Prouinciæ Brixiæ; perlegi, accurateq; examinaui Opus compoſitũ ab Adm. R. P. F. Ignatio Lupo à Bergomo Concionatore, Sacræq; Theol. gñali. Lect. eiuſdem Ordinis, cuius titulus incipit; *Commentaria in Cenſuras, & Caſus reſeruatos*; In ipſoq; nihil reperi, quod Fidem Catholicam, bonoſq; mores offendere poſſit, imò potiùs in omnibus explicandis, quæ hanc materiã concernere poſſunt, tantam in eo eruditionẽ inueni, vt typis dignum, & omnibus Confeſſarij ſuperutilem eſſe cenſeam. In quor. fidem has præſentes manu mea ſubſcriptas dedi.
Datum Bergomi in Conuentu S. Mariæ Gratiarum die 12. Aprilis 1633.

Fr. Hieronymus, qui ſupra.

Ego Fr. Ioanes à Curtenoua Ord. Min. Regularis Obſer. Reformatus Lect. gen. Sac. Theol. ex mei Superioris mandato hunc ingenti animi mei gaudio legi librum, cui titulus eſt, *Commentaria in Cenſuras, &c.* ab Adm. R. P. Ignatio Bergomate eiuſdem Inſtituti Sacræ Theol. Lect. gñali elaboratum, in quo nihil reperi, quod Catholicã Fidẽ, bonos mores, Conciliorũ Decreta, Eccleſiæq; dogmata offendere poſſit; quinimò doctrinam ſanam, vtilemq; omnibus Confeſſarijs tùm Sæcularibus, tùm Regularibus Sacramentũ Pęnitẽtiæ dignè adminiſtrare volẽtibus, animaduerti; adeoq; dignũ typis fore exiſtimem demandandũ. In quor. fidẽ, &c.
Ex Conuentu S. Mariæ Pacis Alzani die 26. Aprilis 1633.

Fr. Ioannes, qui ſupra.

Fr. Ioannes Baptiſta à Deraria Reformæ Brixienſis Cuſtos. Cum partem iſtã Commentariorũ circa caſus Illuſtriſs., & Reuerendiſs. Bergomen. Epic. reſeruatos à P. Ignatio Lupo noſtræ Reformæ à plurimis annis Theologiæ, tùm ſpeculatiuæ, tùm practicæ Lect. compoſitam, duo ex eiuſdem Reformæ Theol. quibus id per nos, ac alios Superiores pro tempore exiſtentes id cõmiſſum fuit, recognouerint: ac in lucem edi poſſe probauerint, facultatem, ẽt annuente Gñali Miniſtro conceſſimus, vt typis mandetur, ſi ità Superioribus, quibus de iure, placuerit. In quor. fidẽ has noſtras manu propria ſubſcript. & noſtro ſigillo munitas dedimus.

Fr. Io. Baptiſta à Deraria Cuſtos, qui ſupra.

Approbationes ex parte Reuerendiſs. P. Inquiſitoris Bergomi.

HÆc M. R. P. Ignatij Lupi intèr Min. Obſeru. Reformat. præcipua lumina iure referendi, Commentaria; cũ ego infraſcriptus nomine Perill. & Reuerendiſs. Inquiſitoris Bergomi ad noui Indicis regulas expenderim, nihil offendi, quod pietatem, quod bonos mores, quod Principum dignitatẽ offendat; digna idcirò duxi, quæ data typis prodeant in lucem. In quor. fidem, &c.

Alexander Tertiùs S.T.D. Eccl. Cathed. Canon. Theologus.

EX mandato Reuerendiſs. Patris Io. Baptiſtæ Raimondi Inquiſitoris Bergomi vidi, ac diligentèr perlegi tractatum, cui titulus eſt, *Commentaria in Cenſuras, & Caſus reſeruatos*; ab Adm. R. P. Ignatio Lupo compoſitum, nihilq; in eũ rectæ Fidei contrarium, aùt bonis moribus reperi: immò omnia clarè, dilucidèq; pertractata, & ſolidè firmata, vt maximè vtile cenſeam futurum opus iſtud.
In quor. fidem hæc manu propria ſcripſi, & firmaui die 17. Septembris 1634.

D. Angelus Maria Moronus Clericus Regularis Theatinus.

Appro-

Digitized by Google

Approbatio ex mandato Perilluſtris, ac Reuerendiſſimi Vicarij Generalis Bergomi.

COmmentaria in Cenſuras, ac Caſus reſeruatos ab Adm. R. P. Ignatio Lupo Strictioris Obſeru. Reformatorum erudite confecta, mandante mihi Perill. ac Reuerendiſs. Vicario dicti Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Epiſcopi perlegi, nihilq; in ijs reperi, quod Catholicæ Fidei, aut bonis moribus aduerſetur.

D. Theodoſius Valuaſſorius Clericus Regul. S. T. D.

Imprimatur.

Fr. Io. Baptiſta de Raimondis Inquiſitor Generalis Bergomi.

Imprimatur.

Io. Baptiſta Medolacus Canonicus Vic. Gen.

Adi 23. Agoſto 1635.

NEl libro intitolato, *Commentaria in Cenſuras, &c. R. P. Ignatij Lupi Reformatorum S. Franciſci &c.* manuſcritto in quarto, diſtinto in due Parti. La prima di carte 240. Incomincia *Diſtinctio prima &c. Quia huiuſmodi*, finiſce *Deo, vel homini*. La ſeconda parte di carte 163. Incomincia *Prima pars, &c. Agitur hic &c.* finiſce *Sæculorum. Amen. Epheſiorum cap. 3.* non ſi troua (*exceptis pro nunc undecimo, & duodecimo ſupradictæ ſecundæ partis Caſibus, donec &c.*) coſa alcuna contra la noſtra Santa Fede, &c.

Commiſſarius Sanctiſs. Inquiſitionis Venetiarum.

Adi 6. Ottobre 1635.

NElli due capi 11. e 12. dell'Opera del P. Ignatio ſopra li Caſi riſeruati da Monſig. Illuſtriſs. e Reuerendiſs. Veſcouo di Bergomo, ſcritti à mano in quarto di carte 27. non vi è coſa contro la Santa Fede Cattolica, &c. per la quale non ſi poſſino ſtampare; purche nel fine di detti capitoli ſi ſtampi la correttione mandata dal P. noſtro Nicolò Ricardi Maeſtro del Sacro Palazzo.

Inquiſitor Venetiarum.

Additione del Reuerendiſſimo Padre Nicolò Ricardi Maeſtro del Sacro Palazzo all'undecimo Capo.

TAndem admonebit, ſi blaſphemia ſit hæreticalis, aut aliàs atrox quantum interſit pœnitentis, vt adeat Sanctum Officium abſolutionem etiam in foro externo impetraturus, ſi ſponte compareat, ne ab alijs præuentus, etiamſi in foro interno abſolutus (vt aliquando poteſt contingere in Iubilæis) puniatur pro ſupplicij qualitate. De cætero ſciat meus lector, hæc, quæ dicta ſunt per ordinem doctrinæ: propterea quod in Tabulis Epiſcopalibus reperiũtur, ad S. Inquiſitionis Tribunal pertinere, & neminem Confeſſarium, etiam habentem reſeruata Epiſcopo illa abſoluere.

His additis cenſeo imprimi poſſe reliqua huius capitis.

Fr. Nicolaus Ricardus Sac. Pal. Apoſt. Magiſter.

Addi-

Additione dell'iſteſſo Maeſtro del Sacro Palazzo al duodecimo Capo.

TAndem admonebit pro qualitate ſortilegij, ac ſuperſtitionis quantum interſit pœnitentis, vt adeat Sanctum Officium abſolutionem. Cetera ſequentia ſunt prout ſupra ad litteram.

His additis cenſeo imprimi poſſe reliqua huius capitis.

Fr. Nicolaus Ricardus Sac. Pal. Apoſt. Magiſter.

EX commiſsione Reuerendiſsimi Patris Pauli Hieronymi de Morettis S.Th. Magiſtri, & Inquiſitoris Generalis Bergomi additiones ingenioſiſsimè factas à peritiſsimo, & Reuerẽdiſſimo D.Martino Antonio de Guerrinis Canon.Cathed. I. V. D Adu. S. Officij, libro doctiſsimi Patris Ignatij Lupi, cui titulus inſcribitur de *Caſibus*, *& Cenſuris reſeruatis*, *&c.*, mente, & animo luſtraui, & inſpexi, & nihil in eis inueni, quod vel fidei puritatem, vel morum probitatem offendat; quare cenſeo Typis mandari poſſe, eoquè libentius, quòd vtilliſmas eſſe iudico omnibus Confeſſarijs pro ſuo munere ritè, & rectè exercendo.

Ego Fr. Ioannes Franciſcus Benuenutus à Bergomo S. T. Lect. priuilegiatus Congreg. Auguſtinianæ Obſeru. Lomb., ac SS. Inquiſit. Conſultor.

Stante ſupradicta atteſtatione. *Imprimantur*.

F. Paulus Hieronymus Moretti Inquiſitor Generalis Bergomi.

Adi 20. Nouembre 1635.

HO' veduto io Gaſparo Louigo il libro manuſcritto in quarto, intitolato, ***Commentaria in Cenſuras, & Caſus reſeruatos, P. Ignatij Lupi Bergomenſis***, nel qual non hò ritrouato coſa alcuna contraria à buoni coſtumi, nè all' intereſſe de Prencipi, perilche non poſſi eſſer dato alla ſtampa. In fede di che, &c.

Vincenzo Capello Proc. Reformator.
Angelo Contarini Cau. Reformator.

Girolamo Cauazza Secret.

Digitized by Google

TABELLA ERRATORVM.

Errata impreſſionis grauiora ſic corrigenda, leuia Lectori delegantur.

Pag. 4. lin. 9.	negat. Parochum	negat Parochum
Pag. 4. lin. 10.	Capenuille	Capeauille
21. lin. 10.	Simoniæ	ſimoniacè
25. lin. 41.	Sayar.	Sayr.
29. lin. 28.	Diuina	Diuini
42. lin. 19.	Abſolutionæ	Abſolutione
50. lin. 18.	Comiſſa	Commiſſa
50. lin. 20.	Quin	Quia
56. lin. 31.	ſienda	ſcienda
56. lin. 33.	Inaduertens	Inaduertentes
56. lin. 37.	ampleſtitur	amplectitur
56. lin. 40.	medela	medelam
57. lin. 1.	medela	medelam
57. lin. 3.	annectitur	annectuntur
57. lin. 4.	imponitur	imponuntur
168. lin. 12.	titulo. 4.	tomo. 4.
168. lin. 15.	aut concordari	an concordari
176. lin. 2.	in triduum	intra triduum
176. lin. 3.	verbo	verbi
182. lin. vltima.	Grimanæ ſinodus	Grimanæ ſynodi
185. lin. 13.	noſtræ ſynodus	noſtræ ſynodi
228. lin. 25.	Vide	Ita
248. lin. 12.	D.D. Thoma	D. Thoma.
288. lin. 12.	Ædita	Edita
295. lin. 21.	cuno ſolum	tunc ſolum
301. lin. 9.	maior dubium	maius dubium
339. lin. 16.	Priulæ	Priula
340. lin. 6.	Feratem	Cratem
340. lin. 10.	connertitarum	conuertitarum
341. lin. 8.	Aquilam	Auilam
372. lin. 24.	ſudomiticè	ſodomiticè
391. lin. 10.	corruant	corruat
408. lin. 35.	affectionis	aſſertionis
409. lin. 10.	prætio	pretio
409. lin. 20.	ſcecus	ſecus
409. lin. 19.	aditrione	additione
425. lin. 13.	ex officio pertinet	ex officio incumbit
456. lin. 31.	Tamburrin.lib.5. iuris Diuini	Tamb. lib.5.ro.2. iuris Diuini
471. lin. 21.	Leſsius cap. 12.	Leſsius. cap.13.
478. lin. 35.	propriè	propriæ
533. lin. 5.	Aleſſandro	Alexandro
568. lin. 15.	temeratoreſi pſarum	temeratores ipſarum
568. lin. 16.	factus quoſcunque	tactus quoſcunque
608. lin. 10.	deſectu	deſectu

AV-

AVCTORIS PRÆFATIO AD LECTOREM.

QVI doctrinam aliquam tractandam ſuſpiciunt, quædam capita, quæ Græci prologomena iſagogaſuè appellant, pręmittere conſueuerunt, vt lectores ad lectionem libri inſtructiores, promptioreſquè reddantur. Ea verò ſunt quorundam nominum pręcognitio, tractandi modus, ſeù cauſa formalis, quæ motiua, quoſuè fines habuerit Auctor in opere conficiendo, quæ libri neceſſitas, ad quam partem philoſophiæ ſit tractatio referenda, quæ inſcriptio libri, proteſtatio, maximè ſi liber pertineat ad conſcientiā, quæ deniq; ſit totius operis diuiſio. Quę omnia cū ex prima operis inſpectione de ſe pateāt ſine obſcuritatis nota negligi poſsūt. Eſſet videndum de operis Auctore, & de libri materia; ſed hæc etiam conſultò omittuntur cū de ſe ſint perſpicua. Verùm, id quod te in primis ad lectionem alliciet, noueris Commentaria hæc fuiſſe per peritiſſimos viros non ſemel, ſed iterum, ac tertiò excuſſa, & cribrata, maximè per quendam Eccleſiaſticum Doctorem, in Iuriſprudentia, & morali Theologia excellentiſſimum; ideò dulcior erit fructus poſt multa pericula ductus. Et egomet inueteratos in practica Theologica, legaliq; ſæpè ſæpiùs conſului; cum iam ſatis callerem prologium illud; *Quod noua teſta capit, inueterata ſapit*. Vt autem ex his congruum colligas fructum, te admoneo, vt ad hæc legenda non te moueat Commentatoris auctoritas, quæ nulla eſt, ſed, quod commentatur, attendas. Atq; vt meæ tenuitati, & imbecillitati ignoſcere ſtatuas, propono tibi prouerbium illud, Facile bellum inexpertis, difficillimum eſſe multa in pauca contrahere: nihil quod deſideretur omitti, cum pèrſpicuitas cum breuitate co-

coniungitur, inuentaquē ad certa artis præcepta reuocantur. Si quid igitùr minus cautè, minuſuè ſapientèr me docuiſſe viderís, candido animo, lege, euolue, corrige, vbiq; memor humanitatis. Homo ſum, hominis eſt labi, errare falli. Memineris te item quouis ingenio, doctrina, & rerum experientia præſtantem, hominem tamen eſſe, qui dum aliorum ſcripta coarguis, decipi, & errare facilè poſſis, itidē facilùs eſſe videre alienum errorem, quam ſuum, ad notata per *Gloſ. in l. Error, verbo error, in fi. C. de Iuris, & facti ignorantia*. Sileant tamèn illi, qui ſcripta tantùm percurrunt, eaquè nō percurant, *Iaſon. in Proem. Inſtit. de Act.* Ad hos pertinet illud. Inciuile eſt, niſi tota lege inſpecta, aliquam eius particulam propoſitam iudicare, *l. In ciuile, ff. de Legibus*: nam non poteſt quis ex vnico actu iudicari bonus, vel malus, vel induſtrioſus, *l. 1. C. Qui. & aduerſ. quos.* Vale

Totius operis diuiſio.

Diuiditur hoc Commentariorum opuſculum in duas partes, in quarum altera habentur caſuum reſeruatorum generalia: in altera verò ſpecialia cuilibet caſui in Diœc. Berg. reſeruato.

Prima pars ſubdiuiditur in viginti quatuor diſtinctiones.

Secunda verò pars ſubdiuiditur in ſexdecim caſus.

Diſtinctiones primæ partis adhùc ſubdiuiduntur in articulos, & articuli in difficultates, & quælibet etiam difficultas in ſuas diuiditur partes.

Caſus verò, qui in altera parte habentur, itidem in paragrapha diſtinguuntur.

IN

INDEX
SINGVLARVM DISTINCTIONVM, quæ in prima parte horum Commentariorum continentur.

DE præludijs, Diſtinctio I. pag. 1
De accidentibus caſuum reſeruatorũ, Diſt. II. 12
De ignorantia tùm Confeſſariorum, tùm Pœnitentium circa caſus reſeruatos, Diſt. III. 33
De his, qui comprehenduntur ſub caſibus Epiſcopalibus, Diſt. IV. 45
De integra peccatorum reſeruatorũ confeſſione, Diſt. V. 67
De poteſtate ſimplicis Confeſſarij circa cenſuras nemini reſeruatas, Diſt. VI. 75
De poteſtate ſimplicis Confeſſarij circa caſus reſeruatos, & de facultate pœnitentis itidem circa caſus reſeruatos, Diſt. VII. 90
De poteſtate generali Confeſſariorum circa reſeruatos caſus, & cenſuras item reſeruatas, & facultate paſſiua pœnitentium caſibus reſeruatis, aùt cenſuris itidem reſeruatis obſtrictorum, Diſt. VIII. 103
De poteſtate Confeſſarij, & onere pœnitentis circa mortis articulum reſpectu reſeruationis, Diſt. IX. 114
De extenſione facultatis Confeſſarij actiua, & pœnitentis paſſiua, quò ad caſus reſeruatos, Diſt. X. 130
De Priuilegijs circa reſeruationem caſuum tùm Confeſſarijs, tùm pœnitentibus conceſſis, Diſt. XI. 137
De Pœnitentiariorum, & delegatorum facultate circa reſeruatos caſus, Diſt. XII. 148
De Confeſſario cenſura obſtricto, aùt dubioſo, & item de Sacerdote caſu reſeruato impedito, Diſt. XIII. 161

De

De Confeſſario in crimine carnali complice, quò ad ea, quæ reſeruationem reſpiciunt, Diſt. XIV. pag. 176
De conſtitutionibus Synodalibus circa ea, quæ caſus reſeruatos reſpiciunt, Diſt. XV. 188
De mandatis ſub forma tàm Epiſcopi, quàm Papæ circa caſus reſeruatos, aùt cenſuras, Diſt. XVI. 206
De violantibus Epiſcoporum ſtatuta reſeruationem reſpicientia, Diſt. XVII. 213
De his, quæ per mortem Epiſcopi circa reſeruationem caſuum tàm à Confeſſarijs, quàm pœnitentibus auferuntur, Diſt. XVIII. 223
De auctoritate Epiſcopi circa caſus Papæ reſeruatos, & ſimplicis Confeſſarij circa caſus Epiſcopo reſeruatos, Diſt. XIX. 230
De Confeſſario inualidè abſoluente à caſibus reſeruatis, Diſt. XX. 241
De poteſtate abſoluendi à cenſuris, & à caſibus reſeruatis Iubilæi tempore, Diſt. XXI. 244
De poteſtate Iubilæi circa cenſuras, & caſus reſeruatos, 256
De poteſtate abſoluendi à cenſuris, & à caſibus reſeruatis Iubilæi tempore, 265
De pœnis abſoluentium ſine facultate à caſibus reſeruatis tàm Papæ, quàm Epiſcopis. Et de abſoluente iure ordinario, vel delegato, Diſt. XXII. 283
De comparatione excommunicationum inter ſe, reſeruationem reſpiciente, Diſt. XXIII. 289
De formis ſeruandis in abſolutione à cenſuris, & in diſpenſationibus circa iuris impedimenta, Diſt. XXIV. 301
De formis in ſpecie ſeruandis circa abſolutionem à cenſuris, 302
De formulis in ſpecie circa impedimenta canonica. 310

INDEX

MATERIARVM PRINCIPALIVM,

Seù Caſuum, in ſecunda parte expoſitorum.

1 DE excommunicatione maiori, 320
2 De Suſpenſione, 335
3 De Interdicto, 349
4 De inceſtu in conſanguinitate, 363
5 De inceſtu in affinitate, 375
6 De legatorum piorum ſolutionem differentibus vltra ſtatutum tempus, 372
7 De non dimittentibus ſtatuto tempore adminiſtrationem locorum piorum redditis rationibus, quibus debent, 396
8 Item de non perſoluentibus finito tempore reipſa id quod debent ſucceſſoribus in adminiſtratione piorum locorum, 396
9 De ijs, qui conducunt bona piorum locorum, quæ adminiſtrant, 405
10 De ijs, qui adhibita fraude locant bona itèm piorum locorum, quæ ſimilitèr adminiſtrant, 405
11 De Notarijs intra tempus in tabella taxatum non denunciantibus legata pia, 415
12 De deponentibus falsũ teſtimoniũ in iudicio, 428
13 De compellentibus timore incuſſo ad deponendum in iudicio falſum teſtimonium, 442
14 De perſuadentibus prece itèm ad deponendum

falſum

falum teſtimonium in iudicio, 442
15 De corrumpentibus pretio ſimilitèr ad deponē-
dum falſum teſtimonium in iudicio, 442
16 De committentibus homicidium voluntariū, 447
17 De mandantibus homicidium, 465
18 De conſulentibus itidem homicidium, 473
19 De procurantibus abortum, 480
20 De conſulentibus itèm abortum, 580
21 De prę̄ſtantibus operam ad abortū patrandum, 480
22 De opprimentibus filios ex negligentia, 495
23 De cōmittentibus nefandū ſodomiæ peccatum, 504
24 De coeuntibus cum brutis, 513
25 De blaſphemantibus ex profeſſo, 519
26 Item de blaſphemantibus ex conſuetudine, 519
27 De exercentibus magicas artes, 540
28 Item de exercentibus ſortilegia, 540
29 Itidem de exercentibus ſuperſtitiones, 540
30 De vtentibus magicis artibus, ſortilegijs, ſuper-
ſtitionibuſuè, 540
31 De abutentibus Sacramentis, ſacramentalibus,
aùt ſacris rebus ad magicas artes, 540
32 De violantibus Moniales etiam extra clauſtra, 565
33 De tentantibus violare ipſas Moniales etiam
extra clauſtra repertas, 565
34 De percutientibus parentes, 580
35 De inferentibus virgini ſtuprum violentum, 590
36 Additio de caſu XVI. nuper aucto tabellæ, cir-
ca conſentientes in proſtitutionem filiæ, aut
vxoris, 602

IN

IN NOMINE IESV.

COMMENTARIORVM
In caſus, ac cenſuras reſeruat.
PARS PRIMA.

DISTINCTIO PRIMA.
De Præludijs.

QVia huiuſmodi diſtinctio reſpicit tum caſus diffinitionem; tum mentem Ordinarij, & dubia circa eius caſus reſeruatos emergentia; tum etiam Confeſſarij quietem, & Commentatoris excuſationem; idcircò diſtinctio hæc in tres diuiditur articulos; quorũ primus eſt de diffinitione caſus. Secundus de mente Ordinarij, & dubijs circa eius caſus reſeruatos emergentibus. Tertius verò de quiete, ac excuſatione Commentatoris.

ARTICVLVS I.

De diffinitione caſus duas continet difficultates, vz.

1 *Quid ſit caſus reſeruatus iuxta diffinitionem quid nominis?*
2 *Quid ſit caſus reſeruatus ſecundum diffinitionem quid rei?*

ARTICVLVS II.

De mente Ordinarij circa caſus reſeruatos, & dubijs circa eius caſus reſeruatos emergentibus duas complectitur difficultates, vz.

1 *An mens Ordinarij noſtri circa caſuum reſeruatorum tabellam ſit ſub precepto peccati mortalis ſeruanda?*

Digitized by Google

2 *In dubijs emergentibus circà caſus reſeruatos penès tabellam in his commentarijs non enodatis, quid agendum?*

ARTICVLVS III.

De quiete, & excuſatione Commentatoris duas amplectitur difficultates.

1 *An poſſit Confeſſarius quieſcere in expoſitione caſuum reſeruatorum ſuæ Diœceſis approbata: vel an perpetuò ſciſcitanda ſit mens legiſlatoris circa dubia penès caſuum reſeruationem emergentia?*

2 *An temerarius cenſeri debeat Comentator Epiſcopales caſus interpretando?*

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA.

Quid ſit caſus reſeruatus iuxta diffinitionem quid nominis?

SVMMARIVM.

1 *Rei tractatio vnde exordienda?*
2 *Diffinitio quotuplex?*
3 *Diffinitio nominis, & rei quid demonſtret?*
4 *Caſus vnde dicitur?*
5 *Dupliciter ſumitur caſus.*
6 *Peccatum Luciferi appellatur caſus.*

1 Cicero in libris de Officijs admonet rei tractationem à diffinitione proficiſci debere; vt intelligatur quid ſit, de quo habetur ſermo; idcircò de caſibus reſeruatis tractaturus ab eiuſdem
2 caſus diffinitione exordiendum cenſui. Verùm quià duplex eſt diffinitio vna quid nominis, quid rei altera, de vtraque aliquid prælibabimus.
3 Quid nominis diffinitio deſignat quomodo ſumatur nomen rei ſignatæ per ipſum: Quid rei verò oſtendit rei diffinitæ eſſentiam. Exordiendo itaque à diffinitione quid nominis, dico caſum à cadendo dici: dupli-
4 citer autem ſumitur caſus, nimirùm materialiter, & moraliter; materia-
5 liter, vt ſi quis è turri caderet, diceretur caſum accidiſſe; moraliter verò dicitur caſus, cum quis ab alto ſtatu gratiæ cadit in peccatum; & in hoc ſenſu ſumitur à nobis caſus, & iuxtà hunc ſenſum Luciferi peccatum
6 vocatur caſus; à ſtatu .n. ſublimi innocentiæ in profundum peccati mortalis cecidit. dicitur itaq; caſus à cadendo moraliter.

A DIF-

Digitized by Google

DIFFICVLTAS SECVNDA.

Quid ſit caſus reſeruatus ſecundum diffinitionem quid rei?

SVMMARIVM.

1 *Caſus reſeruatus quid?*
2 *Peccata venialia minimè reſeruari debent.*
3 *Quinam peccata ſibi reſeruare queunt?*
4 *Simplices Parochi qui?*
5 *Reſeruatio cur introducta?*

CAſus reſeruatus (omiſſa in præſentiarum reſeruatione cenſurarum, tametſi in tabella huiuſce Diœceſis Bergomenſis cenſuræ caſuum 1
appellatione veniant) eſt peccatum mortale, cuius abſolutionem habens iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi ſibi reſeruat, vt Chriſti fideles à grauioribus culpis ſe abſtinentes, in officio chriſtiano contineantur. *Ità Vgolinus de off. & poteſt. Epiſc. par. 2. cap. 35. num. 2. & 3. Homob. de caſib. reſer. par. 1. cap. 1. qui de communi teſtatur, & alij*. Dicitur, peccatū 2
mortale, quoniam huius generis peccata reſeruantur; peccata .n. venialia non debent reſeruari, *vt claret ex Decreto Sacræ Congreg. Card. ſuper abſolutione à caſib. reſer. incipit. Sacra Congregatio*. Dicitur, cuius abſolutionem, &c. vt ſignificetur non omnes peccata ſibi reſeruare poſſe; ſed tantum qui poteſtatem Epiſcopalem, vel quaſi habent; quamobrem 3
ſimplices Parochi ea ſibi reſeruare nequeunt; ſimplices verò Parochi dicuntur, qui iuriſdictionem fori interioris tantum habent, ad differen- 4
tiam illorum, qui non ſolum fori interioris iuriſdictionem habent Eccleſiaſticam, verùm etiam exterioris cuiuſmodi eſt Romanus Pontifex in toto terrarum orbe. *can. 18. cuncta per mundum 9. quaſt. 3.* & inferiores alij Prælati, vt Archiepiſcopi, Epiſcopi in ſuis Diœceſibus. *Clem. dudum. §. verum de ſepul. & cap. Eccleſia tua 16. quaſt. 1.* Adduntur reliqua verba, vt appareat, cur reſeruatio fiat; nam reſeruatio fit ad Chriſtia- 5
nam diſciplinam retinendam, animarumque ſalutem, vt potè conſtat ex decreto edito à S. Congregatione Cardinalium ſuper abſolutione à caſibus reſeruatis. hactenus de diffinitione.

S*Vperiores Eccleſiaſticos iuriſdictionem habentes poſſe ſibi peccata reſeruare eſt de fide contra Vicleph. hæreſiarcam, cui fauet* Armacan. lib. 10. de quæſt. Armenorum, *contra quos* Thomas Vualdenſis lib. 2. doct. fid. cap. 60. *Ideoque ſententia quod Sacerdos rite ordinatus poſſit ab omni culpa illimitatè abſoluere ſine ſpeciali facultate pro reſeruatis, quam non*

improbabilem reputauerat. Durand. diſt. 19. quæſt. 2. *falſa eſt omni iure*. Vide Concil. Cartag. 3. canone 32. & nouiſſimè Concil. Tridentinum ſeſſ. 14. de Sacr. pænitentiæ cap. 7. & can. 11. *vbi anatematizat aſſerentem non habere Epiſcopum iuriſdictionem reſeruandi abſolutionem caſuũ in vtroque foro; & Sacerdotem ſine iuriſdictione in reſeruatis validè abſoluere fusè* Barboſa in collectan. ad Concil. Trident. l. c.

Quinam poſſint ſibi caſus reſeruare, ſatis notauit Auctor poſſe Epiſcopũ poſt Papam, & inſuper habentes facultatem quaſi Epiſcopalem; Quod autem negat. Parochum non poſſe ſibi caſus reſeruare dubium eſt in iure id enim erga ſubiectos concedit Chapenuille p. 1. cap. 1. quæſt. 2. *& Eminentiſſimus & ingenio & ſcriptis* Cardinalis de Lugo de Sacram. pænit. diſp. 20. ſect. 1. num. 2. *Notat tamen* Quadr. de reſeruat. diſp. 1. quæſt. 1. concluſ. 2. ad finem numeri 4. *non ſolere, nec debere Parochos reſeruare, quia vmbratilis eſſet reſeruatio poſſent enim pænitentes accedere ad plures ipſi Parocho ſuperiores, & ad alios iuriſdictionem à Parochis non limitabilem exercentes.*

Quid autem reſeruare ſibi poſſit ſuperior. Notandũ quod nedum caſus, ſed etiam certas perſonas ſibi reſſeruare valet, vt v. g. Mercatores, Campſores, Aromatarios, &c. vel certa loca, vt talis, vel talis opidi, vel tales confeſſiones in tali tempore v. g. in tempore Natiuitatis Domini, vel Baccanalium. Vniuerſalis tamen Eccleſiæ conſuetudine receptum eſt, vt paſſim certa ſola delicta reſeruentur. Mazuchel. de reſeruat. quæſt. 1. diſp. 1. diff. 4.

Peccata reſeruata debent eſſe externo opere conſumata, nec datur reſeruatio peccatorũ internorum, quidquid de hæreſi merè interna doceant aliqui. De facultate tamen abſoluta etiam interna peccata poſſent, licet non debeant reſeruari. De his fuſè Suarez de pœnitent. diſp. 29. ſect. 3. num. 3. Lugo diſp. 20. ſect. 2. num. 14. Mazuchel. l. c. diff. 7. diſp. 1. quæſt. 1. per totam. Quadr. de reſeruat. diſp. 1. quæſt. 1. concluſ. 6. & 7.

Mortalia pariter, non venialia reſeruari poſſunt, quia venialia de præcepto non ſunt in exomologeſi aperienda; neque omnia mortalia reſeruari debent, ſed tantum grauiora, & atrociora D. D. communiter. fusè Quaranta in Summa Bullarij verb. caſ. reſeruat. num. 14. Mazuchel. diſp. 1. quæſt. 1. diff. 9. n. 23. *S. Congreg. Epiſcoporum, & Regularium cenſuit anno* 1602. *die* 6. *Nouembris in Originali Romæ regiſtro fol.* 133. *& apud* Nicol. in floſculis p. 3. verbo caſus, n. 1. *ne Epiſcopi reſeruent.*

1 *Caſus illos, quibus annexa eſt excommunicatio de iure, quæ tamen nulli reſeruata ſit.*

2 *Caſus in quibus non abſoluitur pænitens niſi reſtitutione præmiſſa, vel executione data rei ad quam tenetur.*

3 *Caſus iam reſeruatos Sanctæ Sedi, eſſet enim actus irreuerentiæ in Sanctam Sedem.*

4 *Sal-*

4 Saltationes vel Choreas in Quadrageſima. S. Congreg. ibidem 1614. die 14. Martij.

5 Acceſſus ad Moniales pro Secularibus ſine licentia in ſcriptis niſi ob nimiam accedentium frequentiam. S. Congr. ibidem 1604. 26. Octobris.

6 Neque abſolutionem alicuius caſus ex eo quod Confeſſarius fuerit complex. 1602. 10. Decembris ibidem.

7 Fornicationes ſimplices Sacerdotum ibidem 1618. 13. Martij.

8 Nec dilatas ſolutiones Eccleſijs debitas 1620. 12. Martij.

9 Nec violationes feſtorum 1625. 2. Decembris.

Ex eadem Declaratione S. Congr. præſcribitur Epiſcopis vt reſeruent caſus pauciſſimos, & tantum maximè neceſſarios. Nioclius ibidem.

ART. II. DIFFICVLTAS I.

An mens Ordinarij noſtri circa caſuum reſeruatorum tabellam ſit ſub præcepto peccati mortalis ſeruanda?

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ?*
2 *Ordinarij mens alia intrinſeca, alia extrinſeca.*
3 *Quid vtraque mens.*
4 *Quando mens intrinſeca obſeruanda, & quando extrinſeca?*
5 *Intrinſeca ſeruanda eſt ſub præcepto, quod ſecus dicendum de extrinſeca.*
6 *Præcepti finis ſub præceptum minimè cadit.*

Ratio difficultatis eſt, quia Ordinarij noſtri mens ex vna parte videtur neceſſariò obſeruanda ſub præcepto peccati mortalis, alioquin gratis talis caſuum reſeruatorum tabella proponeretur: ex altera verò videtur non eſſe ſub talis rigore præcepti; cùm finis præcepti non cadat ſub præceptum. 1

Notandum igitur primò mentem Ordinarij noſtri circa hos caſus in tabella propoſitos duplicem eſſe: alteram intrinſecam: extrinſecam alteram: intrinſeca eſt illa, quã proponit Confeſſoribus in proœmio tabellæ caſuum reſeruatorum præcipiendo ſub pœna ſuſpenſionis à Diuinis, ne quis Confeſſarius audeat abſoluere à caſibus ibi exceptis abſque auctoritate ſuper his obtenta: extrinſeca verò cauſa eſt illa, quam in diffinitione caſus reſeruati habemus, nimirùm, vt hac caſuum reſeruatione omnes Chriſti fideles ſuæ iuriſdictioni ſubiecti in chriſtiana virtute contineantur. 2 3

Notandum eſt ſecundò, quomodo ſeruetur mens intrinſeca, & extrinſeca. Mens intrinſeca ſeruatur, quotiès adimpletur id quod Legiſlator præ- 4

præcipit: mens verò, ſeù intentio extrinſeca ſeruatur quotiès adimpletur res præcepta eo fine, & animo, quem habuit Legislator in reſeruandis caſibus.

His habitis reſpondetur cùm diſtinctione ſic, ſi loquamur de mente intrinſeca Ordinarij noſtri caſuum reſeruatorum tabellam proponentis
5 abſque dubio illam adimplere ſub præcepto peccati mortalis tenemur, quod ſatis clarè patet, tùm quia quod præcipitur eſt materia grauis, vt de ſe patet, cum reſpiciat pœnitentiæ ſacramentum adminiſtrandi facultatē, ſine qua nihil agitur; tùm quià admodùm grauis pęna .ſ. ſuſpēſio à Diuinis proponitur tranſgreſſoribus; tùm etiam quia vbi ponitur verbum pręcipimus (*teſte Emanuel sà verb. lex*) deſignatur præceptum obligans ad mortale. Et ità diſponitur proemium tabellæ, vt intuenti manifeſtè patet.

Cęterum ſi loquamur de mente extrinſeca ſecùs dicendum eſt .ſ. quod non tenemur ſub præcepto mortalis peccati eius adimplere mentem; &
6 ratio eſt, quia mens extrinſeca, & finis præcepti idem ſunt; finis autem præcepti non cadit ſub præceptum; illuſtro rem exemplo, qui diebus Quadrageſimæ ieiunat, vt turpem carnis concupiſcentiam reprimat, dicitur ſeruare mentem Legiſlatoris non ſolum intrinſecam, ſed extrinſecam, cum præſtet non ſolùm quod Legiſlator præcipit, ſed etiàm eo fine, quem intendit Legiſlator; qui verò ieiunat, ſed non animo concupiſcentiæ compeſcendæ, ſed ob alium finem alienum à fine Eccleſiæ, vt ad capeſcendam inanem gloriam, dicitur ſeruare mentem Legiſlatoris intrinſecam, ſed non extrinſecam: ſatisfacit tamen præcepto, quia, vt dixi, finis præcepti non cadit ſub præceptum, ità Doctores comuni-
7 ter. Modò ad rem noſtram applicando materiam, aſſeritur illum Ordinarij præcepto ſatisfacere, qui quod ab ipſo præcipitur, exequitur, quamuis eius mentem extrinſecam adimplere non curet. Non tenemur igitùr ſub peccati mortalis præcepto Ordinarij noſtri circa caſuum reſeruatorū tabellam mentem extrinſecam, ſed tantùm intrinſecā adimplere.

DIFFICVLTAS SECVNDA.

In dubijs emergentibus circa caſus reſeruatos penès tabellā in his commentarijs non enodatis quid agendum?

SVMMARIVM.

1 *Difficultatis ratio quæ?*
2 *In dubijs conſulendi ſunt tùm libri, tùm Doctores, ſed in primis attendenda eſt mens Legislatoris.*
3 *Ex quibus ſignis conijcitur eius mens.*

4 *In*

4 In quo ſenſu ſunt accipienda verba duplicem ſenſum facientia.
5 Verba in communi ſermone in propria ſignificatione ſunt accipienda.
6 Verba tabellæ iuxtà communem loquendi modum explicari debent.

RAtio difficultatis eſt, quià ex vna parte non habetur commentum 1
circà ſubortum dubium, ſaltèm immediatè reſpiciens textum, & ex altera ignoratur, vt ſuppono, quæ ſit Legiſlatoris voluntas circa intellectum emergentis dubij.

Vt huic occurratur difficultati in primis voluendi, ac reuoluendi ſunt 2
libri caſuum reſeruatorum in altera Diœceſi expoſitorum iuxta ſenſum, quem fert tabella talis Diœceſis. deindè conſulendi ſunt periti in arte caſuum reſeruatorum, quibus etiam fides adhibenda eſt *iuxtà l. 1. §. 1. ff. de ventre in poſſ. mittēn.* præcipuè ſi ſunt veterani; nam quod noua teſta capit, inueterata ſapit. *ità Haloandrus in floribus legum, littera Q.* Attendenda eſt poſtremò quoad fieri poterit mens Legiſlatoris .i. Ordi-
narij, quæ ex ſequentibus ſignis aliquo modo conijci poteſt. Primò ex 3
his, quæ in proœmio, ſeù præfatione expoſitæ tabellæ caſuum reſeruatorum continētur, nam ijs, quæ continentur in ipſo coniugenda ſunt (regularitèr loquendo) ſubſequentia; cum in proœmio exprimi ſoleat cauſa finalis, principaliter inducens Legiſlatorem ad condendam legem. *Emanuel sà verò lex nu. 1. in princ.*

Secundò conijcienda eſt ex incommodis, quæ ex verbis in tabella expreſſis alio ſenſu acceptis ſequerentur: qua propter ſi ex verbis vno modo intellectis ſequatur aliquod abſurdum: ex verbis verò alio ſenſu explicatis nihil abſurdi ſequatur, poſſumus Legiſlatoris intentionem iuxta eum ſenſum iudicare, ex quo nihil abſurdi ſequitur. *l. in ambigua voce ff. de legibus*, vbi dicitur in ambigua voce legis, ea potiùs accipienda eſt ſignificatio, quæ vitio caret, præſertim cum voluntas legis ex hoc colligi poſſit.

Tertiò conijcienda eſt, ſi ex verbis alicuius caſus tabellæ vno ſenſu acceptis ſequitur contrarietas reſpectu alterius caſus eiuſdem tabellæ, quæ non ſequitur ex verbis alio ſenſu acceptis, cenſendum eſt Ordinarium in lege ſuæ tabellæ eum ſenſum intendiſſe, qui alijs caſibus eiuſdē tabellæ non repugnat, quamuis non ſit ſenſus proprius verborum, niſi aliter conſtet de eius mente, nam mutatio, & correctio legis odioſa eſt, *vt ex cap. cupientes de electione in 6.*

Addunt Doctores, *præſertim Bonac. de legib. diſp. 1. quæſt. 1. pun. 8. prop. 4. num. 11. & alij apud ipſum loco citato*, poſſe conijci etiam ex ratione, quæ in ipſa lege continetur, quæ dicitur anima legis, *vt ex l. ſcire oportet de excuſationib. tutor.*; ſed huiuſmodi coniectura nihil ad rē noſtram facit, cum in diſpoſitione caſuum tabellæ noſtræ Diœceſis nulla

red.

Digitized by Google

De Confeſſario in crimine carnali complice, quò ad ea, quæ reſeruationem reſpiciunt, Diſt. XIV. pag. 176
De conſtitutionibus Synodalibus circa ea, quæ caſus reſeruatos reſpiciunt, Diſt. XV. 188
De mandatis ſub forma tàm Epiſcopi, quàm Papæ circa caſus reſeruatos, aùt cenſuras, Diſt. XVI. 206
De violantibus Epiſcoporum ſtatuta reſeruationem reſpicientia, Diſt. XVII. 213
De his, quæ per mortem Epiſcopi circa reſeruationem caſuum tàm à Confeſſarijs, quàm pęnitentibus auferuntur, Diſt. XVIII. 223
De auctoritate Epiſcopi circa caſus Papæ reſeruatos, & ſimplicis Confeſſarij circa caſus Epiſcopo reſeruatos, Diſt. XIX. 230
De Confeſſario inualidè abſoluente à caſibus reſeruatis, Diſt. XX. 241
De poteſtate abſoluendi à cenſuris, & à caſibus reſeruatis Iubilæi tempore, Diſt. XXI. 244
De poteſtate Iubilæi circa cenſuras, & caſus reſeruatos, 256
De poteſtate abſoluendi à cenſuris, & à caſibus reſeruatis Iubilæi tempore, 265
De pęnis abſoluentium ſine facultate à caſibus reſeruatis tàm Papæ, quàm Epiſcopis. Et de abſoluente iure ordinario, vel delegato, Diſt. XXII. 283
De comparatione excommunicationum inter ſe, reſeruationem reſpiciente, Diſt. XXIII. 289
De formis ſeruandis in abſolutione à cenſuris, & in diſpenſationibus circa iuris impedimenta, Diſt. XXIV. 301
De formis in ſpecie ſeruandis circa abſolutionem à cenſuris, 302
De formulis in ſpecie circa impedimenta canonica. 310

IN-

INDEX
MATERIARVM PRINCIPALIVM,
Seù Caſuum, in ſecunda parte expoſitorum.

1 DE excommunicatione maiori, 320
2 De Suſpenſione, 335
3 De Interdicto, 249
4 De inceſtu in conſanguinitate, 363
5 De inceſtu in affinitate, 375
6 De legatorum piorum ſolutionem differentibus vltra ſtatutum tempus, 372
7 De non dimittentibus ſtatuto tempore adminiſtrationem locorum piorum redditis rationibus, quibus debent, 396
8 Item de non perſoluentibus finito tempore reipſa id quod debent ſucceſſoribus in adminiſtratione piorum locorum, 396
9 De ijs, qui conducunt bona piorum locorum, quæ adminiſtrant, 405
10 De ijs, qui adhibita fraude locant bona itèm piorum locorum, quæ ſimilitèr adminiſtrant, 405
11 De Notarijs intra tempus in tabella taxatum non denunciantibus legata pia, 415
12 De deponentibus falsũ teſtimoniũ in iudicio, 428
13 De compellentibus timore incuſſo ad deponendum in iudicio falſum teſtimonium, 442
14 De perſuadentibus prece itèm ad deponendum

falſum

falum teſtimonium in iudicio, 441
15 De corrumpentibus pretio ſimilitèr ad deponē-
dum falſum teſtimonium in iudicio, 442
16 De committentibus homicidium voluntariū, 447
17 De mandantibus homicidium, 465
18 De conſulentibus itidem homicidium, 473
19 De procurantibus abortum, 480
20 De conſulentibus itèm abortum, 580
21 De prę́ſtantibus operam ad abortū patrandum, 489
22 De opprimentibus filios ex negligentia, 495
23 De cōmittentibus nefandū ſodomiæ peccatum, 504
24 De coeuntibus cum brutis, 513
25 De blaſphemantibus ex profeſſo, 519
26 Item de blaſphemantibus ex conſuetudine, 519
27 De exercentibus magicas artes, 540
28 Item de exercentibus ſortilegia, 540
29 Itidem de exercentibus ſuperſtitiones, 540
30 De vtentibus magicis artibus, ſortilegijs, ſuper-
ſtitionibuſuè, 540
31 De abutentibus Sacramentis, ſacramentalibus,
aut ſacris rebus ad magicas artes, 540
32 De violantibus Moniales etiam extra clauſtra, 565
33 De tentantibus violare ipſas Moniales etiam
extra clauſtra repertas, 565
34 De percutientibus parentes, 580
35 De inferentibus virgini ſtuprum violentum, 590
36 Additio de caſu XVI. nuper aucto tabellæ, cir-
ca conſentientes in proſtitutionem filiæ, aut
vxoris. 602

IN

IN NOMINE IESV.

COMMENTARIORVM
In caſus, ac cenſuras reſeruat.
PARS PRIMA.

DISTINCTIO PRIMA.
De Præludijs.

QVia huiuſmodi diſtinctio reſpicit tum caſus diffinitionem; tum mentem Ordinarij, & dubia circa eius caſus reſeruatos emergentia; tum etiam Confeſſarij quietem; & Commentatoris excuſationem; idcircò diſtinctio hæc in tres diuiditur articulos; quorũ primus eſt de diffinitione caſus. Secundus de mente Ordinarij, & dubijs circa eius caſus reſeruatos emergentibus. Tertius verò de quiete, ac excuſatione Commentatoris.

ARTICVLVS I.

De diffinitione caſus duas continet difficultates, vz.

1 *Quid ſit caſus reſeruatus iuxta diffinitionem quid nominis?*
2 *Quid ſit caſus reſeruatus ſecundum diffinitionem quid rei?*

ARTICVLVS II.

De mente Ordinarij circa caſus reſeruatos, & dubijs circa eius caſus reſeruatos emergentibus duas complectitur difficultates, vz.

1 *An mens Ordinarij noſtri circa caſuum reſeruatorum tabellam ſit ſub præcepto peccati mortalis ſeruanda?*

Digitized by Google

2 *In dubijs emergentibus circà caſus reſeruatos penès tabellam in his commentarijs non enodatis; quid agendum?*

ARTICVLVS III.

De quiete, & excuſatione Commentatoris duas amplectitur difficultates.

1 *An poſſit Confeſſarius quieſcere in expoſitione caſuum reſeruatorum ſuæ Diœceſis approbata: vel an perpetuò ſciſcitanda ſit mens legiſlatoris circa dubia penès caſuum reſeruationem emergentia?*

2 *An temerarius cenſeri debeat Commentator Epiſcopales caſus interpretando?*

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA.

Quid ſit caſus reſeruatus iuxta diffinitionem quid nominis?

SVMMARIVM.

1 *Rei tractatio vnde exordienda?*
2 *Diffinitio quotuplex?*
3 *Diffinitio nominis, & rei quid demonſtret?*
4 *Caſus vnde dicitur?*
5 *Dupliciter ſumitur caſus.*
6 *Peccatum Luciferi appellatur caſus.*

1 Cicero in libris de Officijs admonet rei tractationem à diffinitione proficiſci debere; vt intelligatur quid ſit, de quo habetur ſermo; idcircò de caſibus reſeruatis tractaturus ab eiuſdem
2 caſus diffinitione exordiendum cenſui. Verùm quia duplex eſt diffinitio vna quid nominis, quid rei altera, de vtraque aliquid prælibabimus.
3 Quid nominis diffinitio deſignat quomodo ſumatur nomen rei ſignatæ per ipſum: Quid rei verò oſtendit rei diffinitæ eſſentiam. Exordiendo itaque à diffinitione quid nominis, dico caſum à cadendo dici: dupli-
4 citer autem ſumitur caſus, nimirùm materialiter, & moraliter; materia-
5 liter, vt ſi quis è turri caderet, diceretur caſum accidiſſe; moraliter verò dicitur caſus, cum quis ab alto ſtatu gratiæ cadit in peccatum; & in hoc ſenſu ſumitur à nobis caſus, & iuxtà hunc ſenſum Luciferi peccatum
6 vocatur caſus; à ſtatu .n. ſublimi innocentiæ in profundum peccati mortalis cecidit. dicitur itaq; caſus à cadendo moraliter.

Digitized by Google

DIFFICVLTAS SECVNDA.

Quid ſit caſus reſeruatus ſecundum diffinitionem quid rei?

S V M M A R I V M.

1 *Caſus reſeruatus quid?*
2 *Peccata venialia minimè reſeruari debent.*
3 *Quinam peccata ſibi reſeruare queunt?*
4 *Simplices Parochi qui?*
5 *Reſeruatio cur introducta?*

CAſus reſeruatus (omiſſa in præſentiarum reſeruatione cenſurarum, tametſi in tabella huiuſce Diœceſis Bergomenſis cenſuræ caſuum 1
appellatione veniant) eſt peccatum mortale, cuius abſolutionem habens iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi ſibi reſeruat, vt Chriſti fideles à grauioribus culpis ſe abſtinentes, in officio chriſtiano contineantur. *Ità Vgolinus de off. & poteſt. Epiſc. par. 2. cap. 35. num. 2. & 3. Homob. de caſib. reſer. par. 1. cap. 1. qui de communi teſtatur, & alij.* Dicitur, peccatũ 2
mortale, quoniam huius generis peccata reſeruantur, peccata .n. venialia non debent reſeruari, *vt claret ex Decreto Sacræ Congreg. Card. ſuper abſolutione à caſib. reſer. incipit. Sacra Congregatio.* Dicitur, cuius abſolutionem, &c. vt ſignificetur non omnes peccata ſibi reſeruare poſſe; ſed tantum qui poteſtatem Epiſcopalem, vel quaſi habent; quamobrem 3
ſimplices Parochi ea ſibi reſeruare nequeunt; ſimplices verò Parochi dicuntur, qui iuriſdictionem fori interioris tantum habent, ad differen- 4
tiam illorum, qui non ſolum fori interioris iuriſdictionem habent Eccleſiaſticam, verùm etiam exterioris cuiuſmodi eſt Romanus Pontifex in toto terrarum orbe. *can. 18. cuncta per mundum 9. quæſt. 3.* & inferiores alij Prælati, vt Archiepiſcopi, Epiſcopi in ſuis Diœceſibus. *Clem. dudum. §. verum de ſepul. & cap. Eccleſia tua 16. quæſt. 1.* Adduntur reliqua verba, vt appareat, cur reſeruatio fiat; nam reſeruatio fit ad Chriſtia- 5
nam diſciplinam retinendam, animarumque ſalutem, vt potè conſtat ex decreto edito à S. Congregatione Cardinalium ſuper abſolutione à caſibus reſeruatis. hactenus de diffinitione.

S*Vperiores Eccleſiaſticos iuriſdictionem habentes poſſe ſibi peccata reſeruare eſt de fide contra Vicleph. hæreſiarcam, cui fauet* Armacan. lib. 10. de quæſt. Armenorum, *contra quos* Thomas Vualdenſis lib. 2. doct. fid. cap. 60. *Ideoque ſententia quod Sacerdos rite ordinatus poſſit ab qua culpa illimitatè abſoluere ſine ſpeciali facultate pro reſeruatis, quam non*

improbabilem reputauerat. Durand. diſt. 19. quæſt. 2. *falſa eſt omni iure*. Vide Concil. Cartag. 3. canone 32. & nouiſſimè Concil. Tridentinum ſeſſ. 14. de Sacr. pænitentiæ cap. 7. & can. 11. *vbi anatematizat aſſerentem non habere Epiſcopum iuriſdictionem reſeruandi abſolutionem caſuũ in vtroque foro; & Sacerdotem ſine iuriſdictione in reſeruatis validè abſoluere fusè* Barboſa in collectan. ad Concil. Trident. l. c.

Quinam poſſint ſibi caſus reſeruare, ſatis notauit Auctor poſſe Epiſcopũ poſt Papam, & inſuper habentes facultatem quaſi Epiſcopalem; Quod autem negat. Parochum non poſſe ſibi caſus reſeruare dubium eſt in iure id enim erga ſubiectos concedit Chapenuille p. 1. cap. 1. quæſt. 2. *& Eminentiſſimus & ingenio & ſcriptis* Cardinalis de Lugo de Sacram. pænit. diſp. 20. ſect. 1. num. 2. *Notat tamen* Quadr. de reſeruat. diſp. 1. quæſt. 1. concluſ. 2. ad finem numeri 4. *non ſolere, nec debere Parochos reſeruare, quia vmbratilis eſſet reſeruatio poſſent enim pænitentes accedere ad plures ipſi Parocho ſuperiores, & ad alios iuriſdictionem à Parochis non limitabilem exercentes*.

Quid autem reſeruare ſibi poſſit ſuperior. Notandũ quod nedum caſus, ſed etiam certas perſonas ſibi reſſeruare valet, vt v. g. Mercatores, Campſores, Aromatarios, &c. Vel certa loca, vt talis, vel talis opidi, vel tales confeſſiones in tali tempore v. g. in tempore Natiuitatis Domini, vel Baccanalium. Vniuerſalis tamen Eccleſiæ conſuetudine receptum eſt, vt paſſim certa ſola delicta reſeruentur. Mazuchel. de reſeruat. quæſt. 1. diſp. 1. diff. 4.

Peccata reſeruata debent eſſe externo opere conſumata, nec datur reſeruatio peccatorũ internorum, quidquid de hæreſi merè interna doceant aliqui. De facultate tamen abſoluta etiam interna peccata poſſent, licet non debeant reſeruari. De his fusè Suarez de pænit. diſp. 19. ſect. 3. num. 3. Lugo diſp. 20. ſect. 2. num. 14. Mazuchel. l. c. diff. 7. diſp. 1. quæſt. 1. per totam. Quadr. de reſeruat. diſp. 1. quæſt. 1. concluſ. 6. & 7.

Mortalia pariter, non venialia reſeruari poſſunt, quia venialia de præcepto non ſunt in exomologeſi aperienda; neque omnia mortalia reſeruari debent, ſed tantum grauiora, & atrociora D. D. communiter. fusè Quaranta in Summa Bullarij verb. caſ. reſeruat. num. 14. Mazuchel. diſp. 1. quæſt. 1. diff. 9. n. 23. *S. Congreg. Epiſcoporum, & Regularium cenſuit anno* 1602. *die 6. Nouembris in Originali Roma regiſtro fol.* 133. *& apud* Nicol. in floſculis p. 3. verbo caſus, n. 1. *ne Epiſcopi reſeruent*.

1 *Caſus illos, quibus annexa eſt excommunicatio de iure, quæ tamen nulli reſeruata ſit*.

2 *Caſus in quibus non abſoluitur pænitens niſi reſtitutione præmiſſa, vel executione data rei ad quam tenetur*.

3 *Caſus iam reſeruatos Sanctæ Sedi, eſſet enim actus irreuerentia in Sanctam Sedem*.

4 Sal-

Digitized by Google

4 *Saltationes vel Choreas in Quadrageſima. S. Congreg. ibidem 1614. die 14. Martij.*

5 *Acceſſus ad Moniales pro Secularibus ſine licentia in ſcriptis niſi ob nimiam accedentium frequentiam. S. Congr. ibidem 1604. 26. Octobris.*

6 *Neque abſolutionem alicuius caſus ex eo quod Confeſſarius fuerit complex. 1602. 10. Decembris ibidem.*

7 *Fornicationes ſimplices Sacerdotum ibidem 1618. 13. Martij.*

8 *Nec dilatas ſolutiones Eccleſijs debitas 1620. 12. Martij.*

9 *Nec violationes feſtorum 1625. 2. Decembris.*

Ex eadem Declaratione S. Congr. præſcribitur Epiſcopis vt reſeruent caſus pauciſſimos, & tantum maximè neceſſarios. Nioclius ibidem.

ART. II. DIFFICVLTAS I.

An mens Ordinarij noſtri circa caſuum reſeruatorum tabellam ſit ſub præcepto peccati mortalis ſeruanda?

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ?*
2 *Ordinarij mens alia intrinſeca, alia extrinſeca.*
3 *Quid vtraque mens.*
4 *Quando mens intrinſeca obſeruanda, & quando extrinſeca?*
5 *Intrinſeca ſeruanda eſt ſub præcepto, quod ſecus dicendum de extrinſeca.*
6 *Præcepti finis ſub præceptum minimè cadit.*

Ratio difficultatis eſt, quia Ordinarij noſtri mens ex vna parte videtur neceſſariò obſeruanda ſub præcepto peccati mortalis, alioquin gratis talis caſuum reſeruatorum tabella proponeretur: ex altera verò videtur non eſſe ſub talis rigore præcepti; cùm finis præcepti non cadat ſub præceptum. 1

Notandum igitur primò mentem Ordinarij noſtri circa hos caſus in tabella propoſitos duplicem eſſe: alteram intrinſecam: extrinſecam alteram: intrinſeca eſt illa, quā proponit Confeſſoribus in proœmio tabellæ caſuum reſeruatorum præcipiendo ſub pœna ſuſpenſionis à Diuinis, ne quis Confeſſarius audeat abſoluere à caſibus ibi exceptis abſque auctoritate ſuper his obtenta: extrinſeca verò cauſa eſt illa, quam in diffinitione caſus reſeruati habemus, nimirùm, vt hac caſuum reſeruatione omnes Chriſti fideles ſuæ iuriſdictioni ſubiecti in chriſtiana virtute contineantur. 2 3

Notandum eſt ſecundò, quomodo ſeruetur mens intrinſeca, & extrinſeca. Mens intrinſeca ſeruatur, quotiès adimpletur id quod Legiſlator præ- 4

præcipit: mens verò, ſeù intentio extrinſeca ſeruatur quotiès adimpletur res præcepta eo fine, & animo, quem habuit Legiſlator in reſeruandis caſibus.

His habitis reſpondetur cùm diſtinctione ſic, ſi loquamur de mente intrinſeca Ordinarij noſtri caſuum reſeruatorum tabellam proponentis
5 abſque dubio illam adimplere ſub præcepto peccati mortalis tenemur, quod ſatis clarè patet, tùm quia quod præcipitur eſt materia grauis, vt de ſe patet, cum reſpiciat pœnitentiæ ſacramentum adminiſtrandi facultatē, ſine qua nihil agitur; tùm quià admodùm grauis pęna .s. ſuſpēſio à Diuinis proponitur tranſgreſſoribus; tùm etiam quia vbi ponitur verbum pręcipimus (*teſte Emanuel sà verb. lex*) deſignatur præceptum obligans ad mortale. Et ità diſponitur proemium tabellæ, vt intuenti manifeſtè patet.

Cęterum ſi loquamur de mente extrinſeca ſecùs dicendum eſt .s. quod non tenemur ſub præcepto mortalis peccati eius adimplere mentem; &
6 ratio eſt, quia mens extrinſeca, & finis præcepti idem ſunt; finis autem præcepti non cadit ſub præceptum; illuſtro rem exemplo, qui diebus Quadrageſimæ ieiunat; vt turpem carnis concupiſcentiam reprimat, dicitur ſeruare mentem Legiſlatoris non ſolum intrinſecam, ſed extrinſecam, cum præſtet non ſolùm quod Legiſlator præcipit, ſed etiàm eo fine, quem intendit Legiſlator; qui verò ieiunat, ſed non animo concupiſcentiæ compeſcendæ, ſed ob alium finem alienum à fine Eccleſiæ, vt ad capeſcendam inanem gloriam, dicitur ſeruare mentem Legiſlatoris intrinſecam, ſed non extrinſecam: ſatisfacit tamen præcepto, quia, vt dixi, finis præcepti non cadit ſub præceptum, ità Doctores communi-
7 ter. Modò ad rem noſtram applicando materiam, aſſeritur illum Ordinarij præcepto ſatisfacere, qui quod ab ipſo præcipitur, exequitur, quamuis eius mentem extrinſecam adimplere non curet. Non tenemur igitùr ſub peccati mortalis præcepto Ordinarij noſtri circa caſuum reſeruatorū tabellam mentem extrinſecam, ſed tantùm intrinſecā adimplere.

DIFFICVLTAS SECVNDA.

1 In dubijs emergentibus circa caſus reſeruatos penès tabellā in his commentarijs non enodatis quid agendum?

SVMMARIVM.

1 *Difficultatis ratio quæ?*

2 *In dubijs conſulendi ſunt tùm librì, tùm Doctores, ſed in primis attendenda eſt mens Legiſlatoris.*

3 *Ex quibus ſignis conijcitur eius mens.*

4 *In*

4 *In quo ſenſu ſunt accipienda verba duplicem ſenſum facientia.*
5 *Verba in communi ſermone in propria ſignificatione ſunt accipienda.*
6 *Verba tabellæ iuxtà communem loquendi modum explicari debent.*

RAtio difficultatis eſt, quià ex vna parte non habetur commentum circà ſubortum dubium, ſaltèm immediatè reſpiciens textum, & ex altera ignoratur, vt ſuppono, quæ ſit Legiſlatoris voluntas circa intellectum emergentis dubij. 1

Vt huic occurratur difficultati in primis voluendi, ac reuoluendi ſunt libri caſuum reſeruatorum in altera Diœceſi expoſitorum iuxta ſenſum, quem fert tabella talis Diœceſis. deindè conſulendi ſunt periti in arte caſuum reſeruatorum, quibus etiam fides adhibenda eſt *iuxtà l.* 1. §. 1. *ff. de ventre in poſſ. mittten.* præcipuè ſi ſunt veterani; nam quod noua teſta capit, inueterata ſapit. *ità Haloandrus in floribus legum, littera Q.* Attendenda eſt poſtremò quoad fieri poterit mens Legiſlatoris .i. Ordinarij, quæ ex ſequentibus ſignis aliquo modo conijci poteſt. Primò ex his, quæ in proœmio, ſeù præfatione expoſitæ tabellæ caſuum reſeruatorum continétur, nam ijs, quæ continentur in ipſo coniugenda ſunt (regularitèr loquendo) ſubſequentia; cum in proœmio exprimi ſoleat cauſa finalis, principaliter inducens Legiſlatorem ad condendam legem. *Emanuel sà verò lex nu.* 1. *in princ.* 2 3

Secundò conijcienda eſt ex incommodis, quæ ex verbis in tabella expreſſis alio ſenſu acceptis ſequerentur: qua propter ſi ex verbis vno modo intellectis ſequatur aliquod abſurdum; ex verbis verò alio ſenſu explicatis nihil abſurdi ſequatur, poſſumus Legiſlatoris intentionem iuxta eum ſenſum iudicare, ex quo nihil abſurdi ſequitur. *l. in ambigua voce ff. de legibus*, vbi dicitur in ambigua voce legis, ea potiùs accipienda eſt ſignificatio, quæ vitio caret, præſertim cum voluntas legis ex hoc colligi poſſit.

Tertiò conijcienda eſt, ſi ex verbis alicuius caſus tabellæ vno ſenſu acceptis ſequitur contrarietas reſpectu alterius caſus eiuſdem tabellæ, quæ non ſequitur ex verbis alio ſenſu acceptis, cenſendum eſt Ordinarium in lege ſuæ tabellæ eum ſenſum intendiſſe, qui alijs caſibus eiuſdē tabellæ non repugnat, quamuis non ſit ſenſus proprius verborum, niſi aliter conſtet de eius mente, nam mutatio, & correctio legis odioſa eſt, *vt ex cap. cupientes de electione in 6.*

Addunt Doctores, *præſertim Bonac. de legib. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *pun.* 8. *prop.* 4. *num.* 11. *& alij apud ipſum loco citato*, poſſe conijci etiam ex ratione, quæ in ipſa lege continetur, quæ dicitur anima legis, *vt ex l. ſcire oportet de excuſationib. tutor.*; ſed huiuſmodi coniectura nihil ad rē noſtram facit, cum in diſpoſitione caſuum tabellæ noſtræ Diœceſis nulla 4

red-

reddatur ratio, cur ille, aut ille caſus reſeruatur, vt intuenti patet.

4 Verùm dicet quis, cum verba tabellæ caſuum reſeruatorum duplicem habeant ſenſum vnum proprium, alterum improprium, nec conſtet quo ſenſu Ordinarius caſuum tabellam protulerit, iuxta quem ſenſum debeant accipi?

Reſpondetur iuxta proprium ſenſum. *l. non aliter. ff. de legib. 3.* ratio eſt, tùm quià ſicut verba in communi ſermone accipiuntur in propria ſignificatione, ità multò magis in propria ſignificatione accipi

6 debent in propoſito legis caſuum reſeruatorum, quæ à falſis interpretationibus longè abeſſe debet. *Ita Azorius par. 1. lib. 5. cap. 16. quæſito 9. Bonac. de legib. diſp. 1. q. 1. pun. 8. prop 4. num. 15. & alij.*

Sed quid agendum ſi verba tabellæ caſuum reſeruatorum habebunt vnum ſenſum iuxtà propriam verborum ſignificationem, & alterum iuxtà communem loquendi modum? Reſpondeo *cum Bonac. vbi ſupra in ſimili de legibus num.* 19. explicari debere iuxta communem loquendi modum, iuxta quem accipiebantur verba, cum lex caſuum reſeruatorũ condita fuit; nam legiſlator cenſetur vti verbis iuxta communem vſum, communis autem vſus, & modus loquendi cenſetur ille, quo maior pars Ciuitatis, vel loci vtitur. *Teſte Panormitano cap. ex parte de cenſib. & Claue Regia lib. 3. c. 28.*

ART. III. DIFFICVLTAS PRIMA.

An poſſit Confeſſor quieſcere in expoſitione caſuum reſeruatorum ſuæ Diœceſis approbata: vel perpetuò ſciſcitanda ſit mens legiſlatoris circà dubia penes caſuum reſeruationem emergentia?

SVMMARIVM.

1 *Mens Legiſlatoris maximè eſt attendenda.*
2 *Confeſſarius quieſcere poteſt in approbata caſuum expoſitione.*
3 *Attendendũ eſt, an Ordinarius loquatur vt Legiſlator, an verò vt Doctor?*
4 *Quando dignoſci poſſit Legiſlatorem loqui vt Doctorem?*
5 *Quæ ſit propria caſuum reſeruatorum interpretatio?*
6 *Verba legis iuxtà proprietatem naturalem generaliter accipi debent.*
7 *In materia reſeruationis paritas rationis non attenditur.*
8 *Caſus fictus non comprehenditur ſub caſu reſeruato.*
9 *In duobus caſibus in primis fit extenſio in reſeruationis materia.*

1 RAtio difficultatis eſt, quia in reſeruatione caſuum mens Legiſlatoris maximè eſt attendenda, vt communitèr ferunt Doctores.

Re-

Digitized by Google

Reſpondetur, Confeſſorem quieſcere poſſe in approbata caſuum reſeruatorum expoſitione; maximè ſi expoſitio immediatè caſus diœceſis, in qua excipit cōfeſſiones reſpiciat. Ratioq; ea eſſe videtur; tùm quia talis expoſitio cenſeri poteſt Legiſlatoris mens, cum auctoritate eius fuerit approbata; tùm quia ſtandum eſt verbis ſecundum propriam ſignificationem acceptis, etiam ſi Legiſlator extra legem dicat ſe aliter intellexiſſe, *ità Emanuel Sà, ver. lex. num. 23.* quamobrem (*teſto Bonac. de legib. diſp. 1. quæſt. 1. pun. 8. propoſit. 4. num. 16.*) multi Doctores aſſerunt ſtandum non eſſe Legiſlatoris expoſitioni, concurrentibus copulatiuè his duabus conditionibus: prima, ſi Legislator extra legem non reſpondeat tanquam Legislator, ſed vt Doctor: ſecunda, ſi verba legis propriæ talem non admittant expoſitionem. *ità Bonac. loco cit. in ſimili de legib.*

Si obijcias primò; ſtandum eſſe Legislatori menti apertè etiàm contra verba legis. Reſpondetur, verum eſſe, quando Legislator reſpondet tanquam Legislator, quod ſecùs dicendum eſt, quando Legislator, reſpondens vt Doctor, propriam verborum ſignificationem deſerit; quæ præſumi poteſt intenta ab ipſo, dùm legem conderet; nullus .n. præſumitur impropriè loqui, niſi aliter ex coniecturis appareat; quapropter *Hoſtienſis, & alij Doctores, vt tradit Bonac. & Emanuel Sà locis citatis*, receſſerunt ab interpretatione Innocentij IV. qui ſuam interpretabatur mentem in conſtitutione à ſe antea edita; & ratio talis receſſus veriſimiliter credi poteſt fuiſſe; quia illam non interpretatus fuerat vt Legislator, & verba ſuæ conſtitutionis talem non admittebant interpretationem. *Ità Emanuel Sà. verb. lex. num. 23. Hoſtien. lib. 6. de conceſſ. præbend. c. 1. Salas diſp. 21. de legib. ſect. 13. num. 31. Bonac. loco citato, & alij.*

Si ſecundò obijcias ſic, ille in legem peccat, qui verba legis amplectens contra legis nititur voluntatem. *l. non dubium. C. de legib.*; ſed qui legem non obſeruat iuxta explicationem Legislatoris, videtur amplecti verba legis contra legis voluntatem; ergò peccat in legem, & conſequenter, ſi Confeſſor non vult peccare, tenetur ſeruare legem iuxta Legislatoris interpretationem, etiam ſi verba caſuum in tabella reſeruatorum talem non admittant interpretationem; & Legislator non interpretetur tanquam Legislator.

Ad maiorem reſpondetur, vti ſupra .ſ. amplectentem verba legis peccare faciendo contra mentem Legislatoris, ſi Legislator reſpondeat vt Legislator; quòd ſecùs dicendum eſt, ſi tantùm vt Doctor reſpondeat, & verba legis ſuæ non patiantur talem interpretationem. *Videte, quæ habet Bonac. de legibus. diſp. 1. q. 1. pun. 8. prop. 4. num. 16.*

Verùm dicet aliquis, quando poterimus dignoſcere Legislatoris caſuū reſeruatorum, non tanquam Legiſlatorem, ſed tantùm quatenùs eſt Do-

ctor, loqui? videtur reſpondendum eſſe tunc loqui non tanquam Legiſlatorem, ſed tanquam Doctorem, quando reſpondet priuatim, hanc reſponſionem innuit *Bonac. loco citato in ſimili de legibus.* Cæterum Legiſlatoris vt Legiſlatoris reſponſio interpretatiua circa ſuam legem non debet eſſe priuatim dicta, ſed promulgata, ſicuti lex, de cuius eſſentia eſt promulgatio, adhoc vt inducat neceſſariò obligationem, vt colligi poteſt ex diffinitione legis tradita *à D. Thoma par. 2. quæſt. 91. art. 4.* in diffinitione autem ponuntur tantum, quæ pertinent ad eſſentiam rei, nempè genus, & differentia, vt manifeſtè conſtat ex communi Philoſophorum placito.

Sed fortaſſe vlteriùs vrgebis, quæ ſit propria caſuum reſeruatorum
5 interpretatio? Cui dubitationi luculentèr ſatisfacit *Salas in ſimili de legib. diſp. 21. ſect. 13. num. 27. & poſt ipſum Bonac. item in ſimili de legibus diſp. 1. q. 1. pun. 8. num. 1.* Notandum igitur cum his Doctoribus duplicem eſſe verborum proprietatem. Prima dicitur naturalis, & hæc ſic appellatur, non quia ſit à natura (conſtat enim omnia verba ſignificare ad placitum primi inſtituentis) ſed quia talis eſt ipſorum ſignificatio ex prima ipſorum inſtitutione, aùt ex communi loquendi vſu totius populi, vt eſt verbum, mors, quod iuxta proprietatem naturalem ſignificat mortem non fictam, ſed naturalem, quæ iuxta mentem Philoſophorum, & veritatem eſt ſeparatio animæ à corpore, ſiuè diſceſſus animæ à corpore. *Cic. 1. Tuſ.* vel vltima linea rerum. *Hor. lib. 1. epi. 17.* Secunda vocatur ciuilis, & hæc mors ità appellatur, quia ob ſimilitudinem, aùt iuris fictionem extenditur à iure ad aliud ſignificandum, quam ex prima ſua inſtitutione ſignificet, vt eſt profeſſio, quæ fit ſeruandi perpetuò regulam alicuius probatæ religionis, quæ appellari ſolet mors ciuilis, non iuxta proprietatem verborum naturalem, ſed potiùs iuxta ciuilem, & quaſi metaphoricam, *ità Suarez de legib. lib. 6. cap. 1. num. 9.* hac poſita diſtinctione, curandum eſt cum *Naldo ver. caſus num 3.* caſuum reſeruationem habere rationem pœnæ .i. naturam legis humanæ odioſæ; talis autem lex explicanda, & extendenda eſt, quatenùs important
6 verba accepta iuxtà proprietatem naturalem; & ratio eſt; quia, cum propoſito generalis generaliter ſit accipienda, *L. proſpexit. ff. qui, & à quibus.* cum autem homines ordinariè loquantur iuxta proprietatem verborum naturalem, ſequitur verba legis generaliter accipi debere iuxta proprietatem naturalem, non verò ſtrictiùs, aùt latiùs, hoc tamen limitandum eſt, modo neceſſitas, aùt aliqua ſpecialis ratio non cogat aliter accipere: quamobrem ſicut in generali conceſſione non veniunt ea, quæ non eſſet quis in ſpecie veriſimiliter conceſſurus; ità in generali prohibitione, vel præcepto non veniunt (ad propoſitum noſtrum loquē-
7 do) ea quæ Epiſcopus non eſſet veriſimiliter præcepturus; cum lex ab

ipſius

Digitized by Google

ipſius voluntate pendeat. *ità Bonac. de leg. in ſimili vbi ſup. 2. prop. nu.* 8. *Addit Nal. loco citato, & Capeauilla de caſib. reſer. cap.* 6. in hac materia caſuum reſeruatorum, cum ſit odioſa, non attendendam eſſe paritatem rationis, ſicut nec in pęnis, nec argumentum ab æquipollentibus, à maiori, &c. non .n. ſequitur, legens librum hęreticum eſt excommunicatus, ergo & audiens concionantem hęreticum, quamuis hoc ſit illo periculoſius. Item in hac materia, reſeruatio homicidij non comprehēdit mandantem, aut conſulentem, niſi exprimantur; & ratio eſt, quia caſus fictus .ſ. fictione iuris non comprehenditur ſub caſu reſeruato: mandans .n. licèt coram Deo verè delinquat, humano tamen more loquendo, dicitur fictè delinquere. *Antonius Nal. vbi ſupra, & Euerardus in topica iuris in loco ab æquipollenti.* 7 8

Hæc tamen intelligenda ſunt, modo vnus caſus, ſeù vnum crimen non ſit poſitum in tabella reſeruatorum tantummodò gratia exempli; hinc colligi poteſt primò, ſi pęnā reſeruationis per tabellam eſſet impoſita contra ſurripientes centum aureos, extenderetur etiam ad eos, qui res æqualis valoris ſurripiunt; nam lex cenſetur generalis, & aurei cenſentur ſolum poſiti gratia exempli, & crimen cenſetur æquiualens, & eiuſdem rationis. Secundò quod dicitur de vno correlatiuo extendi etiā ad aliud, quandò vnum poſitum eſt tantum gratia exempli, ſeù quandò ex eadem ratione, alijſq́ue circumſtantijs conſtat Legiſlatorem tabellæ voluiſſe vtrumq; comprehendere, vt caſus reſeruatus poſitus in noſtra tabella contra committentes nefandum non ſolum ligat agentem, ſed etiam eum, qui patiendo cooperatur huic nefario crimini. *Videto Bonac. in ſimili de legib. diſp.* 1. *q.* 1. *pun.* 8. *prop.* 4. *num.* 24. & 25. licet nonnulli reluctentur, vti dicetur, cum diſſeremus de reſeruatione caſus ſodomiæ. 9

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An temerarius cenſeri debeat Commentator Epiſcopales leges interpretando?

SVMMARIVM.

1 *Illius eſt interpretari, cuius eſt condere.*
2 *Interpretatio duplex, nimirùm neceſſaria, & ſimplex.*
3 *Quomodo liceat interpretari caſuum reſeruatorum legem.*
4 *Non dicitur præſumere, qui probabilitèr credit ſe benè facere.*

Ratio difficultatis eſt, quia illius eſt leges interpretari, cuius eſt condere, *vt claret ex l. in prætorijs. ff. de prætorum ſtipulationibus,* 1

& cap. ſtnt 11. *q.* 1. Commentator autem non eſt caſuum reſeruatorum conditor, vt de ſe patet; ideò videtur, quòd nec Cõmentator poſſit eſſe.

2 Ad difficultatem reſpondetur cum diſtinctione. duplex eſt interpretatio, nempè neceſſaria, & ſimplex: neceſſaria eſt illa, quæ fit per modũ legis, & huiuſmodi interpretatio ab vllo alio fieri non poteſt, quam à conditore ipſius legis; & de hac verificatur dictum illud, illius eſt leges interpretari, cuius eſt condere; ideò ſi alius à legis conditore vellet caſus Epiſcopales per modum legis interpretari, poſſet ritè cenſeri temerarius, ius Epiſcopi Legiſlatoris ſibi vindicando.

3 Cęterùm ſi loquamur de interpretatione ſimplici, non poteſt iure temerarius haberi; ratio eſt, quia licitum eſt legem tam humanam, quam diuinam, tàm odioſam, quàm fauorabilem interpretari non ſolum exponendo; ſed etiam ampliando, aut coarctando iuxtà debitas interpretandi regulas. Addo interpretationem hanc licitam eſſe, tùm quia legum interpretatio ſępè ſępiùs ne dùm eſt vtilis; ſed interdum eſt etiam neceſſaria, vt Legiſlatoris voluntas intelligatur, ac ſeruetur; tùm quia ſic colligitur *ex l. vnica. C. de profeſſorib. lib.* 1. *ff. ſi certum petatur, & ex alijs iuribus;* tùm etiàm quia hic eſt ſtylus praxis, vſus, & ſenſus Vrbis, & Orbis. *videte D. Thom.* 22. *q.* 60. *art.* 5. *Caiet. ibid. Sotus lib.* 1. *de Iuſtitia. quæſt.* 4. *art.* 5. *& alios communiter*. Et tan-

4 dèm non dicitur præſumere, qui probabiliter credit ſe benè facere, vt teſtatur *Emanuel Sà verb. interpretari num.* 8. & proindè nec temerarius cenſendus. Et per has rationes ſatis conſtat difficultatem ab initio propoſitam nihil noſtræ reſolutioni officere.

DISTINCTIO SECVNDA.

De accidentibus caſuum reſeruatorum.

QVoniam diſtinctio hæc reſpicit primò caſus reſeruatos in diœceſi Bergomi; ſecundò excõmunicationem Papalem; tertiò dubietatem caſus reſeruati; quartò poteſtatem Confeſſarij circa mutationem pœnitentiæ; quintò validitatem reſeruationis; idcircò meritò diſtinctionem iſtam in quinque articulos ſecamus. in primò diſſeritur ſpeciali modo de caſibus reſeruatis in diœceſi Bergomi. in ſecũdo de excommunicatione Papæ reſeruata. in tertio de dubietate caſus reſeruati. in quarto de poteſtate Confeſſarij circa pęnitentiam. in quinto de validitate reſeruationis iniuſtè facta.

ARTI-

ARTICVLVS I.

De caſibus reſeruatis in diœceſi Bergomi continet tres difficultates, vz.

1 *An caſus reſeruati in diœceſi Bergomenſi ſint à iure, vel ab homine?*
2 *An præter caſus in tabella deſcriptos ſint alij ad quos Confeſſarius teneatur?*
3 *An caſus Epiſcopo reſeruati interdum ſpectent ad Sedem Apoſtolicam?*

ARTICVLVS II.

De excommunicatione Papæ reſeruata vnicam amplectitur difficultatem, vz.

1 *An excommunicatio Summo Pontifici reſeruata ob impotentiam illum adeundi, fiat abſolutè Epiſcopalis?*

ARTICVLVS III.

De dubietate caſus reſeruati vnicam item continet difficultatem, nempè.

1 *An caſus in dubio præſumatur reſeruatus?*

ARTICVLVS IV.

De poteſtate Confeſſarij circa pœnitentiam vnicam itidem continet difficultatem, nimirùm.

1 *An poſſit inferior Confeſſarius mutare pænitentiam, quam Superior in foro conſcientiæ pro peccatis reſeruatis impoſuit?*

ARTICTLVS V.

De validitate reſeruationis iniuſtè factæ, vnicam ſimiliter complectitur difficultatem, hoc eſt.

1 *An reſeruatio facta per Ordinarium ſine rationabili cauſa ſit valida?*

ART.

Digitized by Google

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA.

An caſus reſeruati in noſtra diœceſi Bergomenſi ſit à iure, vel ab homine?

SVMMARIVM.

1 *Qui caſus à iure, & qui ab homine cenſeantur?*
2 *Conditiones caſuum à iure quæ, & quot?*
3 *Caſus ab homine qui?*
4 *Caſus diœceſis Bergomenſis ſunt ab homine.*
5 *Amoto Epiſcopo ab officio, vel mortuo, excommunicatione ligatus, ab illa minimè liberatur.*
6 *Qui caſus nunquàm expirent?*
7 *Caſus, qui ex iure communi extra tabellam reperiuntur Epiſcopo reſeruati, non impediunt, quominùs Confeſſarius ab illis abſoluere poſſit.*

DIfficultatis ratio eſt, quia à multis annis caſus expoſitæ tabellæ perſeuerant; ideò naturam caſuum à iure ſapere videntur.

Ante reſponſionem, duo ſupponenda eſſe arbitror, quorum primum
1 eſt, illos caſus eſſe à iure, qui conditiones caſuum à iure habent: illos verò eſſe ab homine, qui itidèm conditiones caſuum ab homine habent; nam conditiones propriæ, accidentia .ſ. propria magnam partem conferunt ad cognoſcendum eſſentiam rei, vt habetur primo de anima.
2 Alterum eſt, conditiones caſuum à iure præcipuas duas eſſe. Prima eſt, quod caſus à iure in Synodalibus Decretis reperiuntur inſerti, vt teſtatur *Homobon. in comment. de examine Eccleſiaſt. tract. 5. q. 41. & Vgolinus de Off. & poteſtate Epiſcopi par. 2. cap. 40. n. 1.* nàm ex hoc, quod ſunt inſerti in iure Synodali, dignoſcitur reſeruationem factam fuiſſe per modum ſtatuti, ſeu perpetuæ conſtitutionis. Secunda eſt quod reſeruatio caſuum à iure ſit Curiæ, ſeu Sedi Epiſcopali explicitè, vel ſaltem implicitè, vt ſit tabella ex talibus conſtaret verbis, abſolutio à caſibus reſeruatis à nemine dari poſſit, niſi à Nobis, vel ab Epiſcopo, qui pro tempore fuerit, ita *Graſſius de caſibus reſer. lib. 1. cap. 4. n. 47.*
3 Ceterùm caſus ab homine per litteras, ſeu epiſtolas extra Synodum editas reſeruarunt, notat Vgolinus loco citato, & reſeruatio his, aut ſimilibus verbis fieri ſolet, nobis reſeruamus .ſ. infradictos, aut ſupradictos caſus iuxta ſitum epiſtolæ, aut litterarum directarum, vti affirmat *Graſſius l. c. n. 46.* nullam faciendo mentionem de Epiſcopo ſucceſſore. *Ita Graſſius vbi ſupra.*

Modò

Digitized by Google

Modò ad rem noſtram deueniendo, ex tradita doctrina in ſuppoſitis,
ſatis colligitur caſus in hac Diœceſi Bergomenſi reſeruatos eſſe ab homi- 4
ne; & ratio eſt, tum quia non ſunt facti per modum conſtitutionis, aut
decreti, cum in decretis, & conſtitutionibus Synodalibus non inueniantur
inſerti, tum quia Epiſcopus in tabella reſeruatorum his vtitur verbis,
placuit nobis abſolutionem caſuum reſeruare, nullam de ſucceſſore
mentionem faciendo, ex quibus verbis liquidò conſtat adhærendo do-
ctrinæ *Graſſij vbi ſupra.* Caſus Diœceſis Bergomi eſſe ab homine; &
proinde ſequitur huiuſce tabellæ caſus defuncto Epiſcopo, vel ab Offi-
cio moto expirare; itaut deincèps nullus caſus reſeruatus ab homine re- 5
maneat in Diœceſi, quouſq; ſuper his per Capitulum, ſeu Vicarium Ca-
pitularem prouideatur. *Ita Homob. vbi ſupra.* quod ſecus dicendum
eſſet, ſi forent à iure; nam illi niſi à ſucceſſore reuocentur, inſtar legis
perpetuò perſeuerant; & ratio eſt, tùm quia lex ſemper loquitur *l. Ariani,* 6
C. de Hæret. & Manic. tùm quia ſtatutum Epiſcopi perpetuum eſt. *l. leges,*
& conſtitutiones C. de leg. Concludo itaq; caſus tabellæ Bergomi eſſe ab
homine. Nec obſtat, quod à multis annis perſeuerent; perſeuerantia .n.
ſola non eſt ſufficiens ratio ad conſtituendum caſus ad inſtar iuris
l. leges C. de legibus.

Verum pro pleniori intelligentia prædictæ difficultatis duo ſunt præci-
puè obſeruanda, primum eſt, quod quamuis caſus omnes, qui ſunt in
expoſita tabella, cum ſint ab homine, vt ſupra cautum fuit, amoto vel
mortuo Epiſcopo, expirent; attamen excommunicatio ab homine, quæ
inter caſus noſtræ tabellæ Bergomi computatur, vt liquidò claret ex
primo caſu, ibi ſiuè à nobis, non expirat; hinc ſi quis antequam Epi-
ſcopus ex hac decéderet vita, vel amoueretur ab officio, excommuni-
catione annodatus exiſteret, eo mortuo vel amoto ab officio adhuc per-
ſeuerat excommunicatus; itaut requiratur abſolutio per ſucceſſorem, aut
per Vicarium Capitularem Sede vacante, ita intelligitur *Ex text. in cap.*
vnico de maio. & obed. lib. 6. teſte Graſſio de caſibus reſeruatis lib. 1. c. 4.
num. 46. & 47.

Alterum eſt, quod, & ſi dicamus caſus tabellæ Diœceſis Bergomi eſſe
ab homine, & expirare per mortem Epiſcopi, vel per amotionem ab
Epiſcopatu, & ablationem iuriſdictionis, vt contingit, quando eſt de-
claratus excommunicatus; ſunt tamen aliqui caſus extra tabellam qui de
iure Epiſcopis reſeruati reperiuntur, & nunquã expirant. Et ſunt ſequẽtes. 7

1 Peccatum Clerici, quod habet irregularitatem annexam.
2 Peccatum, ob quod penitentia ſolemnis eſt imponenda.
3 Abſolutio Blaſphemiæ publicæ, & notoriæ.
4 Abſolutio excommunicationis maioris .ſ. reſeruatæ.
5 Diſpenſatio votorum, & iuramentorum.

Digitized by Google

6 Incendium domorum, vel aliorum locorum ex intentione. Complectiturq; Mandantes, conſiliantes, & auxiliantes. *Ita s. Thom. in 4. diſt. 19. q. 1. art. 3. §. ad 2. quæſt. Nau. cap. 27. n. 262. Sylueſter verb. caſus n. 3. §. 3. quæritur & alij apud Pellegrinum in lucerna verb. caſus, & apud Angelum verb. caſus, qui citat cap. ſi Epiſcopus de pœnit. & remiſſ. lib. 6.*

Verùm pro potiori intellectu horum caſuum quædam ſunt obſeruanda, quorum primum eſt, quod *Belloch. in praxi moralis Theol. par. 2. q. 17. n. 79.* demonſtrat practicè per ſingulos prædictos caſus diſcurrendo ſigillatim .s. huiuſmodi caſus non impedire Confeſſorem, quin pœnitentem abſoluere poſſit à culpa.

Alterum eſt, quod ſi interdum Epiſcopi ſupradicta peccata ſibi ſpeciatim in ſuis tabellis explicant, tunc prædicta crimina non de iure .s. comm. ſed ex conſuetudine ſpeciali, vel per eorum ſtatuta erunt reſeruata. *Belloch. vbi ſup. circa finem.*

Tertium eſt, *Suarez tomo 4. diſp. 29. ſect. 3. num. 6.* proloqui in hæc verba. Mihi videtur ex ſolo iure communi, & ſecluſa conſuetudine, nullum peccatum eſſe reſeruatum Epiſcopis, omitto diſpenſationes votorum, & ſimilia; quæ Summiſtæ numerant inter hos caſus reſeruatos impropriiſſimè, vt Nauarrus optimè aduertit; quia hic non agimus de omne actu iuriſdictionis, ſed ſolum de reſeruatione culpæ in ordine ad abſolutionem Sacramentalem. *Hæc Suarez loco citato.*

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An præter caſus in tabella deſcriptos, ſint alij caſus, ad quos Confeſſor teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Et ſermo de caſibus reſeruatis reſpectu abſolutionis.*
2 *Loquimur hic de caſibus tabellæ propoſitæ.*
3 *Non denegatur Confeſſario ſimplici niſi abſolutio à peccatis, aut cenſuris, de quibus tabella.*
4 *Notabilis regula.*
5 *Extra caſus tabellæ non extant alij.*
6 *Extant tamen ſeptem excommunicationes Epiſcopo reſeruatæ.*
7 *Cum ſit aliquid contra legem prohibentem, & irritantem ſimul, redditur actus inualidus.*
8 *Præceptum dupliciter iniungi poteſt, .s. ſub modo, aut ſub conditione.*

Difficultatis ratio eſt; quia in Synodalibus conſtitutionibus vltra prædictos, alij reperiuntur; prohibeturque Confeſſarijs, ne ab illis abſoluant, niſi ſeruata præſcripta forma. An-

Antequam occurramus difficultati, duo præſupponenda ſunt, quorum alterum eſt, nos loqui hic de caſibus Epiſcopo reſeruatis quo ad abſolutionem Sacramentalem tantum; non autèm quo ad diſpenſationem, 1
conſecrationem, commutationem, & relaxationem; quia quantùm ad hæc, multi alij caſus Epiſcopo reſeruantur, vt irregularitatum diſpenſatio, votorum commutatio, iuramentorum relaxatio, Eccleſiarum, & calicum conſecratio, quæ vt conſtat, non proponuntur in tabella. faciunt quæ habet *Syluest. verb. caſus n. 2. & 5. in calce.* ſumiq; prædicta de iure Epiſcopo reſeruata.

Alterum eſt, quod ſunt alij caſus Epiſcopo reſeruati de iure, de quibus ſupra *in difficultate, an caſus reſeruati in Diœceſi hac Bergomenſi ſint à iure, an verò ab homine num.* 8. & de his quoque non loquimur, quia, vt ibi dicemus, non impediunt Confeſſorem, quominùs pœnitentem à culpa abſoluere valeat; nos autem loquimur de illis tantùm, qui Confeſſorem in foro Sacramentali pœnitentiæ præpediunt, quò minus 2
impendere valeat validam peccatorum abſolutionem, & ſunt illi ſupra digeſti in tabella reſeruationis expoſita per Epiſcopum, ſuper qua hæc tradidimus commentaria.

Modò ad rem noſtram propius accedendo dicendum videtur confeſ- 3
ſorem non teneri ad alios caſus, quàm ad illos, qui ſunt in tabella digeſti; & ratio ea eſſe videtur, tùm quia exceptio firmat regulam in non exceptuatis. *Bart. in l. quæſitum §. denique. ff. de fund. inſtruct.* tùm quia incluſio vnius eſt alterius excluſio. *Cap. Nonne de præſumpt.* & qui de vno negat de alijs affirmat, & concedit. *l. prætor ff. de iud.* tùm etiam, quià per ſpeciem derogatur generi; ideò per hos quatuordecim ſpecificatos videtur derogari alijs; præterea *Comitolus in reſponſ. moralib. lib. 1. q 25. Homob. de examine Eccleſ. tract. 11. cap. 7. 2. modus. Lucas Floron. de caſib. reſer. p. 1. cap. 4. §. 8. n. 4.* concorditer tradunt ſequentem regulam.

Vbi Epiſcopi aliquos caſus ſibi eligunt, & in publicas reſeruationis 4
tabulas digerunt, niſi aliud exprimant, alij qui in Synodalibus conſtitutionibus reſeruati reperiuntur, & in dicta tabella non comprehenſi ſunt, excluſi cenſentur. Et per hanc regulam patet, nihil obſtare rationem difficultatis ab initio obiectam.

Verùm aduertit *Comitolus loco citato n. 13.* quod ſiquid iura canonū, vel Sacrorum conciliorum decreta, ita committant Epiſcopum poteſtati, vt illa per ſe, vel per ſuos Vicarios duntaxat exequi debeant; hæc à Sacerdotibus inferioribus attingi non poſſunt; quamuis in folio reſeruationis prætermiſſa ſint. Probabiliter autèm cenſeo, quod, ſiquid tale vſu receptum extra tabellam daretur pertinens ad confeſſionem; per Epiſcopos, vel adderetur ipſorum tabellis, vel in alio folio, ſeu tabella

exponeretur, ne in re tanti momenti, quanti eſt validitas confeſſionis, fiat error; maximè cum ipſi Epiſcopi nouerint multos reperiri Confeſſarios parui ingenij, minoriſq; ſcientiæ; atque Epiſcopalis ſollicitudinis ſit talia exponere. Arbitror itaque præter caſus in tabella expoſitos non
5 extare alios caſus, ad quos Confeſſor teneatur loquendo de caſibus reſer. eo modo, quo ſupra. Extant tamèn ſeptem excommunicationes, de quibus videre eſt in ſecunda parte horum commentatiorum caſu primo de
6 excommunicatione. Caueant tamèn Confeſſarij, ne quid committant contra præſcripta in Synodalibus; nam, & ſi Confeſſarij impendendo abſolutionem certis pœnitentibus contrà eorum prohibitionem, v. g. illis, qui adhuc non didicerunt neceſſaria ſaluti, actum inualidum non reddant; peccant tamen grauiter plus minuſuè iuxta ſubiectam materiam. Verùm pro intelligentia notandum eſt, acta quæ fiunt contrà legem prohibentem non eſſe inualida per ſe, ideſt ex eo ſolum, quod prohibentur à lege; ratio eſt; tum quia lex prohibens actum, nõ reddit ipſũ irritum ex natura rei, cum aliud ſit irritare, & aliud prohibire, & aliqua prohibeantur, quæ valida ſunt iuxta tritum ſermone prouerbium, multa illicitè fiunt, quæ facta, tenent; tùm quia in materia odioſa reſtringenda eſt obligatio; hic autem verſamur in materia odioſa, cum prohibitio actus odioſa ſit per ſe loquendo; tùm etiam, quia nec omnes actus, qui iure naturæ prohibentur, ſunt irriti, vt patet, cum venditur, & traditur res, quæ alteri fuerat promiſſa; aut cum quis poſt ſponſalia cum
7 vna, celebrat matrimonium cũ altera de præſenti; itaq; huiuſmodi actus iure naturæ tantum prohibiti, non ſunt ipſo facto irriti, ideò neq; irriti exiſtimandi ſunt actus contra legem humanam tantummodò illos prohibentem. *Ita Bonac. in ſimili de legib. q. 1. pun.* 5. §. 5 *prop.* 2. *n.* 8.

Modò ad rem noſtram deueniendo iuxtà traditam doctrinam, verba Synodi diligentiſſimè perpendenda erunt, an quid circa materiam caſuum reſeruatorũ prohibeant tantumodò: an verò præter prohibitionem etiam irritent factum: concludo itaq;, quod Confeſſarij non parentes præceptis Synodalibus, quamuis non irritantibus factum, grauiter peccant ſi abſoluant: occurrentes verò dictis præceptis actus irritantibus, quod non ſolum peccant, ſed etiam actum reddunt inualidum.

8 Cauendum prætereà, an Synodus ſub modo, an ſub conditione iniungat præcepta, ſi iniungat ſub conditione, neceſſariò præſtandũ eſt opus iniunctũ, alioquìn inualida forent, quæ fiunt; & ratio eſt, tũ quia conditio videtur importare formam ſubſtantialem; ſine forma ſubſtantiali autẽ res extare minimè poteſt. *l. qui hæredem* §. *vlt. ff. de condit. & demonſtratione;* tùm quia conceſſio non operatur vltra intentionem concedentis; conceſſio autem facta ſub conditione, indicat mentem concedentis eſſe conditionalem, ipſumq; nolle conceſſionem, ſeu gratiam impertire non

im-

Digitized by Google

impleta conditione: ſecus dicendum eſt, ſi iniungat præceptum ſub modo; nam ex ipſo modo ſatis deſignatur gratiam fuiſſe abſolutè conceſſam, & proinde non auferri, licet modus non ſeruetur. *Bonac. in ſimili de legib. diſp. 1. q. 3. pun. 4. §. 2. vnic. prop. n. 2.*

Verùm dicet quis, quid refert addere modum præcepto, ſi ad obſeruantiam illius non tenemur? Reſpondetur quod multum refert, quia, qui ſeruant modum, non peccant: at illi, qui illum omittunt, & ſi non reddant actum inualidum: attamen peccant plus minuſuè iuxta ſubiectam materiam, & alias circunſtantias.

ADDITIO.

Doctrina auctoris vniuerſaliter ſumpta, vt pote nimis rigida temperanda videtur vbi ait numero ſeptimo. Confeſſarios non parentes præceptis Sinodalibus grauiter peccare ſi abſoluant, ſunt enim multa in conſtitutionibus tam Prouincialibus, quam Diœceſanis, quæ in materia adminiſtrationis Sacramenti Pęnitentiæ, vel loquuntur de Conſilio, vel ſi diſponant de præcepto, non ita grauiter vbique ſtringunt, vt formari valeat rotonda propoſitio, quod Confeſſarij præceptis Sinodalibus non obedientes mortaliter ſint peccaturi. Moneo igitur Grauitatem ſubiectæ materiæ præ oculis habendam eſſe, & penſatis circumſtantijs locorum, perſonarum, temporis, & verborum ipſius conſtitutionis formandum eſſe iudicium in indiuiduo, quænam decreta, & præcepta grauiter, quænam vero leuiter ſtringant Confeſſarios.

Quo ad illa decreta, quæ de conſilio loquuntur præ oculis habenda Doctrina Naldi verbo Conſilium num. 14. *quod non obligant neque ad veniale etiam ſi ſint inſerta in corpore Iuris, & in Bullis Pontificijs; ſi enim, vel ad leuem culpam obligarent, iam non amplius de conſilio, ſed de præcepto diſponerent.* D. D. apud eundem Naldum nu. dict. cit.

Quo ad decreta de quibus non conſtat num de pręcepto, an de conſilio diſponant, menti tenenda eſt regula à Doctoribus vti certa propoſita, quod cenſenda ſint tantum de conſilio non de præcepto, tum ob fauorem libertatis quæ iure poſſeſſionis ſuæ ſpoliari nequit in dubio, tum etiam ex naturali dictamine odij reſtringendi cap. odia de reg. iuris in 6. Ita Sanchez lib. 6. in Decal. cap. 4. n. 66. Caſtropalaus diſp. 1. de legibus p. 9. n. 1. Tamburrin. in Oppuſculo Communionis lib. 1. cap. 1. num. 50.

Ex ſimili fundamento, quoties conſtat Decreta Sinodalia de præcepto procedere; non conſtat autem ſub qua culpa prohibeant, vel præcipiant, iudicanda erit tranſgreſio venialis tantum, non letalis argumento L. ſi Præſes ff. de penis. cap. in penis de reg. iuris in 6. Sairus Clauis Regiæ lib. 3. cap. 7. n. 19. Tamburrin. l. c. n. eodem, nec non Sanchez loco allegato n. 66.

 Si

3 *Incidit in caſum Papalem, qui luxuriæ peccata, vel alia perpetrata ob incredulitatis crimen committit.*

4 *Duplex eſt fornicatio, nempe à muliere propria, & à fide.*

Difficultatis ratio eſt, quia caſus Epiſcopo reſeruati condiſtinguuntur ab illis, qui reſeruantur Sedi Apoſtolicæ, vt communiter tradunt Doctores. *verb. caſus*. 1

Difficultati ſatisfacit. *Lazarius canon. qq. ſect. vnica q. 11. n. 8. & 9.* Reſpondens affirmatiuè, quod .s. interdum ad Sedem Apoſtolicam pertinent, vtpotè cum dignoſcitur pœnitentem in perpetratione delicti habuiſſe errorem in intellectu; nam in tali euentu per litteras Bullæ Cenæ Domini conſtat peccatum Sedi Apoſtolicæ reſeruatum eſſe, nec Epiſcopis, vel alijs virtute priuilegiorum licere manus apponere, ita declarante Sacra Cardinalium Congregatione, prout teſtatur *Lazar. loco citato*. Nec eſt imaginandum ad Sedem Apoſtolicam tantùm ſpectare caſum blaſphemiæ, hęreſis, ſortilegiorum, &c. cum errore intellectus; nam alij quoque caſus, in quibus error in intellectu concurrit ad illam ſpectant, vt ſi quis dignoſci poſſet grauiſſimum ſodomiæ, beſtialitatis, aut inceſtus crimen perpetrare, ex eo quod crederet talia crimina à Deo punienda non eſſe; vel legata pia ex purgatorij incredulitate nõ ſoluere, aut Sacramentis in artibus magicis, vel ſuperſtitionibus ex defectu fidei abuti. *Ita Homob. de caſib. reſer. par. 2. cap. 4. ſect. 5. in praxi.* conſtat itaque interdum caſus Epiſcopales pertinere ad Sedem Apoſtolicam. Nec repugnat difficultas ab initio obiecta; quia non pertinent ad Epiſcopum, & ad Sedem Apoſtolicam ſub eadem conſideratione; ſed ſub diuerſa; nam quatenùs excludunt errorem intellectus; ad Epiſcopum pertinent: quatenùs verò ſecum inuoluunt errorem intellectus, ad Sedem Apoſtolicam ſpectare dignoſcuntur. 2 3

Verùm in huius difficultatis gratiam, ſciendum eſt pro exemplo, duplicem eſſe fornicationem nimirum corporalem, & ſpiritualem; corporalis eſt, quæ fit corpore muliere aliena abutendo; at fornicatio ſpiritualis eſt, quæ aliam à Catholica ſequitur fidem. De hac dicitur. *Hierem. cap. 3.* tu fornicata es cum amatoribus multis (loquitur Deus cum Iſraelitis) tamen conuertere ad me, & ego ſuſcipiam te. 4

ADDITIO.

Hic notare debemus nulla peccata Sanctæ Sedi reſeruata dari, quibus cenſura annexa non ſit, vt communiter D.D. An vero peccata illa, quibus annectitur cenſura Papalis ſint Sanctæ Sedi reſeruata in ratione culpæ, & cenſuræ, an vero tantum in ratione cenſuræ magna eſt controuerſia inter morales. Quod ratione vtriuſque ſint reſeruata,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ta, tenent Suarez de pœnit. tom. 4 diſp. 29. ſect. 2. n. 8. Filiucius tract. 7. cap. 10. nu. 270. Vaſquez quæſt. 91. art. 3. dub. 1. n. 15. Mazuchel. de reſeruatis diſp. 1. quæſt. 1. difficultate 5. n. 10. *At multo probabilius eſt reſeruata tantum eſſe ratione cenſuræ, ideoque ablata per Papam, vel Pœnitentiarium cenſura caſum fieri liberæ abſolutionis cuicumque ſimplici approbato Confeſſario*. Caiet. in ſumma verb. caſus. Tolet. Nauarrus. Henriquez cum Laimanno lib. 5. tract. 6. cap. 12. nu. 2. Coninch. de Sacrament. diſp. 14. dub. 16. n. 28. Bonac. tom. 1. diſp. 5. quæſt. 7. punct. 5. §. 2. n. 4. Fagund. 2. Ecc. præcept. lib. 8. cap. 1. n. 5.

Excipitur abaliquibus caſus ſimoniæ promoti, & promouentis ad ordines tanquam reſeruatus Sanctæ Sedi, etiam præciſa cenſura ex conſtitutione Clementis VIII. *& Sixti* V. in Bullario Quarantæ verbo ordo. *Sed ſi benè perpenditur Bulla non apparet talem culpæ reſeruationem adeſſe præciſa cenſura. Ideoque cum dubia verba ſint conſtitutionis ipſius in hoc puncto, cenſeo ex vniuerſali doctrina odij reſtringendi Bullam prædictam Sacris alijs canonibus, & extrauagantibus conformem iudicari debere.*

Doctrinam n. 2. allatam non admitto, quod peccata Sedi Apoſtolicæ reſeruentur ex eo quod pænitens habuerit errorem intellectus. Non enim ſufficit ad incurrendam cenſuram contra Hæreticos formales in proceſſu Bullæ Cœnæ infligi ſolitam, niſi præter errorem intellectus adſit etiam hæretici animi manifeſtatio. vt communis eſt D. D. de qua latè Azorius lib. 8. cap. 9. q. 12. Cardinalis de Lugo de fide diſp. 23. ſectione 2.

Neque ſufficiens eſt manifeſtatio ſiquis peccet peccato ſodomiæ, ex eo quod credat firmiter talia peccata à Deo non puniri, quia peccatum in ſe, non eſt hæreſis manifeſtatiuum, nec demonſtratiuum, niſi cum peccato accedat proteſtatio, circumſtantia, vel ſignum aliquod exterius motiui, quo neſſandus ſodomita dignoſci poſſit moueri ex errore intellectus ad facilius peccandum. Sic Lupus ipſe in alio opere Lucis nouæ Sancti Officij part. 2. lib. 10. difficultate 7. Sanchez. lib. 1. in Decal. cap. 8. n. 15. & nouiſſimè fusè P. Raimundus Nidus Ticinenſis Inquiſitor in ſua Elucubratiſſima Lucerna Confeſſariorum abſoluentium ab hæreſi ſectione 8. in reſponſione ad primum, & ad ſecundum argumentum.

ART. II. DIFFICVLTAS VNICA.

An excommunicatio Summo Pontifici reſeruata ob impotētiam illum adeundi, fiat abſolutè Epiſcopalis.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio Papalis interdum fit Epiſcopalis.*

2 Eu-

2 *Duplex eſt impotentia videlicet phyſica, & moralis.*
3 *Duplex item impedimentum .s. temporale, & perpetuum.*
4 *Caſus Papæ fit ſimpliciter Epiſcopi, cum auſertur onus Papam adeundi.*
5 *Confeſſarius ſimplex extra Italiam exiſtens in caſu neceſſitatis, & impedimenti poteſt à Papalibus abſoluere.*
6 *Manente impedimento ſe præſentandi impeditus poteſt interim Sacramenta ſuſcipere.*
7 *Qui non poteſt Romam petere, nec ſcribere, nec mitere tenetur.*
8 *Quando quis poteſt per alium Romam adire, vel vti ſcriptura?*
9 *Epiſcopus abſoluit à caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, ſi occulti ſunt, & adhuc non deducti ad forum contentioſum.*
10 *Peccatum quando cenſeatur occultum.*
11 *In dubio facti delictum non cenſetur notorium.*
12 *Peccatum quando dicatur deductum ad forum contentioſum.*
13 *Pro quo foro valet abſolutio à delicto Papæ reſeruata data per Epũm.*
14 *Epiſcopus quibus poſſit committere vices ſuas circa dictos caſus.*
15 *Ab hæreſi formali, & de ſe probabili, nec Epiſcopus abſoluere poteſt.*

DIfficultatis ratio eſt; quia multi recenſentur caſus, in quibus
excommunicatio, quæ ex natura ſua foret Papalis, fit Epiſco-
palis, vt potiſſimum videre eſt apud *Synaxim Iulij Calui de* 1
*excommunicatione n. 13. & apud Bonac. in ſimili de diſpenſationibus Papæ
reſeruatis pun. 1. n. 19.*

Ante reſponſionem tria ſunt præmittenda, quorum primum eſt, dupli-
cem eſſe impotentiam .s. phyſicam, & moralem. impotentia phyſica eſt,
quando quis nullo modo poteſt neq; cum graui incommodo præceptũ 2
exequi; impotentia verò moralis eſt, quando non poſſumus aliquid fa-
cere, niſi cum graui incommodo ad iudicium prudentis viri. nos loqui-
mur hic de impotentia ſolũmodo morali; nam de phyſica nulla eſt diffi-
cultas iuxta illud: impoſſibilium nulla eſt obligatio *l. 145. ff. de reg. iur.*

Secundum: duplex eſt impedimentum nimirum temporale, & perpe- 3
tuum: temporale, vt inimicitia grauis inter potentes: perpetuum, vt cæ-
citas, à cuius priuatione ad habitum non eſt regreſſio naturaliter.

Tertium: tunc caſus Papalis fit abſolutè Epiſcopalis, quando non 4
remanet amplius onus adeundi Pontificem.

Modò ad rem noſtram accedendo, reſpondetur duabus propoſitioni-
bus, quarum prima eſt iſta. Si impedimentum eſt temporale, & impo-
tentia eſt ſolummodò moralis, caſus non fit abſolutè Epiſcopalis; quia
ablato impedimento, & dempta tali impotentia, tenetur adire Summum
Pontificem, nec interim tenetur adiro Epiſcopum. *Cap. eos de Sent. ex-
commu. in 6.* alioquin duplici vinculo obſtringeretur; quod nullo iure

caue.

cautetur, vt obſeruat *Barth. Gyp. de caſ. reſer. cap. 1. num. 73.* poſſet tamen ſi vellet. Altera. Si impedimentum eſt perpetuum, talis excommunicatio abſolutè ſit Epiſcopalis, & ad Epiſcopum ſpectat pœnitenti mandatum imponere; *Cap. mulieres cum concordat. de Sent. excom.* quod ſanè procedit etiam ſi miraculosè auferretur impedimentum, & impotentia, ex gratia, ſi cæcus lumen reciperet. *Ita Syluest. verb. abſolutio 4. n. 3.*

Hanc eandem poteſtatem habet quilibet ſimplex Confeſſarius extra Italiam exiſtens, ſi neceſſitas vrgeat, & talis abſolutio ab Epiſcopo peti
5 non poſſit. Dicitur, ſi ſit extra Italiam; quoniam facultas abſoluendi impeditos eſt ſublata Sacerdotibus intra Italiam extra Vrbem degentibus; etiam in caſu neceſſitatis, & impedimenti, vt notat *Homob. de exam. Eccl. tract. 5. c. 5. q. 2. qui quamplures allegat DD.*

Verùm dicet quis, poterit ne iſte, qui in articulo mortis per ſimplicē
6 Sacerdotem fuit abſolutus ab excommunicatione Papali cum onere ſe præſentandi Summo Pontifici, interim, quod non præſentatur ob moralem impotentiam, ſuſcipere Sacramenta? Reſpondetur, quod poterit, durante tamen mandato ſe præſentandi, ſtatim ac impotentia ſublata fuerit. *Ita Bartholomæus Gyptius loco citato.* patet itaque, quod ſi impotentia ſit phyſica, & impedimentum perpetuum; excommunicatio ſit abſolutè Epiſcopalis: & quomodo ſit ſatisfaciendũ difficultati propoſitæ.
7 Sed hic emergit noua difficultas, nimirum. An ille, qui iuſte impeditus, non poteſt Papam adire, aut eum, cuius erat abſoluere, teneatur mittere, aut ad eum ſcribere. cui difficultati ſatisfacit *Emanuel Sà verb. abſolutio ab excom. nu. 8.* negatiuè reſpondendo, nempè quod non tenetur mittere, aut ad eum ſcribere; ſed ab Epiſcopo, aut à ſuperiore ſuo habente Epiſcopalem iuriſdictionem abſolui poteſt; vel ab alio de eius commiſſione: ſed ſi (ceſſante impedimento) non adeat, reincidet; quod commune eſt omni abſoluto ab eo, qui aliàs non poterat.

Addit *Emanuel, eodem in loco.* vnum notabile nimirum, quod ille, qui, exiſtente impedimento adeundi Papam fuit abſolutus cum onere ſe
8 præſentandi, ſi interim, priuſquam reincidat, cōcordat cum aduerſario, in cuius fauorem erat excommunicatio, non tenetur ſe præſentare, ſed poteſt adire per alium, vel per ſcripturam.

Ampliari poteſt hæc aſſertio, vt procedat, etiam ſi in conſtitutione nō permittatur abſolutionem ab alio dari, quàm à Romano Pontifice, niſi in mortis articulo; illa enim expreſſa prohibitio non de Epiſcopo, vel ab eo deputatis; ſed de alijs inferioribus intelligitur. *Sanchez. lib. 2. de præcept. cap. 13. n. 36. Regin. lib. 1. cap. 11. n. 135. Homob. de caſib. reſer. p. 1. cap. 5. ibi ſecundus caſus.*

Limitari tamen poteſt; vt non procedat, quando excommunicatus, qui Apoſtolicam Sedem adire nequit, poſſet Legatum, vel alium petere,

qui

qui priuilegio abſoluendi ab huiuſmodi caſibus gauderet; tunc namq; Epiſcopus abſoluere non poſſet; quia pęnitens in hoc caſu non remanet remedio deſtitutus. *Homob. vbi ſupra allegans Sanchez, Peregrinum, & Sayrum.*

Itidèm Epiſcopo tùm abſoluendi, tùm diſpenſandi ampla conceditur falcultas in delictis occultis Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, & non deductis ad forum contentioſum, vt liquidò conſtat *ex Conc. Trid. cap. liceat ſeſſ. 24. de Reformatione.* Cui etiam ſecundùm aliquos à Pontificijs conſtitutionibus derogatum non cenſetur, niſi de ipſo Conc. ſpecialis fiat mentio. *Roder. tom. 1. qq. reg. quæſt. 8. art. 10. Bannes 22. quæſt. 11. art. 4. Sanchez lib. 8. diſp. 35. n. 17. & alij apud Homob. loco cit.*

Hæc autem poteſtas competit Epiſcopo electo, & confirmato, licet nondum conſecrato, & ſimiliter Capitulo Cathedralis Eccleſiæ Sede vacante, & Superioribus Religioſis iuriſdictione quaſi Epiſcopali fungentibus. *Ita Sanchez lib. 8. de Matrimonio d. 2. n. 10. Suarez tom. 4. diſp. 3. ſect. 2. Miranda tom. 2. q. 8. art. 10. Rodriquez tom. 1. qq. reg. 3. 61. & alij contra alios.*

Notandum eſt autem primò, delictum dici poſſe occultum, quandiù peccator publica infamia non laborat, vt per *Nauar. cap. 27. nu 254. & ſeq. Sanchez lib. 2. de præcep. cap. 11. num. 19.* hinc cum verſemur in dubio facti, an quis commiſerit crimen, ob quod incurritur cenſura, poteſt Epiſcopus ab eo abſoluere; eo quod delictum non eſt notorium. *Emanuel Sà verb. Epiſcopus num. 35.* 10 11

12 Notandum ſecundò, quod delictum dicitur deductum ad forum contentioſum, etiam ſi vnico tantum teſte ſit probatum coram legitimo iudice *Suarez tom. 5. de cenſ. diſp. 4. ſect. 2. & alij.* nec refert, quod res iniuſtè in iudicium ſit delata; requiritur tamen, vt reus ſit citatus, cum iudicium à citatione incipiat, vel quod ei ſit intimata delatio. *Homob. vbi ſup.*

Notandum tertiò, quod prædicta poteſtas Epiſcopis conceſſa reſtringitur ad ſuos ſubditos tantùm: verum tamen eſt ſubditorum nomine comprehendi peregrinos, vagos, ſcolaſticos, mercatores, & forenſes, qui per aliquod tempus in Diœceſi Epiſcopi commorantur quaſi domicilium contrahentes. *Nauar. conſ. 1. n. 1. de paroch. & Homob. vbi ſup.*

Notandum quartò, quod abſolutio à delicto occulto Sedi Apoſtolicæ reſeruato non deducto ad contentioſum forum per Epiſcopum impertita valet ſolummodo pro foro conſcientiæ. 13

Notandum quintò, quod, licèt Conc. dicat, Epiſcopum abſoluere poſſe à reſeruatis Papæ per ſeipſum, vel Vicarium ad id ſpecialiter deputandum; poteſt tamen in his vices ſuas, vel in particulari caſu, vel in generali, alteri committere. *Sanchez lib. 2. d. 4. q. 2. Sayar. lib. 4. de cenſ. cap. 17. n. 19. & alij.* 14

Digitized by Google

Notandum demum quo ad abſolutionem ab hæreſi, communiorem, & tutiorem eſſe ſententiam per Bullam Cœnæ Domini eſſe huiuſmodi
15 facultatem Epiſcopis reuocatam; quapropter, quamuis hæreſis non eſſet publica, nec ad forum contentioſum tracta; tamen per Epiſcopum auferri non poſſet, ſuppoſito, quod formalis, & probabilis de ſe exiſteret; licet ex defectu teſtium non poſſet probari, vt conſtabit de caſibus s. Inquiſ. caſ. 1.

ADDITIO.

N*otanda multum ad praxim doctrina auctoris* num. 7. *tacta, de quà diſtinctius* Naldus. Auſonius, alijque, ſed præſertim P. Georgius Gobat in Theologia Sacramen. tract. 7. caſu 8. num. 368. cum allegatis contra Bonacinam, *vbi abſoluit impeditum adire Pontificem, vel eius Legatum, ab onere mittendi, vel ſcribendi.*

Addo tamen, caſu quo pœnitens legitimo impedimento detineatur nec poſſit adire Epiſcopum, vt obtineat abſolutionem à caſu papali poſſe tunc abſolui à proprio Parocho, ſicuti ab Epiſcopo, quod quamuis rarò vſuuenibile notat Suarez, Palaus, Tannerus, Diana, Tamburrinus, alijque cum Gobat l. cit. n. 368. verſiculo Reſpondetur.

Num. 19. dicit auctor cõmuniorem, & tutiorem eſſe ſententiam non poſſe Epũm abſoluere ab hereſi occulta virtute Tridentini ſtante Bulla Cęnæ Domini.

Sanè in diuerſa abierunt retrò lapſis temporibus in hac quæſtione D. D. Satiſque probabilis numero ſcriptorum videri poterat ſententia affirmatiua talem facultatem competere Epiſcopis vigore Conciliaris priuilegij, quam tenuerat etiam D. Franciſcus Saleſius apud Gobat l. cit. *Nunc autem lis amplius nõ eſt ſub iudice ſtante improbatione talis doctrinæ per SS. Alex. VII.* opinione tertia ex Damnatis in Congreg. Generali Sanctæ Inquiſitionis die 24. Februarij 1665. *Quæ declaratio nedum Epiſcopis adimit facultatem abſoluendi ab occulta hæreſi; ſed etiam à quibuſcunque caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis in proceſſu Bullæ Cœnæ comprehenſis.*

ART. III. DIFFICVLTAS VNICA.

An caſus in dubio præſumatur reſeruatus?

SVMMARIVM.

1. *Ratio difficultatis quæ?*
2. *Poſſeſſio ſtat pro Confeſſario dubitante.*
3. *Difficultas propoſita non verſatur circa habentem opinionem, ſed dubium.*
4. *Duplex dubium .s. iuris, & facti.*

5 Caſum

5 *Caſum dubium in Bulla Cœnæ præſumitur reſeruari.*
6 *In dubio facti non præſumitur caſus reſeruatus; quod ſecus eſt in dubio iuriſdictionis.*
7 *Abſoluens in dubio facti non afficitur pœnis contra præſumentes abſoluere.*
8 *Eccleſia quando ſuppleat iuriſdictionem.*
9 *Diſtinctio de dubio iuris, & facti quibus deſeruiat.*

Difficultatis ratio eſt, quia in decreto Sacræ Congregationis Cardinalium ſuper abſolutione à caſibus reſeruatis cauetur; ne quis abſoluat à caſibus reſeruatis clarè, vel dubiè. Incipit. *Sacra Congregatio*. habetur *in ſumma Bullarij Quaran. verb. caſ. reſeruati.* 1

Ante reſponſionem quattuor præmittenda ſunt, quorum primum eſt, dubium poſſe emergere, vel circa caſus in Bulla Cœnæ, vel circa cæteros Papales, aut Epiſcopales, aut etiam Prælatorum regularium.

Alterum eſt, quòd difficultas non mouetur de illo Sacerdote, qui dubitat latam eſſe aliquam legem, tale peccatum reſeruantem, an, dummodo verſatur circa tale dubium, poſſit pœnitenti abſolutionem impendere; conſtat enim poſſe, ſi adhibita ſufficienti diligentia, adhùc illi perſeuerat dubium, dummodò practice illud deponat; & ratio eſt, quia poſſeſſio ſtat pro Sacerdote Confeſſario dubitante, vt ſupra, quod doctè obſeruat *Bonac. de Sacram. diſp. 5. q. 7. pun. 5. §. 4.* Sed mouetur difficultas de illo Confeſſario, qui verſatur in dubio facti, nùm, inquam, poſſit in tali conſtitutus dubio, pœnitentem tale peccatum habentem abſoluere. 2

Tertium. mouetur difficultas de Confeſſario, qui propriè habet dubium; non autem de illo, qui probabilem habet opinionem; nàm, qui probabilem ſequitur opinionem, validè agit, quæ agit, inquit *Bonac. vbi ſupra prop. 2. nu. 5.* 3

Quartum. Duplex eſt dubium, nimirum dubium iuris, ideſt iuriſdictionis, & dubium facti: dubium facti verſatur circa factum, vt qui dubitat ſe homicidium commiſiſſe, vel compleuiſſe peccatum inceſtus, qui in tabella reſeruatur; dubium iuris verſatur circa iuriſdictionem, vtpotè cum Sacerdos dubitat, an habeat iuriſdictionem circa peccata reſeruata. 4

Modò propiùs accedendo reſolutioni, reſpondetur caſum dubium in Bulla Cœnæ præſumi reſeruatum; & ratio eſt, quia tàm per Decretum prædictum ſuper abſolutione à caſib. reſeruatis, quàm per eius declarationem manifeſtè claret caſum in dubio circa Bullam illam reſeruatum præſumi, nec diſtinctionem illam de dubio iuris, aut facti in ea habere locum, & *Ita communiter ſentiunt Doctores.* 5

Cæterùm ſi loquamur de alijs caſibus Papalibus extra Bullam, aut de

Epiſcopalibus, vel Prælatis Religionum reſeruatis, cenſeo diſtinguendũ eſſe de dubio, videlicet de dubio iuris; ideſt iuriſdictionis, & facti. Loquendo itaque de dubio iuriſdictionis, dicendum eſt Sacerdotem, qui
6 propriè dubitat ſe habere iuriſdictionem circa peccata reſeruata, non poſſe pœnitentem peccato reſeruato obnoxium abſoluere; & ratio eſt, quia poſſeſſio ſtat pro peccato, quod conſtat reſeruatum eſſe, & non pro iuriſdictione, de qua propriè dubitat. *Ita Bonac. de Sacram. diſp. 5. q.7. pun. 5. §.4. p. 2. n. 4.* Loquendo verò de dubio facti cadentis ſub reſeruationem, dicendum eſt, quemlibet Sacerdotem ad excipiendas confeſſiones approbatum, abſoluere poſſe, niſi aliter in iure decernatur in aliquo caſu: aut niſi adſit ſufficiens præſumptio in contrarium de reſeruatione facti, quia poſſeſſio ſtat pro illo. *Ita Bonac. loco cit. prop. 1. n. 1.* hinc *Suarez de Cenſuris tom. 5. diſp. 4. ſect. 6. nu. 5.* proloquitur in hæc verba, ſi aliquis caſus ſcilicet ſit reſeruatus Summo Pontifici, vel alteri Prælato v. g. homicidium, & incidat quis in dubium homicidij, talis caſus non eſt cenſendus reſeruatus, etiam ſi nihil aliud in illa lege exprimatur: quia, cum talis lex ſit odioſa, verba eius ſunt ſtrictè ſumenda; caſus autem de homicidio dubius, non eſt de homicidio ſimpliciter: & ideò non comprehenditur ſub reſeruatione ſimpliciter dicta. Neq; in eo caſu tenetur quis tutiorem partem ſequi, qualis videri poſſet accedere ad Prælatum: quia ſatis certum eſt, confeſſionem inferiori factam eſſe validam: eo quod caſus dubius ex vi illorum verborum reſeruatus non ſit, & ſequitur, ergo idem eſt in omni caſu ſimili, niſi aliud fuerit in alio iure expreſſum: conſtat itaque caſum in dubio .ſ. facti non præſumi reſeruatum. Et de hoc dubio facti puto interpretandos eſſe Doctores dicentes abſque diſtinctione caſum in dubio non præſumi reſeruatũ. vt *Emanuel Sà verb. caſus reſer. n. 5. Finellius de caſibus reſer. caſ. 3. n. 26. Coriol. de caſib. reſer. parte ſect. 1. art. 5. n. 2. Homob. de caſ. reſer. par. 3. cap. 6. caſ. 9. 8. except. &c.*

Nec obſtat ratio difficultatis à principio propoſita: quia, vt cautum fuit, loquitur prædictum Decretum de abſoluentibus in dubio circa caſus Bullæ Cœnæ, vt teſtatur *Vgol. de offic. & poteſtate Epiſcopi par. 2. cap. 36. §. 9. Homob. de caſib. reſer. p. 1. de cauſa final. reſer. Quaranta verb. caſus reſer. Floron. de caſib. reſer. cap. 5. §. 3. & alij communiter.* concluditur igitur iterum caſum in dubio facti non præſumi reſeruatum. Et
7 ex concluſione has duas elicio appendices. quarum altera eſt, abſoluentem in tali dubio facti, non affici pœnis contra audentes, aut præſumentes abſoluere, quamuis *Vgol. de offic. & poteſtate Epiſcopi cap. 37. §. 2. n. 3.* aſſerat Confeſſarium abſoluentem in dubio à reſeruatis etiam extra Bullam his affici pœnis, poſtquam inuenerit ſe errore deceptum fuiſſe. Verum eſt tamen, quod, cũ non diſtinguat de dubio, poſſet ſaluari, & cum alijs conciliari.

Altera

Altera eſt, ſuppoſito quòd talis pœnitens non potuerit abſolui, cum talis caſus in dubio eſſet verè reſeruatus, non per hoc remanere, exi- 8
ſtente bona fide, inabſolutum, quia in tali caſu exiſtimo Eccleſiam ſupplere iuriſdictionem; ſicut eandem ſuplet, quando quis titulo colorato, & errore communi vulgi habetur pro legitimo iudice, vel Parocho; quamuis reipſa non ſit vere iudex, vel Parochus. *ad l. Barbarius. ff. de offic. prat. Ita Leſſius lib. 2. cap. 29. dub. 8. Reginal. lib. 1. n. 102. & 103. Sanchez lib. 3. de Matrim. diſp. 26. n. 6. Bonac. de Sacram. diſp. 5. quaſt. 7. punct. §. §. 4. num. 4.*

Verùm pro potiori intellectione huiuſce difficultatis cauendum eſt, prædictam diſtinctionem de dubio iuris, & facti deſeruire pro Confeſſoribus, non autem pro pœnitentibus: nam ipſi pœnitentes in dubio de pœnis Eccleſiaſticis, ſiuè ſit dubiū iuris, ſiuè facti, non tenentur ad ha- 9
bendum ſe pro excommunicatis, ſuſpenſis, vel interdictis; & ratio eſt, quia poſt adhibitam diligentiam debitam, melior eſt conditio poſſidentis. *Ex Sanchez lib. 1. de decem præcept. cap. 10. Bonac. de cenſur. diſp. 2. quaſt. 2. punct. 1. & 6. §. 2. Filiuc. tract. 21. cap. 4. Homob. de exam. Eccl. tract. 11. cap. 7.*

ADDITIO.

Dvbia omnia circa quaſtionem præſentem vertentia vnica ſolutione extinguentur, ſi dicamus nulla peccata nec in dubio iuris, nec in dubio facti cenſenda eſſe reſeruata, vel in Bulla Cœnæ Domini comprehenſa, aut quacunque alia cenſura innodata ex vniuerſali ratione allata ab auctore nu. vlt. *qua mutatis mutandis locum habet etiam in Confeſſario. Vniuerſalis eſt enim Doctrina* Sanchez lib. 1. Moral. cap. 10. Dianæ p. 4. tract. 3. reſ. 4. Tamb. in methodo Confeſſ. lib. 2. cap. 2. §. 4. n. 27. & lib. 5. iuris Diuina de Caſib. reſer. cap. 4. n. 7. *Quæ doctrina procedet etiā ſi præſumptio ſit in contrarium, vt ſiquis protulerit Blaſphemiam, dubitet autem an animo hæretico, nec ne; tunc enim, cum dubitet de eſſentiali requiſito ad incurrēdam cenſuram, non erit ipſa innodatus, etiamſi præſumptio externi fori ſit patens, quod in dubio verba cenſenda ſint cum mente concordaſſe: Ita contra Auctorem* nu. 6. & alios. Quadr. de reſeru. diſp. 1. q. 2. concluſ. 7. pag. 25. n. 45. Gobat loco infracitando n. 357. cum Lugone de pœnit. diſp. 20. n. 18. & Diana l. cit.

Neque obſtat Declaratio S. Congregat. prohibentis abſolutionem clarè vel dubiè contentorum in Bulla Cœnæ, &c. de qua Auctor n. 1. & Quaranta in ſumma Bullarij verb. caſus nu. 13. *quæ anno 1601. confirmata legitur à Clemente viij.* apud eundem Quarántam. *Quia de illa autenticè non conſtat iuxta tradita per* Barboſ. verb. Declarationes S. Congr. in Deciſionib. Apoſtol. *& inxta Bullam Vrbani viij. in Bullario tom. 4. pag. 207. quæ incipit*

cipit In ſupremo *anni 1635. Accedit, quod vſu recepta non videtur; imo ad terminos iuris communis redactam teſtatur* Bauc. & Campanil. apud. Dianam p. 10. tract. 14. reſ. 8. *cum maximè idem Clemens viij. anno* 1602 *Nouembris in alio decreto de eadem re omiſerit illa duo aduerbia* clarè, vel dubiè, *ideoque ex aliquorum probabili opinione reuocauerit prius decretum* iuxta Pelizar. t. 1. tract. 6. cap. 1. nu. 16. apud P. Georg. Gobat in Theol. Sacram. tract. 7. caſu 8. n. 357. cum Raſlero de confeſs. cap. 7.

ART. IV. DIFFICVLTAS VNICA.

An poſſit inferior Confeſſor mutare pœnitentiam, quam Superior in foro conſcientiæ pro peccatis reſeruatis impoſuit.

SVMMARIVM.

1 *Inferior Confeſſor pœnitentiam pro peccatis reſeruatis per Superiorem impoſitam mutare poteſt interdùm.*

2 *Epiſcopum in caſu neceſſitatis in impedimentis dirimentibus poſſe conſtat.*

3 *In aliquibus caſibus Confeſſor inferior iniunctam à Superiore pœnitentiam minimè mutare poteſt.*

4 *Confeſſor inferior pœnitentiam per Superiorem taxatam mutare poteſt in æqualem, & in mitiorem etiam.*

5 *A fortiori dictus Confeſſor poteſt mutare pœnitentiam per ſibi æqualem impoſitam.*

Difficultatis ratio eſt; quia ſi par in parem non habet imperium *l. ille à quo §. tempeſtiuum ff. ad Trebellianum.* à fortiori videtur dicendum, quod inferior non poſſit in ſuperiorem, ſeu in ea, quæ per Confeſſorem ſuperiorem præſtita ſunt.

Ad difficultatem dicendum eſt, quod iuſta ſubſiſtente cauſa, vtpotè
1 quando facilis aditus ad Superiorem non patet; poteſt inferior Confeſſor mutare pœnitentiam quam ſuperior in foro conſcientiæ pro peccatis reſeruatis, impoſuit. *Gloſ. in c. tempora pænitudinis 26. quæſt. 7. Syluest. verb. confeſſio 1. §. 27. Nauar. cap. 26. n. 22. Homob. de caſib. reſer. par. 1. pag. 115. de forma adhibẽda in abſol. caſu contra Memoriale ſciendorum, tract. de pœn. cap. 5. num.* 58. ſicut etiam in foro externo pœnitentiam iniunctam à Papa in diſpenſatione Matrimoniali inceſtuoſo viro, quod operam ſuam conferat in fabricã Eccleſiæ, à Delegato in aliquod opus pium ex cauſa commutari poteſt. *Genu. in praxi cap. 25. Tuſch. verb. Epi-*

Epiſcopus concl. 276. *n.* 8. & eſt communis, vt teſtatur *Homob. vbi ſup.* cum .n. neceſſitas vrgeat, aut vtilitas ſuadet, pium eſt interpretari Superiorem hanc concedere facultatem. Qua etiam ratione fit, vt Epiſcopus in caſu neceſſitatis, vt cum ſcandalum imminet, &c. poſſit in impedimentis dirimentibus non ſolum poſt, ſed etiam ante Matrimonium per ſe, vel per alium diſpenſare, vt ex communi teſtatur. *Homob. loco cit. & docet Bonac. de Matrim. quæſt.* 3. *pun.* 15. *n.* 6.

Verùm cauendum eſt, ſupradictam aſſertionem nempè inferiorem Confeſſorem iniunctam pœnitentiam à Superiore mutare poſſe, in duobus præcipuè caſibus non procedere, primus eſt, cum pœnitentia publica foret preganda; tunc .n. non poſſet Confeſſor inferior eam illi cõmutare in priuatam. Alter eſt, in pœnitentijs præſeruatiuis, vt ſi Pœnitentiarius, vel etiam alius inferior confeſſor alicui præcipiat, ne ad domum concubinæ accedat, quam ſi adeat, talem, & tantam pœnam perſoluat; iſta .n. pænitentia, cum per modum ſalubris medicinæ imponatur, immutari ab inferiori non poteſt. *Zerola lib.* 1. *quæſt.* 12. *& alij communiter, vt teſtatur Homob. l. cit.* 3

His duobus caſibus exceptis communiter traditur ſuperiorem, atq; etiam inferiorem confeſſarium, ſi ſuperior facilè, vt ſupra attigi, adiri nequeat, non modò mutare poſſe pœnitentiam in æqualem, ſed etiam in mitiorem, ſi ita prudenter ab bonum animæ pœnitentis expedire iudicauerit. 4

Quinimo interdùm expediet illam omninò auferre, vel leuiſſimam iniungere, vt ſit pœnitens meliùs diſpoſitus, magiſq; contritus accedat, vel per alium (conſentiente Confeſſario) pęnitentiam ſibi iniunctam adimpleuerit, ſeu alijs vijs ſatisfeciſſe conſtet, vel plenarias indulgentias conſecutus ſit, itaut propter curationem alia medicinа non egere intelligatur. Conſtat itaq; inferiorem Confeſſorem poſſe commutare pęnitentiam, quam ſuperior in foro conſcientiæ pęnitenti iniunxit, exiſtente iuſta cauſa, demptis tamen duobus caſibus. Faciunt adducta per *Alexand. de Arioſtis lib.* 1. *tit.* 6. *cap.* 5. vbi quærit, quibus reſeruetur poteſtas mutandi pęnitentias. *& per Dianam loc. infracit.*

Nec dictis obſtat, inferiorem in ſuperiorem non habere imperium, quia hoc procedit in foro externo, non autem in interno (exiſtente legitima cauſa) ſaltem in hoc. Ex dictis ſequitur à fortiori, Confeſſorem poſſe commutare pęnitentiam pęnitenti per alium Confeſſorẽ ſibi æqualem: nam ſi de quo magis, & de quo minus: nec requiritur, vt iteretur confeſſio prior, debetq; fieri in Sacramentali confeſſione, vt notat 5 *Diana in Moral. reſolut. parti* 2. *tract.* 1. *Miſcel. reſol.* 53. *circa finem.*

An verò pęnitens ipſe pęnitentiam ſibi impoſitam in euidentem meliorem propria auctoritate commutare poſſit, ſunt opiniones pro vtraq;

parte,

Digitized by Google

parte, qui defendunt partem affirmantem, huic innituntur fundamento; quia pœnitens in hoc legem abundantius adimplet: tuentes verò partem negantem huic adhærent rationi; quia pœnitens in hoc actum iudicij Sacramenti pœnitentiæ in ſe ipſum exercere videtur: opinio affirmatiua probabilis eſt; ſed negatiua probabilior, vt teſtatur *Diana in moral. reſol. part. 3. de Sacramentis reſolut. 53.*

ART. V. DIFFICVLTAS VNICA.

An reſeruatio facta per Ordinarium ſine rationabili cauſa ſit valida.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatio eſt facta in ædificationem.*
2 *Reſeruatio reſpectu diuerſorum diuerſificari poteſt.*
3 *Reſeruatio irrationabilis reſpectu diuerſorum cenſetur interdum valida, interdum non.*
4 *In dubio cenſendum eſt Superiorem iuſtam reſeruandi habere cauſam.*

1 DIfficultatis ratio eſt; quia dicit Conc. Trident. facultatem hanc ſcilicet reſeruandis caſus conceſſam eſſe in ędificationem, non in deſtructionem; ſi autem reſeruatio fieret abſq; rationabili cauſa, foret tantum in deſtructionem. *Seſs. 14. cap. 7.*

2 Difficultati diſtinctione elicita ex duabus concluſionibus *Martini Becani loco infracit.* reſpondetur: Nota itaq; vel Ordinarius reſeruat aliquod peccatum reſpectu inferioris habentis iuriſdictionem ex commiſſione, nimirum delegata, vti ſunt ſimplices Sacerdotes Confeſſarij: aut reſpectu inferioris habentis ordinariam iuriſdictionem, vt ſunt Parochi. Si primo modo, valida eſt reſeruatio, etiam ſine cauſa facta, & proinde ſimplex Cõfeſſor à tali peccato abſoluere nequit; ratio eſt quia iuriſdictio, quæ datur inferiori ex commiſſione, omninò pendet ex nutu ſuperioris; ideò ſicut ſuperior arbitratu ſuo illam omninò auferre poteſt; ita poteſt illam limitare, & reſtringere. Si verò ſecundo modo v. g. reſpectu Parochorum, dicendum eſt, reſeruationem factam ſine cauſa rationabili non eſſe validam; & ratio eſt, quia iuriſdictio, & materia, quæ ſemel Pa-
3 ſtori ordinario iam applicata eſt, non dependet ex nutu, & voluntate ſuperioris; itaq; ſicut ſine cauſa rationabili auferri ab eo non poteſt; ita nec limitari, nec reſtringi ſine cauſa rationabili. *Ita Martinus Becanus de Sacram. in ſpecie cap. 40. q. 5. per totum.* Et per prædictam diſtinctionem ſatis apparet, quid ſit reſpondendum rationi difficultati

Dices

Dices fortaſſe, quid faciẽdum ſit, cum ſuperior reſeruat aliquod pec-
catum, & non conſtat, an iuſtam habeat cauſam? Reſpondet *Beccanus*
vbi ſup. quod quandiù non conſtat de iniuſta cauſa, ſemper præſumen- 4
dum eſt pro ſuperiore, quod vniuerſaliter in omni lege ſeruandum eſt:
cum enim non conſtet de eius iniuſtitia, ſtandum eſt illius præcepto:
nam ſemper melior eſt conditio poſſidentis in pari delicto, vel cauſa,
de reg. iur. in 6. Reg. 65.

DISTINCTIO TERTIA.

De ignorantia tum Confeſſariorum, tum Pœnitentium circa caſus reſeruatos.

Quoniam diſtinctio hæc reſpicit ignorantiam tum Confeſſariorum, tum Pœnitentium; idcirco ipſam conſequenter diſtinguimus in duos articulos, quorum primus eſt de ignorantia Confeſſariorum, alter verò de Pœnitentium ignorantia.

ARTICVLVS I.

De ignorantia Confeſſariorum duas continet difficultates, ſ.

1 *An ignorantia craſſa, & ſupina excuſet à ſuſpenſione à Diuinis poſita contra Confeſſarios audentes abſoluere à reſeruatis abſq; facultate. vt videre eſt in procemio tabellæ caſuũ reſeruatorum Diœceſis Bergomi.*

2 *An Pœnitens, qui bona fide ſua confitetur peccata Confeſſario habenti iuriſdictionem, ſed neſcienti diſcernere inter reſeruatum, & non reſeruatum, validè abſoluatur.*

ARTICVLVS II.

De Pœnitentium ignorantia quatuor continet difficultates, vz.

1 *An reſeruatio afficiat Pœnitentes ignorantes probabiliter primum caſum tabellæ Diœceſis Bergomi .ſ. cenſuras tam à iure communi, quam ab homine, Epiſcopo reſeruatas.*

Digitized by Google

2 *An reſeruatio afficiat Pœnitentes, qui probabiliter ignorant caſus in tabella Diœceſis Bergomi propoſitos.*

3 *An incidat in peccatum reſeruatum, qui patrando delictum non reſeruatum, illud exiſtimat reſeruatum eſſe. vt ſi quis committendo Sacrilegium, quod non eſt reſeruatum in tabel. Berg. exiſtimaret illud eſſe reſeruatum.*

4 *An caſu reſeruato extet annodatus Pœnitens ille, qui quando peccatum reſeruatum commiſit, nec mortale quidem illud putabat eſſe.*

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA.

An ignorantia craſſa, & ſupina excuſet à ſuſpenſione à Diuinis poſita contra Confeſſores audentes abſoluere à reſeruatis abſq; facultate, vt videre eſt in proœmio tabellæ caſuum reſeruatorum Diœceſis Bergomi.

SVMMARIVM.

1 ***Difficultatis ratio quæ!***
2 *Quæ ignorantia dicitur craſſa, aut ſupina.*
3 *Ignorantia craſſa, & ſupina in tribus differunt à vincibili.*
4 *Qui detineretur ignorantia craſſa, aut ſupina, peccat mortaliter, ſuppoſita grauitate materiæ.*
5 *Non ſat eſt ignorantia craſſa, aut ſupina contra audentes.*
6 *Scire, & debere ſcire quomodo idem ſint.*
7 *Ignorantia craſſa, aut ſupina quando excuſet à cenſuris, & quando non.*
8 *In quo caſu excuſet à cenſura, & etiam ignorantia affectata.*
9 *Quid intelligatur per ſuſpenſionem à Diuinis.*
10 *Suſpenſus à Diuinis remouetur ab exercitio ordinum, & ab annexis Ordinibus.*
11 *Officia Ordinibus non deputata quæ.*

RAtio difficultatis eſt, quia *in capit. 2. vt animarum de conſtitutionibus in 6.* generaliter aſſeritur, ignorantiam, quæ non eſt
1 craſſa, nec ſupina, excuſare ab omnibus ſententijs quorũcumq; Ordinariorum; nomine autem ſententiæ (teſte *Bonac. de cenſ. q. 2. p. 1. prop. 2. n. 10.*) intelligitur excommunicatio, & cæteræ cenſuræ; ideò videtur, ignorantiam craſſam, vel ſupinam non excuſare à ſuſpenſione à

di-

Digitized by Google

diuinis poſita in tabella contrà audentes abſoluere à caſibus ibi reſer-
uatis abſq; facultate.

Antequàm reſpondeamus difficultati; duo ſunt prænotanda, quorum
primum eſt, quod ignorantia craſſa, & ſupina dicitur illa, quæ proce- 2
dit ex lata culpa ignorantis, vt accidir, quando quis nullam, aut valdè
modicam adhibuit diligentiam ad cognoſcendum id, quod ſcire tenetur,
poſt quam de illo habuit aliquam cognitionem, vel dubium. Notan-
dum eſt autem diligenter, quod hic deſcribitur ignorantia craſſa, & ſu-
pina ſtrictè ſumpta, quæ ab ignorantia vincibili in tribus differt. Pri- 3
mò, quia ille, qui tenetur ignorantia vincibili, aliquam adhibuit dili-
gentiam morali, & humano modo ad ſciendum, quod ſcire tenetur, ſed
non peruenit ad mediocrem; qui verò detinetur ignorantia craſſa, & ſu-
pina, vel nullam adhibuit diligentiam, vel valdè modicam, ita vt vten-
do conſueto modo loquendi non peruenerit, ne ad medietatem quidem
medioctis diligentiæ, quæ adhibenda erat. Secundo, quia, qui detine-
tur ignorantia vincibili, & ſi mortali peccato grauetur, non tamen tam
graui, quam qui laborat ignorantia ſupina, & craſſa; & hæc ſecunda
ſequitur ex prima, vt patet. Tertiò, quia ignorantia vincibilis *ſecundũ
Nauarrum, & Sanchez* excuſat à cenſuris, licet non ſint contra præſu-
mentes, aut audentes: craſſa verò, ſiuè ſupina tantum excuſat à cenſuris
contra præſumentes, aut audentes, vt infra dicetur.

Alterum prænotandum eſt, quòd hic non quæritur, an ille, qui anno-
datur ignorantia craſſa, & ſupina, ligetur mortali piaculo, quia hoc de
ſe patet: nam qui tenetur ſeruare præcepta, tenetur illa noſcere; finis.n. 4
imponit neceſſitatem in his, quæ ſunt ad finem; abſque cognitione
autèm mediorum non poſſumus aſſequi finem; nàm voluntas non fertur
niſi in præcognitum.

Modò accedendo ad difficultatem, dico ignorantiam craſſam, vel ſu-
pinam non ſufficere ad incurrendam cenſuram latam contra eos, qui
auſi fuerint; ratio eſt, quia negligentia grauis circà ſcienda ex præcep- 5
to, ex qua oritur ignorantia craſſa, & ſupina, non deſignat auſum, aut
temeritatem, vel præſumptionem; vt de ſe patet; quod doctè obſeruat
*Bonac. de cenſ. q. 1. punct. 3. prop. 4. n. 18. Homob. de examine Eccl. tract.
11. cap. 10. q. 22. quæſit. 1. & infra q. 23. 1. quæſit. & quæſit. 3. Capenuilla
de caſibus reſeruatis cap. 6. & alij.* ſuſpenſio autem à Diuinis, quæ in
proæmio deſignatur; eſt tantùm contra illum, qui auſus fuerit, ideò ille
qui non ex auſu, ſed ſolum ex ignorantia craſſa, aut ſupina abſoluerit,
excuſabitur à cenſura, ſed non à culpa mortali, cum ignoret, quæ ex
præcepto ſcire tenetur.

Si dicas, ſcire, & debere ſcire idem eſſe. Reſpondetur cum *Homob.* 6
vbi ſup. id eſſe verum quo ad peccatum; ſed non quo ad cenſuras;

Digitized by Google

ideo Confeſſor quamuis peccet mortaliter, quando ex ignorantia craſſa, aut ſupina abſoluit, quem non poteſt, abſolutio quo ad reſeruata, circa quæ facultatem non habet; inualida, & nulla ſit; attamen ſi non ex auſu abſoluat, non irretitur ſuſpenſione à Diuinis in tabella propoſita.

Ad rationem difficultatis dicitur ignorantiam craſſam, & ſupinam nõ excuſare à ſententijs, ſeù cenſuris Ordinariorum, quando cenſura eſt diſpoſita conſuetis verbis; v.g. qui fecerit hoc vel illud, ſit excommuni-
7 catus, ſuſpenſus, vel interdictus: ſecus verò eſt, ſi verba ſententiæ diſponantur per verbum *audeo, aut præſumo*, & per ſimilia; nam in tali caſu requiritur auſus, aut præſumptio ad incurrendum, vt ſupra attigi; & ità diſponitur ſuſpenſio à diuinis, de qua Tabella, quæ non eſt ſimpliciter contra abſoluentes abſque facultate, ſed contra audentes.

Addit ad hanc doctrinam *Bonac. loco ſup. cit. n.* 11. (contra *Suarez* à cuius opinione non omninò recedo) etiam ignorantiam affectatam, quæ
8 eſt, quando quis eligit neſcire, quæ tenetur ſcire, excuſare ab incurrenda cenſura, quando ſententia cenſuræ ſimilia continet verba, *Qui ſcienter hoc fecerit, vel præſumpſerit*, & ſimilia: & eius ratio eſt, quia ſuperior eo loqnendi modo, non videtur requirere quamlibet temeritatem, præſumptionem, vel contemptum, ſed videtur requirere temeritatem, & preſumptionem prouenientem ex certa ſcientia, aut ſaltem coniuncta cũ ingenti, & magna temeritate.

Verùm dicet quis, quid *per ſuſpenſionem à diuinis* intelligitur. Ad-
9 uertendum itaq; quod per hæc tabellæ verba, nimirum (*à ſuſpenſione à diuinis ipſo facto propoſita*) intelligitur, Confeſſorem ſuſpendi ab exercitio ordinum, quos habet; propterea non poteſt aliquod Sacramentum adminiſtrare cum ſolemnitate, nec ſolemniter orationes in choro perſol-
10 uere, neq; Euangelium canere, nec Cereos deferre, ac tandem eſt ſuſpenſus ab omnibus annexis ordinibus, licet ſint ordines minores; & illa exequendo irregularitatem incurrit. Eſt etiam ſuſpenſus ab alijs Diuinis officijs, quæ nõ ſunt ordinibus deputata, vt in Eccleſia, vel extra fiant, exceptis horis Canonicis, quæ priuatim à ſuſpenſis dicendæ ſunt. Offi-
11 cia autem ordinibus non deputata ſunt cantare in Choro cum alijs, item cantare Defunctorum reſponſoria, ſeù Litanias, Baptizare ſine ſolemnitate, recipere Sacramenta (in caſu tamen neceſſitatis) auſcultare Miſſam, acceptare electionem de ſe factam, excommunicare, beneficia conferre.

Verùm ſi ille, qui à diuinis ſic fuerit ſuſpenſus, iſta officia ordinibus non deputata (durante ſuſpenſione) perageret, quamuis peccaret; non tamen irregularitatem incurreret. *Ita Compendium priuilegiorum Fratrum Minorum verb. ingredi monaſteria Fratrum, vel Monialium n.* 9. *littera A. vide Naldum. verb. ſuſpenſio n.* 11. An verò Confeſſarius, qui abſoluit à prædictis ſine facultate, ſed abſquè prætextu priuilegij incidat in dictas pęnas, vide infra *diſt.* 20. *q. vlt.*

DIF-

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An pœnitens, qui bona fide ſua confitetur peccata Confeſſori habenti iuriſdictionem, ſed neſcienti diſcernere inter reſeruatum, & non reſeruatum, validè abſoluatur.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ?*
2 *Validè abſoluitur, qui bona fide confitetur Confeſſori ignoranti.*
3 *Clauis ſcientiæ quid.*
4 *Poteſt quis carere ſcientia infuſa, & acquiſita, & tamen habere clauem ſcientiæ.*
5 *Quando peccatum reſeruatum ſub dubio confeſſum, iterùm ſubijciendum eſt iudicio Confeſſoris.*

Ratio dubitandi eſt, quia clauis ſcientiæ neceſſariò requiritur ad abſolutionem pœnitentis.

Quæſito huic affirmatiuè reſpondetur; & ratio eſt, tum quia concurrunt omnia neceſſaria ad validam abſolutionem; adeſt .n. forma cum iuriſdictione, & intentione Confeſſarij. Adſunt etiam tres actus pœnitentis capacis abſolutionis, vt ſupponitur, tùm quia ſequeretur pœnitentem, qui bona fide confeſſus eſt ſua peccata Sacerdoti neſcienti diſcernere circunſtantias mutantes ſpeciem obligari ad iterum confitendum eadem peccata, quod non videtur admittendum, cum iam confeſſus ſit actum, & peccatum, quod ſubijcere tenebatur confeſſioni. *Ita Bonac. de Sacram. diſp. 5. q. 7. punct. 4. §. 2. nu. 13. Pet. Sotus lect. 9. de Confeſſ. Medina C. de Confeſſ. iteranda ob defectum Confeſſarij, & alij.* validè itaq; abſoluitur à tali Confeſſario.

Neq; obſtat ratio dubitandi, quia talis Confeſſarius, quamuis non potuerit diſcernere inter reſeruatum, & non reſeruatum; non tamen ob hanc cauſam aſſerendum eſt non habuiſſe clauem ſcientiæ, alioquin toties amitteretur clauis ſcientiæ, quoties quis ignoraret ſolutionem grauium difficultatum. Verùm in gratiam huius difficultatis, dicam breuiter quid ſit clauis. Clauis itaque ſcientiæ eſt auctoritas diſcernendi in iudicio animæ. Pro intelligentia notandum eſt, clauem ideſt poteſtatem eſſe duplicem nimirùm ordinis, & iuriſdictionis. Clauis ordinis duos habet actus, primus eſt iudicandi quis ſit dignus Sacramentis, & qui non: alter recipiendi ad Sacramenta illum, qui eſt dignus, & excludendi indignum. Primus actus vocatur clauis ſcientiæ; Secundus verò vo-

Digitized by Google

vocatur clauis poteſtatis. Inſuper obſeruandum clauem ſcientiæ non eſſe
4 aliquem habitum ſcientiæ .s. infuſum, qui infundatur in ordinatione; quia poteſt quis carere ſcientia infuſa, & acquiſita, & tamen habere hanc clauem. Clauis verò iuriſdictionis eſt poteſtas condendi leges Eccleſiaſticas diſpenſandi in votis, indulgentias concedendi, excommunicandi, &c. *Ita Lelius Zec. de caſ. reſer. caſ. 1. à pag. mihi decimam vſq; ad tertiam decimam*. His habitis cauendum eſt circa enodatam difficultatem,
5 quòd ſi pœnitens ſub dubio confeſſus ſit aliquod peccatum reſeruatum, vtpotè ſi dixit ſe vertere in dubium an Clericum percuſſerit, vel conſanguineam in primo, aut ſecundo gradu cognouerit, & poſt confeſſionem certò recordetur realiter ſe percuſſiſſe Clericum, aut re vera habuiſſe rē cum conſanguinea in prædictis gradibus, tenetur iterùm confiteri; quia non plenè manifeſtauerat ſuum peccatum, vt à parte rei patratum fuerat. *Ita Bonac.* in ſimili de illo qui confeſſus eſt in dubio quodlibet peccatū *de Sacram. diſp. 5. q. 7. pun. 4. ſ. 2. nu. 11. poſt Sanchez in ſumma lib. 1. cap. 10. & alij, quos refert ipſe Bonacina de conditionibus ad Confeſſionem requiſitis*.

Itidem ſi Confeſſor dimiſſo pœnitente cognouerit ſe ſuper aliquo peccato, circa quod non habebat auctoritatem, impendiſſe abſolutionem; præſtet, quod paſſim conſulunt Doctores.

ADDITIO.

Rigoroſam nimis ſententiam tuetur auctor n. 5. ideoque addere duxi, quod ſicut Epiſcopus diſpenſare poteſt dubitantem ſe emiſiſſe votum reſeruatum Sanctæ Sedi, quæ diſpenſatio locum habebit, etiam poſtquam clarè conſliterit votum fuiſſe verè reſeruatum Sanchez lib. 4. moralium cap. 44. n. 10. *Sic in dubio de peccato reſeruato, vel de incurſu cenſuræ poterit Confeſſarius ſimplex abſoluere; nec tenebitur pœnitens ad aliud, etiam ſi conſliterit poſt abſolutionem receptam de certitudine cenſuræ, vel reſeruationis*. Ioſeph de Ianuario de caſ. reſer. reſol. 3. n. 2. 3. & 5. 9. & 14. Baſſeus in florib. Theol. prac. verb. caſus reſer. n. 24. Card. de Lugo de pœnit. diſp. 20. ſect. 2. n. 20. Coninch de Sacram. diſp. 7. dub. 7. n. 62. Quadrius de reſer. diſp. 1. q. 2. concluſ. 10. *Nec ſuffragatur paritas adducta ab auctore ad finem nu. 5. quod quicunque peccatum dubium ſub dubio confeſſus eſt repetere teneatur ſi poſtea inueniat ipſius certitudinem; Nam à culpa ad pœnam non procedit argumenti paritas; Tum etiam, quia noſtris temporibus eſt verè probabilis ſententia negans pœnitentem, qui confeſſus eſt peccatum, vt dubium, ad nouam confeſſionem de peccato certo teneri quam ſuſtinent vti probabilem*. Salas in 1. 2. tract. 8. diſp. vnica ſect. 27. n. 283. fusè Quadrius de reſer. q. 2. 10. concluſ. diſp. 1. n. 55. & 59. pag. mihi 31. Breſſerus de conf. lib. 4. cap. 18. n. 197.

Ianuar.

Digitized by Google

Ianuar. de reſer. reſol. 3. n. 5. Lugo de pœnit. diſp. 16. ſect. 2. §. 4. n. 78. Tambur. in methodo exped. confeſs. cap. 1. §. 4. Pelizarius in manuali Regularium tract. 5. cap. 3. n. 56. Caramuel in Theol. Fundament. num. 1324. in fine. Coton. de confeſs. cap. 1. nu. 2. Leander, & Martinus à S. Ioſepho, & alij apud Gobat in Theol. Sacram. tract. 6. caſu 18. n. 441.

ART. II. DIFFICVLTAS PRIMA.

An reſeruatio afficiat pœnitentes ignorantes probabiliter primum caſum tabellæ Diœceſis Bergomi .s. cenſuras.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Quæ ignorantia vocetur probabilis.*
3 *Probabilis, & inuincibilis idem ſunt.*
4 *Ignorantia probabilis, & inuincibilis cenſurarum excuſat ab incurrendis cenſuris, licet ſint poſitæ pro ſeruando iure naturali, aut Diuino.*
5 *Ignorantia craſſa non excuſat.*
6 *An excuſet vincibilis ignorantia.*
7 *Inter ignorantiam craſſam, & ignorantiam probabilem mediat vincibilis in ſent. Nau.*

Difficultatis ratio eſt, quia in caſus reſeruatos incidunt etiam
ignorantes reſeruationem factam circa peccata, quæ ſunt de 1
natura ſua mala, vt ſequenti difficultate patebit.

Ante reſponſionem obſeruandum, quid ſit ignorantia probabilis, de
qua mouetur difficultas. Ignorantia probabilis dicitur illa, quæ vinci 2
non potuit; hinc qui nihil vnquam audiuit de cenſura, vel nihil vnquã
dubitauit, dicitur habere ignorantiam cenſuræ probabilem, quæ idem
eſt ac inuincibilis; quis enim poteſt ignorantiam eius rei vincere, cuius 3
nihil menti occurrit, per quod poſſet illam vincere acquirendo ſcientiam
oppoſitam. Dicitur etiam ignorantia probabilis, & inuincibilis cum
quis ignorat ea, quæ ſcire tenetur, & poſito dubio, debitam adhibuit
diligentiam ad ea cognoſcenda, ſed non dum cognouit. *Ita Bonac. de
cenſ. diſp. 1. q. 2. pun. 1. n. 3.*

Modo ſatisfaciendo difficultati dico ignorantiam probabilem, ſeu in- 4
uincibilem cenſurarum reſeruatarum in primo caſu tabellæ excuſare ab
incurrendis cenſuris, ratio eſt, tum quia delictum eſt leuius, cum igno-
ratur lex continens grauiſſimam, & extraordinariam pœnam, quam

quan-

quando violatur lex cognita ſub talibus pœnis. Tùm quia ad incurrendam cenſuram requiritur contumacia; vbi autem eſt ignorantia probabilis, non adeſt contumacia, vt de ſe conſtat; ideò prædicta aſſertio remanet probata. Quinimmò addo, quod quamùis ignorantia probabilis non excuſet à reſeruatione peccati contra ius naturale, ſiuè Diuinum, tamen ſi vt magis euitetur peccatum contra ius Diuinum, aut naturæ, Eccleſia etiam illudmet peccatum prohibeat ſub cenſuris, tranſgrediens non incidet in cenſuras, ſi tunc tenebatur tali ignorantia probabili. *Ita Nauar. cap. 27. n. 272. Syluest. verb. excommunicatio vltimo quæſito 3. & alij contra Auilam 2. par. c. 5. diſt. 5. dub. 10. & alios apud Bonac. l. cit.*

Nec officit reſolutioni ratio difficultatis propoſitæ, quia diuerſa eſt reſeruatio à cenſuris, ideò ab ipſa ad cenſuras argumentum ſumi non poteſt; ex diuerſis enim non fit illatio *l. Papinianus exuli ff. de min.*

Verùm hìc aduerte, difficultatem moueri de ignorantia probabili,
5 quod ſignanter dico ad differentiam ignorantiæ craſſæ, & ſupinæ, quæ
minimè ab incurrendis cenſuris quorumcumq; Ordinariorum excuſat.
vt videre eſt ex *capit. vt animarum de Conſtitutionibus in 6.* Nec tamen
6 intendo dicere, quin defendi poſſit opinio ſentientium cenſuram Ordi-
nariorum non incurri, quando ignorantia eſt vincibilis, ſed non eſt
craſſa, & ſupina; & ratio huiuſce opinionis, quæ eſt *Nau. & Sanchez*,
vt teſtatur *Bonac. l. cit.* videtur eſſe, quia prædictum *cap. vt animarum*
loquitur de ſupina, & craſſa; iſti autem ponunt medium inter ignoran-
7 tiam probabilem, & craſſam, nimirum ignorantiam vincibilem, quæ
quamuis importet mortalem culpam, non eſt tamen adeò grauis, ac
craſſa, & ſupina.

Aduertendum inſuper, hanc difficultatem diſtingui à ſupradicta, in qua quæritur, an ignorantia craſſa, & ſupina excuſet à ſuſpenſione à Diuinis poſita in proæmio tabellæ; quia ibi loquimur de ignorantia, quæ poteſt excuſare Confeſſores audentes abſoluere à caſibus tabellæ, hic verò loquimur de ignorantia, quæ excuſat pœnitentes ab incurſione cenſurarum, de quibus extat primus caſus tabellæ Diœceſis Bergomi. Et huiuſmodi difficultatis reſolutio aptiſſimè adaptari poteſt reſeruationi cenſurarum aliarum Diœceſum.

DII.

Digitized by Google

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An reſeruatio afficiat pœnitentes, qui probabiliter ignorant caſus in tabella Diœceſis Bergomi propoſitos.

SVMMARIVM.

1 *Difficultatis ratio quæ.*
2 *Quædam ſunt peccata de ſe mala: alia verò mala quia prohibita.*
3 *Ignorantia probabilis excuſat à cenſura, licet ſit poſita contra tranſgreſſores iuris Diuini.*
4 *Cenſura eſt pœna grauiſſima; reſeruatio verò minimè.*

DIfficultais ratio eſt, quia alij fundantur in iure Diuino, alij in iure 1
humano, vt patet intuenti; ideò videtur, quod etiam ignorantia
alio, & alio modo obſtringere debeat. Pro reſolutione igitur, notan-
dum eſt, quædam eſſe peccata de ſe mala, natura ita dictante, quamuis
non forent prohibita, vt Blaſphemia, inceſtus, ſodomia, homicidium,
& alia huiuſmodi: Quædam verò non eſſe de ſe mala, ſed tantum quia 2
prohibita, cuius modi ſunt denuntiatio piorum legatorum intra duorum
menſium ſpatium, conductio bonorum pij loci ab adminiſtrante illa, &
alia iſtius generis. Hac habita diſtinctione, dico reſeruationem Epiſco-
pi afficere ignorantes peccatum eſſe reſeruatum, quando illud eſt de na-
tura ſua malum, etiamſi non eſſe prohibitum: ſecus verò dicendum eſt,
cum illud eſt malum duntaxat, quia prohibitum. *Ita Say. de Cenſuris lib.
1. cap. 18. Azor par. 1. inſtit. moral. lib. 1. cap. 15. q. 3. Sanchez lib. 9. de
Matrim. diſp. 32. quæſt. 3. apud Homob. de caſ. reſ. p. 1. de cau. effic. caſuum
reſer. aſſert. 2.* Ex hac diſtinctione ſatis claret difficultatis rationem nihil
officere reſolutioni, ſed eſſe conſonam.

Verùm vnum eſt aduertendum diligenter circa peccata, quæ ſunt de
ſe mala; nimirum quòd habent exceptionem in cenſuris; nam quamuis 3
ignorantia probabilis non excuſet à peccato perpetrato contra ius diui-
num, aut naturale: attamen ſi Epiſcopus illamet peccata prohiberet ſub
cenſuris, tranſgrediens in illas non caderet, ſi tunc probabili obſtringe-
retur ignorantia. ita ſentit *Nau. cap. 27. n. 272. Sylueſt. verb. excom. vlt.
quæſit. 3. & alij contra Auilam 2. p. cap. 5. d. 5. dub. 10. & alios;* & ratio
diſcriminis ea eſſe videtur, quia cenſura dicitur pœna grauiſſima, & ex- 4
traordinaria, qualis non eſt reſeruatio.

Notandum inſuper, quod huiuſmodi difficultas mouetur de ignoran-

tia pœnitentium; non autèm de ignorantia Confeſſorum abſoluentium, quod dicitur ad differentiam primæ difficultatis primo articulo in hac diſtinctione propoſitæ, & quæ ſolummodò reſpicit Confeſſarios.

ADDITIO.

Communior equidem eſt ſententia auctoris, ignorantiam non excuſare à reſeruatione ſi caſus ſit reſeruatus in medicinam, & non in pœnam; de qua concluſione latiſſimè Quadr. de reſer. diſp. 1. concluſ. 5. n. 34. q. 2. Mazuchel. de reſer. diſp. 1. q. 2. diff 5. Card. de Lugo diſp. 20. de pœnit. ſect. 1. n. 9. Baſſeus in flor. verbo ignorantia nu. 17. verſ. ſed dubium alijque. *At nõ audeo negare probabilitatem abſolutæ reſolutioni, quod quotieſcunque Pœnitens certus de peccato mortali ignorans autem reſeruationem illi peccato adnexam incidit in peccatum ipſum, reſeruationem vitet, ſiuè ſit lata in medelam, ſiue in pœnam ipſius peccantis; quia quamuis reſeruatio non reſpiciat pœnitentem; ſed Confeſſarium, id tamen eſt intuitu pœnitentis; ideoque attenta difficultate, quam inducit in recipienda abſolutione pœnæ naturam ſubit in omnibus caſibus. & admittit deciſionem* cap. Ignorantes de reg. iuris in 6. *Huius opinionis patronus eſt* Ioſeph de Ianuario de reſer. reſol. 1. n. 1. & 6. *Et tradunt vti probabilem* Diana p. 10. tract. 14. reſol. 63. cum alijs allegatis, quã non admiſerat antea p. 6. tract. 6. reſol. 42. *Apertiſſimè* Quintaduenas ſing. trac. 3. ſing. 11. apud Gobat in Theol. Sacrament. tract. 7. n. 360. *Quod ſi benè perpendatur huius eſt deciſionis etiam* Sanchez lib. 9. de Matrimonio diſp. 32. n. 17. & 18.

Aduertendum pro plena quæſtionis reſolutione intelligentia doctrinas traditas de ignorantia locum habere etiam in inaduertentia, & in obliuione inculpata, quæ dicunt ignorantiã ſi non in habitu, ſaltẽ in actu; Ideoque ſi ab incurſu cenſuræ, vel reſeruationis excuſat ignorantia; neque inaduertens, vel non recordans incurret. P. Anton. Coton. controuerſ. moral. contro. 5. lib. 1. cap. 3. n. 37. Sanchez in ſumma tom. 1. lib. 4. cap. 22. num. 18. Diana part. 3. tract. 5. reſol. 41. Azor. tom. 1. lib. 1. capit. 16. quæſt. 3. Suarez tom. 5. in 3. p. diſp. 4. ſect. 8. n. 5. & 8. Quadr. in virid. diſp. 3. caſu 8. concluſ. 10. nu. 1188.

DIF-

DIFFICVLTAS TERTIA.

An incidat in peccatum reſeruatum, qui patrando delictum non reſeruatum, illud exiſtimat reſeruatum eſſe, vt ſi quis committendo Sacrilegium, quod non eſt reſeruatum, vt ſuppono, exiſtimaret illud eſſe reſeruatum.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Difficultati reſpondetur negatiuè.*
3 *Quod peccatum non eſt, conſcientia erronea fit .s. peccatum.*
4 *Ad conſtituendum caſum reſeruatum requiritur iuriſdictio.*
5 *Non incidit quis in reſeruationem ob ſolum conatum.*

Difficultatis ratio eſt, quia, qui facit aliquid credens illud eſſe peccatum, quamuis non ſit, peccat, vt Doctores communiter concludunt; ideò ſimiliter videtur committentem non reſeruatum, facere illud ex prauitate animi, & contemptu reſeruatum. 1

Difficultati occurritur, negatiuè reſpondendo; & ratio ea eſſe videtur, quia conſtituere peccatum reſeruatum, non pertinet ad pœnitentem, ſed ad eum, qui iuriſdictionem fori mixti, & interioris habet, qua delictum committens caret, vt ſupponitur, idcircò per ſolum animum prauum pœnitentis reſeruatum non eſt, *vt Vgol. de Off. & poteſt. Epiſcopi p. 2. c. 39. §. 7. n. 2.* Nec obſtat reſolutioni ratio difficultatis; idcirco .n. quod peccatum non eſt, conſcientia erronea peccatum fit, quoniam ſola volũtate peccatum committitur: nam teſte communi Theologorum placito velle peccare peccatum eſt: at reſeruatio non fit ſola voluntate, ſed requiritur iuriſdictio, quam non habet peccatum committens. Itidem ſola conſcientia erronea incidit quis in peccatum, non autem in reſeruationẽ, vt communiter ferunt DD. 2 3 4

Additur vlteriùs, illum non ligari caſu reſeruato, qui delictum non commiſit, quamuis conatus ſit ipſum committere, ſicut nec in pœnam ipſo iure latam, quis incidit, niſi delictum perfectum ſit, vt inquit *Gloſſ. communiter recepta in cap. fin. de Iurepat.* quod obſeruat *Vgol. loco citato. Portel. verb. caſus reſer. nu. 15. & alij.* 5

DIFFICVLTAS QVARTA.

An caſu reſeruato extet annodatus pœnitens ille, qui quandò peccatum reſeruatum commiſit, nec mortale quidem illud putabat eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Bona fides excuſat à reſeruatione.*
3 *Ob malam fidem præciſè non ligamur reſeruatione.*

1 RAtio dubitandi eſt, quia ex altera parte verum commiſit peccatum, quod ſubijcitur reſeruationi, ex altera verò detinebatur credulitate; quòd tale quid ab ipſo commiſſum non eſſet mortale.

Reſpondetur, talem caſu reſeruato minimè annodari: & ratio eſt, quia ex quo ſolùm mortalia reſeruantur, ac reſeruata intelliguntur, ob id
2 obligatione reſeruationis ille non tenebitur; bona enim fides illum excuſat, & conſequenter poterit abſolui à quocunque. *Ita Graff. par. 1. lib. 1. cap. 3. n. 71. Henriquez de pœnit. lib. 3. cap. 4. n. 6.* & eſt communis ſententia, vt teſtatur *Poſſeuinus de officio Curati cap. 7. num. 49. verb. ſi veniat habens. apud Flor. de Caſib. reſer. par. 1. cap. 3. n. 35.*

Verùm, ne quis labatur errore, cauendum eſt difficultatem hanc non eſſe eandem cum illa, qua quæritur, an ignorantia reſeruationis excuſet à reſeruatione: nam ibi pœnitens ignorabat tantū reſeruationem, ſciens tamen peccare mortaliter; hic verò ignorat etiam peccatum à ſe commiſſum eſſe mortale.

Notandum inſuper, quòd, & ſi ob bonam fidem non incidat in caſū reſeruatum; non tamen ſequitur per regulam à contrario ſenſu, quòd
3 incidat per malam fidem, quam habuit, cum peccauit, ſuppoſito quòd non fuerit reſeruatum, vti precedenti difficultate diffinitum fuit; quia, vt dixi, reſeruatio non dependet ab eius voluntate, ſed à voluntate ſuperioris reſeruantis.

Verùm attendendum eſt circà quæ non poſſit eſſe bona fides, & circa quæ poſſit eſſe, ne fiat error.

DI-

DISTINCTIO QVARTA.

De his, qui comprehenduntur ſub caſibus Epiſcopalibus.

QVoniam diſtinctio hæc reſpicit tum Regulares, tum ruſticos, impuberes, & mortuos, tum etiam exteros, & deniq; plura domicilia habentes; qua propter in quatuor diſtinguitur articulos; quorum Primus eſt de Regularibus: alter de ruſticis, impuberibus, & mortuis. Tertius de exteris. Quartus verò de habentibus plura domicilia.

ARTICVLVS I.

De Regularibus quatuor complectitur difficultates, s.

1 *An fœminæ ſeculares, & Sanctimoniales comprehendantur ſub reſeruatione caſuum in noſtra tabella Bergomi reſeruatorum.*

2 *An Nouitij regularium ligentur caſibus religionis, cuius habitum ſuſceperunt, aut Epiſcopi in cuius Diœceſi moram trahunt, & quo ad Papales per quem Prælatum abſoluendi erunt.*

3 *An etiam, qui ſtatim vult ingredi religionem, per Confeſſarium illius religionis à caſibus Epiſcopo reſeruatis abſolui poſſit abſq; illius facultate.*

4 *An Regulares Parochi officio fungentes ſubijciantur caſibus ſuorum Superiorum Regularium, an verò Ordinarij.*

ARTICVLVS II.

De Ruſticis, Impuberibus, & Mortuis tres complectitur difficultates, vz.

1 *An Ruſtici ſub caſibus Epiſcopalibus comprehendantur.*

2 *An Impuberes ſub cenſuris, & caſibus Epiſcopalibus item comprehendantur.*

3 *An Mortui ſint ſubiecti primo caſui tabellæ Epiſcopatus Bergomi, qui eſt de cenſuris, ſaltem quo ad cenſuram excommunicationis.*

ARTI-

ARTICVLVS III.

De exteris quatuor continet difficultates, nempè.

1 *An exul, ſiuè Bannitus ſit ſubiectus caſibus reſeruatis Ordinarij, in cuius Diœceſi ſibi contingit reperiri.*
2 *An Peregrini, & Aduenæ ſub reſeruatione caſuum Ordinarij loci, vbi reperiuntur, comprehendantur.*
3 *An vagabundi, ſeu vaghi ſub reſeruatione caſuum Ordinarij loci, vbi reperiuntur, item comprehendantur.*
4 *An Milites, Serui, Mercatores, & Scholares ſimiliter comprehendantur ſub reſeruatione caſuum Ordinarij loci, vbi reperiuntur.*

ARTICVLVS IV.

De habentibus plura domicilia duas complectitur difficultates, nimirum.

1 *Cuius Ordinarij caſibus reſeruatis obligatur ille, qui plura domicilia habet in diuerſis Diœceſibus, in quibus vel æqualiter, vel ferè æqualiter inhabitat.*
2 *An committens peccatum reſeruatum in alieno loco, ideſt extra Diœceſim, acquirat fauorabile forum conſcientiæ, ita vt abſolui poſſit in illo loco.*

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA.

An fœminæ ſeculares, & Sanctimoniales comprehendantur ſub reſeruatione caſuum in noſtra tabella Bergomi reſeruatorum.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Difficultas in duas ſecatur partes.*
3 *Affirmatiua eſt reſolutio tàm reſpectu fœminarum ſecularium, quàm Sanctimonialium.*
4 *Oſtenditur ſigillatim quibus caſibus ligentur Moniales Ordinario Diœceſis Bergomi ſubiectæ.*

Dfi-

Difficultatis ratio eſt; tum quia maſculinum non concipit fœmi-
ninum *l. ſeruis legatis ff. de legat.* 3. niſi in re fauorabili aut in- 1
differenti; hinc ſi ſtatutum diceret, quòd rebelles banniantur
cum filijs ſuis, non comprehenderentur filiæ, vt teſtatur *Thomas de Tho-
maſſettis in Florib. leg. reg.* 188. tùm quia ſtatutum loquens in genere
maſculino, non comprehendit fœmininum, vt obſeruat *Iacobus Philip-
pus Portius in concluſionibus, & regulis vtriuſq; iuris concluſ.* 20. reſer-
uatio autem caſuum cum habeat quandam pœnæ rationem, quæ eſt
odioſa, & diſponatur in tabella per dictionem qui, vt patet ipſam in-
tuenti, videtur quòd debeat reſtringi; & proinde ſub ipſa nec fœminas
ſeculares, nec Sanctimoniales comprehendi.

Ante reſponſionem obſeruandum eſt, difficultatem hanc duas com- 2
plecti partes, quarum altera eſt de fœminis ſecularibus; altera verò de
regularibus. Primæ parti occurrimus, reſpondendo affirmatiuè, .s. quod
fœminæ comprehenduntur in tabella Bergomi; & ratio eſt, tum quia
tabella gratioſæ conceſſionis alteri tabellæ caſuum reſeruatorum reſpon-
dens, hoc ſatis clarè deſignat, de fœminis mentionem faciendo, vti vi-
dere eſt ex verbis illis, *in fœminis autem ſine vlla limitatione*. tùm etiam
quia ſtatutum recipit interpretationem à conſuetudine, vt inquit *Philip.
Portius loco cit.* ex inſolita autem conſuetudine, quæ in dubio eſt optima
legum interpres, habetur, fœminas ſub tabella reſeruationis colligari.
Nec vllo modo obſtat difficultatis ratio; Primò quia ſub maſculino no-
mine fœmininum comprehendi, etiam in materia pœnali docet *Menoch.
de adipiſcenda poſſeſſ. remed. 4. num. 61. & alij apud Sanchez de præceptis
lib. 6. cap. 16. n. 89.* Secundò, quia vbi lex dirigit verbum ad maſculũ,
ſi materia eſt proportionabilis, comprehendit etiam fęminam. *Felin. in
cap. de monialibus de ſent. excom. verſ. Tertio infertur. Sanchez in ſum.
lib. 6. cap. 16. n. 89. Franc. Soarez verb. interpretatio.* Itidem quia maſcu-
linum adiectiuum, vt quiſquis, quicunque, & huiuſmodi concipit fęmi-
ninum in omni materia, in qua, ratione, vel lege, aut ſtatuto, vel vſu
non eſt differentia inter virum, & mulierem, ſicut eſt in propoſito, &
vi rationis, & vi ſtatuti, & vi vſus; cum illa dictio *qui* ſumatur in lit-
tera adiectiuè; & proindè valet idẽ, atq; huiuſmodi dictiones quiſquis,
vel quicunq; Tertiò quia reſeruatio magis pendet ex voluntate reſeruan-
tis, quam ex ratione ipſius, vt habet *Nal. ver. caſus n. 3.* patet autem ex
contra tabella voluntatem reſeruantis talem eſſe, vt fęminæ comprehen-
dantur ſcilicet ſub caſu reſeruato.

Quò ad alteram partem difficultatis, nimirùm, an in tabella compre- 3
hendantur moniales, opus eſt diſtinctione; moniales .n. quædam ſunt
ſubiectæ Superioribus Regularibus, quædam verò Epiſcopis; modò ſicut
illæ, quæ ſunt ſubiectæ Superioribus regularibus, regularium caſibus

ſubie-

ſubiectæ cenſentur; vt colligi poteſt *ex Compendio Priuil. Mendicantium verb. abſolutio ordinaria quò ad Fratres num.* 40. *Item verb. abſolutio extraordinaria nu.* 10. *& alibi*. (Aduerte tamen, quòd non abſolutè, ſcilicet quò ad omnes caſus ſubiectæ cenſentur, ſed tantùm quò ad caſus eis proportionabiles. *Menoch. de arb. iud. caſu.* 421. *apud Homob. de caſibus reſeruatis p.* 3. *cap.* 1.) ita ad propoſitum in ſimili Moniales Epiſcopis ſubiectæ videntur ſubijci Epiſcoporum caſibus, quò ad ea, quæ eis ſunt proportionabilia, quod ſatis congruum eſt dicere; quia cum Epiſcopus omnibus ſibi ſubiectis prouiderit de hoc ſalubri reſeruationis remedio, cur de eodem prouidere non debuit etiam Sanctimonialibus? illa .n. interpretatio ſemper facienda eſt, quæ fauet animæ, vt ait *Bariola in Florib. S. Inquiſit. conſ.* 14. dixi quò ad ea, quæ eis ſunt proportionabilia; quia non omnia ſunt ipſis proportionabilia.

4 Verùm mihi probatur, conſulendam eſſe conſuetudinem, illamq; ſequendam, ſi iam ſit præſcripta, ac rationabilis.

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An Nouitij Regularium ligentur caſibus religionis, cuius habitum ſuſceperunt, aut Epiſcopi, in cuius Diœceſi moram trahunt. Et quò ad Papales, per quem Prælatũm abſoluendi erunt.

SVMMARIVM.

1 *Difficultatis ratio quæ.*
2 *Duæ habentur de hac difficultate ſententiæ.*
3 *Ex Bulla Clem. viij. ſolis Magiſtris Nouitiorum demandari debet onus eorum confeſſiones excipiendi.*
4 *A caſibus papalibus per Prælatos regulares Nouitij abſoluuntur.*
5 *Abſoluuntur etiam per Prælatos regulares Tertiarij viuentes ſub eorum obedientia.*
6 *Item abſoluuntur per Confeſſarios à Prælatis regulari deputatos.*

1 Difficultatis ratio eſt, quia DD. circa difficultatem hanc ad inuicem admodum diſſident, alij ad vnam, alij ad alteram declinantes partem.

2 Cauendum itaquè, duas præcipuas eſſe opiniones, quarum altera tuetur Nouitios ligari caſibus Epiſcopi; & proinde ipſos ab eo abſolui oportere; & eius ratio eſt, quia Nouitij non dùm profeſſi in odioſis conſtitutionibus religionis non veniunt. *Cap. ſi Religioſus de elect. in* 6. *Vgol.*

vgol. de Off. & poteſtate Epiſcopi p. 2. cap. 35. & 39. Graff. in Appendice deciſ. aur. lib. 1. c. 7. §. 69. Azor. p. 1. inſtit. moral. lib. 12. cap. 2. q. 10. Naldus verb. Nouitij. Homob. de caſib. reſer. par. 1. de cauſ. effic. aſſertione prima, & alij. Altera verò opinio defenſat Regulares Nouitios obſtringi caſibus in Religione reſeruatis; eiuſq; ratio eſt, quia ſicut ſecularis mutans Diœceſim, vbi eſt aliquis caſus Epiſcopo reſeruatus, qui in priori Diœceſi non erat, tenetur ad illum; ita Nouitij tenentur viuere ſecundum iura, & ſtatuta illius religionis, in qua reperiuntur. Item patet ſumpto argumento, ſeù probatione tùm à ſtylo religionis, à quo non eſt facilè recedendum, tùm ab vſitato, ſiuè à ſolitis, tùm etiam ab illo, quod veriſimilius videtur. *faciunt allata per Peirinum de Priuil. Minim. ſuper Conſtit. x. Vrbani viij. n. 9. & alios apud ipſum.*

Inſuper hoc conſtat ratione domicilij, ad quod acquirendum duo requiruntur, nimirùm habitatio, & animus ibi perpetuò manendi; ſed Nouitij habitant in Monaſterijs; & vt plurimum, habent animum perpetuò in religione manendi: ergo efficiuntur in foro conſcientiæ ſubditi Superiorum Monaſterij, & Religionis; & conſequenter deſinunt in hoc foro eſſe ſub cura Parochorum, & Epiſcoporum. Hoc manifeſtè probatur *Ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 11. de reformat.* vbi, licet ſubijciat iuriſdictioni Epiſcoporum eos, qui exercent curam animarum ſecularium in Monaſterijs, quibus talis imminet cura; excipit tamen eos, qui illam exercent in perſonas, quæ ſunt de illorum Monaſteriorum, & locorum familia. Et licèt *ſeſſ. 24. cap. 11. de Reform.* ſubdat Ordinarijs Oblatos, vel quomodocunq; Monaſterijs addictos; excipit tamen eos, qui prædictis locis actu ſeruiunt, & intra eorum ſepta, & domos reſident, & ſub eorum obedientia viuunt; imò Sac. Congreg. Conc. cenſuit poſſe Prælatos regularium, ſiuè Confeſſarios ab eis deputatos, Confeſſiones illorum ſecularium audire, qui ſunt de familia, & continui commenſales abſque licentia, & probatione Epiſcoporũ non obſtante *Cap. 15. ſeſſ. 23. de Refor.* Omnia autem prædicta Nouitijs conueniunt; ideò ab Ordinariorum cura eximuntur, & conſequenter à ſolis Monaſterijs, & Religionis Prælatis, vel ab eorum delegatis, prout profeſſi, abſolui poſſunt. *Megalus prim. par. inſtit. peregrin. lib. 1. cap. 8. nu. 20. Cordub. lib. 1. quæſt. 30. Llamas par. 1. ſuæ method. cap. 5. §. 7.*

Cauendum eſt autem, quòd hodie *ex Bulla fœl. record. Clem. Papæ viij. quæ incipit, Cum ad regularem, quam refert Quaranta in ſum. Bullar. tit. Monaſt. & Conuent.* ſolis magiſtris Nouitiorum cura committi debet audiendi .s. ipſorum confeſſiones; licebit tamen Superiori ſemel, aut bis in anno per ſe, aut per alium eorumdem confeſſiones audire, *vt teſtatur Magalus vbi ſupra.* Patet itaque quòd Nouitij non comprehenduntur ſub caſibus Epiſcoporum. 3

G Quò

Digitized by Google

4 Quò ad caſus Papales, hoc eſt Papæ reſeruatos, itidem Nouitij etum
abſoluendi à Prælatis regularibus, vel de mandato ipſorum ab alio Sa-
cerdote, & hoc virtute Priuilegiorum ipſis Prælatis conceſſorum, vt vi-
5 dere eſt *apud Compendium Priuilegiorum Regularium verb abſolutio quo ad*
Fratres, cui doctrinæ (ſuppoſito priuilegio) fauet *Coriolanus de caſib.*
reſer. par. 1. ſect. 3. art. 18. n. 4. Homob. vbi ſupra, & alij. Priuilegijſq;
Religioſorum in materia fauorabili gaudent Nouitij, vti teſtatur *Corio-*
6 *lanus vbi ſup.* Quod idem concludendum eſt etiam de illis Tertiarijs, qui
Monaſterijs actu ſeruiunt, & intra eorum ſepta, & domos reſident, &
ſub Prælatorum Religionis obedientia viuunt; quod ſatis colligi poteſt
ex Decr. Sacr. Congreg. vbi ſup. incipit, Sacra Congregatio quam reperies
apud Naldum verb. clauſura n. 7.

ADDITIO.

AD ampliandam immunitatem à reſeruatione Epiſcopalium caſuum in Nouitijs, addere debemus, quod nedum non ſubduntur reſeruationi circa peccata in nouitiatu comiſſa; ſed neque circa comiſſa in ſeculo, quæ in confeſſione poſt nouitiatum aſſumptum intendunt aperire ſubditi ſunt Epiſcopo; quin ſtatim ac habitum aſſumpſere, illico ipſorum Ordinarius eſt Prælatus Regularis; ideoque ab ipſo ſunt abſoluendi, vel de ipſius delegatione ab alio Regulari Quadr. de reſer. q. 2. diſp. 1. n. 30. Nald. verb. Nouitius n. 7. Henriquez de indulg. cap. 21. & de pœnit. cap. 16. §. 3. Vechius de Nouitijs diſp. 9. dub. 7. n. 5.

Nec tacere debeo probabiliſſimam eſſe ſententiam Nouitios caſibus reſeruatis à ipſis ſuperioribus Regularibus non affici. Quam tenent Mazuchel. diſp. 1. quæſt. 11. difficult. 4. num. 5. & omnes alij ab auctore Lupo congeſti in hac difficultate num. 2. *Ideoque prudens Confeſſarius Regularis poterit ſe conformare vtrique opinioni probabili, ſicque in diuerſis caſibus Nouitij conſiderati, nec Regularibus, nec Epiſcopalibus reſeruationibus tenebuntur. iuxta tradita de diuerſitate probabilitatis opinionis per* Tamburinum in Decal. lib. 1. cap. 3. toto §. 5. *vbi hac materia fuſiſſimè explanatur.*

DIF-

Digitized by Google

DIFFICVLTAS TERTIA.

An etiam qui ſtatim vult ingredi Religionem, per Confeſſorem illius Religionis à caſibus Epiſcopo reſeruatis, abſolui poſſit abſque illius facultate.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Reſponſio eſt affirmatiua.*
3 *Extenſio facultatis.*

RAtio difficultatis eſt, quia in *Decreto Sacræ Congregationis iuſſu Clem. viij. edito die 9. Ianuarij 1601. & eius declaratione ab eadem Congregatione 1602. die 26. Nouembris.* Regularibus inhibetur abſoluere vi priuilegiorum Pœnitentes à caſibus locorum Ordinarijs reſeruatis. 1

Ad difficultatem reſpondetur affirmatiuè .s. quòd regularis Confeſſarius illius Religionis, cuius habitum quis vult ſtatim aſſumere, abſoluere poteſt Ingredientem à caſibus Epiſcopo reſeruatis; ratio eſt, tum quia tam Decretum, quam eius declaratio non comprehendit eos ſeculares, qui ſtatim habitum illius religionis ſunt ſuſcepturi, vt teſtatur *Diana in ſuis reſolutionibus moralibus p. 2. tract. 2. de dubijs regular. reſol. 46. & Bartholomæus de vecchis in praxi nouit. diſp. 9. dub. 7. num. 5.* tum quia ita reſpondit Clemens viij. Anſelmo à Monopolo Cardinali, vt refert *Diana loco cit.* Præterea, quæ in continenti fiunt in eſſe videntur *ff. ſi certum pet. l. lecta ibi dicebam.* Item pro facto habetur, quod proximè futurum eſt *l. penult. ff. de milit. teſtam.* Itidem proximè accinctus, habetur pro accincto *eadem lege.* Poterit itaq; ille, qui illicò Religionem eſt ingreſſurus, per Confeſſorem illius religionis, cuius habitum eſt ſuſcepturus, abſolui etiam à reſeruatis Epiſcopo, tametſi nec Confeſſarius, nec Pœnitens obtinuerit facultatem circa eos caſus. 2

Probabiliterque cenſeo hoc fieri poſſe non ſolum per Confeſſorem ab Epiſcopo admiſſum, qui (vt dixi) caſuum Epiſcopo reſeruatorum caret facultate; ſed etiam per Confeſſorem præciſe admiſſum à ſuo Superiore, pro excipiendis Confeſſionibus Fratrum illius Religionis, qualis interdum eſt Nouitiorum Magiſter; nam qua ratione illicò induendus non eſt ſubiectus Confeſſori per ipſum approbatum; vbi autem militat eadem ratio, ibi idem ius ſtatuendum eſt. *ff. ad legem Aquillam l. illud quæſit. Ita Haloandrus in Flor. leg. l. 5.* 3

DIFFICVLTAS QVARTA.

An Regulares Parochi officio fungentes ſubijciantur caſibus ſuorum Superiorum regularium, an verò Ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *Difficultatis ratio quæ.*
2 *Parochi Regulares ſubijciuntur caſibus ſuorum Prælatorum.*
3 *Parochis Regularibus, ſi delinquant in adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ, per Ordinarium facultas audiendi Confeſſiones adimi poterit.*
4 *Quando per Inquiſitores puniri poſſunt.*
5 *De quibus Paſtoribus intelligatur difficultas.*

1 RAtio difficultatis eſt, quia ratione officij Parochialis videntur non eſſe ſubiecti religionis Prælatis, ſed locorum Ordinarijs. *Homob. de exam. Eccl. par. 2. tract. 8. c. 2. ibi ad tertiam quæſt. allegans Pedri. de ſenis conſil. 93. & Tuſchum in verb. abſoluere concl. 45.* in hæc verba reſpondet. Sacerdotes Regulares, etiam ſi Parochi officio fun-
2 gantur, quò ad caſus reſeruatos, ſuorum Superiorum, & proprij ordinis diſpoſitioni ſubbijciuntur; quod ſecus ſentit de caſibus Ordinarij: nam grauatus in vno, in alio eſt ſubleuandus *l. eum, qui, in princ. ff. de iureiur.* ipſi autem, vt dictum eſt, ſunt grauati caſibus ſuorum Superiorum Regul. ideò in caſibus Ordinarij ſunt ſubleuandi.

Nota tamen, quod ſi in adminiſtratione Sacramenti Pęnitentiæ eos delinquere contigerit, facultas audiendi Confeſſiones ab ipſo .s. Ordi-
3 nario ſubtrahi poterit. Quod patet in ſimili de hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus, & Ordinarijs locorum, qui procedere poſſunt, & ſeuerè
4 animaduertere in Regulares, qui ad inhoneſta perpetranda, Confeſſionis occaſione, vel in loco ad audiendas Confeſſiones deputato, pęnitentes induxerint, vel ſollicitauerint, quod abſit; cum propter horrendum Sacrilegij crimen, quo ſe conſpurcarunt, de hæreſi valdè ſuſpecti reddantur. *Ita Homob. vbi ſup.* Reſoluitur itaque Regulares Parochos caſibus ſuorum regularium Prælatorum eſſe ſubiectos.

Nec reſolutioni repugnat ratio difficultatis, quia, quamuis Regularis Parochus non videatur ſubiectus Religionum Prælatis; attamen eſt verè ſubiectus, aliudq; eſt eſſe tale, & aliud haberi pro tali *l. ſi maritus, in §. legis Iuliæ, & ibi Bart. ff. ad leg. Iul. de adult. cum ſimil.*

Verùm nè labamur in errorem, de Parochis regularibus diſtinguendū eſt:

eſt: quidam enim cum licentia Pontificis manent extrà ordinem, deferentes tantùm habitum ordinis, exempti ab obedientia Prælatorum Religionis: quidam verò Officio Curati fungentes intra ordinem manent ſub obedientia Prælatorum Ordinis. Modò ad propoſitum noſtrũ deueniendo, cenſeo prædictum Doctorem loqui non de Parochis, qui degunt extra ordinem cum licentia Summi Pontificis, exemptis à cura Prælatorum religionis, cuius tantum habitum deferunt, & ſimiliter puto non loqui de illis Parochis ſecularibus, qui ſuſceperunt curam animarum ſecularium loco Regularium, quamuis habitent intra ſepta monaſterij: quod notat *Megalus prim. parte inſtit. pereg. lib. 1. cap. 8. num. 20.* licet ipſe non diſtinguat de Curatis; ſed tantùm loquatur de illis, qui officio Paſtoris fungentes, viuunt ſub obedientia ſuorum Prælatorum, hi, inquam, ſunt ſubiecti caſibus Religionis, quam profitentur, quod ſecùs exiſtimo de alijs Paſtoribus, vt dixi.

ART. II. DIFFICVLTAS PRIMA.

An Ruſtici ſub caſibus Epiſcopalibus comprehendantur.

SVMMARIVM.

1 *Difficultatis ratio quæ.*
2 *Ruſtici ſub caſibus Epiſcopalibus comprehenduntur.*
3 *Quorum caſuum à reſeruatione excuſat ignorantia.*
4 *Reſeruatio habet tantùm quandam pœnæ rationem.*
5 *Ignorantia inuincibilis excuſat à qualibet cenſura; ſed non à qualibet reſeruatione.*

Difficultatis ratio eſt, quia ruſticitas à pęna ordinaria excuſat, vbi dolus manifeſtus non apparet, vt teſtatur *Zanardus in directorio Theologorum par. 2. ſecunda part. tract. de cauſis minuentibus, & temperantibus pœnas cap. 12.* Item ruſticitati parcendum eſt, *l. fin. C. de teſtat.* 1

Difficultati occurro, reſpondendo affirmatiuè .s. quod Ruſtici ſub caſibus Epiſcopalibus comprehenduntur; & ratio eſt, quia in his, quæ inducta ſunt ad iuris rigorem conſeruandum, non excuſatur mulier, nec ruſticitas, vt aſſerit *Suarez verb. lex, ibi in his, quæ, &c.* ſed caſuum reſeruatio inducta eſt ad conſeruandum, & continendũ homines in rigore legis, vt conſtat ex fine reſeruationis tradita à *DD. præſertim ab Vgol. de officio, & poteſtate Epiſcopi par. 2. cap. 35. in princ. ab Homob. de caſib. reſer. cap. 1. & apparet ex Decret. Sac. Cardinalium Congregat. ſuper abſolutione* 2

lutione à caſib. reſeruatis edito; ideò etiam Ruſtici comprehendi debent.

Si dicas, Ruſticos ſaltem ex ignorantia inuincibili reſeruationis caſuū tabellæ excuſari debere. Reſpondetur cùm diſtinctione, vel ignorantia eſt reſpectu caſuum reſpicientium legem Diuinam, vt Inceſtus, Homicidium, Sodomia, Beſtialitas, Blaſphemia, &c. vel reſpectu caſuum reſpicientium tantùm ius Epiſcopale, vt eſt denunciatio circa Legata pia per notarios facienda intra duos menſes à morte Teſtatoris; conductio bonorum Pij Loci ab eorum adminiſtratoribus; dimiſſio adminiſtratio-
3 nis locorum piorum ſtatim elaſpo biennio, &c. His habitis, dico, ignorantiam caſuum reſeruatorum reſpicientium præcepta Diuina non excuſare ruſticos; quia, cum ſciuerint ſe peccare contra Diuinum, ac naturale præceptum, peccare non deſtiterunt; ideò ſibimetipſis imputare debent, ſi ligantur reſeruatione, iuxta illud, qui facit, quod non debet, ei obuenit, quod non credit: *Cap. niſi de offi. leg.* & iuxta illud, ſtultus in culpa, ſapiens in pœna fiet *Gloſſa in d. c. niſi, & ibi Bal. n.* 2. Ceterum ſi ignorantia caſuum reſeruatorum eſt tantum reſpectu præceptorum Epiſcopalium, aliter dicendum eſt, cum talia præcepta non ſint ruſticis naturaliter nota, patet per ea, quæ attigimus de ignorantia cum *Honob. & per ea, quæ habet Lazarius canon. qq. ſect. vnica q. 7. n. 55.*

Conſtat itaque, quòd huiuſmodi homines, nec ob ruſticitatem, nec ob ignorantiam excuſari debent, niſi ignorantia ſit tantum reſpectu præceptorum Epiſcopalium.

Nec obſiſtit difficultas ab initio obiecta, pro qua notandum, quod ſicut aliud eſt eſſe tale, & aliud haberi pro tali; ita aliud eſſe pœnam,
4 & aliud quidpiam habere rationem pœnæ; caſuum autem reſeruatio non eſt ſtrictè pœna, ſed tantùm quandā habet rationem pœnæ, teſte *Nal. verb. caſ. reſer. n.* 3. ideò licet ruſticitas vbi coniuncta eſt cum ſimplicitate, regulariter excuſet à pœna ordinaria; attamèn non excuſat ab his, quæ tantum habent quandam rationem pœnæ, vt eſt reſeruatio caſuum, quæ eſt quid minus, ſeù leuius pœna.

Nec obſtat dicere, vnumquemque ob ignorantiam inuincibilem excu-
5 ſari ab excommunicatione, quamuis ſit annexa præcepto naturali: ergo etiam excuſari à reſeruatione caſuum: quia non eſt ſimilis ratio hinc, &
5 inde: quia excommunicatio eſt vera pœna, reſeruatio verò nequaquam.

DIF-

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An Impuberes ſub Cenſuris, & Caſibus Epiſcopalibus comprehendantur.

SVMMARIVM.

1 *Impuberes non afficiuntur caſibus, nec Cenſuris Papa.*
2 *Impuberes qui: & quandò compleatur pubertas.*
3 *Vnde dignoſcitur impubertas regulariter.*
4 *Cur citiùs compleatur pubertas in fœmina.*
5 *Impubes doli capax cenſuris validè ligatur, ſed non ſemper iuſtè.*

Difficultatis ratio eſt, quia nec cenſuræ, nec caſus Summo Pontifici reſeruati tales comprehendunt, vt ſatis conſtat per *Graff. de caſib. reſ. r. lib. 1. cap. 4. reg. 8. num. 38.* 1

Ante reſponſionem duo ſunt præmittenda, quorum primum eſt, qui dicantur impuberes in iure. Nota igitur, quòd maſculus, qui quartum decimum non perfecit; & fœmina, quæ duodecimum annum item non perfecit, vocantur impuberes, *Ita Summa Hoſtienſis in rubrica de deſponſatione impuberum nu. 1. quæ addit eodem in loco nu. 2. circa finem.* quòd pupillus, & impubes idem ſignificant: & *Lexicon iuris* dicit hoc idem de pueris .s. quòd pueri dicuntur impuberes à ſeptenio vſque ad quartum decimum, & puellæ vſque ad duodecimum annum. 2

Alterum eſt, quid inuoluat, ſeù importet hoc nomen impuber. Nota igitur, quod impubes eſt, qui ex habitu corporis ſui impubertatē oſtendit, & qui vt plurimum generare, vel concipere nondū poteſt, *Ita Lexicon iuris verb. impubes. Secundum Calepinum verò eodem verbo*, eſt, qui nondum lanuginem circà membra genitaliæ emiſit. Si quis verò obiter inquirat, cur citius compleant pubertatem fœminæ? Reſpondetur ab *Hoſtienſe loco cit.* tùm quia faciliùs eſt pati, quam agere; tùm quia citius regulariter finitur vita feminæ, quam viri. 3

Modò ſi obijcias, interdùm contingere marem ante quartum decimū annum ſemen emittere. Reſpondetur, quòd iura ſe adaptant ad ea, quæ regulariter eueniunt, & non ad ea, quæ interdum contingunt, vt inquit *Lexicon loco cit.* Et propter pauca non eſt ponendum vnum genus, vt tradit *Ariſt. 2. Poſt.* 4

Sed ad rem noſtram occurrendo primæ parti huiuſce difficultatis propoſitæ, quæ eſt de cenſuris Epiſcopalibus, luculenter ſatisfacit *Bonacina de cenſ. q. 1. pun. 4. vnic. prop. n. 7.* dicens impuberem doli capacem,

validè

validè quidem ligari poſſe cenſuris ne dum à iure, ſed etiam ab homine latis; & eius ratio eſt, quia ſicut impubes mortaliter peccare poteſt; ita etiam cenſura, quæ in pœnam peccati fertur, puniri poteſt.

Verùm cum duplex ſit cenſura nempè à iure, & ab homine, de cenſura à iure dicit abſolutè impuberem poſſe ligari: de cenſura verò ab homine diſtinguit de licitè, & validè dicens, quod, quamuis cenſura ab homine impuberes poſſint validè ligari, non tamen licitè; & quoniam non fas eſt iudicare Epiſcopos aliquid illicitè velle; ideò videtur dicendum, cenſuris, quæ ab Epiſcopis, tanquam ab homine dimanant, impuberes non comprehendi, niſi de ipſis expreſſa fiat mentio. Et hæc dixiſſe ſufficiat quo ad primam partem, quæ eſt de cenſuris. Quò ad alteram verò, quæ cæteros caſus tabellæ reſpicit, adhuc diſtinguendum eſt .ſ. de caſibus carnalibus contra. Cæterum de carnalibus loquendo, & præcipuè de inceſtu, & ſodomia, videtur dicendum impuberes non comprehendi; tum quia, regulariter loquendo, actum non complent, vt teſtatur *Floronus loco infracitando*, tùm quia quamplures DD. hoc expreſſe fatentur de inceſtu. *Archiep. Florent. In ſummula defecerunt de auctoritate Confeſſ. cap. 2. in fine Graſſius loco citato allegans Paludanum. Floronus de caſibus reſer. par. 1. cap. 3. num. 30. 31. & 32. & alij*. Hoc idem aſſerit *Peregrinus Polletta in Lucerna verb. Sodomia, de Sodomitico peccato impuberum*. Cæterum quo ad alios caſus impuberes comprehenduntur, vt teſtatur *Floronus loco citato*. faciunt adducta per *Dianam in Moral. reſol. par. 2. tract. 1. Miſcelan. reſol. 14.*

Nec obſtat difficultatis ratio, quod impuberes non comprehenduntur ſub cenſuris, nec caſibus Papæ, tùm quia à diuerſis non fit illatio, trita lege *Papinianus:* tùm quia in ea ætate rigor cenſuræ temperandus eſt, vt inquit *Floronus par. 1. cap. 4. ſ. 7. nu. 7.*

ADDITIO.

Enucleata ſatis eſt auctoris reſolutio præſens, quando, nam impuberes reſeruatione ligentur nec ne. Sienda tamen animaduerſione conſidero, non hic ſupponere auctorem impuberes eſſe reſeruationis ignorantes, vel immemores, vel inaduertens, nec credere ſe tantũ venialiter delinquere; locus enim eſſet traditis ſupra diſt. 3. difficult. 2. in additione, & difficult. 4. *Sed ſupponere caſum in quo impubes ſciat ſe mortaliter delinquere, & maximæ reitatis macula fædari; quam quæſtionem* Quadr. in Viridario quæſt. 2. concluſ. 5. diſput. 1. nu. 33. *tangens ampleſtitur in ipſius deciſione ſententiam* Homob. de reſer. cap. 3. p. 1. Lazarij de blaſphæmia quæſt. 9. n. 42. Floron. Card. de Lugo, & aliorum n. 33. verſiculo noſtra citatorum docentium, *quod quotieſcunque reſeruatio eſt in medela pænitentis à pueris incurritur, quoties vero eſt in pænam minimè. Si non meminiſti quenã reſer-*

reſeruationes ſint in pœnam, quænam verò in medela lege Auctorem ſupra diſt. 3. diffic. 2. cum additione, *& ſcies tunc eſſe in pœnam quando annectitur alicui tranſgreſſioni malæ, quia prohibita; Eſſe verò in medelam quoties imponitur peccato etiam de iure Diuino graui, & damnato.*

DIFFICVLTAS TERTIA.

An Mortui ſint ſubiecti primo caſui tabellæ, qui eſt de cenſuris, ſaltèm quo ad cenſuram excommunicationis.

SVMMARIVM.

1 *Mortui videntur abſolui.*
2 *Mortui propriè non abſoluuntur.*
3 *Mortui declarantur excommunicati, vel abſoluti.*
4 *Modus abſoluendi excommunicatum remiſſiuè.*

DIfficultatis ratio hæc eſt, quia Mortui interdum videntur ab excõmunicatione abſolui, vt patet *ex Rituali Romano de Sacramento Pœnitentiæ, ibi Ritus abſoluendi excõmunicatum iam Mortuum;* fruſtra autèm abſoluerentur, ſi non eſſent ſubiecti. Difficultati ſatiſfacit *Pereg. Pollet. in ſua Lucerna verb. mortuis l. D.* aſſerens mortuum propriè quò ad Deum, non poſſe excommunicari, neque abſolui; ratio eſt, tùm quia mortuus non eſt homo mortalis. *Nauar. cap. 27. n. 27. Antonius Bernarducius de excommunicatione par. 3. cap. 16. Armilla verb. excommunicatio num. 28.* tùm quia mortui non ſunt iuriſdictionis Prælatorum Eccleſiæ. *Nauar. commentario de Iubileo, & Indulgentia, notabile 22. n 7. tom. 3.* 1 2

Nec officit huic reſolutioni ratio difficultatis propoſita; quia mortui non abſoluuntur à Prælatis Eccleſiæ, ſed declarantur eſſe abſoluti; nam (vt attigi) defuncti directè non ſunt ſubiecti Papæ. *Ita Franc. Suarez diſp. 53. ſect. 2. verſiculo, nullus alius actus. Ricard. in 4. ſent. diſt. 20. art. 3. quæſt. 3. Rutilius Bonzonius lib. 2. cap. 48. verſic. verum hæc ſolutio.* 3

Verùm, ſi inquiras modum declarandi excommunicatum iam mortuũ eſſe abſolutum iuxta ſuperiùs diffinita, conſule *Rit. Rom. de Sacram. Pœnit. ibi Ritus abſoluendi excommunicatum iam mortuum.* ſumiturq; large nomen abſolutionis pro declaratione abſolutionis. 4

ART. III. DIFFICVLTAS PRIMA:

An exul, ſiuè Bannitus ſit ſubiectus caſibus reſeruatis, aut cenſuris Ordinarij in cuius Diœceſi, ſibi contingit reperiri?

SVMMARIVM.

1 *Difficultatis ratio quæ.*
2 *Banniti quidam habent ſaluum conductum, quidam minimè.*
3 *Non intelligitur concluſio de Bannitis, quorum occiſio non conceditur.*
4 *Aliqui peccant occidendo Bannitos, aliqui non.*

1 Ratio difficultatis eſt; quia Bannitus non debet eſſe melioris cõditionis alijs non Bannitis; cum delictum nemini patrocinari debeat *iuxta cap. Sedes Apoſtol. de reſcript.* nam dolus, & fraus nemini debet patrocinari. Satisfacimus huic difficultati diſtinguendo; 2 duo ſunt genera Bannitorum, ſeù Exulum. Quidam publica fide, quæ vulgò dicitur ſaluus conductus, carent; & iſti à quolibet Sacerdote, licet ad excipiendas Confeſſiones non ſit ſpecialiter admiſſus, & à quocunq; peccato (licet reſeruato) & cuiuſuis generis, & à qualibet cenſura tàm Epiſcopo, quam Summo Pontifici reſeruata, abſolui poſſunt in illo loco, vbi impunè eos occidere licet; quod præcipuè intelligendum cenſeo, ſi eorum occiſoribus propoſitum ſit præmium, & ratio apertiſſima eſt, quia iſti verſantur in continuo periculo mortis. Quidam verò publica fide muniuntur, & de iſtis ſecus reſoluendum eſt, quia ob dictã fidem non verſantur in tali mortis periculo: ſicut .n. ſe habet propoſitũ in propoſito; ita oppoſitum in oppoſito. Si igitur prioris generis Banniti abſolui poſſunt, quia verſantur in manifeſto periculo mortis: iſti ſecundi generis, quia non verſantur in tanto periculo, minimè abſolui poſſunt. *Ita Homob. in comment. de exam. Eccl. Tract. 5. q. 27. Galettus in verb. abſoluere. Vgol. de Offic. & Poteſt. Epiſcopi par. 1. cap. 15. §. 8. n. 9. & alij.*
3 Idem, & ob eandem rationem, quã ſupponimus extare, aſſeritur de Bannitis illis, quorum occiſio per legem non conceditur, ſed tamen permittitur, non puniendo illorum occiſores. Verùm obſeruandum eſt, quod, qui occidunt Bannitos ſecundæ ſpeciei lethali obſtringuntur peccato; qui verò occidunt; Bannitos primæ ſpeciei .s. (lege præmiante) non peccant; quia in tali caſu ſunt iuſtitiæ miniſtri, ſicut famuli Prætoris; modò tamen non vindictæ impetu, ſed tantum iuſtitiæ zelo hoc præſtent. *Ita Armilla. verb. Bannum num. 1.* Concludendum

itaq;

itaq; eſt, quod Banniti primæ ſpeciei ab omnibus Sacerdotibus abſolui poſſunt, quod negandum eſt de alijs.

Nec obſtat reſolutioni difficultatis ratio; quia non eximuntur à caſibus. aut cenſuris prioris ſpeciei Banniti; eo quòd ſint melioris conditionis, ſed quia extant in manifeſto mortis periculo.

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An Peregrini, & Aduenæ ſub reſeruatione caſuum Ordinarij loci, vbi reperiuntur, comprehendantur.

SVMMARIVM.

1 *Duæ ſunt ſententiæ de hac difficultate.*
2 *Qui veniant nomine Peregrini, & Aduenæ.*
3 *Peregrinus ſumitur dupliciter.*
4 *Aduena item dupliciter capitur.*
5 *Aduena, & Peregrinus diſtinguitur à Vagis, & Vagabundis.*
6 *Aduena, & Peregrinus comprehenduntur ſub caſibus Epiſcopi.*

Difficultatis ratio eſt, tùm quia variæ ſunt DD. ſententiæ circa diffi-
cultatem hanc: tùm quia *Cap. Omnis de pœnit.* demonſtrat pœni- 1
tentem ſuo Parocho confiteri debere; & conſequenter ab ipſo, tàm à reſeruatis (ſi habeat facultatem ab Ordinario) quàm à non reſeruatis itidem abſolui debere.

Ante reſponſionem præmittendá ſunt duo. Quorum primum eſt, qui 2
nomine Peregrinorum veniant. Alterum eſt, qui nomine Aduenarum item veniant. In gratiam primi termini declarandi notandum eſt, quòd hoc nomen Peregrinus ſumitur dupliciter, generaliter, & ſpecialiter, .ſ.
largè, & ſtrictè: largè dicitur Peregrinus, ſeù Peregrinans quicumq; ab 3
aliquo exiens loco ad aliud proficiſcitur; talis .n. quouſq; ad ſuum locum redierit, peregrinari intelligitur. Strictè verò, ſiuè ſpecialiter dicitur, qui ad præſentiam Domini Papæ accedit, aut viſitat limina Apoſtolorum Petri, & Pauli, vel aliorum Sanctorum. *Ita Hoſtienſis lib. 2. in rubricam de Peregrinantibus num.* 1.

In gratiam ſecundi ſciendū eſt, Aduenam itidem ſumi dupliciter .ſ. im-
propriè, & propriè; impropriè ſiuè large eſt, qui nō eſt ciuis, ſed exter- 4
nus; propriè autèm, & ſtrictè eſt, qui ex vno longinquo loco in aliquod Oppidum venit. teſte *Calepino ver. aduena*, & hoc modo ſumptus aduena non differt à Peregrino largè ſumpto, ſed ſolùm à Peregrino ſtrictè, & propriè ſumpto; & vterque ſecernitur à Vagis, ſeù Vagabundis, vt

5 ſatis per ſe conſtat per ea, quæ diximus de ipſis: nam iſti habent certum domicilium, quo carent Vagi, vt infrà referam. Loquimur autem hic de Peregrinis, & Aduenis ſolummodo propriè.

Modò ad difficultatem accedendo dico Peregrinum, & Aduenam propriè ſumptos ſub reſeruatione caſuum Ordinarij loci, vbi reperitur comprehendi *c. illa diſt.* 12. & ratio eſt, tùm quia ex generali Eccleſiæ conſuetudine, ſeù interpretatiua propriorum Prælatorum voluntate prædicti ſunt tanquam incolæ, & ſubditi Epiſcopo, in cuius Diœceſi morā trahunt quò ad Sacramenta pœnitentiæ, & Euchariſtiæ ſuſcipienda: tùm quia Auguſt. *teſte Homob. loco infracitando, ex doctrina Diui Ambroſij*, monet, vt vnuſquiſq; legibus, ac conſuetudinibus eorum, ad quos diuertit, ſe conformet: tum etiam quia ita communiter tenent *Doctores in cap. à nobis el.* 1. *de ſent. Excommun. & Sanchez lib.* 3. *de Matrim. diſp.* 18. *quæſt.* 2. *nu.* 18. *Homob. de exam. Eccl. tract.* 12. *cap.* 4. *quarta reſol. circa medium, & de caſib. reſer. p.* 1. *de cauſ. efficien. aſſertio* 4. comprehenduntur itaq; Peregrini, & Aduenæ ſub reſeruatione caſuum Ordina-
6 rij loci, vbi reperiuntur; non deſunt tamen DD. oppoſitum ſentientes. *Fernandez in exam. moral. theol. tract.* 1. *lib.* 1. *cap.* 7. *§.* 1. *apud Dianam in Moral. reſolut. in tractatu de legib. reſol.* 14.

Nec obſtat ratio difficultatis: tùm quia, quamuis huiuſmodi vellent proprio Parocho confiteri, non poſſent tamen ratione abſentiæ, & impoſſibilium nulla eſt obligatio; tùm quia veriſimile eſt ipſis tacitè concedi licentiam ab Epiſcopo, & Parocho confiteri, & abſolui, quoties opus fuerit pro ſerenitate, & exoneratione conſcientiarum illorum. Nec item obſtat, quod dicetur infra difficul. 4 de mercatoribus, militibus ſeu ſeruis, qui breui tempore in aliquo loco commorantur quamprimum ad propriam paræciam redituri: quia iſti poſſunt recurrere ad proprium Parochum abſque graui incommodo, quod non queunt Peregrini, & Aduenæ.

ADDITIO.

Hoc loco cadere debet quæſtio, quam intactam relinquit auctor; an Peregrini in Bergomenſi Diœceſi abſolui poſſint per ſimplicem Confeſſarium à peccatis patratis, vel in noſtra Diœceſi, vel in via, vel in ſua Patria, quæ peccata ſint ab Epiſcopo proprio reſeruata, & tamen Bergomi ſint liberæ abſolutionis cuicunque ſimplici Confeſſario. Huius in enodotatione difficultatis acerrimæ ſunt inter DD. controuerſiæ, pro quarum diremptione eligo ſententiam benigniorem; poſſe ſemper abſolui Peregrinos à noſtris ſimplicibus Confeſſarijs in caſibus ſupradictis, dummodo tamen non acceſſerint in fraudem fugientes dolosè propriam diœceſim, & Parochum, vt ſubijcerent ſe Confeſſario, qui non eſſet obnoxius tali-

bus

bus reſeruationibus. *Ratio deciſionis deducitur ex mente interpretatiua Sanctæ Sedis nolentis excludere à Confeſſione Peregrinum, ex eo quod afficiatur peccato reſeruato in ſua Diœceſi, dum bona fide receſſit pro ſuis negotijs, vel relaxatione animi, aut alijs de cauſis, non vero, vt aſtu deluderet iuriſdictionem iudicis reſeruantis*. *Sic laté* Quadr. in Viridario diſp. 1. q. 2. concluſ. 6. cum allegatis. Suarez de pœnit. diſp. 25. ſect. 2. Coninch. diſp. 8. dub. 8. n. 61. Bonac. tom. 1. diſp. 5. quæſt. 7. punct. 2. n. 5. Baſſeus in floribus verbo Confeſſarius 1. n. 6.

Addo non eſſe improbabilem deciſionem Pontij lib. 5. de Matrim. cap. 9. n. 6. Filiucij tract. 7. nu. 195. Dianæ part. 3. tract. 6. reſol. 28. Caſtropalai tract. 3. de legibus diſp. 1. punct 24. §. 4. Ioſephi de Ianuario de reſeruatis reſol. 9. nu. 1. *aſſerentium poſſe abſolui à Parocho loci vbi reperiuntur peregrinos, etiam ſi eo ſolo animo exierint propria Parochia, & Diœceſi, vt alteri Sacerdoti tam reſeruata, quam non reſeruata aperirent, quia fraus, & dolus in hoc caſu non eſt reputandus illicitus, neque malus, cum vtantur iure ſuo.*

DIFFICVLTAS TERTIA.

An Vagabundi, ſeù Vagi ſub reſeruatione caſuum Ordinarij loci, vbi reperiuntur, comprehendantur.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Vagabundi, ſeù Vagi qui.*
3 *Differunt Vagi à Peregrinis.*
4 *Duæ de hac difficultate vagantur ſententiæ.*
5 *Senſus Auctoris.*
6 *Duæ conditiones requiruntur ad conſtituendam conſuetudinem.*

Difficultatis ratio eſt, quia *Cap. Omnis de pœnit.* vult pœnitentem ſuo Parocho cõfiteri; & proinde abſolui tam à reſeruatis, quàm non. 1

Ante reſponſionem præmittendum eſt, qui nomine Vagabundorum, ſeù Vagorum veniant, & quomodo differant à Peregrinis: nomine itaq; 2 Vagabundorum, ſeù Vagorum veniunt illi, qui nullibi domicilium habent certum, in quo habitent; ſed hinc inde vagantur, & ob id dicuntur Vagi; quia cum primum domicilium omninò deſeruerint, nauigant, vel iter faciunt, quærentes vbi ſe collocent. *Ita Floron. de caſib. reſer. p. 1. cap. 3. §. 2.* & licèt interdùm huiuſmodi Vagi cum vxoribus, & filijs alicubi habitationem habeant ad plures menſes; non tamen domicilium,

cilium, vt claret in Cingaris. *Armilla verb. abſolutio n. 17.* differuntq;
Vagi à Peregrinis; quia Peregrinos dicimus cum *Vgol. de offic. & po-
teſt. Epiſcopi p. 2. cap. 39. §. 4. n. 4.* eos tantum, qui inuiſunt interdum
Pia loca, vt limina Apoſtolorum, ædem Lauretanam, S. Iacobum de
Galitia, &c. dixi interdum ad differentiam vagorum, qui aſſiduè pere-
grinantur.

Modò ad difficultatem reſpondendo, dico quòd pro vtraq; parte re-
4 periuntur DD. nam alij tuentur partem affirmantem: alij negantem de-
fenſant. Affirmantes vagos ſub reſeruatione caſuum Ordinarij, vbi re-
periuntur, comprehendi, ſunt *Lucas Floron. vbi ſupra. Sotus in 4. diſt.
18. quæſt. 4. art. 2. apud Floron. loco citato. Peregrinus Polletta in Lucer-
na verb. vagabundi, & alij apud ipſum.* eorumq; ratio eſt; quia cum
nullum peculiare habeant domicilium, illud acquirunt, vbi ſe detinent.
Cæterum negantes vagos comprehendi ſub reſeruatione Ordinarij loci,
vbi ſe continent, ſunt præcipuè (quos viderim ipſe) *Nal. verb. caſus reſer.
n. 8. Margar. eodem verb. Vgol. de offic. & poteſt. Epiſcopi par. 2. c. 39.
§. 4. n. 4. Megalus pr. par. inſtit. Pereg. c. 7. n. 13. & alij.* eorumq; ra-
tio eſt; tùm quia non eſt maior ratio de vno Ordinario, quam de alio,
cum nulli ſint ſubiecti; tùm quia, cũ non ſint ſubditi Ordinario propter
domicilij defectum, nec eius reſeruatione ligari debent; & perinde ſe-
cundum opinionem iſtam vagi comprehenduntur tantum ſub reſeruatio-
ne caſuum Papæ reſeruatorum.

Nec obſtat ratio difficultatis, quia *Cap. Omnis* præallegatum loquitur
de ijs, qui Parocho ſubiecti ſunt ratione domicilij, cuiuſmodi non ſunt
5 vagi: hæc aſſertio eſt magis pia, ſed prima eſt ſecurior; & Confeſſarius
iuxta ſuam prudentiam, modò vna, modò altera vti poterit. Verùm ſi
Pigmeo inter Gigantes eſſe liceret, dicerem conſulendam eſſe loci con-
ſuetudinem, ac illam ſequendam; cum ipſa ſit optima legum interpres,
6 maximè ſi iam ſit præſcripta, & rationabilis, ſufficiuntq; hæ duæ con-
ditiones de iure canonico, vt notat *Gloſ. in cap. fruſtra. 8. diſtinct.* tollitq;
talis conſuetudo legem, ſi qua eſt in contrarium *Arg. §. Sine ſcripto
Inſt. de iure naturali gentium, & ciuili, cum ſimilib. Thom. de Thomaſ. in
ſuis Flor. leg. reg. 82. & 83.*

DIF-

DIFFICVLTAS QVARTA:

An Milites, Serui, Mercatores, & Scholares comprehendantur ſub reſeruatione caſuum Ordinarij loci, vbi reperiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Mercatores, Milites, & ſerui ſunt in triplici differentia.*
3 *Qui habeat quaſi domicilium.*
4 *Conſuetudo poteſt conferre iuriſdictionem.*
5 *Scholares comprehenduntur ſub caſibus Ordinarij loci.*
6 *Omnes apud Regulares confiteri queunt.*

Difficultatis ratio eſt, quia huiuſmodi homines, quamuis non habeant domicilium, habent tamen interdùm quaſi domiciliũ, vtpotè quando commorantur in aliqua Parochia ad annum plus, vel parum minus animo redeundi ad propriam, cum primum à negotijs ſe expedierint, vt innuere videtur *Floron. de caſ. reſer. par. 1. c. 3. n. 1. Vgol. de offic. & poteſt. Epiſcopi par. 2. cap. 39. §. 5. n. 2.* 1

Mercatores, Milites, & Serui ſunt in triplici differentia: alij ſemper ſequuntur nundinas, militiam, Dominoſuè ſuos, quocunq; ſe transferant; & de his aſſerendum eſt, quod ſuprà aſſeruimus de Vagabundis: nam vbi eſt eadem ratio, ibi idem ius eſſe debet *l. illud ff. ad l. Aquiliam, cum ſimilibus.* 2

Alij Mercatores, Milites, & Serui dantur, qui ad breue tẽpus, vtpotè ad quatuor, octouè dies abſunt à patria iterum eò reuerſuri, & de his quoq; idem concludendum eſt, nam cum huiuſmodi pro illo paruo ſpatio abſq; animo ibi commorandi non fiant ſubditi illius Ordinarij, in cuius Diœceſi ſunt; conſequenter nec eius reſeruatione annodantur; cum reſeruatio ſolummodò afficiat ſubditos, vel quaſi ſubditos, velùt ſunt illi, de quibus ſuprà attigi, quòd diutius inhabitent, vt per annum, vel dimidium, maximè, quia iſti non videntur tacitam confitendi licentiam habere; niſi alia eſſet locorum conſuetudo, quæ in primis attendenda eſt; hinc quia in hac Bergomenſi Diœceſi vſu receptum videtur, vt Parochus loci iuxta facultatem, quam habet ab Ordinario circa reſeruata, poſſit etiam illa vti erga illos, qui animi recreandi gratia, vel ob negotia ad aliquot dies ſe detinent in eius paræcia, validè eos abſoluat.

Tertiæ verò ſpeciei Mercatores, Milites, & Serui ſunt illi qui habent domi-

3 domicilium, vel quaſi .s. domicilium, eo quòd commorantur in aliqua paræcia ad certum tempus, vt ad annum, animo tamen iterùm redeundi ad patriam, & de his dicendum eſt, quòd comprehenduntur reſeruatione Ordinarij, in cuius Diœceſi degunt, & proinde ab Ordinario, vel ab eo, qui ad reſeruata fuit delegatus ab Ordinario abſolui debent. Supponiturq; iſtos habere ſaltem tacitam facultatem extra patriam confitendi; ratio autem deſumitur ex conſuetudine, quæ potuit introduci, & iure optimo fuit introducta, ne huiuſmodi perſonæ Sacramento valdè

4 neceſſario diutius carerent, & conſuetudo poteſt iuriſdictionem conferre ratione taciti conſenſus Superioris potentis commodè contradicere, & non contradicentis. *Ita Lucas Floron. de caſib. reſer. par.* 1. *cap.* 3. §. 4. *n.* 1. *Bonac. de Sacram. diſp.* 5. *q.* 7. *pun.* 2. *prop.* 1. *nu.* 2. *Megalus prim. par. inſtit. peregr. cap.* 7. *n.* 14. *& alij*. & quod de hac tertia ſpecie Mercatorum, Militum, & Seruorum aſſertum eſt, hoc idem aſſeritur de Scholaribus exiſtentibus ſtudiorum cauſa extra patriam, & ratio eſt, tùm quia vbi eadem ratio, ibi idem ius eſſe debet *l. illud ſæpè citatam*; eſt autem in ipſis eadem ratio, quæ eſt in Mercatoribus, Militibus, & Seruis tertiæ ſpeciei, cum habeant, & ipſi quaſi domicilium vbi degunt, vt ſupponitur; quia non ad dies, ſed ad annos in ſtudijs verſantur extra patriam: & hoc ferunt DD. regulariter.

Verùm obſeruandum eſt, quæ dicta ſunt de licentia ſaltèm tacita debere intelligi reſpectu Parochorum, non autem Regularium, cum ipſi Regulares ob priuilegium Sixti IV. illis conceſſum, poſſint excipere Confeſſiones omnium ad ſe accedentium, vndecunque veniant, vti obſeruat *Nauar. in manu. cap.* 21. *n.* 266. & teſtatur *Vgol. de off. & poteſt Epiſcopi p.* 7. *cap.* 39. *n.* 1.

ART. IV. DIFFICVLTAS PRIMA.

Cuius Ordinarij caſibus reſeruatis obligatur ille, qui plura domicilia habet in diuerſis Diœceſibus, in quibus vel æqualiter, vel ferè æqualiter inhabitat.

SVMMARIVM.

1 *Difficultatis ratio quæ.*
2 *Difficultas propoſita ab alia dependere dignoſcitur.*
3 *Ob hoc præciſe, quòd quis habet domum in villa, non dicitur habere ibi domicilium.*
4 *Acquiritur interdum ſtatim domicilium.*
5 *Poteſt quis habere domicilium in duobus locis.*

6 De

6 De hac difficultate duæ proponuntur ſententiæ.

RAtio difficultatis eſt, quia non videtur maior ratio de vno loco, quam de alio, cum æque vtrobiq; habitetur. Ante reſponſionem, præmittenda ſunt quædam. Primum eſt, difficultatem hanc pendere ab illa, cui poſſit confiteri ille ſua peccata, qui plura domicilia habet in diuerſis Parochijs, & locis, in quibus per diſtincta anni tempora habitat, vt in vno hymeat, in altero verò æſtiuat; nec apparet, quodnam eius ſit principale domicilium, ob id, vbi apparebit, cui poterit confiteri tanquam Parocho ſuo; de facile etiam apparebit, cuius Ordinarij caſibus reſeruatis annodetur. 1 2

Alterum, ille non dicitur habere domicilium in villa, qui habet domicilium in Ciuitate, & ad villam ſe transfert, vel recreationis gratia, vel vt ruralia opera in ea complere faciat ad breue tempus, vel finito negorio ad domicilium proprium rediturus. 3

Tertium, quando quis ſe transfert ad habitandum in aliquo loco, & declarat expreſſe ſe habere animum conſtituendi ibi domicilium, ſtatim illud acquirit abſque aliqua temporis expectatione, vt affirmat. *Praxis Neapolitana cap. 48. in principio.* 4

Quartum, poteſt quis habere domicilium in duobus locis vno, & eodem tempore, excmp. gr. ſi vtrobiq; æquè, vel ferè habitet, hoc eſt, illis vtatur promiſcuè, & vniformiter, vel æquali tempore; modò in vno modo, modò in alio. hæc quatuor ex *Floron. de caſibus reſeruatis par. 1. cap. 3. n. 1. 3. 5. & 8.* 5

His habitis aggredior difficultatem propoſitam reſpondendo cum ipſo *Florono loco citato.* duas eſſe DD. ſententias. Prima eſt *Palud. in 4. diſt. 17. quæſt. 3. S. Anton. 3. par. tit. 17. cap. 4. Angeli in verb. Confeſſio 3. Syluest. in verb. Confeſſor. q. 3. in fine, & quæſt. 12. Tabiena in verb. abſolutio 1. n. 45.* qui tenent in vtroq; loco ipſum ſortiri forum, non ſimul, ſed ſucceſſiuè; & ob id illum eſſe eius propriũ Parochum, Sacerdotemq; proprium, in cuius Parochia eſt domicilium, in qua tunc temporis habitat, & in quo confitetur, & conſequenter obligatur reſeruatione caſuum illius Ordinarij, ſub cuius Diœceſi confitetur peccata. 6

Altera ſententia eſt, vt poſſit confiteri, cui voluerit ex duobus Parochis, ſub quorum Parochis domicilia æquè habet .s. æqualiter, vel ferè æqualiter in vtraq; habitat; & ratio eſt, quia talis eſt Parochianus vtriuſq; Parochiæ, & conſequenter vtriq; poteſt confiteri; nec maior videtur ratio de vno, quam de alio. huiuſmodi ſententiæ, vt refert *Floron. vbi ſupra eſt Nauarri in cap. Placuit num. 77. de Pœnit. diſt. 6. Henriquez lib. 6. de Pœnit. cap. 7. num. 2. Sanchez de Matrim. lib. 3.* disp.

diſp. 24. num. 2. Megal. prim. par. inſtit. Pereg. cap. 7. num. 23.

Idem, & ob eandem rationem decernitur de illo, qui in duobus locis, vno, & eodem tempore habitat, hoc eſt, illis vtitur promiſcuè, & vniformiter, vel æquali tempore, modò in vno modo, & modò in altero.

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An committens peccatum reſeruatum in alieno loco, ideſt extra Diœceſim acquirat fauorabile forum conſcientiæ, itaut abſolui poſſit in illo loco.

SVMMARIVM.

1 *Difficultatis ratio quæ.*

2 *Quid ſit acquirere fauorabile forum.*

3 *Per ſe committens peccatum in alieno loco non acquirit fauorabile conſcientiæ forum.*

4 *Per accidens acquiritur.*

5 *In foro externo ratione delicti in loco commiſſi acquiritur forum.*

6 *In quot caſibus quis poſſit confiteri alieno Sacerdoti ad mentem Roſſellæ.*

1 Ratio difficultatis eſt, quia videtur effici ſubiectus ratione delicti Ordinario loci, in quo peccauit.

Ante reſponſionem operæ pretium eſt videre, quid ſit acquirere fa-
2 uorabile forum. Acquirere fauorabile forum conſcientiæ eſt poſſe obtinere abſolutionem ſuorum peccatorum reſeruatorum; vel aliorum à Parocho, vel Ordinarij miniſtris, vel ab alijs facultatem delegatam habentibus in eo loco, in quo peccauit.

Modò deueniendo ad propoſitam difficultatem reſpondetur cum diſtinctione; nimirùm, quòd committens peccatum reſeruatum in alieno
3 loco per ſe, & propriè loquendo non obtinet fauorabile forum conſcientiæ, atq, adeò non poteſt abſolui à culpa peccati reſeruati in alieno loco commiſſi per miniſtros illius loci, in quo peccauit. Tùm quia ibi non habet domicilium, vel quaſi. Tùm quia in *Cap. Omnis vtriuſque ſexus*, dicitur peccata eſſe confitenda proprio Sacerdoti, vel alteri de eius licentia &c. Cæterum ſi loquamur per accidens .s. ratione alicuius accidentalis tituli, vt ſi ibi ſit cauſa negotiorum, ſeù itineris habita ratione conſuetudinis, iuxtà quam vſu receptum ſit, vt aliquis in
4 alio territorio poſſit abſolui, ſecus dicendum eſt.

Concludendum itaque, quod committens peccatum reſeruatum in aliena

aliena Diocœſi, non acquirit fauorabile forum conſcientiæ.

Nec obſtat difficultatis ratio à principio iam propoſita, quia procedit ſolummodo ratione delicti in alieno territorio commiſſi in foro externo, & contentioſo, vbi delinquens efficitur ſubditus Superioris illius loci; non tamen fit ſubditus in foro conſcientiæ, cum forum contentioſum reſpiciat bonum publicum, & rectam loci gubernationem, quæ poſtulat, vt delicta; in tali loco commiſſa, in eodem loco puniantur: quod non militat in foro Sacramenti Pœnitentiæ. *Ita Bonac. de Pœnit. diſp.* 5. *q.* 7. *pun.* 5. *ſ.* 2. *num.* 12. qui quamplures allegat DD. Si fuſiùs deſideras videre in quot, & quibus caſibus quis poſſit confiteri alteri, quam proprio Sacerdoti, conſulito *Roſellam verb. Confeſſio* 3. *n.* 31. quæ ad mentem *Hoſtienſis* octo numerat caſus, qui tamen omnes non amplectuntur, vt tradit *Nauar. de Pœniten. diſtinct.* 6. *Cap. placuit num.* 83.

ADDITIO.

NE repetantur quæ dicta ſunt in additione ſupra ad finem difficultatis ſecundæ huius diſtinctionis quartæ lectorem eo remittimus, cum hijſdem fundamentis indigeat præſentis reſſolutionis materia.

DISTINCTIO QVINTA.

De integra Peccatorum reſeruatorum Confeſſione.

QVoniam diſtinctio hæc reſpicit, tùm Pœnitentes, tùm Confeſſarios; hac de cauſa illam diſtinguimus in duos Articulos. Quorum alter eſt de Pœnitentibus: alter verò de Confeſſarijs.

ARTICVLVS I.

De Pœnitentibus tres continet difficultates, ſ.

An Pœnitens teneatur peccata reſeruata ei confiteri, qui ab ipſis abſoluere non poteſt, vt contingere ſolet, cum ipſe non habeat copiam Confeſſarij habentis facultatem circa reſeruata, nec poſſit abſq; graui ſcandalo omittere ſumptionem Corporis Christi.

An Pœnitens per Superiorem Sacramentaliter abſolutus à reſeruata, & miſſus ad inferiorẽ pro non reſeruatis, teneatur illi confiteri etiam illud reſeruatum iam confeſſum Superiori.

An Pœnitens, qui confitetur aliquod peccatum reſeruatum, quod aliàs cõmiſit ſæpius; ſed abſolutus fuit, ſi interrogetur à Confeſſario, an aliàs illud peccatum commiſerit, omnino teneatur reſpondere, ſe illud commiſiſſe aliàs.

ARTICVLVS II.

De Confeſſarijs vnica abſoluitur difficultate. vz.

An Superior abſoluens Sacramentaliter à peccato ſolummodo reſeruato, debeat vti communi forma, quæ omnia reſpicit peccata, nimirum, Ego te abſoluo à peccatis tuis. *& idem quæritur de Confeſſario inferiori, quando impertire debet abſolutionem ſuper non reſeruato, mittendo Pœnitentem ad ſuperiorem pro reſeruato.*

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA.

An Pœnitens teneatur peccata reſeruata ei confiteri, qui ab ipſis abſoluere non poteſt, vt contingere ſolet, cum ipſe non habeat copiam Confeſſoris habentis facultatem circa reſeruata, nec poſſit abſq; graui ſcandalo omittere ſumptionem Corporis Christi.

SVMMARIVM.

1 *Integra debet eſſe peccatorum Confeſſio.*
2 *Tenetur pœnitens reſeruata confiteri, & ſi per Confeſſorem minimè abſolui poſſit iuxta communem opinionem.*
3 *Sunt ſimul Clauis ſcientiæ, & iuriſdictionis.*
4 *Deus non præcipit fruſtratoria.*
5 *Epiſcopus poteſt abſoluere tantum à reſeruatis.*
6 *Integritas Confeſſionis reperitur ex parte pœnitentis.*
7 *Confeſſio interdum eſt integra formaliter, ſed non materialiter.*

1 RAtio difficultatis eſt, quia peccatorum confeſſio integra eſſe debet. *Cap. Omnis de Pœnit. & remiſſ.*

Circa

Circa difficultatem hanc duas opiniones reperio; quarum altera eſt communis, altera verò particularis. Communis his innititur rationibus, probans pęnitentē teneri peccata reſeruata Cōfeſſori confiteri, & ſi ab ipſis abſolui non poſſit: tùm quia in *Cap. Omnis de Pœnit.* dicitur omnia peccata ſaltem ſemel in anno confiteri proprio Sacerdoti oportere: ſi omnia igitur confiteri debet, ſequitur non ſufficere confiteri quædam tantùm, nimirùm non reſeruata; qui enim omne dicit, nihil excludit *l. Iulianus ff. de legat. 3.* tùm quia ità colligitur *ex Trid. Synodo ſeſſ. 14. cap. 5. de Confeſſ. in verſ. ex his colligitur.* tum etiam quia, qui ſcienter in Confeſſione aliquod peccatum omittit, nihil facit, vt dicitur *eodem cap. verſ. itaq; dum omnia.* 2

Cæterùm particularis opinio, probando pœnitentem non teneri aperire peccata reſeruata illi Confeſſario, qui ab illis abſoluere nequit innititur his rationibus. Prima, quia Confeſſarius nullam iuriſdictionem habet ſuper caſus reſeruatos, ex quo per reſeruationem iuriſdictio ei adempta eſt: nam (teſte *Filliucio par. 1. tract. 7. cap. 10. circa principium*) reſeruatio caſuum eſt negatio iuriſdictionis circa aliquod peccatum; idcircò nulla ratio ſuadet, vt teneatur ei hæc peccata reſeruata confiteri. Secunda eſt, quia Confeſſio fit, vt pœnitens abſoluatur, vel ligetur iuxta illud *S. Io. cap. 20. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.* at in caſibus reſeruatis (articulo mortis excepto) ſimplex Confeſſarius communi iure nihil poteſt, vt dicitur à *Trid. Synodo ſeſſ. 14. in cap. 7.* Tertia, quia clauis ſcientię, & iuriſdictionis ſimul ſemper ſunt in foro conſcentiæ, vt teſtatur *Vgol. de Officio, & poteſt. Epiſcopi cap. 40. §. 1.* ita vt vna ſine alia eſſe non poſſit; qui enim abſoluere poteſt, etiam cognoſcere poteſt, & è contra, qui non poteſt abſoluere, nec cognoſcere. *Tol. lib. 1. Inſtr. Sacerd. Cap. 3.* Sed ſic eſt, quòd Confeſſarius ſimplex abſoluere non poteſt à peccatis reſeruatis: ergo nec ea cognoſcere, & conſequenter nec pœnitens ei ipſa patefacere tenetur; ſi .n. teneretur, aliquid poſſet, quod negat *Synodus, vbi ſupra.* 3

Nec obſtat ſecundum hanc opinionem ratio difficultatis in contrariū adducta de integrigate Confeſſionis; nam locum habet, vbi per pœnitentem ſtaret, quò minùs peccata integrè confiteretur, quod hic non contingit, cum ipſe pœnitens ſit paratus, voluerítq; quantum ex parte ſua, illud confiteri; contingit autem aliunde .ſ. ex parte abſoluentis, qui cum non habeat facultatem abſoluendi circa tale peccatum reſeruatum, nec cognoſcendi debet habere, cum fruſtra cognoſcerentur ab ipſo; Deus autèm non præcipit fruſtratoria. Prima opinio eſt *D. Thomæ 4. ſent. diſt. 17. quæſt. 3. art. 4.* quam Scotus, & communis opinionis ſequitur. Secunda verò eſt *Bartholomęi Vgolini de Officio, & poteſt.* 4

Epiſcopi cap. 4. §. 1. & Vincentij Filliucij par. 3. in inſtructione pro Confeſſionibus excipiendis cap. 2. art. 5. & aliorum, quos ex propoſito breuitati ſtudens, omitto. Prima opinio eſt ſecurior; ſecunda verò ſubtilior, quæ tamen mihi parùm probabilis videtur, quia, ſi pœnitens pro tali tempore aliquo indiget remedio, neſcio, quomodo poſſit Confeſſarius ei remedium præbere, cum vulnus non detegatur.

Ex ſecunda poſitione videtur clarificari opinio dicentium, Epiſco-
5 pum poſſe à reſeruatis tantum abſoluere, etiam ſi alia peccata non
audierit, vel quia non potuit, vel quia noluit. primò, quia ita conſue-
tudine receptum videtur. ſecundò quia integritas auditionis Confeſſio-
nis omnium peccatorum non requiritur omninò neceſſariò ex parte
6 Epiſcopi abſoluentis, quod ſecùs eſt ex parte confitentis, vti ſupra atti-
gi. Videto *Vgol. loco citato.*

Verùm obſeruandum eſt, quòd, quamuis explicatio omnium, & ſin-
gulorum peccatorum non fuerit facta; abſolutio tamen ſemper eſt in-
7 tegra formaliter, quamuis non ſit integra materialiter; quia adſunt
omnia requiſita ad conſequendam gratiam; ſcilicet ſufficiens materia,
iuriſdictio cum intentione abſoluendi. *Bonac. de Sacram. q. 7. punct. 4.
§. 3. prop. 1. n. 2.* nec tamen per hoc improbabilem dicimus opinio-
nem exiſtimantium, Epiſcopum non poſſe abſoluere ad libitum à reſer-
uatis tantùm.

Non auderem tamen aſſerere Pœnitentiarios poſſe ad libitum nulla vrgente neceſſitate, aut rationabili cauſa abſoluere tantùm à reſeruatis.

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An pœnitens per Superiorem Sacramentaliter abſolutus à reſeruato, & miſſus ad inferiorem pro non reſeruatis; teneatur illi confiteri etiam illud reſeruatum iam confeſſum Superiori.

SVMMARIVM.

1 *Nemo tenetur bis confiteri peccata.*
2 *Abſolutio non eſt dimidianda abſq; neceſſitate, vel rationabili cauſa.*
3 *Iuxtà Zerolæ mentem non tenetur pœnitens confiteri peccatum, à quo fuit abſolutus.*
4 *Exiſtente neceſſitate, aut rationabili cauſa carens auctoritate abſoluit s. indirectè.*
5 *In Confeſſione etiam indirecta perficitur Sacramentum.*
6 *Confeſſio debet eſſe integra ex parte pœnitentis.*

RAtio dubitandi eſt; quia videtur neminem teneri bis confiteri ſua 1
peccata, ſed ſufficere confiteri peccata reſeruata Superiori, & nō
reſeruata inferiori, vti habet *Zerola in Praxi Sacramenti Pœnitentiæ c. 13. ibi, decimo quinto quæritur*. Ante reſponſionem præmittendum eſt, Superiorem non poſſe, niſi exiſtente neceſſitate, vel rationabili cauſa, abſoluere Sacramantaliter tantùm à reſeruatis, vel reſeruato, mittendo pœnitentem pro non reſeruatis ad inferiorem, quia non eſt dimidianda abſolutio abſq; neceſſitate, vel rationabili cauſa. 2

Circa difficultatem duas reperio ſententias; alij affirmant; alij negant. Affirmantes ſunt *Nauar. de pœnit. diſp. 5. cap. conſideret §. cautus verb. Confeſſio, conditione 10. Henriquez lib. 5. cap. 4. nu. 4. Reginal. lib. 8. num. 90. & alij*. Huicq; innituntur rationi, quia Confeſſio peccatorum integrè facienda eſt, cum Chriſtus præceperit omnia peccata vni Sacerdoti manifeſtanda eſſe.

Cæterum negantes pœnitentem teneri iterùm confiteri reſeruatum illud, à quo per Superiorem fuit abſolutus, ſunt *Zerola in praxi de Sa-* 3
cramento Pœnit. cap. 13. ibi, decimo quæritur. Suarez diſp. 31. ſect. 1. n. 10. Coninchus diſp. 2. dub. 9. nu. 80. Nugnus in additionibus ad tertiam partem qq. art. 2. dub. 4. ad finem. Vaſquez quæſt. 91. art. 3. dub. 10. n. 3. Bonac. de Sacramentis diſp. 5. q. 7. pun. 4. §. 3. prop. 1. num. 4. rationes verò, quibus iſti DD. innituntur, ſunt, tùm quia ſicut in alijs caſibus, in quibus pœnitens licitè, & ex iuxta cauſa dimidiat Confeſſionem; nō tenetur repetere peccata prius ritè confeſſa, à quibus directè fuit abſolutus; ita neque videtur obligandus ad confitenda peccata reſeruata inferiori, quorum Sacramentalem abſolutionem obtinuit à ſuperiore; tùm quia, ſicut ille, qui iuſta de cauſa fuit abſolutus ab inferiore, non tenetur omnia peccata ſuperiori aperire, ſed tantum reſeruata, cum non ſit obligatio bis ſubijciendi eadem peccata Confeſſioni; tùm etiam, quia directè fuit abſolutus ab illo peccato reſeruato coram Deo & Eccleſia per habentem iuriſdictionem reſeruatorum. Hæ rationes afferuntur à *Bonac. vbi ſupra*. Prima ſententia eſt ſecurior, ſed ſecunda eſt benignior: vtramque probabilem exiſtimat *Fernandez lib. 8. cap. 3. n. 6.*

Eadem reſolutio datur de illo, qui ab inferiori directè fuit abſolutus à non reſeruatis, & pro reſeruari mittitur ad Superiorem .s. non teneri omnia peccata etiam non reſeruata, ſed ſolum teneri manifeſtare Superiori reſeruata.

Si obijcias illum, qui confitetur priùs Confeſſori non habenti facultatem ſuper caſus reſeruatos, teneri ipſi aperire omnia peccata, tamquę poteſt abſoluere .s. non reſeruata, quam quæ non poteſt .s. reſeruata, vt Confeſſio ſit integra: ergo à ſimili qui confitetur prius Superiori peccata reſeruata, tenetur ei aperire etiam non reſeruata. Reſpondeo

primò,

primò, quod tenetur hoc facere, niſi adſit rationabilis cauſa, vel neceſ-
ſitas excuſans, vel ex parte pœnitentis, vel Superioris. Reſpondeo ſe-
cundò, non valere ſimilitudinem: quia Confeſſor, qui abſoluit, à qui-
4 bus non poteſt, exiſtente neceſſitate, vel rationabili cauſa indirectè hoc
præſtat. Cæterum Superior, qui abſoluit à reſeruatis, directè abſoluit,
poſſetquè etiam directè à non reſeruatis abſoluere.

Verùm quæritur, an ex tali Confeſſione perficiatur verum Sacramen-
tum, & huiuſmodi Confeſſio ſit integra, quibus quæſitis ſatisfacit *Fil-
liucius 3. par. in inſtruct. pro Confeſſionibus excipiendis art.* 5. affirmatiuè
reſpondendo his verbis; quoties autem id licitè fit, ex tali Confeſſione
5 perficitur verum Sacramentum: eſt .n. talis Confeſſio ſemper integra
formaliter, & eſt idem perinde ac ſi diceret, quod, quamuis non extet
integra materialiter, cum omnia peccata non fuerint manifeſtata Supe-
riori; eſt tamen integra formaliter.

An verò alia, quæ fit inferiori de non reſeruatis ſit integra, Reſpon-
det idem *Filliucius loco citato*, omninò integram eſſe, cum reſſeruata
iam ſint directè abſoluta, atquè adeò non ſint iterum ſubijcienda cla-
uibus.

Tenetur idem à *Medina in Cod. de Confeſſ. tract.* 2. *q.* 12. aitq; paſ-
ſim teneri à DD. in caſibus reſeruatis integritatem requiri confeſſionis,
non autem abſolutionis: nam Eccleſiæ, inquit ipſe, non eſt impoſita
neceſſitas integrè abſoluendi, ſicut peccatori integrè confitendi. Videto
Comitol. lib. 1. *de Sacram. q.* 29. *n.* 4.

Vgolinus de officio, & poteſt. Epiſcopi cap. 40. *§.* 1. alio modo ſa-
tisfacit quæſito, dicens, quod confeſſio debet eſſe integra ex parte
pœnitentis, nimirum vt pœnitens velit, ac paratus ſit ſua peccata
confiteri, quantum in ſe eſt, non autem ſi aliundè impe-
diatur; hinc ſi obliuione peccatum aliquod omittat;
abſolutio tamen data valet, nititurquè *loco cit.*
Doctor iſte pluribus rationibus oſtendere
pœnitentem non teneri iterum confiteri
inferiori peccatum, à quo per
Superiorem fuit iam
directè abſo-
lutus.

DIF-

Digitized by Google

DIFFICVLTAS TERTIA.

An pœnitens, qui confitetur aliquod peccatum reſeruatum, quod aliàs commiſit ſæpiùs, ſed abſolutus fuit, ſi interrogetur à Confeſſario, an aliàs illud peccatum commiſerit, omninò teneatur reſpondere, ſed illud commiſiſſe aliàs.

SVMMARIVM.

1 *Quando pœnitenti apta Medicina applicari nequit.*
2 *Non tenetur pœnitens aperire Confeſſori aliàs ſe perpetraſſe tale delictũ.*
3 *Quid pœnitens Confeſſori ſciſcitanti, an aliàs commiſerit delictum tale, reſpondere poterit.*
4 *Sufficit, vt Confiſſor cognoſcat præſentem ſtatum pœnitentis.*
5 *Hortandus eſt pœnitens, vt aperiat Confeſſori ſtatum ſuum præſentem, & præteritum.*
6 *Quid ſibi conſulere debeat pœnitens intelligens.*

RAtio difficultatis eſt, quia ſi Confeſſor non nouit ſtatum pœniten- 1
tentis, aptam medicinam ei applicare non poteſt. hinc *Boetius de conſolatione Philoſo.* habet, *ſi opera medicantis expectas, oportet, vt vulnus detegas tuum.*

Occurrit huic difficultati *vgolinus de Officio, & poteſt. Epiſcopi cap. 15. §. 8. nu. 5.* tuendo partem negatiuam, hiſque rationibus innititur. Pri-
ma, quia nullo iure nec Diuino, nec humano id cautum eſt. Secunda, 2
quia in hoc ratio peccati non conſiſtit, nec circumſtantia peccati neceſſariò explicanda, non enim mutat peccati ſpeciem, quo caſu in confeſſione aperienda eſſet, vt tradidit *Trid. Synod. ſeſſ. 14. de Confeſs. cap. 5. verſ. Colligitur præterea.* Tertia, quia Confeſſarius officio Iudicis fungitur; iudex autem cauſam aliàs cognitam, & expeditam, iterùm cognoſcere non poteſt. Ex his rationibus, & alijs, quas breuitatis gra-
tia omitto, concluditur pœnitentem non teneri ad prædicta, ſed poſſe 3
reſpondere Confeſſori ſciſcitanti, an aliàs tale perpetrauerit facinus, ſe illud non commiſiſſe, intelligendo in animo ſuo, itaut teneatur iterum ipſum confiteri; ita *Nau. in cap. Fratres nu. 24. & nu. 30. de pœnitentia diſt. 5. apud vgol. loco citato.*

Nec repugnat ratio dubitandi; quia ſat eſt, vt Confeſſor cognoſcat
ſtatum præſentem pœnitentis, non autèm præteritum; poteſt tamen in- 4
terdùm Confeſſor pœnitenti ſuadere, vt detegat ſtatum præteritum, vt

Digitized by Google

meliùs curetur iuxta illud *Boetij ſupra allatum*. immò ad hoc pœnitentes exhortor; nam ſi pro ſalute corporis corruptibilis ferrum immittitur intus ad radicem vſque ne cancer ſerpat, cur pro ſalute animæ immortalis infirmitas peccati à radice euelli non debet? quærendo, & inquirendo, an præter contagium apparens aliud latitet? Et caſu quo pœnitens eſſet intelligens, illam præſeruatiuam pœnitentiam ſibi applicare debet, quam nouit alteri in tali delicto exiſtenti applicandam eſſe, vel Confeſſario detegat ſuum præteritum ſtatum.

5 tes exhortor

6 tens eſſet intelligens

ART. II. DIFFICVLTAS VNICA.

An Superior abſoluens Sacramentaliter à peccato ſolummodo reſeruato, debeat vti communi forma, quæ omnia reſpicit peccata, nimirùm *Ego te abſoluo à peccatis tuis*. Et idem quæritur de Confeſſore inferiore, quandò impertire debeat abſolutionem ſuper non reſeruato, mittendo pœnitentem ad Superiorem pro reſeruato.

SVMMARIVM.

1 *Forma debet reſpondere materiæ.*
2 *Non debet abſoluere Superior à ſolo reſeruato; niſi exiſtente neceſſitate, aut rationabili cauſa.*
3 *Confeſſor debet ſemper vti forma communi, quamuis abſoluat ab vno tantum peccato.*
4 *Quando ſit integra formaliter Confeſſio.*
5 *Quando pœnitens bis ſuſcipiat Sacramentum.*

1 Difficultatis ratio eſt; quia forma debet reſpondere materiæ; cum itaque Superior excipiat confeſſionem tantùm peccati reſeruati, remittendo pœnitentem ad inferiorem pro non reſeruatis, videtur quòd non debeat vti forma cõmuni, quę reſpicit peccata omnia; debet .n. eſſe proportio inter materiam, & formam, & eadem difficultas eſt, quando è contrà inferior abſoluit tantùm à nõ reſeruato.

Ante reſponſionem cenſeo duo præmittenda eſſe, quorum primum eſt; Superiorem non debere abſoluere pœnitentem Sacramentaliter à ſolo reſeruato, vel reſeruatis remittendo pœnitentem pro non reſeruatis
2 ad inferiorem, niſi concurrente neceſſitate, aut rationabili cauſa. Secundum eſt, formam efficere, quod ſignificat, vt habet *Syluest. verb. Confeſſio 2. §. 2. Sotus 4. ſent. diſt. 18. quaeſ. 2. art. 5. col. 12. verſ. quartus.*

tus igitur. *Zerola in Traxi Sacram. Pœnit. c. 13. vigeſ. quæritur*.

Modò occurrendo difficultati reſpondetur, Superiorem abſoluentem Sacramentaliter pœnitentem à reſeruato, debere vti forma communi 3
abſolutionis, dicendo *Ego te abſoluo à peccatis tuis*, non obſtante, quod audierit tantum reſeruatum, & pro non reſeruatis ipſum remittat ad Confeſſorem inferiorem: ratio eſt, tum quia à Deo non licet dimidiatam expectare veniam: tum quia non remittitur vnum mortale abſq; alio, quamuis poſſit vnum veniale remitti alio non remiſſo, tum etiam quia pœnitens abſoluitur indirectè etiam ab illis peccatis, quæ adhuc non eſt confeſſus; adeò vt ſi interim, cum accedit ad inferiorem pro non reſeruatis, ex hac decederet vita, non impediretur eius ſalus, cum indirectè fuerit ab omnibus abſolutus.

Idem, & ob eamdem rationem tenetur facere Confeſſor, qui abſoluit (neceſſitate exiſtente, vel rationabili cauſa) à peccatis non reſeruatis, vel non reſeruato, mittendo pœnitentem ad Superiorem pro reſeruatis. Eſtque integra vtraque confeſſio formaliter loquendo, licèt non mate- 4
rialiter, ſuſcipitque pœnitens gratiam in vtraque, & eſt formaliter perfectum pœnitentiæ Sacramentum: concurrunt .n. omnia requiſita: adeſt ſufficiens materia ex parte pœnitentis, & ſufficiens iuriſdictio ex parte abſoluentis cum intentione abſoluendi. Hinc colligitur talem 5
pœnitentem bis ſuſcipere pœnitentiæ Sacramentum, & bis effectum Sacramenti .ſ. duplex Sacramentum, & duplicem effectum: ſuppoſito, quod Superior intenderit Sacramentaliter abſoluere. Faciunt adducta per *Suarez. t. 4. diſp. 3. ſect. 1. nu. 2.* quem ſequitur *Bonac. de Sacram. diſp. 5. q. 7. pun. 5. §. 3. prop. 1. n. 3.*

DISTINCTIO SEXTA.

De poteſtate ſimplicis Confeſſarij circa cenſuras nemini reſeruatas.

QVoniam diſtinctio hæc reſpicit tùm Confeſſarios, tùm Pœnitentes; idcircò conſequenter eam diſtinguimus in duos articulos, quorum primus erit de poteſtate actiua ſimplicis Confeſſarij circa cenſuras nemini reſeruatas: alter verò erit de facultate paſſiua Pœnitentis circa eaſdem cenſuras.

Digitized by Google

ARTICVLVS I.

De poteſtate actiua ſimplicis Confeſſarij circa cenſuras nemini reſeruatas, quatuor continet difficultates, vz.

1 *An quilibet Confeſſarius approbatus ab Ordinario poſſit abſoluere in foro Sacramenti Pœnitentiæ ab excommunicationibus Synodalibus nemini reſeruatis.*

2 *An Sacerdos proprius, qui habet facultatem abſoluendi à mortalibus, poſſit etiam ad cautelam abſoluere ab excommunicationibus iuris communis nemini reſeruatis.*

3 *An cenſura non reſeruata lata ab homine per ſententiam generalem iure communi auferri poſſit à quocunq; poteſtatem habente abſoluendi à mortalibus.*

4 *An ſimplex Confeſſarius à cenſuris nemini reſeruatis in ſolo foro interno, an verò etiam in externo abſoluere poſſit.*

ARTICVLVS II.

De facultate paſſiua Pœnitentis circa eaſdem cenſuras, tres continet difficultates, nempè.

1 *An ſi Pœnitens cenſura reſeruata annodatus, illiuſque immemor confeſſus ſit non habenti facultatem circa illam, teneatur adire Superiorem, vel Pœnitentiarium, cum illius recordabitur.*

2 *An excommunicatus excommunicatione reſeruata, bona fide confitendo peccata non habenti facultatem circa illam, ſaltem à peccatis validè abſoluatur.*

3 *An pœnitens ab excommunicatione iuris nemini reſeruata à Confeſſario inuitè abſolui poſſit.*

ART.

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA:

An quilibet Confeſſor approbatus ab Ordinario poſſit abſoluere in foro Sacramenti Pœnitentiæ ab excommunicationibus Synodalibus nemini reſeruatis.

SVMMARIVM.

1 *Deſſident Doctores circa difficultatem hanc.*
2 *Qui poteſt abſoluere à mortali peccato, poteſt ab excommunicatione nemini reſeruata.*
3 *Excommunicationum alia eſt Papalis, alia Epiſcopalis; alia verò nemini eſt reſeruata.*
4 *Interdictum locale à Confeſſario ſimplici tolli non poteſt.*
5 *Incluſio vnius eſt alterius excluſio.*
6 *Iure communi poteſt quilibet Confeſſor abſoluere ab excommunicationibus nemini reſeruatis.*
7 *Potius attendenda eſt mens dicentis, quam verba.*

RAtio difficultatis eſt, quia DD. inter ſe admodũ diſſident circa difficultatem hanc: alij tuentes partem affirmatiuam: alij verò partem negatiuam ſuſtinentes. Negantes ſunt *Caiet. in ſumma verb. abſolutio ab excommunicatione. Summa Aſtenſ. par. 2. lib. 7. tit. 13. art. 1. quæſt. 2. Piſanell. verb. abſolutio. Tabiena eodem verb. 2. & alij permulti*, quos breuitatis gratia ſubticeo. Affirmantes verò ſunt *Nauar. cap. 27. num. 39. Reginal. lib. 9. num. 2. Vgol. tab. 1. cap. 18. Henriquez lib. 13. cap. 27. & alij quamplures*, quos item breuitatis cauſa ſub ſilentio inuoluo. 1

Modò ad rem noſtram accedens reſpondeo, opinionem affirmatiuam (quatenus viderim ipſe) his noſtris temporibus Doctores magis quam negatiuam amplexantur, & præcipuè recentiores, quam ſic probamus. Excommunicatio imponitur propter peccatum mortale. *Cap. nemo Epiſcoporum, & cap. nullus 11. quæſt. 3.* Sed quilibet Sacerdos habens iuriſdictionem in foro animæ poteſt abſoluere à quocumque peccato nõ reſeruato; ergo quantum eſt ex natura excommunicationis, quicumq; habens iuriſdictionem abſoluendi ab illo peccato, habet iuriſdictionem abſoluendi à quacunque cenſura non reſeruata, cum ſolo humano iure introducta ſit reſeruatio: vbi ergo ius non reſeruat, liberum erit cuicunque Confeſſario approbato ab eis abſoluere. 2

Se-

Secundò probatur ex modo, quo vtuntur Sacri Canones inferendis
excommunicationibus; nam aliquas Romano Pontifici reſeruant, ali-
quas Epiſcopis, aliquas verò nemini: at ſi volumus dicere eas, quæ
nulli ſunt reſeruatæ, Epiſcopis reſeruatas eſſe, fruſtra aliquarum cenſu-
rarum abſolutio eiſdem ſpecificè, & nominatim reſeruaretur, & ſuffi-
3 ceret ſi Papæ reſeruatam eſſet, quia reliquæ ſemper cenſerentur reſeruatæ
Epiſcopis. Et diuiſio excommunicationum facienda eſſet tantũ bimem-
bris, & non trimembris; quod non eſt dicendum: ergo &c. hæ ratio-
nes ſunt *Floron. p. 1. de caſib. reſer. cap. 2. §. 2. num. 19.*

Tertiò probatur, quia Superior eo ipſo, quo non reſeruat abſolutio-
nem, cenſetur cuicumque Confeſſario concedere facultatem abſoluendi;
teſte communi conſuetudine, vt notat *Bonac. de cenſ. diſp. 1. q. 3. pun. 1.
prop. 3. n. 9.* Quinimmò DD. pro hac opinione citati, & alij communiter
aſſerunt hanc rationẽ, ſeu regulam ne dũ valere in abſolutione ab excõ-
municatione; ſed etiã in abſolutione aliarum cenſurarũ, niſi fiat in ipſis
ſpecialis aliqua exceptio, hinc *Bonac. vbi ſupra* laudat *Suarez* dicentem
quemlibet Sacerdotẽ habentem facultatem abſoluendi à mortalibus, poſſe
4 etiã abſoluere ab interdicto perſonali ſpeciali non reſeruato, quamuis nõ
poſſit auferre interdictum locale, aut interdictum generale perſonale.

Quartò probatur. Vbi Conſtitutio Synodalis reſeruat aliquas cenſu-
ras, & aliquas non reſeruat, oſtendit ſatis apertè in ſibi reſeruatas nulli
fas eſſe mittere falcem ſuam, in reliquas verò licere cuique approbato:
5 nam incluſio vnius eſt excluſio alterius, *arg. cap. Nonnè de præſumpt.*
exceptioque firmat regulam in contrarium. *32. q. 7. cap. Dominus.* ſed
ſic eſt, quod Epiſcopus in conſtitutionibus Synodalibus aliquas excõ-
municationes ſibi reſeruat, & aliquas non, vt patet intuenti vltimam
6 Synodum noſtræ Diœceſis in locis proprijs; ideò concluditur quẽlibet
Confeſſorem poſſe abſoluere ab excommunicationibus Synodalibus non
reſeruatis. Hæc autem, quæ dicta ſunt, debent intelligi de iure com-
muni; quia iure particulari ſancitum eſt aliquibus in locis, ne Parochi,
vel alij Sacerdotes abſoluant à cenſuris, licet nemini reſeruatis.

Itidem obſeruandum eſt, quòd quamuis difficultas ſit mota circa
excommunicationes Synodales; tamèn cum prædictis DD. vbi ſupra,
idem aſſeritur de alijs excommunicationibus in iure nemini reſeruatis,
quinimmò ipſi loquuntur in genere, & quod dicitur in genere, trahitur
hic ad ſpeciem. Verùm, ſi Confeſſores Diœceſis Bergomi volunt at-
tendere verba tabellæ caſuum reſeruatorum, videtur ipſis per illam
ablata eſſe facultas abſoluendi à cenſuris Synodalibus nemini reſeruatis,
quod patet in illis verbis *s. Sinè à Nobis*, ſed liceat mihi dicere, quod
7 magis mens, quam verba ſunt attendenda, maximè ſi ex praxi, & ſtylo
ſeruato in Diœceſi colligitur eas non reſeruari, vt de facto videtur
colli-

Digitized by Google

colligi, prout obſeruaui per viros doctos practicari: nam in Synodo aliquæ notantur reſeruari, & aliquæ non; ideò tantum notatæ ſigno reſeruationis videntur ibi reſeruari; attamen libenter hanc litem relinquo iudici decidendam.

ADDITIO.

CEnſuras Epiſcopales etiam non reſeruatas expreſsè ſemper ſupponi Epiſcopalis abſolutionis ſentiunt communiori calculo DD. At de Papalibus incorpore iuris non reſeruatis maior eſt diſceptatio, & pariter de cenſuris latis in Bullis extrauagantibus, & extra Codices iuris Canonici. Mihi tamen ſemper placuit reſolutio cenſuras omnes ſimiles non reſeruatas ſpectare ad Parochos; ideoque ab ipſis petendam eſſe abſolutionem, tamquam ab hijs, qui proprij Sacerdotis nomine veniunt in iure, vt in cap. omnis de pœnit. & remiſ. ſubſcribit Nald. in ſumma verbo Abſolutio à cenſuris n. 3. & verbo Excomunicatio n. 35. in fine; *quidquid alij ſentiant. Imo ne dum eſtimo ad Parochum ſpectare in foro poli abſolutionem, cenſurarū Papalium nemini reſeruatarum; ſed etiam in foro externo, ita vt poſſit abſolutionem etiam coram notario, & teſtibus concedere, vt conſtet notoriè. Iuſtis fundamentis probat* Naldus l. c. præcipuè verbo Abſolutio à cenſuris num. 3.

Verè tamen eſt probabilis etiam ſententia laxioris habenæ, quod vnuſquiſque Confeſſarius, etiam non Parochus poſſit ſaltem in conſcientiæ foro abſoluere à cenſuris Papalibus non reſeruatis, vt docet in caſu excomunicationis Indicis contra legentes libros Hereticorum de Religione non tractates, vel Libros Iudeorum, iuxta conſtitutionem Clementis VIII. vel Alcoranum Mahumetis, vel generaliter omnes libros alio nomine interdictos, quam hæreſis. P. Raimundus Nidus Inquiſitor Papienſis in ſua alias citata Lucerna Confeſſariorum abſoluentium ab hæreſi folio mihi 119. & 120. ſectione 6. per totam, & Auctor Lupus difficultate 4. art. primo præſentis diſtinctionis.

Neque opponatur primum caput Tabellæ Bergomenſis reſeruans omnes cenſuras: illud enim intelligendum eſt, vt clarè patet legenti, in caſibus ſolis à iure Epiſcopali iuriſdictioni reſeruatis; non verò in illis, in quibus Ius commune, vel Pontifex legiſlator nullam ſpecialiter appoſuit cenſuræ reſeruationem.

DIF-

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An Sacerdos proprius, qui habet facultatem abſoluendi à mortalibus, poſſit etiam ad cautelam abſoluere ab excommunicationibus iuris communis nemini reſeruatis.

SVMMARIVM.

1 *Nomen proprij Sacerdotis ad quem ſe extendat.*
2 *Abſolutio à cenſuris quando ad cautelam datur.*
3 *Abſolutio ab excommunicatione nemini reſeruata ad cautelam datur, ſed à quo.*
4 *Non datur abſolutio ad cautelam, quando.*
5 *Datur abſolutio ad cautelam etiam reſpectu ſuſpenſionis, & interdicti.*

Difficultatis ratio eſt; quia tantùm excommunicator, vel eius Superior, aut eius ſucceſſor, & non alius ſuper his abſolutionem ad cautelam minimè impendere poſſe videtur, *Ita Marcus Antonius Genuenſis in Praxi Neapolitana cap. 5. n. 7.*

Ante difficultatis ſolutionem duo præmittenda ſunt, quorum primum eſt, quòd appellatio proprij Sacerdotis extenditur ad omnem illum, qui iuriſdictionem habet abſoluendi à peccatis mortalibus, quia quatenùs illud munus exercet, ſubijt vicem, & modum Sacerdotis proprij, ideò cum abſolutio hæc ipſo iure committatur Sacerdoti proprio, rectè intelligitur commiſſa non ſolum illi Sacerdoti, qui eſt proprius Ordina-
1 rius ratione beneficij, ſed etiam illi, qui per delegationem efficitur quaſi proprius quò ad hoc munus abſoluendi à peccatis. *Ita Suarez tom. 5. diſp. 7. ſect. 4. num. 8.* Alterum eſt, quando certò conſtat hominem contraxiſſe cenſuram, & hoc fatetur ipſe pœnitens, tunc fertur abſolutio abſolutè, & ſimpliciter: quando verò contingit cenſuram eſſe ignoratam, aut ſaltem dubiam, tunc ob maiorem certitudinem ſolet peti, & dari abſolutio ad cautelam, includitque illam conditionem, *ſi indiges* vel *ſi contraxiſti*, de qua multa diſputat *Couarruias in cap. Alma 1. part. §. 12. nu. 7. Suarez tom. 5. diſp. 7. ſect. 8. n. 13.*

Modò propiùs accedendo ad rem noſtram, reſpondetur difficultati
5 affirmatiuè, ratio eſt, tùm quia, qui poteſt tollere certam excommunicationem nemini reſeruatam, à fortiori poteſt tollere dubiam. *Suarez diſp. 7. ſect. 8. nu. 14.* tùm quia ita vſu receptum eſt, vt, quando neſcitur, ſeu dubitatur, an contracta fuerit cenſura, petatur abſolutio ad

cau-

Digitized by Google

cautelam ob maiorem conſcientiæ tranquillitatem, quæ pęnitenti impenditur ſub hac conditione, ſi indigeat, vel ſi contraxit, vt tollatur impedimentum, ſi quod fortè ſubeſt, ad recipiendum Sacramentum: nam excommunicatio inter cæteros effectus, priuat Sacramentorum vſu. *Ita Bonac. de Cenſ. diſp. 1. q. 3. pun. 7. n. 2.* tùm etiam, quia de neceſſitate præcepti eſt, vt confeſſarius ante abſolutionē à peccatis, det abſolutionē ab excommunicatione, quandò ſcit, vel dubitat pœnitentem eſſe innodatum aliqua excommunicatione, à qua ipſe abſoluere poteſt.

Reſolutionique iſti minimè contrariatur obiectio ab initio propoſita; quia ipſa procedit, vel de cenſura reſeruata, vel de illa, quæ eſt ab hominè in particulari, quæ tollitur tantùm ab excommunicatore, vel eius Superiore, vel ſucceſſore. faciūt, quæ habet *Say. de cenſ. lib. 2. cap. 17. n. 14.*

Verùm pro pleniori doctrina, duo ſunt obſeruanda. Primum eſt, quòd ſi Epiſcopus alicui Sacerdoti concederet, vt poſſet abſoluere pœnitentem ad cautelam in dubio reſeruationis cenſuræ; tunc cenſura eſſet reſeruata, quando de illa certò conſtaret; non autem ſi eſſet dubium; hoc autem prouenit ex hoc peculiari modò delegandi iuriſdictionem, dum is extat dubium. *Ita Suarez de Cenſ. diſp. 7. ſect. 8. nu. 14.* 4

Alterum, quòd datur etiam à quolibet Confeſſario abſolutio ad cautellam in foro Sacramenti Pęnitentiæ ab alijs cenſuris, ſcilicet à ſuſpenſione, & interdicto: fruſtra enim ſimplices Confeſſarij præmitterent abſolutionem à cenſuris extra articulum mortis, ſi ab his non valerent abſoluere pęnitentem. *Ita Memoriale ſciendorum à Clericis editum ex iuſſu Card. Ludouiſij, qui poſtea fuit Papa Gregorius xv. de forma abſolutionis n. 27. & 28. plures allegans Doctores.* verùm, vt hæc intelligantur, videnda ſunt, quæ de interdicto habentur ſuo loco in 2. parte in primo caſu circa finem, & quæ habentur infra art. 2. diff. 1. 5

Prætera notandum circa difficultatem hanc, Canoniſtas Theologis contrariari; Canoniſtæ enim ſentiunt excōmunicationem, licèt nulli reſeruatam, per ſimplicem Confeſſarium minimè auferri poſſe; quorum ratio potior eſt, quia, qui non habet auctoritatem excommunicandi, nec ab illa abſoluendi habet; Theologi verò è contra tuentur huiuſmodi excommunicationem à quolibet Confeſſario auferri poſſe; quia, ſi excommunicatio hæc eſſet Epiſcopo reſeruata, perperā diceretur nemini reſeruata; tùm quia non opus eſſet, quādo in aliqua Diœceſi reſeruatur, vt exprimeretur reſeruatio his, aut ſimilibus verbis, cuius abſolutio Epō reſeruatur: cū itaque ius per huiuſmodi clauſulam ſpecialiter Epiſcopo abſolutionem reſeruet; ſignum eſt, quod omiſſa clauſula reſeruationis, quilibet Confeſſarius ab huiuſmodi excommunicatione abſoluere poteſt *Argum. l. cum prætor ff. de iudic.* incluſio enim vnius eſt excluſio alterius, & ita docet *Nau. in Man. Confeſs. cap. 27. n. 39. Miranda in Manuali Prælator. tom. 2. q. 35. concl. 3.*

L Nec

Digitized by Google

Nec obſtat ratio Canoniſtarum; quia abſolutio eſt fauorabilior excõmunicatione, vt teſtatur *Bartholomæus Cyprius de caſibus reſer. cap. 15. caſ. 8. n. 18.* Has opiniones concordat *Sebaſt. Medices in Summa peccat. par. 2. tit. 9. quaſt. 55. poſt. Nauar. l. c.* dicens Canoniſtarum opinionem procedere in foro exteriori; Theologorum verò in foro Sacramenti pœnitentiæ.

Pro opinione Theologorum conſule *D. Bonau. in 4. ſent. diſt. 18 quæſt. 6. in fine. D. Thom. item in 4. diſt. 18. q. 2. art. 6. Syluest. verb. abſolutio 1 quaſt. 5. Angel. eodem verb. num. 2. Emanuel Sà verb. abſolutio ab excommunicatione nu. 15. Ioan. in ſumma Confeſſ. lib. 3. tit. 33. q. 85. Maior in 4. diſt. 13. quæſt. 2. dub. 3.* qui teſtatur de communi *Nauar. l. c. Raym. verb. excommunicatio cap. 6. Domin. Sot. in 4. diſt. 22. q. 2. art. 3. & alios,* quos plena manu refert *Sebaſtianus Medices vbi ſupra,* cum quibus eſt etiam *Innocentius, & Hoſtienſis ſuper cap. Nuper de ſent. excomm.*

Pro parte Canoniſtarum eſt *Panormit. ſuper dic. cap. Nuper per gloſſ. ſingul. in cap. ſi Epiſcopus de Pœnit. & remiſs. lib. 6.* quod obſeruat *Nauar. l. cit.* Verùm nota nec omnes Canoniſtas ſequi opinionem Panormitani; ſed aliquos tantummodo, claret de *Innocentio, Hoſtienſi. Nauar. qui l. c.* partem Theologorum tuentur. Inclino itaque ad partem affirmantem, tanquam communiorem.

DIFFICVLTAS TERTIA.

An cenſura non reſeruata lata ab homine per ſententiam generalem iure communi auferri poſſit à quocunque poteſtatem habente abſoluendi à mortalibus.

SVMMARIVM.

1 *Cenſura per ſententiam particularem lata à iudice in foro externo à quo aufertur.*
2 *In aliquibus Diœceſibus per ſimplicem Confeſſarium nulla aufertur cenſura.*
3 *Cenſura per ſententiam generalem aufertur per ſimplicem Confeſſarium.*
4 *Attendenda eſt conſuetudo Diœceſis.*
5 *Quæ cenſura auferatur per Prælatum Religionis.*
6 *Diſcrimen inter cenſuram generalem, & ſpecialem.*

1 DIfficultatis ratio eſt, quia cenſura lata ab homine per ſententiam particularem contra aliquam perſonam auferenda eſt ab eo, qui

eam tulit, vel ab eius ſucceſſore, vel Superiore, vel ſaltem ab habente facultatem delegatam, ne perturbetur ordo iudicandi, vt videre eſt apud *Bonac. de cenſ. diſp. 1. q. 3. pun. 1. prop. 2. nu. 5.*

Ante reſponſionem obſeruandum eſt, quòd difficultas mouetur de iure communi; quia aliquibus in locis, vt Beneuenti, teſte *Bartholomæo Gyptio tract. de caſibus reſer. cap. 15. in 8. caſum n. 22.* cautum eſt, ne Confeſſarij abſolutionem à cenſuris per ſententiam ab homine ſiuè ſpecialem, ſiuè generalem, impendant. 2

Difficultati reſpondetur affirmatiuè; & ratio eſt, quia ſententia generalis in multis æquiualet ſtatuto, & Canoni; quamuis ipſa ceſſet per mortem Conditoris, & cenſura Canonis, & ſtatuti nulli reſeruata minimè ceſſet. Sicut itaque cenſura canonis, & ſtatuti iure communi poteſt auferri ab habente poteſtatem abſoluendi à mortalibus; ſic etiam cenſura generalis .s. ab homine, iure communi poteſt auferri ab habente 3 poteſtatem abſoluendi à mortalibus; nam eo ipſo, quo Superior cenſuram non reſeruauit, cenſetur alijs conceſſiſſe facultatem abſoluendi. *Bartholom. Gyptius l. cit.* referens *Felinum in cap. Paſtoralis §. præterea n. 10. de Offic. Ordin. Peregrinus Polletta in Lucerna verb. abſoluere. Nau. cap. 27. nu. 44. Emanuel Sà verb. abſolutio ab Excommunic. nu. 15. Reginal. lib. 9. n. 12. Bonac. l. cit. Naldus verb. cenſura n. 13. & alij contra Vgolinum tab. 1. cap. 4. & alios.*

Ex hac reſolutione duæ eliciuntur appendices, quarum prima eſt, eum, qui in vno loco contraxit excommunicationem non reſeruatam, latam ab Epiſcopo illius loci per ſententiam generalem, ſi poſtea mutet domicilium ſeque transferat ad aliam Diœceſim, poſſe iure communi abſolui à Confeſſarijs illius Diœceſis, ad quã ſe tranſtulit, niſi obſtet conſuetudo, vel lex aliqua particularis illius Diœceſis. 4

Altera eſt, excommunicatum ingredientem Religionem poſſe à Superiore illius Religionis abſolui ab excommunicatione lata per ſententiam generalem: à cenſura verò lata per ſententiam particularem minimè poſſe; ſecluſo tamen ſpeciali priuilegio. 5

Nec officit prædictæ reſolutioni difficultas ab initio obiecta; quia non eſt ſimilis ratio de cenſura ab homine ſpeciali, & generali, quia, ſi auferatur ſpecialis, perturbatur ordo iudicandi; quod non contingit, 6 ſi auferatur generalis. 7

Verùm notandum eſt, quòd loquimur de excommunicatione generali ab homine reſpectu fori, non externi, ſed interni Confeſſario miniſtrãte pœnitentiæ Sacramentũ; itaut abſolutio non detur tantum de ipſa cenſura, ſed de peccato etiam, propter quod ille in cenſuram incidit.

Itidem loquimur de illo Confeſſario, qui delegatus eſt ad excipiendas Confeſſiones; nam ille, cui iure Ordinario competit abſolutio ab 8

excommunicatione, poteſt etiam extra Sacramentum Pœnitentiæ ab illa annodatum ſoluere, vt patet per *Emanuel Sa verb. abſolutio ab excommunic. n.* 1. Verùm de hoc fuſiùs dicetur in ſequenti difficultate.

DIFFICVLTAS QVARTA.

An ſimplex Confeſſarius à cenſuris nemini reſeruatis in ſolo foro interno, an verò etiam in externo abſoluere poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Circa difficultatem habentur duæ ſententiæ.*
3 *Differt forum conſcientiæ, & forum Sacramenti Pœnitentiæ.*
4 *Abſolutio pro foro externo quandò non iuuat.*
5 *In ſententia Suarez ſimplex Confeſſarius abſoluit etiam in foro externo ab excommunicatione nemini reſeruata.*

Difficultatis ratio eſt; quia poteſtas hæc præcisè conceſſa eſſe videtur in ordine ad abſolutionem à peccatis; abſolutio autem à pec-
1 catis tantummodo forum internum reſpicit, prout *Suarez locco infracitando* ad mentem quorundam Doctorum refert.

Referuntur DD. pro vtraque parte *Auila 2. par. cap. 7. diſp. 1. dub. 4. Nauar. cap. 27. nu. 39. Homob. de exam. Eccl. tract. 5. cap. 5. q. 3. Me-*
2 *moriale ſciendorum à Clericis in ſumma Sacramenti Pœnitentiæ de forma n. 27. & alij*, docentes ſimplicem Confeſſarium à cenſuris, quamuis nemini reſeruatis, in ſolo foro interno abſoluere poſſe; non autem in foro conſcientiæ, neque in foro contentioſo; & ratio eſt, quia hoc ſpectat ad proprium Prælatum.

Verùm pro intelligentia obſeruandum eſt, diſcrimen eſſe inter forum conſcientiæ, & forum pœnitentiale. forum conſcientiæ eſt forum exter-
3 num, ſed ſecretum: forum verò pœnitentiæ eſt tantùm, quando auditur
4 peccatorum confeſſio, vti proponit notandum *Homob. loc. citat.* additq; quòd, dum per *Conc. Trid.* conceditur facultas in foro conſcientiæ, per illud non intelligitur forum pœnitentiale, audita .s. confeſſione, ſed per id tantum denotatur abſolutionem datam pro foro externo non prodeſſe, ſi contingat cauſam in forum contentioſum deduci.

5 Cæterùm *Suarez de cenſ. tom. 5. diſp. 7. ſect. 3. n. 19. Vgolinus tabula 3. cap. 10. §. 5. & alij* ſentiunt prædictum Confeſſarium à cenſuris prædictis

dictis etiam in foro externo abſoluere poſſe; & eorum ratio eſt, tum quia Pontifex hanc concedendo facultatem abſolutè enunciat abſquè diſtinctione Confeſſariorum: tum quia fauores ſunt ampliandi; qua propter *Suarez l. cit.* ſubſequitur in hæc verba, non eſt, cur hunc .ſ. fauorẽ ita reſtringamus, nimirùm ad ſolum forum internum.

Vtramquè opinionem probabilem eſſe cenſeo, ſed priorem tanquàm ſecuriorem quemquè ſequi, conſulo; qui tamen poſteriorem amplecti voluerit, rationi ab initio obiectæ occurrere poterit, dicendo illam ſibi non obſiſtere; quia, quamuis poteſtas hæc impertita fuerit præcipuè propter internum; cum tamen non limitetur, ad vtrumque extenditur, quantùm eſt ex vi illius iuris, quod benè notauit *Vgol. de cenſ. vbi ſup.* Dixi quantũ eſt ex vi illius iuris .ſ. generalis; quia iuribus particularibus diuerſis in locis cauetur, ne Confeſſarij ab vlla cenſura abſoluant, tametſi nemini extet reſeruata, vti ſupra etiam annotatum fuit.

ART. II. DIFFICVLTAS PRIMA.

An ſi pœnitens cenſura reſeruata annodatus, illiuſq; immemor, confeſſus ſit non habenti facultatem circa illam; teneatur adire Superiorem, vel Pœnitentiarium, cum illius recordabitur.

SVMMARIVM.

1 *Verba debent intelligi, vt aliquid operentur.*
2 *Quando pœnitens cenſura memor teneatur adire Superiorem.*
3 *Nil actum dicitur, quoties aliquid ſupereſt agendum.*
4 *Non entium nulla ſunt qualitates.*
5 *Carentia facultatis reddit abſolutionem nullam.*
6 *Verba, quæ abſolutioni præmittuntur, aliquid operantur.*
7 *Quando abſolutus ad cautelam à cenſura non indigeat noua abſolutione.*

Difficultatis ratio eſt; quia verba illa, quæ præmittuntur abſolutioni peccatorum, nec ſunt, nec dici debent fruſtratoria, ſed 1
alicuius boni effectus operatoria *l. Si quando* 112. *ff. de legatis, primò.* verba.n. debent intelligi, vt aliquid operentur; præmittitur autem regulariter abſolutioni à peccatis abſolutio cenſurarum.

Difficultati reſpondetur affirmatiuè, nimirùm quòq talis pœnitens tenetur adire Superiorem, aut Pœnitentiarium pro beneficio abſolutionis 2
à dicta cenſura; quod ſatis conſtat, tùm quia nemo dat, quòd non

habet;

habet; Confeſſor autèm ille, quem adijt pęnitens, nõ habebat facultatem circa cenſuram illam; ideò non fuit abſolutus, & proindè abſolu-
3 tione indiget, tùm etiam quia nihil actum dicitur, quotiès aliquid ſupereſt agendum *l. fin. in fin. C. de his quibus vt indignis*: quòd quidem procedit, quando illud, quod ſupereſt, eſſentiale eſt, & ſubſtantiale, ſicut eſt in propoſito facultas abſoluendi à reſeruatis, vt conſtat *ex Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 7.* tùm etiàm, quia non entium nullæ ſunt qualitates, & nullus effectus *l. eius, qui in prouincia ff. Si certum petatur*. nec obſtat pęnitentem bona fide ad Confeſſariũ acceſſiſſe, & Confeſſarium premiſiſſe verba illa, *Abſoluo te ab omni vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, &c.* quia carentia facultatis reddit abſolutionem nullam, quò ad abſolutionem cenſuræ, ſeù peccati reſeruati; ſicut omiſſiò formæ actum vitiat, quantumuis pium *l. Cum hi. §. Si prætor ff. de Trãſact.* nec per hoc ſequitur, verba illa, quæ præmittuntur abſolutioni, gratis apponi; quia per illa verba abſoluitur à cenſura occulta, & ignorata, habilitando pœnitentem ad gratiam Sacramentalem ſuſcipiendã, & facit
6 *cap. Alma mater de ſententia excommun.* Patet in ſimili de peccato reſeruato oblito in confeſſione facta Confeſſario facultate ſuper tale peccatũ carenti; nam ſicut ille, cum recordatur talis peccati, tenetur adire Confeſſorem facultatem habentem; ita iſte, cũ meminit cenſuræ. Addo vlterius, verba illa non fruſtra apponi; quia per illa pęnitens abſoluitur ab omni cenſura nemini reſeruata.

7 Dices. Abſolutum ad cautelam cenſurarum immemorem alia non indigere abſolutione, cum illarum recordabitur. Reſp. Verùm eſſe, ſi fuit abſolutus per habentem facultatem ſuper cenſuras illas: quod ſecùs dicendum eſt in propoſito, cum fuerit abſolutus per Confeſſarium, qui facultate carebat. Patet in ſimili de illo, qui acceſſit ad Confeſſarium habentem facultatem ſuper caſus reſeruatos; nam deinceps, cũ alicuius reſeruati in tali confeſſione obliti recordabitur, per quelibet Confeſſarium abſolui poterit, cum ablata fuerit reſeruatio.

Eſt doctrina communis, quod ſecus eſſet, ſi acceſſiſſet ad Confeſſarium carentem facultate ſuper caſus reſeruatos.

DIF-

Digitized by Google

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An excommunicatus excommunicatione reſeruata, bona fide confitendo peccata non habenti facultatem circa illam excommunicationem, ſaltem à peccatis validè abſoluatur.

SVMMARIVM.

1 *Difficultatis ratio quæ.*
2 *Quid circa difficultatem hanc ſupponitur.*
3 *Difficultati reſpondetur affirmatiuè.*
4 *Abſolutio à cenſuris abſolutioni à peccatis non eſſentialiter prēmittitur.*
5 *Reginaldi doctrina notanda.*

RAtio difficultatis eſt, quia ſemper abſolutioni peccatorum præmittenda eſt abſolutio à cenſuris, quæ hic non eſt præmiſſa ob carentiam iuriſdictionis in Confeſſario; idcircò, cum non fuerit ſeruatus ordo, meritò dubitatur, prout ſupra. 1

Supponendum eſt, huiuſmodi Confeſſarium non habuiſſe auctoritatē abſoluendi à cenſuris, licèt illam haberet abſoluendi à peccatis. 2

Modò ad difficultatem reſpondetur affirmatiuè .s. quòd pœnitens remanet abſolutus à peccatis, licèt exiſtat adhuc ligatus reſpectu cenſuræ reſeruatæ; & ratio eſt, quia nullo modo eſt de eſſentia huius Sacramenti Pęnitentiæ, vt pænitens priùs abſoluatur ab excommunicatione, quàm à peccatis; & ita ſentiunt *Nauarrus in manuali cap 9. num 4. Toletus lib. 3. cap. 10. Layman in Theologia morali lib. 5. tract. 6. cap. 12. n. 2. Coninch. de Sacram. diſp. 8. dub. 3. concl. 4. num. 104.* & nouiſſimè *Antoninus Diana in reſol. moral. par. 3. de Sacram. Reſp. 78. cōtra Finellium de caſibus reſer. cap. 10. n. 8. Ledeſm. in ſum. tom. 1. de Sacram. Pœnit. cap. 20. dub. 2. & alios*, quos breuitatis gratia reticeo. 3

Nec reſolutioni refragatur difficultas ab initio obiecta; quia, quāuis abſolutio ab excommunicatione abſolutioni à peccatis debeat præmitti; tamen non eſſentialiter præmittitur. Et hæc procedunt nè dum quando pœnitens abſoluitur, quia ipſe ignorat excommunicationem: vel quando recipit Sacramentum ex neceſſitate; ſed etiam ſi Confeſſarius, ſciens peccata habere annexam excommunicationem, illum à peccatis abſoluit, à quibus procul dubiò abſolutus remanet; ſed non ab excommunica- 4

nicatione, quæ cum eſſet reſeruata, adhuc extat talis, nempè reſeruata; ideò ab habente facultatem auferenda eſt *Diana, vbi ſupra. Reginald. in Opuſculo, quod inſcribitur Praxis caſuum difficil. par. 1. cap. 27.* qui tamen ſentit pœnitentem, qui ligatus excommunicatione, procurauit ab-
5 ſolutionem à peccatis mala fide .s. cum ſciret non poſſe eam accipere, niſi priùs ablata excommunicatione, poſſe compelli ad iterandam confeſſionem.

DIFFICVLTAS TERTIA.

An annodatus excommunicatione iuris nemini reſeruata poſſit à Confeſſario inuitè abſolui.

SVMMARIVM.

1 *Multa bona etiam inuitis tribuuntur, ſed quando.*
2 *Inuitè abſolutus, eſt verè abſolutus.*
3 *Non requiritur, quod pœna ſit voluntaria reſpectu puniti.*
4 *Abſolutio in ordine ad Sacramentum Pœnitentiæ datur tantum correpto.*
5 *Excommunicatus ab homine inuitè abſolui poteſt.*
6 *Superior, non autèm Confeſſor inuitum abſoluit.*

1 DIfficultatis ratio eſt, quia *Auguſtinus in cap. Et qui emendat diſt.* 45. ait, quod multa bona præſtantur inuitis, quando eorum conſulitur vtilitati, quia ſibi ipſi inueniuntur inimici. Medicus inuitum curare debet infirmum, ſicut inuitus poteſt quis extrahi de domo caſura.

Ante difficultatis ſolutionem duo præmittenda ſunt, quorum primum eſt; quod hìc non loquimur de excommunicatione ab homine, quia talis ſi iniuſta eſt, nedùm iudex poteſt illam relaxare reo inuito; ſed tenetur: ſi verò iuſta eſt, non debet inuitum ab illa abſoluere; attamèn
2 ſi talem abſoluat, verè eſt abſolutus; ſicut .n. contra voluntatem ſuam poteſt ipſum excommunicare, ita contra voluntatem ſuam poteſt ipſum abſoluere; ſed peccat ipſum abſoluendo, niſi hoc præſtet, quia dignoſcit, quod abſolutio erit magis medicinalis animæ contumacis, quam retentio *Ita Ricardus de media villa in 4. ſent. diſt.* 18. *art.* 10. *q.* 1. *Roſella verb. abſol. n.* 126. *Sylueſt. verb. abſol.* 3. *n.* 10.

Alterum eſt. Quod hìc ſimiliter non loquimur de poſſe abſoluto Superioris, qui per ſtatutum annexuit alicui facto excommunicationem
3 ipſo facto incurrendam; quia excommunicatio eſt pœna, quæ non à

volun-

voluntatem puniti, ſed punientis pendet; qui ſicut eam ſua voluntate per ſtatutum annexuit alicui facto, ita etiam eandem remouere poteſt. *Ita Sylu. loco cit.* ad mentem *D. Thom.* loquitur autem hic de poſſe Confeſſarij circa excommunicationem iuris nemini reſeruatam.

Modò vicinius ad difficultatem accedendo, reſpondendum eſt negatiuè; & ratio eſt, tum quia cum pœnitens voluntate fecerit illud, cui excommunicatio annexa eſt, ipſo iure aliquo modo ex voluntate ſua excommunicatus eſt; & ideò ſine ſua voluntate, & requiſitione non poteſt abſolui; tum quia huiuſmodi abſolutio non datur niſi correpto, cum ſit in ordine ad confeſſionem, contumax autem non eſt correptus; ideò in Sacramento pœnitentiæ Confeſſarius verè inuitum ab excommunicatione à iure, licèt nemini reſeruata, minimè abſoluere poterit, 4 vt tradit *Bonac. de cenſur. diſp. 1. q. 3. pun. 4. nu. 3. ad mentem Suar. & Fillinc. Pelleg. verb. abſol. l. B. & alij loc. cit.*

Nec obſtat difficultas ab initio obiecta; quia procedit de excommunicatione ab homine, à qua inuitus abſolui poteſt, ſicut etiam ſeruis inuitis libertas acquiritur, cum reipublicæ expediat homines habere 5 liberos *l. 2. 3. & 4. ff. de liberali cauſa. Angel. in ſumma verb. abſolutio 3. num. 7. apud Thomam de Thomaſettis reg. 62.*

Aduertant itaque Confeſſarij, quod, & ſi paſſim legatur excommunicatum poſſe inuitè abſolui, hoc eſſe intelligendum reſpectu Superioris, non Confeſſarij, & ipſi Superiores animaduertant, tantum 6 auferre poſſe, inuito reo, excommunicationem, quam ipſi per viam ſtatuti, aut ſententiæ tulerunt; ſed non excommunicationem iuris generalis, ſupra quam non ſunt Superiores exiſtente pœnitentis contumacia.

M DI-

DISTINCTIO SEPTIMA.

De poteſtate ſimplicis Confeſſarij circa caſus reſeruatos, & de facultate pœnitentis itidem circa caſus reſeruatos.

CVm præſens diſtinctio reſpiciat tàm poteſtatem actiuam ſimplicis Confeſſarij circa caſus reſeruatos; quàm facultatem pęnitentis item circa caſus reſeruatos paſſiuam, quapropter huiuſmodi diſtinctio in duos ſecatur articulos: quorum alter eſt de poteſtate ſimplicis Confeſſarij; alter verò de facultate pęnitentis ſimilitèr circa caſus reſeruatos.

ARTICVLVS I.

De poteſtate ſimplicis Confeſſarij quatuor continet difficultates, vz.

1 *An Sacerdos approbatus ad excipiendas Confeſſiones extra ſuam Diœceſim exiſtens, poſſit eligi ab habente Bullam per quam ipſi conceditur facultas eligendi aliquem ex approbatis, vt abſoluatur à reſeruatis.*

2 *An Confeſſarius non habens facultatem in caſus reſeruatos extra articulum mortis circa ipſos aliquid poſſit.*

3 *An ſi pænitens adeundo Epiſcopum pro abſolutione à caſu ſibi reſeruato, ex vna parte prudentèr, ac rationabilitèr penſatis omnibus circumſtantijs, probabilitèr vereatur, ne ſibi aliquod graue damnum contingat; & ex altera Epiſcopus renuat omninò talem caſum alteri impertire, an, inquam in tali contingentia Curatus indirectè hunc ſibi ſubditum abſoluere poſſit.*

4 *An Confeſſarius, qui non habet facultatem circa caſus reſeruatos, poſſit ab ipſis abſoluere pænitentem ſub conditione de futuro, vtpotè ſi Epiſcopus conſenſerit, aut ſi illam Epiſcopus ratam habuerit.*

AR-

ARTICVLVS II.

De facultate pœnitentis circa caſus reſeruatos tres habet difficultates .s.

1 *An pœnitens, qui in alieno Epiſcopatu v. g. apud Regularem caſuum reſeruatorum facultate carentem, ſua confeſſus eſt peccata, pro reſeruatis ad proprium Curatum, quem habere facultatem, ſuppono, mitti poſſit.*

2 *An Laicus abſolutus à non reſeruatis per Confeſſarium non habentem facultatem circa caſus reſeruatos, teneatur quamprimùm ſumpta communione ſub mortali accedere ad Superiorem pro directa abſolutione reſeruatorum.*

3 *An pœnitens, qui ex rationabili cauſa fuit abſolutus à non reſeruatis cum onere ſe præſentandi Epiſcopo, & non ſe præſentauit habita opportunitate, peccet grauiter, ſemperq; perſeueret dicta obligatio, quouſq; paruerit.*

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA.

An Sacerdos approbatus ad excipiendas confeſſiones, extra ſuam Diœceſim exiſtens, poſſit eligi ab habẽte Bullam, per quam ipſi conceditur facultas eligendi aliquem ex approbatis, vt abſoluatur à reſeruatis.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſor ex approbatis per habentem Bullam extra Diœceſim eligi poteſt.*
2 *Regulares loci mutatione Ordinarium mutant.*
3 *Approbatio Ordinarij loci, quando non requiratur.*
4 *Attendenda ſunt in primis verba Pontificis.*

RAtio difficultatis eſt; quia huiuſmodi Sacerdos, quamuis ſit approbatus per ſuum Epiſcopum in ſua Diœceſi; non tamen eſt approbatus ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi eligitur in Confeſſorem per habentem Bullam, vt ſuppono, v.g. approbatus Brixiæ, & eligitur Bergomi.

M 2 Oc-

Occurrit difficultati iſti *Filliuc. par. 3. in inſtructione pro Confeſſionibus*
1 *excipiendis cap.* 1. aſſerens Confeſſorem approbatum ſimpliciter à ſuo
Ordinario, non egere approbatione Ordinarij Diœceſis, in qua repe-
ritur ad hoc, vt poſſit eligi ab habente Bullam s. eligendi aliquem ex
approbatis; modò tamen non mutauerit domicilium, quia in tali caſu
2 exigitur etiam approbatio Ordinarij loci, in quo domicilium de nouo
habet.

Verùm Regulares Confeſſarij attendant, quòd ipſi noua approbatio-
ne Ordinarij illius loci, ad quem accedunt, indigent: quia mutatione
loci mutant Ordinarium; ſeruatis tamen ſeruandis ex traditione Apoſto-
lica. *Ita Filliucius, vbi ſupra* cui concordat *Naldus verb. Indulgentia n.* 9.
qui pro ſe habet *Suarez par.* 3. *diſp.* 28. *ſect.* 6. *num.* 6. aſſerentem *De-
clarationem Cardinalium*.

3 Nec dictis repugnat ratio dubitandi; quia approbatio Ordinarij loci,
quamuis regulariter requiratur, itaut non poſſit Confeſſor excipere con-
feſſiones, niſi ab ipſo approbatus extiterit; tamen in aliquo ſpeciali caſu
ob rationabilem cauſam poteſt aliter fieri, vti contingit in caſu, quan-
4 do quis habet Bullam, vt abſolui poſſit ab approbatis: attendenda ergo
ſunt verba Pontificis, nec amplianda, nec reſtringenda: nam verba
Pontificis tantùm valent, quantum ſonant. Hinc *Homob. de exam Ec-
cleſiaſt. p.* 1. *tract.* 5. *q.* 14. ait conſideranda eſſe priuilegij verba; quan-
doquè enim in Iubilæo conceditur, vt Confeſſio quibuslibet Sacerdo-
tibus ab ipſorum Ordinario approbatis fieri poſſit.

ADDITIO.

Doctrina ab auctore num. 2. tradita circa Regulares, quamuis à multis Regularibus huc vſque impugnata fuerit, modo ſine quæſtione, & oppoſitione remanet indubia, ſtante Bulla fel. record. Clement. X. quæ incipit Superna in tomo nouiſſimè addito in æditione Lugdunenſi Bullario Romano Cherubini in Data anni 1670. vndecimo kalend. Iunij. *Qua primo declaratur non poſſe Regulares audire Confeſſiones in Diœceſi ſine approbatione Epiſcopi, etiã ſi fuerint ab alterius Diœceſis Epiſcopo approbati.*

Secundo neque poſſe audire confeſſiones ſubditorum illius Epiſcopi, à quo fuerant in alia Diœceſi approbati.

DIF.

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An Confeſſor non habens facultatem in caſus reſeruatos extra articulum mortis circa ipſos aliquid poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſarius, qui non habet facultatem circa caſus reſeruatos, in ipſos nihil poteſt extra mortis articulum.*
2 *Duplex eſt abſolutio; nempè directa, & indirecta.*
3 *Vrgente neceſſitate aut rationabili cauſa poteſt ſimplex Confeſſor indirectè abſoluere à reſeruatis.*
4 *Non remittitur vnum mortale abſq; alio.*
5 *Vt graue euitetur ſcandalum, poteſt quis confiteri caſum reſeruatum Cōfeſſori non habenti facultatem abſoluendi ab illo.*
6 *Excommunicatus interdùm poteſt recipere Sacramentum Pœnitentiæ ante abſolutionem ab excommunicatione.*

Difficultatis ratio eſt; quia *in Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7.* dicitur, Sacerdotem inferiorem .s. non habentem facultatem circa reſeruatos caſus nihil poſſe circa ipſos præciſo mortis articulo, in quo nulla extat reſeruatio. 1

Huic difficultati ſatisfaciemus cum diſtinctione. Sciendū eſt itaquè abſolutionnem duplicem eſſe, nimirùm directam, & indirectam: directa eſt reſpectu peccatorum, circa quæ facultatem habet Confeſſor: indirecta verò eſt reſpectu peccatorum, circa quæ Confeſſor non habet auctoritatem, quæ tamen indirectè abſoluuntur, cum vrgente neceſſitate, vel rationabili cauſa excipitur confeſſio pœnitentis caſus reſeruatos habentis illi adiuncto onere ſe præſentandi coram Superiore pro directa abſolutione caſuum reſeruatorum. 2

Habita hac diſtinctione reſpondetur, ſi loquamur de abſolutione directa, dicendum eſt Confeſſorem non approbatum pro reſeruatis nihil poſſe ſcilicet directè circa peccata reſeruata preciſo mortis articulo; quia pœnitens hoc modo abſolutus tenetur adhuc ſe legitimo Superiori præſentare, vt directam à reſeruatis obtineat abſolutionem.

Cæterùm ſi loquamur de abſolutione indirecta, ſecùs dicendum eſt .s. poſſe pęnitentem abſoluere à non reſeruatis directè, & indirectè à reſeruatis vrgente neceſſitate, vel rationabili cauſa concurrente, ipſumquè 3

ad

excommunicatione, poteſt etiam extra Sacramentum Pœnitentiæ ab illa annodatum ſoluere, vt patet per *Emanuel Sa verb. abſolutio ab excommunic. n. 1.* Verùm de hoc fuſiùs dicetur in ſequenti difficultate.

DIFFICVLTAS QVARTA.

An ſimplex Confeſſarius à cenſuris nemini reſeruatis in ſolo foro interno, an verò etiam in externo abſoluere poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Circa difficultatem habentur duæ ſententiæ.*
3 *Differt forum conſcientiæ, & forum Sacramenti Pœnitentiæ.*
4 *Abſolutio pro foro externo quandò non iuuat.*
5 *In ſententia Suarez ſimplex Confeſſarius abſoluit etiam in foro externo ab excommunicatione nemini reſeruata.*

Difficultatis ratio eſt; quia poteſtas hæc præcisè conceſſa eſſe videtur in ordine ad abſolutionem à peccatis; abſolutio autem à pec-
1 catis tantummodo forum internum reſpicit, prout *Suarez locco infracitando* ad mentem quorundam Doctorum refert.

Referuntur DD. pro vtraque parte *Auila 2. par. cap. 7. diſp. 1. dub. 4. Nauar. cap. 27. nu. 39. Homob. de exam. Eccl. tract. 5. cap. 5. q. 3. Me-*
2 *moriale ſciendorum à Clericis in ſumma Sacramenti Pœnitentiæ de forma n. 27. & alij*, docentes ſimplicem Confeſſarium à cenſuris, quamuis nemini reſeruatis, in ſolo foro interno abſoluere poſſe; non autem in foro conſcientiæ, neque in foro contentioſo; & ratio eſt, quia hoc ſpectat ad proprium Prælatum.

Verùm pro intelligentia obſeruandum eſt, diſcrimen eſſe inter forum conſcientiæ, & forum pœnitentiale. forum conſcientiæ eſt forum externum, ſed ſecretum: forum verò pœnitentiæ eſt tantùm, quando auditur
4 peccatorum confeſſio, vti proponit notandum *Homob. loc. citat.* additq; quòd, dum per *Conc. Trid.* conceditur facultas in foro conſcientiæ, per illud non intelligitur forum pœnitentiale, audita .s. confeſſione, ſed per id tantum denotatur abſolutionem datam pro foro externo non prodeſſe, ſi contingat cauſam in forum contentioſum deduci.

5 Cæterùm *Suarez de cenſ. tom. 5. diſp. 7. ſect. 3. n. 19. Vgolinus tabula 3. cap. 10. §. 5. & alij* ſentiunt prædictum Confeſſarium à cenſuris prædictis

dictis etiam in foro externo abſoluere poſſe; & eorum ratio eſt, tum quia Pontifex hanc concedendo facultatem abſolutè enunciat abſquè diſtinctione Confeſſariorum: tum quia fauores ſunt ampliandi; qua propter *Suarez l. cit.* ſubſequitur in hæc verba, non eſt, cur hunc .ſ. fauorē ita reſtringamus, nimirùm ad ſolum forum internum.

Vtramquè opinionem probabilem eſſe cenſeo, ſed priorem tanquàm ſecuriorem quemquè ſequi, conſulo; qui tamen poſteriorem amplecti voluerit, rationi ab initio obiectæ occurrere poterit, dicendo illam ſibi non obſiſtere; quia, quamuis poteſtas hæc impertita fuerit præcipuè propter internum; cum tamen non limitetur, ad vtrumque extenditur, quantùm eſt ex vi illius iuris, quod benè notauit *Vgol. de cenſ. vbi ſup.* Dixi quantū eſt ex vi illius iuris .ſ. generalis; quia iuribus particularibus diuerſis in locis cauetur, ne Confeſſarij ab vlla cenſura abſoluant, tametſi nemini extet reſeruata, vti ſupra etiam annotatum fuit.

ART. II. DIFFICVLTAS PRIMA.

An ſi pœnitens cenſura reſeruata annodatus, illiuſq; immemor, confeſſus ſit non habenti facultatem circa illam; teneatur adire Superiorem, vel Pœnitentiarium, cum illius recordabitur.

SVMMARIVM.

1 *Verba debent intelligi, vt aliquid operentur.*
2 *Quando pœnitens cenſuræ memor teneatur adire Superiorem.*
3 *Nil actum dicitur, quoties aliquid ſupereſt agendum.*
4 *Non entium nullæ ſunt qualitates.*
5 *Carentia facultatis reddit abſolutionem nullam.*
6 *Verba, quæ abſolutioni præmittuntur, aliquid operantur.*
7 *Quando abſolutus ad cautelam à cenſura non indigeat noua abſolutione.*

DIfficultatis ratio eſt; quia verba illa, quæ præmittuntur abſolutioni peccatorum, nec ſunt, nec dici debent fruſtratoria, ſed 1
alicuius boni effectus operatoria *l. Si quando* 112. *ff. de legatis, primò.* verba .n. debent intelligi, vt aliquid operentur; præmittitur autem regulariter abſolutioni à peccatis abſolutio cenſurarum.

Difficultati reſpondetur affirmatiuè, nimirùm quòq talis pœnitens tenetur adire Superiorem, aut Pœnitentiarium pro beneficio abſolutionis 2
à dicta cenſura; quod ſatis conſtat, tùm quia nemo dat, quòd non

habet;

habet; Confeſſor autèm ille, quem adijt pęnitens, nō habebat facultatem circa cenſuram illam; ideò non fuit abſolutus, & proindè abſolu-
3 tione indiget, tùm etiam quia nihil actum dicitur, quotiès aliquid ſupereſt agendum *l. fin. in fin. C. de his quibus vt indignis*: quòd quidem procedit, quando illud, quod ſupereſt, eſſentiale eſt, & ſubſtantiale, ſicut eſt in propoſito facultas abſoluendi à reſeruatis, vt conſtat *ex Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 7.* tùm etiàm, quia non entium nullæ ſunt qualitates à nullus effectus *l. eius, qui in prouincia ff. Si certum petatur.* nec obſtat pęnitentem bona fide ad Confeſſariū acceſſiſſe, & Confeſſarium premiſiſſe verba illa, *Abſoluo te ab omni vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, &c.* quia carentia facultatis reddit abſolutionem nullam, quò ad abſolutionem cenſuræ, ſeù peccati reſeruati; ſicut omiſſiò formæ actum vitiat, quantumuìs pium *l. Cum hi. §. Si prætor ff. de Trāſact.* nec per hoc ſequitur, verba illa, quæ præmittuntur abſolutioni, gratis apponi; quia per illa verba abſoluitur à cenſura occulta, & ignorata, habilitando pœnitentem ad gratiam Sacramentalem ſuſcipiendā, & facit
6 *cap. Alma mater de ſententia excommun.* Patet in ſimili de peccato reſeruato oblito in confeſſione facta Confeſſario facultate ſuper tale peccatū carenti; nam ſicut ille, cum recordatur talis peccati, tenetur adire Confeſſorem facultatem habentem; ità iſte, cū meminit cenſuræ. Addo vlterius, verba illa non fruſtra apponi; quia per illa pęnitens abſoluitur ab omni cenſura nemini reſeruata.

7 Dices. Abſolutum ad cautelam cenſurarum immemorem alia non indigere abſolutione, cum illarum recordabitur. Reſp. Verùm eſſe, ſi fuit abſolutus per habentem facultatem ſuper cenſuras illas: quod ſecùs dicendum eſt in propoſito, cum fuerit abſolutus per Confeſſarium, qui facultate carebat. Patet in ſimili de illo, qui acceſſit ad Confeſſarium habentem facultatem ſuper caſus reſeruatos; nam deinceps, cū alicuius reſeruati in tali confeſſione obliti recordabitur, per quēlibet Confeſſarium abſolui poterit, cum ablata fuerit reſeruatio. Eſt doctrina communis, quod ſecus eſſet, ſi acceſſiſſet ad Confeſſarium carentem facultate ſuper caſus reſeruatos.

DIF-

Digitized by Google

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An excommunicatus excommunicatione reſeruata, bona fide confitendo peccata non habenti facultatem circa illam excommunicationem, ſaltem à peccatis validè abſoluatur.

SVMMARIVM.

1 *Difficultatis ratio quæ.*
2 *Quid circa difficultatem hanc ſupponitur.*
3 *Difficultati reſpondetur affirmatiuè.*
4 *Abſolutio à cenſuris abſolutioni à peccatis non eſſentialiter premittitur.*
5 *Reginaldi doctrina notanda.*

Ratio difficultatis eſt, quia ſemper abſolutioni peccatorum præmittenda eſt abſolutio à cenſuris, quæ hic non eſt præmiſſa ob carentiam iuriſdictionis in Confeſſario; idcircò, cum non fuerit ſeruatus ordo, meritò dubitatur, prout ſupra. 1

Supponendum eſt, huiuſmodi Confeſſarium non habuiſſe auctoritatẽ abſoluendi à cenſuris, licèt illam haberet abſoluendi à peccatis. 2

Modò ad difficultatem reſpondetur affirmatiuè .s. quòd pœnitens remanet abſolutus à peccatis, licèt exiſtat adhuc ligatus reſpectu cenſuræ reſeruatæ; & ratio eſt, quia nullo modo eſt de eſſentia huius Sacramenti Penitentiæ, vt pænitens priùs abſoluatur ab excommunicatione, quàm à peccatis; & ita ſentiunt *Nauarrus in manuali cap 9. num 4. Toletus lib. 3. cap. 10. Layman in Theologia morali lib. 5. tract. 6. cap. 12. n. 2. Coninch. de Sacram. diſp. 8. dub. 3. concl. 4. num. 104.* & nouiſſimè *Antoninus Diana in reſol. moral. par. 3. de Sacram. Reſp. 78. cõtra Finellium de caſibus reſer. cap. 10. n. 8. Ledeſm. in ſum. tom. 1. de Sacram. Pœnit. cap. 20. dub. 2. & alios*, quos breuitatis gratia reticeo. 3

Nec reſolutioni refragatur difficultas ab initio obiecta; quia, quãuis abſolutio ab excommunicatione abſolutioni à peccatis debeat præmitti; tamen non eſſentialiter præmittitur. Et hæc procedunt nè dum quando pœnitens abſoluitur, quia ipſe ignorat excommunicationem: vel quando recipit Sacramentum ex neceſſitate; ſed etiam ſi Confeſſarius, ſciens peccata habere annexam excommunicationem, illum à peccatis abſoluit, à quibus procul dubiò abſolutus remanet; ſed non ab excommunica- 4

nica-

nicatione, quæ cum eſſet reſeruata, adhuc extat talis, nempè reſeruata; ideò ab habente facultatem auferenda eſt *Diana, vbi ſupra. Reginald. in Opuſculo, quod inſcribitur Praxis caſuum difficil. par. 1. cap.* 27. qui tamen ſentit pœnitentem, qui ligatus excommunicatione, procurauit ab-
5 ſolutionem à peccatis mala fide .s. cum ſciret non poſſe eam accipere, niſi priùs ablata excommunicatione, poſſe compelli ad iterandam confeſſionem.

DIFFICVLTAS TERTIA.

An annodatus excommunicatione iuris nemini reſeruata poſſit à Confeſſario inuitè abſolui.

SVMMARIVM.

1 *Multa bona etiam inuitis tribuuntur, ſed quando.*
2 *Inuitè abſolutus, eſt verè abſolutus.*
3 *Non requiritur, quod pœna ſit voluntaria reſpectu puniti.*
4 *Abſolutio in ordine ad Sacramentum Pœnitentiæ datur tantùm correpto.*
5 *Excommunicatus ab homine inuitè abſolui poteſt.*
6 *Superior, non autèm Confeſſor inuitum abſoluit.*

1 Difficultatis ratio eſt, quia *Auguſtinus in cap. Et qui emendat diſt.* 45. ait, quod multa bona præſtantur inuitis, quando eorum conſulitur vtilitati, quia ſibi ipſi inueniuntur inimici. Medicus inuitum curare debet infirmum, ſicut inuitus poteſt quis extrahi de domo caſura.

Ante difficultatis ſolutionem duo præmittenda ſunt, quorum primum eſt; quod hìc non loquimur de excommunicatione ab homine; quia talis ſi iniuſta eſt, nedùm iudex poteſt illam relaxare reo inuito; ſed tenetur: ſi verò iuſta eſt, non debet inuitum ab illa abſoluere; attamèn
2 ſi talem abſoluat, verè eſt abſolutus; ſicut .n. contra voluntatem ſuam poteſt ipſum excommunicare, ita contra voluntatem ſuam poteſt ipſum abſoluere; ſed peccat ipſum abſoluendo, niſi hoc præſtet, quia dignoſcit, quod abſolutio erit magis medicinalis animæ contumacis, quam retentio *Ita Ricardus de media villa in 4. ſent. diſt.* 18. *art.* 10. *q.* 1. *Roſella verb. abſol. n.* 126. *Syluestr. verb. abſol.* 3. *n.* 10.

Alterum eſt. Quod hìc ſimiliter non loquimur de poſſe abſoluto Superioris, qui per ſtatutum annexuit alicui facto excommunicationem
3 ipſo facto incurrendam; quia excommunicatio eſt pœna, quæ non à volun-

voluntatem puniti, ſed punientis pendet; qui ſicut eam ſua voluntate per ſtatutum annexuit alicui facto, ita etiam eandem remouere poteſt. *Ita Sylu. loco cit.* ad mentem *D. Thom.* loquitur autem hic de poſſe Confeſſarij circa excommunicationem iuris nemini reſeruatam.

Modò vicinius ad difficultatem accedendo, reſpondendum eſt negatiuè; & ratio eſt, tum quia cum pœnitens voluntate fecerit illud, cui excommunicatio annexa eſt, ipſo iure aliquo modo ex voluntate ſua excommunicatus eſt; & ideò ſine ſua voluntate, & requiſitione non poteſt abſolui; tum quia huiuſmodi abſolutio non datur niſi correpto, cum ſit in ordine ad confeſſionem, contumax autem non eſt correptus; ideò in Sacramento pœnitentiæ Confeſſarius verè inuitum ab excommunicatione à iure, licèt nemini reſeruata, minimè abſoluere poterit, 4
vt tradit *Bonac. de cenſur. diſp. 1. q. 3. pun. 4. nu. 3. ad mentem Suar. & Filliuc. Pelleg. verb. abſol. l. B. & alij loc. cit.*

Nec obſtat difficultas ab initio obiecta; quia procedit de excommunicatione ab homine, à qua inuitus abſolui poteſt, ſicut etiam ſeruis 5
inuitis libertas acquiritur; cum reipublicæ expediat homines habere liberos *l. 2. 3. & 4. ff. de liberali cauſa. Angel. in ſumma verb. abſolutio 3. num. 7. apud Thomam de Thomaſettis reg. 62.*

Aduertant itaque Confeſſarij, quod, & ſi paſſim legatur excommunicatum poſſe inuitè abſolui, hoc eſſe intelligendum reſpectu Superioris, non Confeſſarij, & ipſi Superiores animaduertant, tantum auferre poſſe, inuito reo, excommunicationem, quam ipſi per viam ſtatuti, aut ſententiæ tulerunt; ſed non excommunicationem iuris generalis, ſupra quam non ſunt Superiores exiſtente pœnitentis contumacia. 6

Digitized by Google

DISTINCTIO SEPTIMA.

De poteſtate ſimplicis Confeſſarij circa caſus reſeruatos, & de facultate pœnitentis itidem circa caſus reſeruatos.

CVm præſens diſtinctio reſpiciat tàm poteſtatem actiuam ſimplicis Confeſſarij circa caſus reſeruatos; quàm facultatem pęnitentis item circa caſus reſeruatos paſſiuam, quapropter huiuſmodi diſtinctio in duos ſecatur articulos: quorum alter eſt de poteſtate ſimplicis Confeſſarij: alter verò de facultate pęnitentis ſimilitèr circa caſus reſeruatos.

ARTICVLVS I.

De poteſtate ſimplicis Confeſſarij quatuor continet difficultates, vz.

1 *An Sacerdos approbatus ad excipiendas Confeſſiones extra ſuam Diœceſim exiſtens, poſſit eligi ab habente Bullam per quam ipſi conceditur facultas eligendi aliquem ex approbatis, vt abſoluatur à reſeruatis.*

2 *An Confeſſarius non habens facultatem in caſus reſeruatos extra articulum mortis circa ipſos aliquid poſſit.*

3 *An ſi pænitens adeundo Epiſcopum pro abſolutione à caſu ſibi reſeruato, ex vna parte prudentèr, ac rationabilitèr penſatis omnibus circumſtantijs, probabilitèr vereatur, ne ſibi aliquod graue damnum contingat; & ex altera Epiſcopus renuat omninò talem caſum alteri impertire, an, inquam in tali contingentia Curatus indirectè hunc ſibi ſubditum abſoluere poſſit.*

4 *An Confeſſarius, qui non habet facultatem circa caſus reſeruatos, poſſit ab ipſis abſoluere pænitentem ſub conditione de futuro, vtpotè ſi Epiſcopus conſenſerit, aut ſi illam Epiſcopus ratam habuerit.*

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

De facultate pœnitentis circa caſus reſeruatos tres habet difficultates .s.

1 *An pœnitens, qui in alieno Epiſcopatu v. g. apud Regularem caſuum reſeruatorum facultate carentem, ſua confeſſus eſt peccata, pro reſeruatis ad proprium Curatum, quem habere facultatem, ſuppono, mitti poſſit.*

2 *An Laicus abſolutus à non reſeruatis per Confeſſarium non habentem facultatem circa caſus reſeruatos, teneatur quamprimùm ſumpta communione ſub mortali accedere ad Superiorem pro directa abſolutione reſeruatorum.*

3 *An pœnitens, qui ex rationabili cauſa fuit abſolutus à non reſeruatis cum onere ſe præſentandi Epiſcopo, & non ſe præſentauit habita opportunitate, peccet grauiter, ſemperq; perſeueret dicta obligatio, quouſq; paruerit.*

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA.

An Sacerdos approbatus ad excipiendas confeſſiones extra ſuam Diœceſim exiſtens, poſſit eligi ab habẽte Bullam, per quam ipſi conceditur facultas eligendi aliquem ex approbatis, vt abſoluatur à reſeruatis.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſor ex approbatis per habentem Bullam extra Diœceſim eligi poteſt.*
2 *Regulares loci mutatione Ordinarium mutant.*
3 *Approbatio Ordinarij loci, quando non requiratur.*
4 *Attendenda ſunt in primis verba Pontificis.*

Ratio difficultatis eſt; quia huiuſmodi Sacerdos, quamuis ſit approbatus per ſuum Epiſcopum in ſua Diœceſi; non tamen eſt approbatus ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi eligitur in Confeſſorem per habentem Bullam, vt ſuppono, v.g. approbatus Brixiæ, & eligitur Bergomi.

DIFFICVLTAS SECVNDA:

An Confeſſor non habens facultatem in caſus reſeruatos extra articulum mortis circa ipſos aliquid poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſarius, qui non habet facultatem circa caſus reſeruatos, in ipſos nihil poteſt extra mortis articulum.*
2 *Duplex eſt abſolutio nempè directa, & indirecta.*
3 *Vrgente neceſſitate aut rationabili cauſa poteſt ſimplex Confeſſor indirectè abſoluere à reſeruatis.*
4 *Non remittitur vnum mortale abſq; alio.*
5 *Vt graue euitetur ſcandalum, poteſt quis confiteri caſum reſeruatum Cōfeſſori non habenti facultatem abſoluendi ab illo.*
6 *Excommunicatus interdùm poteſt recipere Sacramentum Pœnitentiæ ante abſolutionem ab excommunicatione.*

DIfficultatis ratio eſt; quia *in Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7.* dicitur,
Sacerdotem inferiorem .s. non habentem facultatem circa reſer- 1
uatos caſus nihil poſſe circa ipſos præciſo mortis articulo, in quo nulla
extat reſeruatio.

Huic difficultati ſatisfaciemus cum diſtinctione. Sciendū eſt itaquè 2
abſolutionnem duplicem eſſe, nimirùm directam, & indirectam: directa eſt reſpectu peccatorum, circa quæ facultatem habet Confeſſor: indirecta verò eſt reſpectu peccatorum, circa quæ Confeſſor non habet auctoritatem, quæ tamen indirectè abſoluuntur, cum vrgente neceſſitate, vel rationabili cauſa excipitur confeſſio pœnitentis caſus reſeruatos habentis illi adiuncto onere ſe præſentandi coram Superiore pro directa abſolutione caſuum reſeruatorum.

Habita hac diſtinctione reſpondetur, ſi loquamur de abſolutione directa, dicendum eſt Confeſſorem non approbatum pro reſeruatis nihil poſſe ſcilicet directè circa peccata reſeruata præciſo mortis articulo; quia pœnitens hoc modo abſolutus tenetur adhuc ſe legitimo Superiori præſentare, vt directam à reſeruatis obtineat abſolutionem.

Cæterùm ſi loquamur de abſolutione indirecta, ſecùs dicendum eſt .s. 3
poſſe pęnitentem abſoluere à non reſeruatis directè, & indirectè à reſeruatis vrgente neceſſitate, vel rationabili cauſa concurrente, ipſumquè

ad

ad Superiorem pro reſeruatis mittere tenetur; ratio autem, cur etiam indirectè à reſeruatis abſoluat, eſt, tum quia Confeſſarius inferior .ſ. qui non habet facultatem ſuper caſus reſeruatos, nõ poteſt ab vno peccato mortali abſoluere aliquem, quin abſoluat ab omnibus, cum vnum peccatum mortale non remittatur ſine alio: nam iniquum eſt à Deo li-
4 beraliſſimo dimidiatam expectare veniam; tùm etiam quia per abſolutionem Sacramentalem pęnitens conſequitur gratiam gratum facientem, quæ eſt incompoſſibilis cum mortali; tùm etiam quia, ſi pęnitens non haberet copiam vllius Confeſſarij, poſſet interueniente graui neceſſitate ſumere Chriſti Corpus, vel celebrare non præmiſſa confeſſione: ergò interueniente graui neceſſitate poteſt etiam confiteri Confeſſario non habenti facultatem reſeruatorum, vel cenſuratum, cum ad Euchariſtiam iure Diuino præmittenda ſit confeſſio ab eo, qui habet conſcientiam peccati mortalis. *Bonac. de Sacram. diſp. 5. q. 7. pun. 5. 3. prop. 2. num. 9.* qui plures allegat DD.

5 Idem concluditur de annodato excõmunicatione maiori .ſ. ꝙ vrgente graui neceſſitate v. g. vt ſcandalum graue euitet, poteſt recipere Sacramentum Penitentiæ, quod iure Diuino ab exiſtente in mortali ſumptioni Euchariſtiæ præmittendum eſt; ratio eſt, quia communicaturus, vel celebraturus per excommunicationem non magis arcetur à ſuſceptione Sacramenti Pęnitentiæ, quam ab Euchariſtia ſumenda, cum per eandem excõmunicationẽ non ita priuetur Euchariſtia, quin poſſit eam vrgente graui neceſſitate recipere: ergò poteſt etiam recipere Sacramentum Pęnitentiæ, quod iure Diuino præmittendum eſt ante Euchariſtiæ ſumptionem. *Ita Bonac. vbi ſupra contra nonnullos. Naldus verb. abſolutio n. 4. & alij,* quos gratia breuitatis ſub ſilentio inuoluo.

ADDITIO.

N*On eſt tacenda Doctrina* Laiman Theol. moralis lib. 5. tract. 6. cap. 12. n. 11. *vbi habet, quod ſi pęnitens bona fide ad Confeſſarium accedat, quia credidit ſe ab omnibus ſuis peccatis ab ipſo poſſe abſolui, ideoque incipiat confeſſionẽ cum ſignis doloris extraordinarij, & verè pœnitentis, poſſe etiam Confeſſarium ipſum ſimplicẽ impendere abſolutionem, etiã à peccato reſeruato, impoſito onere ſe ſiſtendi coram ſuperiore facultatem habẽte in ipſa reſeruata; dũmodo tamen ſubijciat clauibus, etiã aliã peccata præter reſeruata. Ratio eſt partim, quia aliqualis neceſſitas, vel cauſa legitima vrget, ſiquidem pęnitens ægro animo diſcedet abſque abſolutione, cũ ex parte ſua benè diſpoſitus ſit; partim, quia graues DD.* apud Mazuchel. de reſer. q. 3. diſp. 1. n. 46 in fine *docent abſolutè, quod Sacerdos pęnitentem qui reſeruata fatetur abſoluere poſſit, cum onere, vt ea ſola ſuperiori poſtea pandat, & ab alijs directè abſoluatur.*

DIF-

DIFFICVLTAS TERTIA.

An ſi pœnitens adeundo Epiſcopum pro abſolutione à caſu ſibi reſeruato ex vna parte prudentèr, ac rationabilitèr penſatis omnibus circunſtantijs probabilitèr vereatur, ne ſibi aliquod graue damnum contingat; & ex altera Epiſcopus renuat omninò talem caſum alteri impertire; an, inquam, in tali contingentia Curatus indirectè hunc ſibi ſubditum abſoluere poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Nullus Confeſſarius à caſibus Epiſcopo reſeruatis abſoluere poteſt.*
2 *Abſolutio à caſu reſeruato directa datur tantùm ab habente facultatem circa ipſum.*
3 *Attenta Epicheia multa poſſumus.*

Difficultatis ratio eſt; quia ex Decreto Sacræ Congregationis Regularium, & Epiſcoporum, nullus Confeſſariorum à reſeruatis abſoluere poteſt, vno excepto caſu, nempè articuli mortis. 1

Ante reſponſionem ſupponendum eſt, quòd loquimur hìc de abſolutione in foro Pœnitentiæ caſus occulti reſpectu perſonæ, quæ deliquit; vt ſi Epiſcopi conſanguineus, vel affinis fuiſſet occiſus, occiſorquè eſſet proſsùs occultus.

Supponendum eſt inſuper difficultatem non moueri de abſolutione 2
directa; quia talis non poteſt impertiri, niſi ab habente facultatem, ſed loquimur de abſolutione indirecta.

Modò ad rem noſtram accedendo, reſpondetur affirmatiuè .s. quòd 3
Curatus in tali contingentia poterit abſoluere ſuum ſubditum admittendo illum ad Sacramenta cum onere tamen præſentandi ſe, cum Epiſcopus ei, vel alteri conceſſerit caſum; ratio eſt, tùm quia vrget damnum ſpirituale pęnitentis; tùm quia in tali caſu ceſſat ratio legis, attenta Epicheia, quæ in ſimilibus caſibus attendi debet. Faciunt ea; quæ tradit *Poſſeuinus de Offic. Curati cap. 7. n. 45.* nec Decret. Sac. Congreg. de quo ſupra, obſtat, quod intelligendum eſt de abſoluentibus abſolutè, & directè.

Verùm attende, quòd non poterit Curatus, nec alius Confeſſor talem pęnitentem abſoluere ſub conditione de futuro, nimirùm prout ſequenti difficultate demonſtrabitur.

DIFFICVLTAS QVARTA.

An Confeſſor, qui non habet facultatem circa caſus reſeruatos poſſit ab ipſis abſoluere pœnitentem ſub conditione de futuro, vtpotè ſi Epiſcopus conſenſerit, aut illam Epiſcopus ratam habuerit.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio cenſuræ ſub conditione de futuro dari poteſt.*
2 *Abſolutio conditionalis triplex eſt.*
3 *Abſolutio conditionalis de futuro reſpectu caſus tàm reſeruati, quàm non, minimè dari poteſt.*
4 *Diſcrimen inter abſoluentem à cenſura, & abſoluentem à caſu reſeruato.*
5 *Non apparet, ſi ſpectentur iura, quin abſolutio cenſurarum ſub conditione de futuro dari poſſit.*

1 Difficultatis ratio eſt; quia abſolutio cenſuratum ferri poteſt ſub conditione de futuro, ſicut fertur cenſura. *Ita Couarruias in cap. Alma mater par.* 1. §. 11. *Bonac. de cenſ. diſp.* 1. *q.* 3. *pun.* 7. *prop.* 1. *& alij apud ipſum contra Syluest. verb. abſolutio* 3. *Angelum eodem verb. & alios* exiſtimantes ferri non poſſe, ſaltèm licitè.

2 Pro reſolutione difficultatis notandum eſt, abſolutionem conditionalitèr poſſe triplicitèr dari, nimirùm de præſenti, vt ſi non es abſolutus, ego te abſoluo: de præterito, vt ſi perpetraſti tale crimen, ego te abſoluo: de futuro, vt ſi conſenſerit Epiſcopus ego te abſoluo.

Habita hac diſtinctione reſpondetur, quòd, quamuìs reſpectu facultatis, quam habet Confeſſor, poſſit abſoluere ſub conditione de præſenti, & præterito; tamèn non poteſt abſoluere ſub conditione de futuro,
3 nec reſpectu caſus reſeruati, nec reſpectu non reſeruati; ratio eſt, quia conditio de præſenti, vel de præterito non ſuſpendit actum, cum Sacerdos intendat abſoluere, ſi res ita ſe habeat, ſicut exprimitur in conditione: conditio verò de futuro ſuſpendit actum; quapropter nec Sacramentum validum eſt, ſtatìm prolata forma, cum Confeſſor non habeat tunc intentionem abſoluendi, & ſine intentione miniſtri non fiat Sacramentum: neque eſt validum adueniente conditione, cum adueniente ipſa non adſit forma, nec materia, ſine quibus non poteſt validè confici Sacramentum; ideò Confeſſor non poteſt abſoluere ſub conditione de futuro.

Hic

Hic tamen obſeruandum eſt, quòd, & ſi reſponſio hæc videatur ſufficiens, tamen ſi profundiùs conſideretur, protinùs dignoſcemus non ſatisfacere immediatè propoſito noſtro, quia non mouetur difficultas de illo, qui habet auctoritatem abſoluendi, ſed de illo, qui illa caret. Verùm ex dictis ſequitur, quòd ſi non poteſt abſoluere ſub conditione de futuro ille, qui habet auctoritatem abſoluendi à caſibus reſeruatis; nec ille poterit, qui illam non habet. Faciunt adducta per *Reginal. lib. 8. nu. 6. Suarez tom. 1. de Sacramentis diſp. 13. ſect. 3. Bonac. de Sacram. diſp. 5. q. 4. pun. 3. prop. 1. num. 1.*

Nec reſolutis obſtat, abſolutionem cenſurarum poſſe validè ferri nō modò ſub conditione de præſenti, & præterito, ſed etiam ſub conditio- 4
ne de futuro; nam eſt in poteſtate ferentis cenſuram, illius ſuſpendere abſolutionem, cum abſolutio cenſuræ ſit quædam ſententia humana, quæ humano modo fertur juxta voluntatem ferentis. Cæterùm non eſt in poteſtate Confeſſarij ſuſpendere effectum Sacramenti. Verùm not. *Syluest. & Angelum cum alijs non paucis* existimaſſe, etiam cenſurarum abſolutionem ferri non poſſe, ſaltem licitè ſub conditione de futuro. Reſpondetur, quòd horum ſententia videtur vera, ſi vſum Eccleſiæ reſpiciamus; quòd ſecùs eſt, ſi ſpectemus iura, nam nullo iure apparet hoc vetitum fuiſſe. *Ita Bonac. loco citato.*

ART. II. DIFFICVLTAS PRIMA.

An pœnitens, qui in alieno Epiſcopatu v. g. apud Regularem caſuum reſeruatorum facultate carentem, ſua confeſſus eſt peccata pro reſeruatis ad propriū Curatum, quem habere facultatem ſuppono, mitti poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitens extra Diœceſim confeſſus, poteſt mitti ad ſuum Curatum pro reſeruato.*

1 *Vbi eadem eſt ratio, idem ius eſſe debet.*

Difficultatis ratio eſt, quia in eodem Epiſcopatu abſolutio tam pro reſeruatis, quam non, impertienda eſſe videtur.

Difficultati occurritur, affirmatiuè reſpondendo, nempè quod talis pœnitens pro reſeruatis ad ſuum Curatum, quamùis in aliena Diœ-

ceſi exiſtentem, mitti poſſit; ratio eſt, tùm quia non videtur, cur pœnitens ille ſit excipiendus à fauore, quem habent alij tali Curato ſubiecti, cur .ſ. debeat eſſe deterioris conditionis alijs ſubditis exiſtentibus in Diœceſi, vbi eſt Curatus, qui pro reſeruatis ad proprium Curatum mitti poſſunt: tùm etiam quia vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *Trita l. De pretio ff. De Publiciana in rem act.*

Idem etiam ob eaſdem rationes ſentiendum eſſe iudico cum *Poſſeuino de Offic. Curati cap. 7. n. 11.* quamuis confeſſor alterius Epiſcopatus non
2 foret Regularis, ſuppoſito Curati conſenſu ſaltem tacito, .ſ. vt poſſit quiuis excipere confeſſionem eius ſubditi: nam vbi eadem eſt ratio, idem ius eſt conſtituendum, *vulg. inrib. l. à Titio ff. de verborum oblig.* Et lege, vel Doctore aliquem caſum occurrentem non decidente ab alio quo ſimili reſolutio deſumenda eſt. *l. Non poſſunt ff. de legib. Euerardus in Topica legali in loco à ſimili. Naldus verb. lex. nu. 4. & alij.*

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An laicus abſolutus à non reſeruatis per Confeſſarium non habentem facultatem circa caſus reſeruatos, teneatur quàmprimùm ſumpta Communione ſub mortali accedere ad Superiorem pro directa abſolutione reſeruatorum.

SVMMARIVM.

1 *Celebrans non præmiſſa confeſſione mortalis peccati ex vrgenti neceſſitate tenetur quàm primùm confiteri.*
2 Statim *ſumitur duobus modis .ſ. phyſicè, & moraliter.*
3 *Præceptum confitendi quàmprimum in caſu dicto tantum Sacerdotes reſpicit.*
4 *Nec tenetur ad præceptum confitendi quàm primum Sacerdos, qui more laicorum ſumpſit Euchariſtiam.*
5 *Nec dictum præceptum imponitur celebranti ex malitia in mortali.*
6 *Nec illi, qui celebrauit in mortali ignoranter.*

1 RAtio difficultatis eſt; quia *Conc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 7.* ſtatuit Sacerdotem, qui, vrgente neceſſitate, celebrauit non præmiſſa confeſſione peccati mortalis, teneri quàm primùm confiteri.

Ante reſponſionem duo ſupponenda ſunt, quorum alterum eſt, quòd
2 pœnitens, præciſa neceſſitate, vel rationabili cauſa non poteſt abſolui

à re-

à reſeruatis à non habente facultatem circa reſeruatos caſus. Alterum eſt, quòd iſte terminus *Statim* duobus modis accipi poteſt .s. phyſicè, & moralitèr; hic autem moralitèr ſumendus eſt.

Modò ad difficultatem negatiuè reſpondetur; ratio eſt, quia præceptum poſitiuum extenditur ſolùm ad eos, quorum facit mentionem Tridentinum; non facit autèm mentionem laicorum, ſed Sacerdotis celebrantis in neceſſitate non præmiſſa Confeſſione mortalis. *Ita Naldus verb. Sacerdos nu. 5. Reginal. lib. 29. cap. 6. nu. 99. ad finem. Bonac. de Sacram. diſp. 4. q. 4. pun. 1. n. 37.*

Idem dicitur de Sacerdote, qui vrgente neceſſitate, vel rationabili cauſa à non reſeruatis fuit abſolutus, ſumpſitquè Euchariſtiam more laicorum .s. quòd non tenetur poſt Communionem, (ex cit. Decr. Trid.) ſtatìm confiteri; ratio eſt, quia Conc. Trid. loquitur de Sacerdote celebrante. Non tenetur igitùr laicus, nec Sacerdos ſumens Euchariſtiam laicorum more Eccleſiaſtico præcepto dicti Concilij ſtatìm poſt ſumptionem Corporis Chriſti confiteri in ſupradictis caſibus, quamuis nonnulli teneant contrarium.

Idem dicitur de Sacerdote, qui ex ſua malitia celebrauit in peccato mortali: quia Tridentinum loquitur de Sacerdote celebrante vrgente neceſſitate; nam huiuſmodi ſacrilego noluit fortaſſe Conc. hoc præcipere, ne ei laqueum inijceret, perſuadens ſibi talem Sacerdotem non ſtatim expiaturum ſua peccata per Confeſſionem, quamuis imponeret ei præceptum; nam non timens Diuinum præceptum de præmittenda Confeſſione peccati mortalis ante ſumptionem Euchariſtiæ, nec Eccleſiaſticum verebitur.

Idem etiam aſſeritur de Sacerdote illo, qui celebrauit cum ignorantia peccati mortalis, cuius ante celebrationem, non meminit, ſed ſolum recordatus eſt poſt celebrationem: quia Conc. loquitur tantùm de celebrante vrgente neceſſitate non præmiſſa Confeſſione mortalis. *Ita Bonac. vbi ſupra.*

Digitized by Google

propoſito, ſi pœnitenti temporis opportunitas præſto ſit, tenetur ſe præſentare, vt conſtat in ſimili, in his, qui tenentur denunciare reos ad S. Tribunal Inquiſitionis, vt per *Lazarium canon. qq; quæſt.* 12. *n.* 71.

Quò ad ſecundùm itidem cenſeo, pœnitentem, qui prima opportunitate ſibi oblata non ſe præſentauit, non per hoc liberari à tali onere, ſed ſemper tali obſtringi obligatione, quouſque paruerit, fueritque abſolutus: & ratio ea eſſe videtur, tùm quia ex ſua tranſgreſſione nullum debet reportare commodum: tùm etiam quia, quando aliquid præcipitur ſimpliciter, & abſolutè, elapſa opportunitate non ceſſat obligatio, vt claret à ſimili in debitore non ſoluente termino conſtituto, vel tranſacta opportunitate, quem nullus per hoc excuſat ab obligatione ſoluendi debitum; nam terminus apponitur non ad finiendam obligationem, ſed ne differatur vlteriùs, & ſic intelligendum eſt ad propoſitum noſtrum præceptum præſentationis. Conſtat igitur ligamen iſtius obligationis pœnitentem ſemper tenere, quouſque obediuerit.

Verùm circa præceptum hoc duo ſunt notatu digna, quorum alterū
eſt, quòd non eſt neceſſe, vt pœnitens ſe præſentet intentione ſatisfacien- 5
di præcepto, ſed ſufficit, vt ſe præſentet cum intentione ſe præſentandi: ratio eſt, quia leges licet præcipiant opus fieri, non tamen præcipiunt fieri cum intentione implendi præceptum: illuſtro rem exemplo, Eccleſia præcipit auditionem Miſſæ in die feſto, non autem præcipit intentionem ſatisfaciendi præcepto per auditionem Miſſæ. *Bonac. de legib. q.*
1. pun. 10. 2. *prop. n.* 9. Alterum eſt, quòd pœnitens prædicto ſatisfacit 6
præcepto, quamuis ob verecundiam, vel timorem cadendi à bona opinione, ægrè, & inuitè ſe præſentet coram Superiore: ratio eſt, tùm quia iuxta *l. Si mater C. de inſtit. & ſubſtit.* modus non curatur, dummodo effectus habeatur: tùm etiam quia præceptum adimpleri poteſt, quamuis intercedat aliqua mala circunſtantia, vt contingit illi, qui audit Miſſam in die feſto ob vanam gloriam: tùm etiam quia præceptum non cadit ſupra circunſtantiam, ſeù finem; non enim præcipitur pœnitenti, vt libenter, & voluntariè ſe præſentet, ſed vt ſe præſentet: Inſuper præcep-
tum adimpletur quotiès fit, quod in illo exprimitur per modum imperij 7
exequendum. Verùm pro meliori intelligentia ſciendum eſt, præceptū interdùm non poſſe adimpleri niſi ſeruata circunſtantia, ſeù modo, ſub quo deberet adimpleri; & hoc contingit, quando modus eſt de intrinſeca ratione actus, vt attentio actualis, vel virtualis, dùm quis Diuinū perſoluit Officium: interdùm verò poteſt adimpleri præceptum abſque circunſtantia, ſeù modo, nimirùm, cum non eſt de intrinſeca ratione præcepti, vt conſtat in exemplo ſupra allato de audiente Miſſam in die feſto ob vanam gloriam.

Sed iam reſpondeamus rationi difficultatis ab initio propoſitæ. Aſſe- 8

timus

timus igitur propoſitam difficultatem nihil obſtare: nam aliquid dupliciter præcipi poteſt faciendum tali tempore, vel ob circunſtantiam temporis, vtporè, quia tale tempus ſpeciali modo Deo dicatum eſt, vel abſolutè præcipitur, ideſt non ſpectata aliqua temporis circunſtantia, ſed ne diutiùs differatur præceptum. Vbi aliquid præcipitur primo modo, elapſo tempore determinato, ceſſat obligatio; & tale eſt præceptum de audienda Miſſa in die feſto; idcircò elapſo tali die ceſſat obligatio. Ceterùm vbi aliquid præcipitur ſecundo modo, ſecùs dicendum eſt; & ſub hoc modo præcipitur pœnitenti, vt ſe præſentet Superiori; ideò non ceſſat obligatio tranſacta prima temporis opportunitate, quamuis ob hanc tranſgreſſionem peccauerit.

Vtrum verò prædictus pœnitens totiès peccet mortaliter, quotiès non
9 ſe præſentat oblata iterum opportunitate; difficile eſt deffinire, cum contrariæ reperiantur ſententiæ, vt patet in ſimili de illo, qui omittit præceptum Confeſſionis: veruntamen mihi probabilior videtur pars affirmatiua: quomodo enim fieri poteſt; vt aliquis teneatur quàm primũ ad præſentationẽ, & nihilominùs non peccet eam prætermittendo oblata iterùm opportunitate? alioquin dicendum eſſet, facientem contra præceptum in re graui, non peccare mortalitèr, quod profectò abſurdũ eſt. Videto *Bonac. in ſimili de Sacramentis diſp. 5. queſt. 5. pun. 4. num. 27. & 30.*

Cenſeo tamèn, pœnitentem, qui non ſe præſentauit Superiori, ſed
10 iterùm, pro neceſſaria cauſa adhuc auditus, & abſolutus fuit à non reſeruatis cum eodem onere ſe præſentandi Superiori pro reſeruatis, ſatiſfacere vtrique obligationi vnica vice, ſe præſentando, & petendo directam abſolutionem circa vtrumque caſum, quia poſſumus eodem tempore, eademque præſentatione ſatisfacere pluribus præceptis, quoties executio vnius non impedit executionem alterius, vt claret in ſimili de legibus. vide *Bonac. de leg. q. 1. pun. 9. prop. 3. num. 8. ex ſententia plurium DD. & puncto* 10. itidem in ſimili de ille, qui eodem ieiunio ſatisfacit Eccleſiæ præcipienti ieiunium, & voto de ieiunando tali die, & in illo, qui ſimul audit Miſſam, ac perſoluit horas Canonicas.

DI-

DISTINCTIO OCTAVA.

De poteſtate generali Confeſſariorum circa reſeruatos caſus, & cenſuras item reſeruatas, & facultate paſſiua pœnitentium caſibus reſeruatis, aut cenſuris itidem reſeruatis obſtrictorum.

Quia diſtinctio hæc reſpicit tum generalem Confeſſariorum poteſtatem, tùm paſſiuam pœnitentium facultatem, tùm etiam reſeruationem in ſe; idcirco meritò illam diſtinguimus in tres articulos; quorum primus erit de generali Confeſſariorum poteſtate: alter de paſſiua pœnitentium facultate: tertius verò de reſeruatione in ſe.

ARTICVLVS I.

De generali Confeſſariorum poteſtate tres continet difficultates, ſ.

1 *An Summus Pontifex cum in generali conceſſione caſuum reſeruatorum, & cenſurarum poteſtatem abſoluendi concedit in Iubileo, vel extra, cenſeatur etiam concedere facultatem circa cenſuras omnes, & caſus Epiſcopo reſeruatos.*

2 *An Confeſſarius, qui ab Ordinario obtinuit facultatem abſoluendi ab omnibus caſibus ipſi reſeruatis, à cenſuris etiam in eius tabella caſuum reſeruatorum generaliter nominatis, abſoluere poſſit.*

3 *An Epiſcopus concedens alicui facultatem abſoluendi ab omnibus caſibus, & cenſuris ſibi reſeruatis, illi inſimul impertiat facultatem diſpenſandi ſupra irregularitates, vota, iuramenta, & alia eius generis.*

ARTICVLVS II.

De paſſiua pęnitentiũ facultate duas cõtinet difficultates, ſ.

1 *An, ſi pęnitens ex alieno Oppido, & Epiſcopatu ad Eccleſiam alterius Epiſcopatus in die ſolemnitatis illius Eccleſiæ veniat, & ſuis compunctius:*

ctus peccatis velit ibi confiteri, & communicare, an, inquam, talis abſolui poſſit per Curatum talis Parochiæ, tàm à reſeruatis, quàm ab alijs ſuppoſita in Parocho facultate circa reſeruata.

2 *An pœnitens in Sacramento Pœnitentiæ abſolutus à cenſuris oblitis, ſiuè reſeruatis, ſiuè non per Sacerdotem habentem facultatem circa ipſas, teneatur iterum illas exprimere, ſi qua non expreſſa occurrerit memoriæ v. g. ſi ligatus tribus cenſuris fecit ſe abſoluere à duabus tantùm non habens memoriam alterius.*

ARTICVLVS III.

De reſeruatione in ſe vnicam continet difficultatem, vz.

1 *An caſuum, ac cenſurarum reſeruatio auferatur, cum pœnitens coram Confeſſario facultatem habente circa caſus reſeruatos, inualidam facit Confeſſionem.*

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA.

An Summus Pontifex cum in generali conceſſione caſuum reſeruatorum, & cenſurarum abſoluendi poteſtatem concedit in Iubilæo, vel extra, cenſeatur etiam cõcedere facultatem circa cenſuras omnes, & caſus Epiſcopo reſeruatos.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia Principum ſunt latiſſimè interpretanda.*

2 *Papa quando ſuos concedit caſus, ſuas quoq; cenſuras, quæ comitantur caſum, concedit.*

3 *Conceſſis excommunicationibus Papæ, non conceduntur excommunicationes Bullæ Cœnæ.*

4 *Conceſſis caſibus, & excommunicationibus Papalibus, non conceduntur caſus, nec cenſuræ Epiſcopales.*

5 *Quibuſdam videtur, ſublata excommunicatione Papæ, ſublatã eſſe etiam excommunicationem Epiſcopalem.*

1 Difficultatis ratio eſt, quia beneficia Principum ſunt latiſſimè interpretanda *l. penul. ff. de conſtit. Princip. cum simil.*

2 Difficultati occurritur reſpondendo negatiuè, nimirùm, quod per

per generalem conceſſionem non cenſetur Summum Pontificem concedere poteſtatem ſupra quaslibet cenſuras. Exempli gratia ſupra cenſuras
Bullæ Cænæ, niſi de illis mentio fiat: itidem non cenſetur concedere caſus 3
Epiſcopales, niſi de ipſis in conceſſione expreſſa fiat mentio; & ratio eſt,
tum quia in generali conceſſione non veniunt ea, quæ non eſſet quis veri- 4
ſimiliter conceſſurus, ſi ſpecialiter peterentur, *Cap. In generali, de reg. iur. in 6.* tùm etiam quia cum Papa prædictam concedit facultatem, non intendit derogare ſtatutis, & conſuetudinibus, particularium locorum *Cap. 1. de Conſtit. in 6.* præterea quia inoleuit conſuetudo, vt de caſibus Epiſcopalibus fiat mentio in Bullis, vt ſatis conſtat ex plenarijs Iubilæis, in quibus ſpecialis mentio fieri ſolet de caſibus prædictis ad deſignandum, quòd ſi non adderetur clauſula particularis, nemo ab illis abſoluere poſſet: concluditur itaque ex prædicta generali conceſſione non poſſe quempiam à reſeruatis Epiſcopo abſolutionem impertire; videtur tamen quibuſdam vſu indiſtinctè interpretatum .ſ. ſublatam eſſe reſeruationem,
& cenſuram Epiſcopalem ſublata Papali. *Nauar. in Manu. cap. 27. de* 5
caſib. reſer. num. 255.

Nec obſtat difficultas obiecta, quia quamuis beneficia Principũ ſint latiſſimè explicanda; hoc tamen intelligendum eſt, niſi ratio refragetur, vel niſi aliud poſcat conſuetudo rationabilis, & præſcripta *Ita Thomas de Thomaſettis reg. 57.* vel alitèr, & veriùs prædicta conceſſio generalis eſt potiùs priuilegium, quàm beneficium; priuilegium autèm cum recedat à iure communi, eſt odioſum ratione receſſus; ideò reſtringi debet *Cap. 1. & 2. de fil. presb. in 6. cap. Odia de reg. iuris in 6.*

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An Confeſſor, qui ab Ordinario obtinuit facultatem abſoluendi ab omnibus caſibus ipſi reſeruatis; à cenſuris etiã in eius tabella caſuum reſeruatorum generalitèr nominatis abſoluere poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione caſuum reſeruatorum interdùm veniunt cenſuræ.*
2 *Quædam cenſuræ Epiſcopales ſunt à caſibus diſtinctæ.*
3 *Quædam ſunt caſibus coniunctæ.*
4 *Quæ cenſuræ non concedantur, cum conceduntur caſus.*
5 *Quæ cenſuræ concedantur, cum conceduntur caſus.*
6 *Conceſſo abortu, conceditur excommunicatio illum concomitans.*

O 7 Si

7 *Si illegitimus diſpenſatur ad Epiſcopatum, diſpenſatur ſimul ad presbyteratum.*

8 *Moderatio Bullæ contra cauſantes abortum fœtus animati.*

Ratio difficultatis eſt, quia in tabella caſuum reſeruatorum interdùm
1 proponuntur cenſuræ, & appellatione caſuum reſeruatorum veniunt, vt in primis videre eſt apud tabellã Ordinarij Diœceſis Bergomi.
2 Ante reſponſionem notandum eſt, cenſuratum Epiſcopalium quaſdã eſſe diſtinctas à caſibus, quamuis nomine caſus reſeruati appellentur,
3 vti eſt illa, de qua in Canone *Si quis ſuadente Diabolo*. Quædã verò ſunt caſibus coniunctæ, vt illa, quæ abortum fœtus animati ſequitur. Habita hac diſtinctione, reſpondetur, quòd cenſuræ (loquendo de illis, quæ caſibus reſeruatis non ſunt coniunctæ) per conceſſionem caſuum
4 tabellæ minimè conceduntur; & ratio eſt, quia caſus, & cenſuræ, hoc modo ſumptæ ſeparantur ab inuicem, & ſunt diuerſæ; à diuerſis autem non fit illatio *Cap. Ad audientiam de Decimis* ita ex *Nauar. cap. 27. num. 261. Sanchez in ſumma lib. 2. cap. 11. num. 1. Bonacin. de cenſ. diſp. 1. quaſt. 3. pun. 1. prop. 3. num. 4. Clau. regia lib. 1. cap. 1. num. 5. & alij.*

Si dicas. Eum, qui obtinuit facultatem abſoluendi à caſibus Summo Pontifici reſeruatis, poſſe abſoluere etiam à cenſuris illi reſeruatis: ergò à ſimili, qui obtinuit facultatem abſoluendi à caſibus Epiſcopo reſeruatis, poterit etiam abſoluere à cenſuris illi reſeruatis. Reſpondetur, quòd non eſt ſimilis ratio hinc, & inde: nam peccata Summo Pontifici reſeruata cenſentur illi reſeruata ſolum ratione cenſuræ; hinc ſublata cenſura, quilibet Sacerdos approbatus poteſt ab illis abſoluere, quamuis non habeat facultatem abſoluendi à cenſuris, & caſibus reſeruatis: peccata verò Epiſcopo reſeruata cenſentur illi reſeruata, non ſolum ratio-
5 ne cenſuræ, ſed etiam ratione grauitatis peccati; ideò cum non ſit ibi eadem ratio, nec idem ius eſſe debet *l. illud ff. ad legem Aquiliam, cum ſimilibus*. Cæterùm loquendo de illis cenſuris, quæ ſunt coniunctæ caſibus, reor Epiſcopum in conceſſione omnium caſuum illas inſimul cõcedere: nàm fruſtra concederet caſum illum, qui ſemper cenſuram habet annexam, niſi inſimul concederet etiam cenſuram, vt docet *Suarez de cenſu. diſp. 7. ſect. 4. num. 13.* Exempli gratia Epiſcopus concedens
6 alicui facultatem abſoluendi ab abortu, ſequuto effectu, illi quoque cõcedit facultatem aabſoluendi ab excommunicatione ſibi reſeruata, cum ſine tali facultate non poſſit Confeſſor licitè abſoluere à tali caſu, niſi priùs præmittat abſolutionem à cenſura: qui .n. vult conſequens, vult, & neceſſarium antecedens; nàm aliquo conceſſo, ea omnia intelliguntur conceſſa, ſine quibus eo commodè vti non poſſumus, *l. verbo victus ff. de verb. ſig. l. Legatis ff. de Aliment. & cib. legat. cum ſuis concord.*

iti-

Digitized by Google

itidẽ principale trahit ad ſe acceſſoriũ *l. Cũ principalis ff. de reg. iur. cap. Acceßoriũ de reg. iur. in 6.* quæ quidẽ regula procedit in coniunctis, vt eſt in prędicto caſu de abortu, cui ſẽper cenſura, ſequuto effectu, eſt coniuncta.

Hæc eadem veritas claret etiam in ſimili; licet .n. diſpenſationes, quæ ſunt contra ius, ſint odioſæ, & reſtringendæ *Cap. 1. & 2. de fil. presb. lib. 6.* tamèn ſi eſt diſpenſatum cum illegitimo, quòd poſſit habere
Epiſcopatum, intelligitur etiam in neceſſariũ antecedens diſpenſatum cũ 7
eo, nempè quòd poſſit ad presbyteratum ordinari, quia ſine ordine Sacerdotali non poteſt eſſe Epiſcopus. *Ita Euerar. in topic. iur. loco à conceſſione conſequentis ad conceſſionem antecedentis*: quæ regula ad dicta Doctorum ſubſiſtit in his, quæ pendent ex noſtra voluntate; & ſic eſt in propoſito, cum conceſſio caſus abortus fœtus animati pendeat à voluntate Epiſcopi.

Verùm notandum eſt, excommunicationem contra omnes abortum
fętus animati cauſantes fuiſſe olim reſeruatam Papæ, à Sixto V.; ſed 8
poſtea Gregor. XIV. illam conceſſiſſe Epiſcopis, & Ordinarijs locorum, vt per ſe, & per quoſuis Confeſſores ad hoc ſpecialiter per ſe deputatos, poſſint ab hac excommunicatione abſoluère, vt obſeruat *Memoriale ſciendorum à Cleric. in Catalogo Excom. cap. 10. Excom. 7. & Say. apud ipſum lib. 3. cap. 35. n. 24.*

Vnum aliud quoque obſeruandum eſt, quòd, & ſi in tabellã caſuum reſeruatorum abortus fœtus animati criminoſe cauſati relatus non eſſet; tamen non poſſet quiuis ab eo abſoluere: quia, vt ſupra retuli, per Gregor. XIV. ijs tantum Sacerdotibus conceditur, qui fuerint per Epiſcopum ſeù Ordinar. locorum deputati ſpecialiter: ita *Comitol. in ſuis reſponſ. moral. lib. 1. q. 25. n. 13.*

DIFFICVLTAS TERTIA.

An Epiſcopus concedens alicui facultatem abſoluendi ab omnibus caſibus, & cenſuris ſibi reſeruatis, illi inſimul impertiat facultatem diſpenſandi ſupra irregularitates, vota, iuramenta, & alia id generis.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitates, vota, & iuramenta, largè ſumpto vocabulo appellatione caſuum veniunt.*

2 *Propriè loquendo caſus à cenſuris diſtinguuntur.*

3 *Epiſcopo concedente facultatẽ abſoluendi ab homicidio, non conceditur facul-*

facultas diſpenſandi ſuper irregularitate.

4 *Non valet ſimilitudo allata.*

5 *Conceſſa ab Epiſcopo facultate abſoluendi ab omnibus caſibus, non concedit extraordinariam auctoritatem ſibi conceſſam.*

1 RAtio difficultatis eſt; quia irregularitates, vota, & iuramenta, extenſo nomine, appellatione caſuum veniunt. Ad difficultatem
2 reſpondetur negatiuè; ratio eſt, quia propriè loquendo prædicta non ſunt caſus, nec cenſuræ, & ob hanc cauſam ab illis ad hæc non valet illatio, ſicut nec è contra. *Capeau. de caſib. reſer. cap. 4. diff. 3. poſt Nauar. cap. 27. num. 261.*

Item quando Confeſſori per Epiſcopum, ſeu Ordinarium conceditur facultas abſoluendi ab homicidio voluntario (quod in tabella caſuum reſeruatorum Bergomi eſt ordine octauum) per hanc conceſſionem non
3 conceditur illi facultas ad diſpenſandum circa irregularitatem, faciunt adducta per *Capeau.* per *Nauar. loco citato*, & per *Sayrum in Claui lib. 1. cap. 1. num. 5.*

Dices, conceſſo caſu abortus fœtus animati conceditur excommunicatio, vt ſupra probatum fuit: ergo à ſimili conceſſo homicidio con-
4 ceditur irregularitas. Reſpondetur negando ſimilitudinem: quia abſolutio ab excommunicatione abſolutioni à peccatis eſt neceſſario præambula: quod ſecus eſt de diſpenſatione irregularitatis, cum non pertineat ad abſolutionem peccati.

Itidem not. quando Epiſcopus omnimodam ſuam facultatem in audiendis confeſſionibus alicui concedit, non cenſetur tali illam conceſſiſ-
5 ſe, quam ipſe habet extraordinaria auctoritate ob imminentem neceſſitatem. Ex gratia Epiſcopus poteſt diſpenſare in voto ſimplici perpetuæ caſtitatis vrgente neceſſitate, vtpotè, cum magnum incontinentiæ periculum immineret, nec foret facilis aditus ad Summum Pontificem, ratione paupertatis, vel ob aliam cauſam, hæc autem facultas non intelligitur tribui confeſſario per illam omnimodam facultatem in audiendis confeſſionibus ſibi per Epiſcopum conceſſam. iuxta *reg. In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus. de reg. iur. in 6. reg. 81.*

ART.

ART. II. DIFFICVLTAS PRIMA.

An, ſi pœnitens ex alieno Oppido, & Epiſcopatu ad Eccleſiam alterius Epiſcopatus in die ſolemnitatis illius Eccleſiæ veniat, & ſuis compunctus peccatis velit ibi confiteri, & communicare, an, inquam, talis abſolui poſſit per Curatum talis Parochiæ, tàm à reſeruatis, quàm ab alijs, ſuppoſita in Parocho facultate circa reſeruata.

SVMMARIVM.

1 *Curatus Confeſſionem non Parochiani excipere poteſt, ſi ipſe Chriſti Corpus in Parecia ſua ſumere vult.*
2 *Parochianus præſumitur habere tacitum conſenſum ſumendi Chriſti Corpus in alterius Parecia.*
3 *Malitijs hominum leges non ſuffragantur.*
4 *Curati in confinib duorum Epiſcopatuum, quando ſe inuicem adiuuare poſſint in Sacramentorum adminiſtratione.*
5 *Curati conſuetudinem abſoluendi homines alterius Diœceſis introducere poßunt.*
6 *Duæ conditiones copulatiuè requiruntur ad validam ratihabitionem.*

DIfficultatis ratio eſt; quia huiuſmodi pœnitens nō eſt ſubiectus Parocho; nec Epiſcopo illius loci; vbi ipſe Sanctum Chriſti Corpus ſumere vult.

Difficultati occurro, diſtinguendo cum *Poßeuino de Offic. Curati cap.7.* ſic, vel pœnitens iſte accedit ſolummodo, vt confiteatur, & ſic exiſtimo, non eſſe abſoluendum; quia Curatus non habet auctoritatem niſi ſuper 1
ſuos, qualis non eſt iſte; Cæterùm ſi pœnitens vult non ſolum confiteri, ſed etiam Euchariſtiæ Sacramentum ſuſcipere, poterit illum audire, atque abſoluere; & ratio eſt, tū quia iſte non videtur fugere iudicium ſui Parochi; tum etiam quia quandam habet peregrini rationem, quia ex ſaltèm tacito conſenſu ſui Prælati accipit Sacramentum, in quemcūque locum inciderit; tum etiam quia teſte *Poſſeu. loco citato*, talis eſt vniuerſalis praxis, ne quis ſuæ deuotionis fructum amittat. 2

Aduertat tamen vnuſquiſque, quòd malitijs hominum leges non indulgent, & quod bonę fidei cōtrarius eſt dolus *l. Si dolo, C. de reſcind. vend.* 3

Nec obſtat ratio difficultatis ab initio obiecta: quia Curatus vnius Epiſcopatus poteſt abſoluere homines alterius Epiſcopatus, & alteriu 4
Curæ

Curæ vicinæ, ſi id fiat ex conſuetudine ſcita, & approbata ab Epiſcopis, & Parochis *Azor. pri. par. lib. 5. cap. 19. verſ. nulla conſuetudo*.

Inſuper Curati in confinio duorum Epiſcopatuum poterunt ſe inuicem iuuare in adminiſtratione Sacramentorũ ſcientibus, & tacentibus Epiſcopis, aliàs non. *Ita Suarez de pœnit. tom. 4. diſp. 28. ſect. 4. n. 19.*

Præterea cenſeo probabiliter cum *Poſſeu. loco citato*. Curatum ſine
5 peccato poſſe introducere conſuetudinem propoſitam. Verùm notandũ, quòd id non eſt audire non ſubditum ſub ſpe ratihabitionis de futuro, quæ eſt illicita.

Item notandum quod ad ratihabitionem validam hæ duæ ſequentes requiruntur conditiones, quarum altera eſt, quòd ratihabitio ſit de præſenti, .i. vt nunc per rationabiles coniecturas dignoſcatur proprium Sacerdotem contentari: altera eſt, quòd, quandò Confeſſario certioris iuriſdictionis non eſt copia, aliqua abſoluendi intercedat neceſſitas, ſicut in propoſito, cum vult pœnitens ſumere ſacram Sinaxim. *Syluest. verb. confeſſ. 1. q. 6. num. 8. Suarez de Pœnitentia diſp. 2. ſect. 2. num. 13. Poſſeu. de Offic. Cur. cap. 7. num. 10.*

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An pœnitens in Sacramento Pœnitentiæ abſolutus à cenſuris oblitis, ſiuè reſeruatis, ſiuè non, per Sacerdotem habentem facultatem circa ipſas, teneatur iterùm illas exprimere, ſi non expreſſa occurrerit memoriæ, v. g. ſi ligatus tribus cenſuris fecit ſe abſoluere à duabus tantùm, non habens memoriam alterius.

SVMMARIVM.

1 *Peccata oblita in Sacramento Pœnitentiæ per accidens tolluntur.*

2 *Attendendum eſt, an pœnitens expreſſe procurauerit omniũ cenſurarum abſolutionem.*

3 *Duo requiruntur ad auferendam cenſuram .ſ. poteſtas, & intentio.*

4 *Qua cautela vti debeant pœnitentes inter confitendum.*

5 *In ſententia quorundam DD. ad confitendum tum cenſuras reſeruatas oblitas, tum caſus item reſeruatos, ſufficit confiteri habenti facultatem.*

6 *Præſumitur Confeſſarium habuiſſe intentionem abſoluendi.*

7 *Peccatum cenſuræ ſubiectum ſemper confiteri debet, ſi reuocatur ad memoriam.*

Diffi-

Digitized by Google

DIfficultatis ratio eſt, quia peccata oblita in Sacramento Pęnitentiæ mediante abſolutione Sacramentali non tolluntur per ſe, ſed tantùm per accidens, & concomitanter, propter quod neceſſe eſt, iterùm eorum abſolutionem petere, ſi ad memoriam redeant, vt teſtatur *Suarez loco infracit.*; ideò videtur in ſimili idem eſſe dicendum de cenſuris. 1

Occurritur difficultati cum diſtinctione, vel pęnitens ligatus prædictis cenſuris procurauit abſolutionem tantum expreſſarum: vel expreſſarum, & quarumcumque quibus fortaſſe irretiebatur. Si primo modo fuit abſolutus, tenetur iterùm adire Superiorem pro abſolutione alterius; 2
ratio eſt, quia forma abſolutionis non operatur vltra intentionem proferentis, & actus agentium non operantur vltra intentionem eorum, *l. Non omnis ff. Si certum petatur. & cap. fin. de præb.* quod ſatis de ſe claret, quia Confeſſor habuit tantùm intentionem auferendi illas ſibi propoſitas, velut pęnitens petebat, vt ſuppono.

Cæterum, ſi ſecundo modo pęnitens fuit à cenſuris abſolutus, ſecus dicendum eſt, nempè quòd non tenetur, nec adire Superiorem, neque aliam procurare abſolutionem; ratio eſt; tùm quia in illa generali abſolutione comprehenduntur reliqua ſcilicet oblita: tùm etiam quia ſi nō remaneret abſolutus, ſequeretur cautelam illam, qua vſus eſt faciendo ſe per Confeſſorem abſoluere à quibuſcumquè cenſuris poterat, nihil operari, quod non eſt dicendum, cum verba debeant aliquid operari, maximè quando ponuntur pro forma *l. 1. ſ. Hac autem verb. ff. Quod quiſque iuris. Zerolla in Praxi de Sacram. Pœnit. cap. 13. quæſ. 19. Suarez tom. 5. diſp. 7. ſect. 6. Bonac. de cenſ. diſp. 1. q. 3. pun. 6. num. 6. & alij.* tùm præterea, quia cenſuræ in tantum ſunt manifeſtandæ, in quantùm opus eſt, vt auferantur; Si igitur interdùm aliquo modo ſublatæ fuerint, non eſt neceſſe eas oblitas exprimere in Sacramento Pęnitentiæ, maximè quia Confeſſarius tenetur abſoluere pęnitentem, quantùm poteſt, etiam reſpectu cenſurarum, & præcipuè excommunicationis; cum abſolutio peccatorum nequeat abſquè iuſta cauſa impendi excommunicato: hæcquè intelliguntur duobus ſuppoſitis; primum, quòd Confeſſarius habeat facultatem circa cenſuras. Secundum, quòd 3
habuerit intentionem illas auferendi, velut præſumere debemus.

Hæc eadem doctrina afferri poteſt reſpectu caſuum reſeruatorum, ſi pęnitens vſus eſt cautela illa, de qua ſupra, petendo, vt abſolueretur à quibuſcumquè reſeruatis, quibus fortaſſè detineretur; nam ſic remanet 4
abſolutus etiam à non confeſſis, in hoc ſenſu, vt poſſit deindè abſolui ab illis caſibus reſeruatis, quos ipſe immemor habebat, etiam per Confeſſores non habentes facultatem circa caſus reſeruatos.

Quinimmo in ſententia *Emanuel Sà verb. Confeſſio nu. 5. Nauar. cap. 26. num. 13. Angeli verb. Confeſſio primò num. 22. Syluest. Confeſſio primò quæſito 4.*

quæſito 4. Bonac. de Sacram. diſp. 5. q. 7. pun. 5. §. 3. n. 2. & aliorum apud
ipſum. pęnitens caſus reſeruatos, & cenſuras habens, ſi ſua confiteatur
peccata Confeſſori cenſurarum reſeruatarum, & caſuum item reſerua-
torum habenti facultatem, remanet abſolutus, tùm à cenſuris reſerua-
tis, tùm à caſibus itidem reſeruatis iuxta ſenſum paulò ſupra allatum;
6 modò Confeſſarius intentionem habuerit à prædictis abſoluendi, etiam
ſi pęnitens expreſſe, & explicitè abſolutionem à prædictis non petierit;
ratio eorum eſt, tùm quia, ſi pęnitens non petat explicitè abſolutionem
generalem; illam tamen implicitè, & interpretatiuè petit, quatenùs ac-
cedit ad Confeſſarium, vt ab ipſo abſoluatur, in quantum poteſt: tùm
quia cenſendum, Confeſſorem velle fauere pęnitenti, in quantum po-
teſt. Opinio iſtorum eſt probabilis, ſed tutius erit, vt pęnitens, dùm
confitetur Confeſſario habenti auctoritatem, petat abſolutionem à re-
ſeruatis, & à cenſuris ad cautelam, ſi videlicèt aliquo peccato reſeruato
vel cenſura obſtrictus fortè teneatur. vide *Bonac. de Sacram. diſp. 5. q.*
7. §. 5. num. 4.

Nec reſolutioni obſtat difficultas ab initio obiecta, quia iudicium
Sacramentale, in quo datur abſolutio peccatorum, per ſe requirit inte-
gram cauſæ cognitionem, eò quòd ordinetur ad internam ſalutem, &
curationem animæ, & ad ſatisfactionem Diuinæ offenſionis; & ideò
per ſe eſt inſtitutum iure Diuino, vt omnia peccata mortalia clauibus
ſubijciantur; non eſt autèm tale præceptum Eccleſiaſticum de cenſuris
impoſitum; quia abſolutio à cenſura per ſe non habet alium effectum,
neque ad alium finem intrinſecè ordinatur, niſi ad tollendum illud in-
trinſecum impedimentum, & ideò, quacumquè ratione auferatur ab
eo, qui ſufficientem habet poteſtatem, non manet alia obligatio. Item
qui nullo modo confeſſus eſt, non poteſt generaliter abſolui à peccatis
ſub ea conditione tacità, vel expreſſa .s. *Si indiges:* abſolutio verò à
cenſuris poteſt hoc modo dari, vt conſtat ex vſu. Et ideò de cenſuris
omninò ignotis iudici datur facultas; ſolumque requiritur, vt is, qui
abſoluitur, moraliter cenſeatur capax talis abſolutionis, ſi illa indiget.
Ita Suarez loco citato num. 18. & 19. qui addit, quòd etiam valida
eſſet abſolutio, ſi quis peteret abſolutionem à cenſura, non declarando
ſe habere illam in particulari, ſed Confeſſor, ſeu Iudex in foro pœni-
tentiali non rectè vtitur ſua poteſtate, niſi in particulari cognoſcat cau-
ſam cenſuræ.

Obſeruandum tamèn eſt, quòd pœnitens debet confiteri peccatum
7 cenſuræ ſubiectum, oſtendendo eius grauitatem, etiam ex cenſura,
quamùis ampliùs non indigeat cenſuræ abſolutione.

ART.

ART. III. DIFFICVLTAS VNICA.

An caſuum, ac cenſurarum reſeruatio auferatur, cum pœnitens coram Confeſſario facultatem habente circa caſus reſeruatos, inualidã facit Confeſſionem.

S V M M A R I V M.

1 *Tempore Iubilæi requiritur confeſſionis validitas ad auferendam reſeruationem.*
2 *Ex duabus cauſis præcipuè confeſſio extat inualida.*
3 *Reſeruatio criminum fit ad hoc, vt Superior de illis iudicium ferat.*
4 *Sacramentum Pœnitentiæ interdum producit effectum abſolutionis reſeruationis, non producto effectu gratiæ.*
5 *Confeſſio interdum eſt informis, ſed tamen eſt valida.*

DIfficultatis ratio eſt; tùm quia iuxta probabiliorem ſententiam
tempore Iubilæi Confeſſione exiſtente inualida, reſeruatio non 1
tollitur; tùm etiam quia non præſtat effectum, quod de iure
non ſubſiſtit. *Cap. non præſtat, de reg. iur. in 6.*

Ante reſponſionem, quædam prænotanda ſunt. Quorum primum eſt,
quod hic non ſolum loquimur de illo, qui facit Confeſſionem inualidã
coram Superiore; ſed etiam de illo, qui facit illam inualidè coram
habente facultatem caſuum reſeruatorum, aut cenſurarum, aut ambarum
inſimul delegatam.

Secundum eſt; nos loqui de pœnitente, qui extra Iubilæi tempus
confitetur.

Tertium eſt, Confeſſionem eſſe interdum inualidam defectu contri- 2
tionis, aut attritionis: interdũ verò eſſe inualidam, quia in ipſa culpabilitèr,
& malitioſè prætermiſſum eſt peccatum reſeruatum.

His ſuppoſitis cum diſtinctione reſpondendum eſt. Aut Confeſſio eſt
inualida propter defectum confeſſionis ipſius reſeruati, ſ. quia non fuit
peccatum reſeruatum in Confeſſione ſufficientèr explicitum, & in hoc
caſu non eſt ſublata reſeruatio; quia non fuit ſatisfactum intentioni Superioris;
aut eſt inualida ob alias cauſas, nimirùm ex defectu contritionis,
aut attritionis, & ſic extat ſublata; quia, quamuis deficiat contritio,
aut ſufficiens attritio; fuit tamen crimen ſufficienter explicatum
coram habente poteſtatem. & horum diuerſitatis ratio eſt; quia ideò
reſeruantur, vt Superior audiens iudicium de illis ferat, & condignam
ſatisfactionem imponat; quæ ſufficienter facere non potuit, ſi reſeruata 3

peccata ipſi inſufficientèr fuerunt explicata, & ideò Confeſſio tunc redderetur inualida; in ſecundo verò caſu hoc iam ſufficienter factum eſt, cum peccatum reſeruatum fuerit ſubiectum iudicio iudicis. *Ita Megalus par. 1. inſtit. peregr. cap. 13. num. 32.*

Nec reſolutioni obſtat ratio difficultatis prima, aut ſecunda. non prima, quia tempore Iubilæi, non conceditur abſolutè facultas abſoluendi à prædictis quoslibet pœnitentes; ſed verè pęnitentes, vt teſtatur *Bonac. de Sacram. diſp. 5. queſt. 7. pun. 5. §. 5. num. 9. contra Naldum ver. abſolutio à peccatis num. 13.* ſentientem, quod etiam tempore Iubilæi auferatur reſeruatio, quamuis adſit defectus circa contritionem, aut attritionem, dummodò pœnitens nõ omittat confiteri peccata reſeruata.

Item non obſtat ſecunda ratio: quia, quamuis Sacramentum Pœnitentiæ, quandò confeſſio eſt inualida, non producat effectum remiſſio-
4 nis culpæ; præſtat tamèn effectum ablationis reſeruationis.

Verùm notandum eſt, Confeſſionem interdùm eſſe informem, ſed
5 tamèn validam, vt ſi quis nec veram attritionem, nec contritionem habeat, & bona fide putans ſe harum alteram habere accedit ad Pœnitentiæ Sacramentum, & in hoc quoquè caſu à fortiori arguendo aſſerendum eſt reſeruationem auferri. *Becanus in ſimili de Sacram. Eucharistiæ part. 3. queſt. 1. num. 5.*

DISTINCTIO NONA.

De poteſtate Confeſſarij, & onere pœnitentis circa mortis articulum reſpectu reſeruationis.

Diſtinctio huiuſmodi reſpicit primò Confeſſariorum poteſtatem, deindè onus pœnitentis, poſtremò articuli mortis intelligentiam, hinc eſt, quod ipſa diuiditur in tres articulos: primus eſt de Confeſſariorum poteſtate; alter erit de onere pœnitentis; tertius de intelligentia articuli mortis.

Digitized by Google

ARTICVLVS I.

De Confeſſariorum poteſtate quatuor continet difficultates, ſ.

1 *An cuiuis Confeſſario pœnitentem in articulo mortis exiſtentem diſpenſare liceat in votis, iuramentis, vel inhabilitate, aut irregularitate; ſicut eis licet à cenſuris, & caſibus reſeruatis ipſum abſoluere.*

2 *An initiatus tantum prima tonſura poſſit in articulo mortis abſoluere à cenſuris abſente Sacerdote.*

3 *An ſimplex Sacerdos, qui Confeſſionem conſtituti in articulo, aut periculo mortis audire cœpit, adueniente ante abſolutionem Confeſſario approbato poſſit Confeſſionem cœptam perficere.*

4 *An in caſibus reſeruatis Pontifici, quando ratione articuli, vel periculi mortis non eſt recurſus ad ſummum Pontificem, ſit adeundus Epiſcopus, ſi eius copia haberi poteſt; vel poſſit quicunque Confeſſarius expoſitus abſoluere.*

ARTICVLVS II.

De onere pœnitentis quinque amplectitur difficultates, vz.

1 *An abſolutus in articulo mortis, ſeu periculo à caſibus reſeruatis, ab eo, qui iure cõmuni abſoluere non poterat, tranſacto periculo, ſuum Ordinarium, qui caſus ſibi reſeruauerat, adire teneatur.*

2 *An pœnitens, qui per ſimplicem Confeſſarium ratione periculi mortis ab excommunicatione reſeruata abſolutus fuit, iam euaſo periculo teneatur ſtatim phyſicè Superiori ſe præſentare, ne in eandem ſpecie excommunicationem reincidat, an ſufficiat ſtatim moraliter.*

3 *An pœnitens, qui per ſimplicem Confeſſarium in articulo mortis ab excommunicatione reſeruata abſolutus fuit abſque mandato præſentandi ſe Superiori, excuſetur à reincidentia, non ſe præſentando.*

4 *An obligatus ad ſe præſentandum, ceſſante impedimento, ſatisfaciat ſe per procuratorem præſentando.*

5 *An impeditus, ſ. qui per ſe comparere nequit, teneatur per procuratorem.*

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

De intelligentia articuli mortis vnicam continet difficultatem, nempè.

1 *An articulus, aut periculum mortis, in quo omnis ceſſat reſeruatio, intelligatur tantum, quando mors imminet ex cauſa intrinſeca, & naturali, vt accidit in morbis lethalibus; an etiam procedat, cum imminet mors ex cauſis extrinſecis, vt ſi quis eſſet mortis ſupplicio damnandus.*

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA.

An cuiuis Confeſſario pœnitentem in articulo mortis exiſtentem diſpenſare liceat in votis iuramentis, vel inhabilitate, aut irregularitate, ſicut eis licet à cenſuris, & caſibus reſeruatis ipſum abſoluere.

SVMMARIVM.

1 *Pro articulo mortis Confeſſario conceditur facultas remouendi per abſolutionem, quæ cœli aditum occludunt.*
2 *Non conceditur facultas diſpenſandi in votis, &c.*
3 *Irregularis in articulo, aut periculo mortis non diſpenſatur in irregularitate.*
4 *Non licet Confeſſario in articulo mortis abſoluere Clericum à ſuſpenſione.*

RAtio difficultatis eſt, quia in tali caſu videtur cuilibet Sacerdoti conceſſa eſſe facultas, quæ prius erat denegata.

Huic difficultati occurrēdo reſpondetur negatiuè, & ratio eſt;
1 quia nil amplius in tali articulo Confeſſarijs cōceditur, quàm abſolutio abillis ligaminibus, quæ cœli aditum occludere poſſunt; ſed ex hac vita decedere cum votis, iuramentis, & alijs huiuſmodi impedimentis Pa-
2 radiſi ingreſſum non impedit; ideò illis non conceditur talis diſpenſatio: quarè ſi coniux ratione inceſtus eſſet inhabilis ad petendum debitum; vel ſi quis Clericus eſſet irregularis, ob periculum, vel articulum mortis ab

ab huiuſmodi vinculis abſolui non poſſet. ratio ? quia ex illis cœli aditus non impeditur, nec Sacramentorum ſuſceptio, nec Eccleſiaſtica ſe- 3
pultura interdicitur, à quibus neminem excludi debere *Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7.* intendit. *Ita Homob. in comment. de exam. Eccl. tract. 5. cap. 27.* qui quamplures allegat DD. pro hac veritate aſtruenda.

Itidem, & ob eandem rationem non licet cuique Confeſſario Cleri- 4
cum in mortis articulo exiſtentem abſoluere à ſuſpenſione ab ordine, vel officio, quia abſque abſolutione ab huiuſmodi ſuſpenſionibus cœli aditus poteſt illi patere. *Homob. vbi ſupra.* nec reſolutioni vllo modo
obſtat ratio difficultatis; quia non eſt ſimilis ratio hinc, & inde, de 5
facultate abſoluendi à peccatis, & cenſuris; & de facultate diſpenſandi vota, &c. à diuerſis autem non fit illatio: nam per peccata, & cenſuras clauditur cœlum, vt de ſe conſtat, quod ſecùs eſt per vota, iuramenta, inhabilitates, aut irregularitates.

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An initiatus tantùm prima tonſura poſſit in articulo mortis abſoluere à cenſuris abſente Sacerdote.

SVMMARIVM.

1 *Ius multum fauet articulo mortis.*
2 *Probabile eſt Papam velle pro poſſe iuuare in extremo exiſtenti.*
3 *In ſententia Henriquez, etiam Clericus ſolo Clericali caractere inſignitus, poteſt moribundo impertire indulgentias ſuarum Bullarum.*
4 *Qui in articulo mortis nequit confiteri, habetur pro confeſſo.*
5 *Communis ſententia negat Clericum ſolum prima tonſura initiatum poſſe in articulo mortis abſoluere ab excommunicatione.*

RAtio difficultatis eſt; quia ad abſoluendum à cenſuris requiritur iuriſdictio, quam initiatus ſolummodò prima tonſura non videtur habere.

Ad difficultatem reſpondent nonnulli affirmatiuè; quorum ratio eſt,
tùm quia illi articulo temporis tam calamitoſi ius multum fauet, vt de 1
ſe conſtat, cum concedatur tunc cuilibet Sacerdoti facultas abſoluendi ab omnibus cenſuris, & peccatis; ideò cum manifeſtum ſit, Summum
Pontificem poſſe concedere facultatem abſoluendi ab omnibus cenſuris 2
Clerico tantũ prima tonſura initiato, etiam extra articulum mortis; ideò inquam, tali facultatem probabilitèr videtur concedere, ſaltèm pro illo
articulo; maximeq; quia ſupponere debemus, mentem vniuerſalis Pa- 3

tris, ac Paſtoris, s. Summi pontificis eſſe pro eius poſſe, vt ſuas iuuet oues in illa extrema neceſſitate conſtitutas: ita ſentit *Henriquez lib. 3. de pœnit. c. 9. num. 3. apud Homob. in commentarijs de exam. Eccleſiaſt. tract. 5. quæſt.* 27.

Quinimmò addit *Henriquez loco citato*, talem Clericum tm̃ primâ
3 tonſura initiatum moribundo ſuarum Bullarum Indulgentias impertire poſſe. Verùm dicet quis, qualitèr moribundo prodeſſe poſſunt Indulgentiæ, ſi detinetur in mortali peccato, vt ſupponitur? Reſpondet *Homob. vbi ſupra, ad mentem Rodriq.* illum, qui in articulo mortis con-
4 fiteri non poteſt, haberi pro confeſſo, ſi interiùs in animo ſuo coram Deo culpas ſuas fateatur, ad hoc vt illas indulgentias lucretur, quas Bullæ contritis, & confeſſis concedunt.

Si dicas, quòd Bullæ exigunt confeſſionem in facto, & non in voto tantùm. Reſpondetur, verùm eſſe extra articulum mortis: ſed in illo articulo piè, & probabilitèr credi poteſt, etiam prodeſſe, ſi moribundus habeat ſuorum peccatorum veram contritionem, nam piè credere poſſumus, Sũmum Pontificem velle iuuare animas illas omni meliori modo, quo poteſt. Cum igitur poſſit concedere indulgentiam contritis abſque Confeſſione in re, videtur piè, & probabilitèr de eius pia mente poſſe præſumi; maximeq; quia videmus concedi indulgentiam ijs, qui tantùm corde inuocant Sanctiſſimum nomen Ieſu, cum non poſſint ore.

Alij verò DD. quibus fauet communis Theologorum doctrina, ſentiunt oppoſitum, nempè Clericum non Sacerdotem, quamuis Diaconũ, qui non excommunicauit, nec habet ſuper hoc ſpecialem facultatem à Papa, non poſſe abſoluere neque in dicto articulo mortis; & eorum ratio eſt, quia ſi Sacerdos in mortis articulo abſoluere poteſt, hoc eſt, quia abſolutio à cenſuris abſolutionem à peccatis præcedere debet; abſolutio autem à peccatis per clericum nondùm Sacerdotem minimè impendi poteſt, ideò non requiritur, vt abſoluere poſſit. Prima opinio videtur ſatis pia, & poſſe teneri ad cautelam: altera eſt ſecurior probabilior, & communior in praxi ſequenda. Reſpondetur itaque vnico verbo, quod alij aiunt, alij negant, quibus innitendũ eſt. Nota tamen, quod prima opinio in materia de Indulgentijs, nec ad cautelam iuuat ad effectum s. conſequendi Indulgentiam, ſi verba Bullæ Sacerdotis abſolutionem exigant.

DIFFICVLTAS TERTIA.

An ſimplex Sacerdos, qui Confeſſionem conſtituti in articulo, aut periculo mortis audire cępit, adueniente ante abſolutionem Confeſſario approbato poſſit Cōfeſſionem cœptam perficere.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Ratio eſt affirmatiua.*
3 *Satisfit rationi obiectæ.*
4 *Obſeruatio notabilis.*
5 *Abſolutus in articulo mortis per ſimplicem Confeſſarium, ſuperueniente approbato, non cogitur repetere peccata.*

RAtio difficultatis eſt, quia ſimplex Sacerdos poteſt in tali caſu excipere Confeſſionem, quia non adeſt Confeſſarius approbatus, ideò ipſo iam præſente videtur eius facultas ceſſare. 1

Ad difficultatem reſpondetur affirmatiuè, nimirùm, quod Sacerdos ſimplex poteſt perficere abſolutione Confeſſionem exiſtentis in tali caſu: ratio eſt, quia ſimplex Sacerdos veram habuit iuriſdictionem, quādo, defficiente Confeſſario, cœpit excipere Confeſſionem; nec ob eius aduētum expirat, quia res non eſt integra, ſed cępta. ſecundò, quia valdè probabile eſt, vt not. *Sanchez in opere moral. lib. 2. cap. 13. num. 15. ex mente Ledeſma*, habentem licentiam excipiendi Confeſſiones ad tēpus, eo tranſacto, Confeſſionem antea cęptā proſequi poſſe. tertiò, quia facultas ſimplicis Sacerdotis in caſu noſtro non eſt limitata, donec veniat Confeſſarius approbatus; ſed eſt abſoluta, cum inceperit deficiente copia approbati Confeſſarij: quartò, quia eſſet grauiſſimum onus conſtituti in illo articulo, ipſum cogere, ad Confeſſionem legitimè cęptam, repetendum. *Ita Sanchez loco citato. Henriquez lib. 6. de Pænit. cap. 11. num. 8.* & per has rationes ſatisfit difficultati ab initio obiectæ. 2 3

Exiſtimo ſimillitèr cum *Sanchez loco citato nu. 16.* idem concludendum eſſe de illo, qui in articulo mortis Sacerdoti ſimplici inualidè Cōfeſſus eſt. v. g. ob mendacium in Confeſſione factum: quòd detecto in Confeſſione mendacio; à Sacerdote illo ſimplici abſolui poterit, licèt ante abſolutionem ſuperueniat Confeſſarius approbatus. Ratio eſt, quia ille verè habet iuriſdictionem ad priorem illam Confeſſionem, 4 5

nam

nam abſolutio, dùm validè non eſt præſtita, non cenſetur finita: idem .n. eſt actû non fieri, & non fieri validè, quod docet *Sanchez loco cit.*

Verùm not. quòd, ſi exiſtens in tali articulo annodaretur excommunicatione reſeruata, & ante abſolutionem Superior, cui excommunicatio reſeruatur, ſuperueniret, non poſſet Sacerdos ille, qui Confeſſionem excipere cœpit, ab illa abſoluere, ſed id præſtandum eſt à Superiore, & deindè Sacerdos ille duntaxat à peccatis abſoluere poſſet; ratio eſt, quia Confeſſarius tenetur onus pœnitenti iniungere, vt quam primum commodè poſſit, ſe legitimo Superiori præſentet; cum ergò tunc adſit, & commodè poſſit pœnitens ſe illi præſentare, tenetur; ſed non cogitur peccata repetere, cum habeat ſolùm eam excommunicationem illi manifeſtare; ad iſtam autem manifeſtationem tenetur, quamuis etiam poſt abſolutionem ſuperueniret Superior.

Item quamuis ſimplex Sacerdos iam eum abſoluerit in eo articulo à peccatis, non poteſt tamen ſuperueniente Confeſſario approbato, audire eius peccata oblita, vel quæ ipſe æger non potuit tunc dicere, vel exiſtimatum eſt non poſſe; ſed Confeſſario ſuperuenienti aperienda ſunt, quia eſt noua Confeſſio, & à priori independens; vt docet *Suarez tom. 4. diſp. 23. ſect. 1. num. 2. in fine;* quod notat *Sanchez vbi ſuprà;* licet alij DD. contrarium teneant.

DIFFICVLTAS QVARTA.

An in caſibus reſeruatis Pontifici, quando ratione articuli, vel periculi mortis non eſt recurſus ad S. Pontif. ſit adeundus Epiſcopus, ſi eius copia haberi poteſt, vel poſſit quicunque Confeſſarius expoſitus abſoluere.

S V M M A R I V M.

1 *Aſſertur difficultatis ratio.*
2 *Difficultas eſt de caſu Papæ reſeruato, ſed non occulto.*
3 *Reſponſio eſt negatiua.*
4 *Opinio affirmatiua non eſt improbabilis.*

1 RAtio difficultatis eſt; quia in percuſſione Clerici Papæ reſeruata, exiſtente tali articulo, vel periculo deciditur adeundum eſſe Epiſcopum, *Cap. Ea noſcitur, & cap. De cætero de ſent. excommunicationis;* at eadem videtur ratio de alijs caſibus Papæ reſeruatis

Ante

Ante reſponſionem ſciendum eſt difficultatem eſſe de caſu S. Pontifici reſeruato, qui non eſt occultus; nam ſi occultus eſſet, cum iure Ordinario poſſit Epiſcopus ab illo abſoluere virtute Concil. Trid. ad ipſum eſſet recurrendum, cum eius copia poſſit haberi, & caſus ſit illi reſeruatus.

Ad difficultatem reſpondetur in articulo, vel periculo mortis non eſſe 3
neceſſarium adire Epiſcopum in caſibus Papæ reſeruatis, excepto caſu percuſſionis Clerici; ratio eſt, tum quia id ſpecialiter eſt cautum in hoc caſu, vt in mortis articulo, ſi S. Pontifex adiri nequeat, Epiſcopus adeatur; quare cum in alijs caſibus cautum non ſit, in alijs non eſt neceſſarium adire Epiſcopum: tum quia ob reſeruationem Pontifici factam nullum ius acquirit Epiſcopus, & in mortis articulo omnis ceſſat reſeruatio, quando ad reſeruantem non eſt recurſus, & per has rationes reſpondetur difficultati. *Suarez tom. 4. in 3. par. diſput. 30. ſect. 3. num. 4.* 4
Molina tom. 4. de iuſtitia diſp. 63. num. 2. Sanchez in opere morali lib. 2. cap. 13. num. 9. contra *Cordubam in ſuis quæſt. 18. pun. 2. dicto 1. Zābranum de caſib. in artic. mortis cap. 1. dub. 4. n. 14.* quorum opinio non eſt improbabilis; mihique probatur debere ſequi, quando ex vna parte facilis eſt recurſus ad Epiſcopum & ex altera ratione recurſus non exponitur proximè moribundus alicui periculo.

ART. II. DIFFICVLTAS PRIMA.

An abſolutus in articulo, ſeù periculo mortis à caſibus reſeruatis ab eo, qui iure communi abſoluere non poterat, euaſo periculo, ſuum Ordinarium, qui caſus ſibi reſeruauerat, adire teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Excōmunicatus à cenſura abſolutus in articulo mortis, tenetur, euaſo periculo ſe præſentare Superiori.*

2 *Abſolutus à reſeruatis in articulo mortis, euaſo periculo, non tenetur ſe præſentare.*

3 *Qui pro excommunicatione adit Superiorem, adit, vt mandata Superioris recipiat.*

4 *Qui in articulo mortis abſoluitur, priùs, ſi poteſt, cogatur ad ſatisfaciendū.*

Difficultatis ratio eſt; quia & excommunicatus, in articulo mortis 1
abſolutus, tenetur, euaſo periculo, Superiorem adire *dicto cap. Ea noſcitur de ſent. excom.*

Reſpondemus difficultati negatiuè, ſcilicet quod talis pœnitens, euaſo
2 periculo, non tenetur adire ſuum Ordinarium; ratio eſt, tum quia id iure cautum non eſt: tum etiam quia peccatum, quod quis ſemel confeſſus eſt, & à quo directè fuit abſolutus, non tenetur iterùm confiteri, vt DD. communiter ſentiunt, teſte *Vgol. de Offic. & Poteſt. Epiſcopi*
3 *quæſt. 36. §. 8. num. 6.* Nec obſtat prædictum caput *Ea noſcitur*; quia de excommunicatione loquitur, non autèm de caſibus reſeruatis, & qui pro excommunic. adit Superiorem, adit, non vt iterùm abſoluatur, quia iam abſolutus eſt, ſed vt mandata Superioris recipiat, vt ibidem dici-
4 tur. Verùm qui in articulo, ſeù periculo mortis conſtitutus, abſoluitur, ſi quid alicui debeat, prius ſatisfaciat; *Rituali Romano de Sacramento Pœnitentiæ* ita præcipiente, ibi *Ordo miniſtrandi Sacramentum Pœnit.*

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An pœnitens, qui per ſimplicem Confeſſarium ratione periculi mortis ab excommunicatione reſeruata abſolutus fuit, iam euaſo periculo, teneatur ſtatim phyſicè Superiori ſe præſentare, ne in eandem ſpecie excommunicationem reincidat, an ſufficiat ſtatim moraliter.

SVMMARIVM.

1 *In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præſenti die debetur.*
2 *Sufficit, vt pœnitens ſtatim moraliter ſe præſentet.*
3 *Indicio boni viri iudicandum eſt tempus moraliter.*
4 *Statim moraliter comprehendit præcipuè tempus neceſſarium pro acceſſu.*
5 *Non excuſatur, qui tantum allegat impedimenta frigoris, caloris, &c.*
6 *Non dicitur ſe præſentare, qui adit Superiorem, ſed illicentiatus recedit.*
7 *Sufficit, vt quis ſe præſentet Pœnitentiario.*
8 *Dicitur pœnitens impeditus, quando ei ſuperuenit graue incommodum.*

1 Difficultatis ratio eſt; quia in omnibus obligationibus in quibus dies non ponitur, præceptum præſenti die debet adimpleri. *l. In omnibus ff. de reg. iur.*

Reſpondetur difficultati per quinque ſequentia dicta. Primum immediatè reſponſiuum eſt iſtud .ſ. ſufficit, vt pœnitens ſtatim moraliter poſt

Digitized by Google

poſt euaſionem periculi mortis ſe præſentet coram Superiore, & ratio 1
huius dicti eſt, tum quia Eccleſia eſt pia mater; cuius intentionem in
mitiorem partem interpretari poſſumus; cum expreſſe aliud nobis non
conſtet; tum etiam quia pœnæ ſunt molliendæ, & non exaſperandæ *l.*
Interpretatione ff. de pœnis.

Secundum. Non eſt in ſpecie diffinitum, quandò quis dicatur mora-
liter poſſe, & quantum ei tempus ſit indulgendum; ideò prudentis Cō-
feſſarij arbitrio remittitur. *arg. l. 1. ff. de iure deliberandi, cap. De cauſis de*
Offic. deleg. l. Continus §. cum ita ff. de verb. obligat. conſideratis abſentia, 3
perſona, & qualitate temporis, & viarum, alijſque circumſtantijs. Cō-
prehendit præcipuè illud modicum tempus, in quo pœnitens ſibi valet
de neceſſarijs pro tali acceſſu prouidere: patet in ſimili apud *Hoſtien. in*
cap. De cætero de ſent. excommunicationis, in illa verba, *quàm citius op-* 4
portunitatem habuerit.

Tertium non excuſatur, quin moraliter poſſit is, qui adducit excu-
ſationes frigoris, caloris, & ſimilium, alioquin ſemper eluderentur con- 5
ſtitutio. facit ad hoc *Cap. Cum olim de Dolo, & cont. cap. veniens de Ac-*
cuſat. Gloſſa in Clem. 1. verſ. quàm cito commodè poterit, de pœnis. Itèm
nec excuſatur, qui allegat alicuius modici intereſſe excuſationem; alio-
quin vix inueniretur aliquis, qui conſtitutioni teneretur parere, cùm
vnuſquiſque ferè aliquo detineatur negotio. *Ita Barthol. Gyptius de caſib.*
reſeruatis cap. 1. num. 75.

Quartum. Vt pœnitens excommunicationis reincidentiam euadat, re-
quiritur præſentatio coram Superiore eo modo, quo ſupra cautum fuit, 6
nec dicitur ſe præſentare, qui poſtquam adijt, diſcedit illicentiatus, quia
iura requirunt, ne dum vt pœnitentes adeant Superiorem; ſed addunt,
mandatum ſuſcepturi.

Verùm ſatis ad hunc effectum dicitur quis adire Superiorem, ſiuè
Epiſcopum, ſiuè Papam pro qualitate cenſurarum, quibus pęnitens an-
nodatus exiſtit, ſi eorum Pęnitentiarios ad id deputatos adierit. *Ita Bar-* 7
thol. Gyptius loco citato num. 77.

Quintum dictum. Quando dicitur, quòd ſtatim moraliter pęnitens
tenetur ſe præſentare, ſupponitur, quod ei aliud non ſuperueniat incō- 8
modum graue. Nec reſolutioni obuiat difficultas ab initio propoſita
per ea, quæ dicta ſunt, & potiſſimùm per primum dictum.

Digitized by Google

DIFFICVLTAS TERTIA.

An pœnitens, qui per ſimplicem Confeſſorem in articulo mortis ab excommunicatione reſeruata abſolutus fuit abſque mandato præſentandi ſe Superiori, excuſetur à reincidentia, non ſe præſentando.

SVMMARIVM.

1 *Ad incurrendam excommunicationem requiritur lata culpa.*
2 *Qui nouit legem, tenetur ſe præſentare etiam abſque mandato.*
3 *Terminus .s. iniungatur, non deſignat aliquod nouum præceptum.*
4 *Qui priuilegio Papæ fultus abſoluitur ab excommunicatione, eximitur ab obligatione ſe præſentandi.*

DIfficultatis ratio eſt; quia *in cap. Ea noſcitur, in fine, de ſent. excom.* dicitur, vt iniungatur .s. pęnitenti onus præſentandi ſe coram Superiore; iſti autem pęnitenti, de quo mouetur difficultas, non fuit impoſitum tale mandatum, ideò oritur difficultas.

Difficultati reſpondendum eſt cum diſtinctione, vel enim prædictus pęnitens laborat ignorantia inuincibili, adeò vt nullo modo exiſtimaret ſe, ex quo abſolutus fuerat, ad aliud teneri, & ſic dicendum eſt excu-
1 ſari, ratio eſt, tùm quia ad incurrendam excommunicationem requiritur lata culpa, tum etiam quia ignorans conſtitutionem excommunicationem infligentem excuſatur, ita vt nec indigeat abſolutione ad cautelam. Faciunt adducta per *Bellamer. deciſ.* 540. *& Barthol. Gyptium de caſ. reſer. cap. 1. n. 71.*

Cæterùm ſi dictus pęnitens legem nouerat, tenebatur ſe præſentare
2 Superiori, etiam ſi nullum ſuper hoc habuerit mandatum à Confeſſario; ratio eſt, quia *in cap. Eos de ſent. excommunicationis in 6.* nullum fit verbum de mandato Confeſſarij; ſed abſolutè præcipitur pęnitenti, vt ſe præſentet; qua proptèr ſi certus erat, amplius certiorari non debuit: & quando per Confeſſarium pęnitenti imponitur, vt ſe præſentet, non dicitur fieri de nouo præceptum; ſed potius admonetur pęnitens de conſtitutione circa præſentationem. Conſtat itaque quòd ſi pęnitens laborabat ignorantia inuincibili, excuſatur, quòd ſecùs reſoluitur, ſi iam callebat conſtitutionem ſe præſentandi.

Nec obſtat difficultas obiecta à principio: qui illud verbum, *Iniun-*
3 *gatur,* non deſignat aliquod nouum præceptum faciendum pęnitenti per

Con-

Confeſſorem, ſed admonetur Confeſſor, vt indicet pęnitenti onus, ad quod tenetur vi Conſtitutionis, cum ea fortaſſe ipſum pęnitentē lateat. *Ita Barthol. Gyptius, vbi ſupra.*

Verùm hic cauendum, eſt, quòd ille, qui aliquo Pontificio priuilegio fultus abſoluitur ab excommunicatione, eximitur ab obligatione ſe præſentandi coram Superiore, poſtquàm conualuerit, vel exierit à tali articulo, vel periculo mortis; quia obligatio iàm ſemel jure ordinario extincta, amplius non reuiuiſcit. *Ita Rodriquez reg. qq. tom. 1. quæſt. 62. art. 8. cum communi.* quapropter qui Iubilæi tempore ab excommunicationibus abſoluuntur, non tenetur, euaſo mortis periculo, ſe præſentare. 4

DIFFICVLTAS QVARTA.

An obligatus ad ſe præſentandum, ceſſante impedimento, ſatisfaciat ſe per procuratorem præſentando.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Sententia negatiua vbi fundetur.*
3 *Item ſententia affirmans quo fulciatur fundamento.*
4 *In quo caſu Auctor ſequatur ſententiam negantium.*
5 *Item quando adhereat propoſitioni affirmatiuæ.*

RAtio difficultatis eſt, quia alij affirmant, alij negant, vt videre eſt apud *Sanchez in opere morali lib. 2. cap. 13. nu. 33.* Qui negant, 1 fundant ſuam intentionem, quia *cap. Quod de his de ſent. excomm.* expreſſe petit ſic abſolutum ire perſonaliter Romam. Verùm nota cap. 2 iſtud loqui de excomm. ob Clerici percuſſionem, &c. ita tenent *Abbas in cap. De cætero n. 1. eod. tit. Anch. in cap. eos qui n. 6. de ſent. excõm. in 6. Nauar. cap. 27. nu. 90. Vgolinus de cenſ. tab. 1. cap. 14. §. 5. nu 4. Sayr. in theſauro caſuum tom. 1. lib. 2. cap. 16. n. 13.*

Qui verò affirmant huic innituntur fundamento, quia qui ſe præſentat per procuratorem, dicitur ſe præſentare *Cap. Epiſcopus diſtinct. 18. Ita Speculator, & Archidiaconus citati à Sylueſt. verb. excommunicatio §. 8. quæſt. 7.* idem docent *Caietanus in ſuma verb. excommunicatio cap. 69. & eodem Armilla, excomm. 57.* addens ſat eſſe per litteras. *Henriquez lib. 13. de excomm. cap. 29. num. 3. & lib. 6. de Pænit. in fine apud Sanchez, vbi ſupra.* 3

Pri-

Primam ſententiam cum *Sanchez loco cit.* ſequor in caſu excommunicationis ſolùm ob Clerici percuſſionem: textus .ſi. ille ita diſponit in odium, & pęnam percuſſorum Clericorum.

5 Extra verò illum caſum indiſtinctè ſecundam amplector ſententiam; Ratio eſt, tùm quia, vt teſtatur *Sanchez loco cit.* nullus textus ad perſonalem præſentationem obligat. tum quia non eſt cur diſpoſitum eo particulari caſu trahatur ad alios, & maximè in pęnalibus, & per hanc diſtinctionem ſatisfit rationi dubitandi.

DIFFICVLTAS QVINTA.

An impeditus, qui per ſe comparere nequit, teneatur per Procuratorem.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ!*
2 *Opinio Zambrani relinquitur.*
3 *Opinio Sanchez probatur.*
4 *Auctor ſuum interponit placitum.*
5 *Satisfit obiectionibus, quibus Auctoris placitum eneruari poteſt.*

1 Ratio difficultatis eſt, quia impeditus v. g. infirmus, & ſi ipſe Superiorem adire non poſſit; tamen eius Confeſſarius videtur poſſe
2 illum adire, & pro eo ſatisfacere. Quicquid placeat *Zambrano de caſib. articuli mortis. cap. 4. dub. 4. num. 15. & dub. 6.* cenſet *Sanchez in opere*
3 *morali lib. 2. cap. 13. n. 14. & n. 33. in fine*, huiuſmodi non teneri. Ratio eſt tùm quia ius non obligat pęnitentem, vt ſe per tertiam perſonam Superiori abſoluturo præſentet, ſed per ſe ipſum; quando per ſe ipſum nequit, iudicat illum legitimè impeditum. Conſtat *Ex cap. Quamuis de ſent. excommunicationis ibi, ſiuè quolibet impedimento canonico retrahatur, quominus Romanum Pontificem poſſit adire*: & eodem modo explicatur *Cap. Quod de his, & Cap. De cætero, eod. tit.* vt notat *Sanchez loco citato. Nauar. cap. 27. n. 90. Henriquez lib. 6. de Pœnit. cap. 9. nu 7. & lib. 13. de excomm. cap. 29. n. 3. Vgolinus de cenſuris Pontifici reſer. 3. cap. 2. & alij apud Sanchez loco citato.* Tum quia hoc onus adeundi Superiorem pro receptione mandati non eſt grauamen Confeſſarij, ſed ipſius pęnitentis in pęnam ſui delicti. Tùm prætereà, quia ſi per litteras mandatum petat, exponit ſe periculo ſui criminis detegendi, cū poſſint amitti, vel per alium aperiri. Hinc eſt, quod nec obligamur ad ſcribenda peccata,

Digitized by Google

cata, nec ad illa confitenda in ſcriptis, vel per interpretem. Addo ad hæc, quòd ſi Superior rogetur, vt adeat impeditum, aut non ibit, aut ſi ibit, magna nota erit, quando alias, vt ſupponitur, non conſueuerit venire ad impeditum, v.g. ad infirmum.

Verùm ſuppoſito, quòd prædictis inconuenientibus, quæ ſunt de iure naturæ, occurrere poſſimus; mihi placet confugiendum eſſe ad Epiſcopum, aut ad Summum Pontificem per procuratorem, aut per litteras, tacito tamen nomine pœnitentis, mutataq; eius manu modoque illius ſcribendi litteras variato, ſi circa ipſum probabilis poſſit oriri ſuſpicio: quia hic ceſſant coniecturæ cōtra pęnitentē reum. Et fortaſſe hoc intendit *Zambranus* dicendo, quòd ille, qui Superiorem adire nequit, debet per litteras, aut Confeſſarius, aut alius debet petere à Superiori facultatem, vt ab eo reſeruato pœnitens abſoluatur: quod tamen verbis expreſſis non dixit. 4

Nec huic placito obſtat dictum *Sanchez loco cit.* nimirùm Confeſſarium non teneri hoc grauamen petendæ licentiæ ſuſcipere, quia hoc poteſt pœnitens per alium. Nec item obſtat, huiuſmodi litteras amitti poſſe; quia, cum ſit ſufficienter variata characterum forma, ſtyluſq; ſcribendi, obeſſe minimè poſſunt. Nec itidem obſiſtit ſchedulam hanc per delatorem aperiri poſſe; quia cū ſint variati tam characteres, quàm textura conſueta, non poteſt ſufficiens infamia de pęnitente apud illum ſuboriri: libet itaque hoc annotaſſe, nihil temerè aſſerendo. 5

ART. III. DIFFICVLTAS VNICA.

An articulus, aut periculum mortis, in quo omnis ceſſat reſeruatio, intelligatur tantùm, quando mors imminet ex cauſa intrinſeca, & naturali, vt accidit in morbis lethalibus, an etiam procedat, cum imminet mors ex cauſis extrinſecis, vt ſi quis eſſet mortis ſupplicio damnandus.

SVMMARIVM.

1 *Articulus mortis dicitur, quando quis probabiliter cenſetur mori.*
2 *Loquuntur iura de proximo periculo mortis tantùm.*
3 *Conc. Trid. nullam ponit reſtrictionem circa articulum mortis.*
4 *Probabilis eſt ſententia dicentium, Confeſſorem teneri, ſi facilis ſit aditus ad Superiorem.*
5 *Eſt articulus mortis, etiam ſi ex cauſa extrinſeca immineat mors.*
6 *Enumerantur plures caſus, in quibus, quis verſatur in periculo mortis.*

7 Ar-

7 Articulus mortis, & periculum mortis, quando idem ſint.
8 In dubio, ſi pœnitens poſſit expectare, abſolui debet.

DIfficultatis ratio eſt, quia fortaſſe quibuſdam minus peritis vi-
debitur, quòd articulus, ſeù periculum mortis debeat intelligi
tantummodo, quando mors imminet ex cauſa intrinſeca, & na-
1 turali, quia iura conſtitui oportet de his, quæ vt plurimum accidunt,
non quæ ex inopinato *l. Iura ff. de legibus*.

Ante reſponſionem tria ſunt obſeruanda, quorum primum eſt, illum
dici articulum mortis, vbi quis probabiliter mori exiſtimatur, vt quia
propinquus eſt morti peritorum iudicio. *Luc. Flor. in tract. de prohibit.
duelli cap. 18. ſ. 1. num. 1.*

2 Alterum eſt. Iura concedentia omnes caſus, & cenſuras omnes in
periculo mortis, loqui de proximo periculo mortis tantùm; non autèm
de remoto, alioquin nulla extaret caſuum reſeruatio; cum omni hora,
omniquè momento verſemur in periculo ratione multiplicitatis pericu-
lorum iuxta Doctrinam Apoſtoli; verba enim generalia reſtringi debēt,
vt omnis abſurditas euitetur *l. Scire etiam oportet §. Aliud ff. de Excu-
ſat. tuto.*

Tertium eſt. Quoſdam (teſte *Capeau. de caſ. reſer. cap. 7. diff. 5.*)
exiſtimare, Sacerdotem non teneri adire Superiorem pro facultate caſuū,
quamuis in articulo, ſeù periculo mortis ſit facilis aditus ad Superiorē;
3 & eorum ratio eſt, quia Conc. Trid. ampliſſimè loquitur, nullam
ponendo reſtrictionem: probabilior tamèn eſt opinio ſentientium oppo-
ſitum, .s. Sacerdotem teneri, ſi facilis eſt aditus; quorum ratio eſt,
4 quia Eccleſia non videtur velle facultatem impertire, niſi quando non
eſt facilis aditus ad Superiorem. ita *Viualdus de abſolutione n. 60. apud
Capeau. loc. cit. diff. 1.*

Modò ad rem noſtram propiùs accedendo, dicendum eſt, articulum,
5 ſeù periculum mortis intelligi, tàm ſi immineat reſpectu cauſæ extrinſe-
cæ, quàm ſi reſpectu intrinſecæ, & ratio eſt, tùm quia vbi lex non di-
ſtinguit, nec nos diſtinguere debemus *l. De pretio ff. de Public. in rem
actione*. maximè quòd nec ratio ad diſtinguendum inducit, ſed ſuadet
oppoſitum. Tùm quia non eſt minoris ponderis articulus, aùt pericu-
lum mortis proueniens ex cauſa extrinſeca, quam proueniens ex intrin-
ſeca: nam vtroquè caſu de perpetua felicitate, aùt damnatione animæ
rationalis agitur, & vbi eſt eadem ratio, ibi idem ius eſſe debet *l illud.
ad l. Aquiliam, cum ſimilibus*: tùm etiàm quia lex generalis loquens ex-
tendit diſpoſitionem ſuam vſque in infinitum *l. 1. verſ. In infinitum ff.
de legat. præſtan.* faciunt, quæ habet *Capeau ill. locis cittatis. Homob. de
caſib. reſer. par. 2. c. 4. ibi obſeruatio 1. Lucas Floren. loc. cit. Manuale Fran-
ciſcan. Ioan. Renſinck par. 2. c. 7. & alij.*

Nec

Nec obſtat ratio difficultatis; quia non ſunt attendendi imperiti, ſed periti, & mors ab extrinſeca cauſa non rarò, ſed ſæpè contingit.

Ex hac reſoluta difficultate ſequitur, reos ad mortem condemnatos 6
à quibuſcunque caſibus, & cenſuris abſolui poſſe. ità *Homob. loc. cit.*

Secundò ſequitur, eos, qui pertranſire coguntur loca periculoſa, vbi fures, ac Banniti morantur, qui tranſeuntes ſolent occidere, poſſe à prædictis abſolui. ità *Floron. vbi ſuprà*. idem de occluſis ab inimicis capitalibus in aliquo loco. Idem dicitur de illis, quibus imminet probabile naufragium. Idem de ingreſſuris prælium, ac conflictum. Idem de illis, qui ſe caſtrandos tradunt. Et generalitèr vbi erit eadem ratio, idem quoque ius conſtituendum erit. Exiſtenſque in prædictis caſibus ab omni Sacerdote, etiam hæretico abſolui poterit, dummodò non adſit periculum ſubuerſionis. Verùm, ſi facilis eſt aditus, & temporis mora alitèr non ſuadet, non omittatur recurſus.

Notandum eſt autèm pro ampliori ſimplicium Confeſſariorum doctrina, periculum, & articulum mortis idem eſſe, cum agitur, aùt de per- 7
petua felicitate, aùt de perpetua damnatione; nàm Eccleſia Dei tanquàm pijſſima mater, & eius Paſtor prouidus Pontifex voluerunt, vt omni via, & remediò exeunti ab hac vita promptiſſimè auxilium præſtaretur.

Notandum inſupèr, quòd, quandò Sacerdos dubitat, an pœnitens in articulo mortis conſtitutus, poſſit expectare, & ſuperuiuere, donec fa- 8
cultas abſoluendi ipſum à reſeruatis obtineatur, poteſt ipſum abſoluere, non expectata alia facultate, ratio eſt, quia Superior non cenſetur velle caſus reſeruare cum periculo damnationis alterius, quale eſt illud pœnitentis in propoſito. ità *Henriquez. lib. 6. cap. 1 1. n. 3. Sanchez in Summ. lib. 2. cap. 1 3. n. 8. Molina tom. 4. de iuſtitia tract. 3. diſp. 63. & alij apud Bonac. de cenſ. diſp. 1. q. 3. pun. 3. prop. 2. n. 6.*

Denique notandum, in periculo mortis exiſtentem ab omni Sacerdote abſolui poſſe, etiam ſi propria ſponte in tali periculo ſe conſtituerit, contra *Sanchez tom. 1. lib. 2. cap. 12. n. 13.* exemp. gratia ſi proprio motu ad bellum ſe contulerit, vel longam maris nauigationem ſuſceperit; ratio eſt, quia æquè eſt in periculo, ſi propria ſponte adijt periculum, ac ſi neceſſitate compulſus, videto *Dianam in moral. reſolut. par. 3. reſol. 57. De Sacram.*

DISTINCTIO DECIMA.

De extenſione facultatis Confeſſarij actiua, & pœnitentis paſſiua, quò ad caſus reſeruatos.

Quoniam diſtinctio hæc reſpicit tùm extenſionem facultatis Cõfeſſarij circa caſus reſeruatos, tùm extenſionem facultatis pœnitentis paſſiuam, item circa caſus reſeruatos; ideò huiuſmodi diſtinctio in duos diuiditur articulos, quorum alter eſt de extenſione facultatis Confeſſarij actiua, quò ad caſus reſeruatos: alter eſt de extenſione facultatis pœnitentis paſſiua itẽ circa caſus reſeruatos.

ARTICVLVS I.

De extenſione facultatis Confeſſarij actiua, quò ad caſus reſeruatos, tres continet difficultates, s.

1 *An Sacerdos habens facultatem generalem abſoluendi à caſibus Epiſcopo reſeruatis in Diœceſi, in qua eſt admiſſus, v. g. in Diœceſi Bergomi, poſſit quemlibet Epiſcopo Bergomenſi ſubditũ in aliena Diœceſi: exempgr. in Diœceſi Brixiæ abſoluere à reſeruatis.*

2 *Iuxtà quas leges debeat Parochus indicare ſubditum ſuum, quem inuenit extrà Diœceſim.*

3 *An Parochus ſuum abſoluens ſubditum, falsò credens non eſſe talem, illum validè abſoluat, caſu quo ipſe Parochus exiſtimauerit abſolutionem minimè valuiſſe.*

ARTICVLVS II.

De extenſione facultatis pœnitentis paſſiua item circa caſus reſeruatos vnicam continet difficultatem, nempè.

1 *An pœnitens fultus Epiſcopali auctoritate eligendi Confeſſarium, à quo abſoluatur à caſibus reſeruatis, poſſit abſolui à Confeſſario alterius Diœceſis carente facultate circa caſus reſeruatos.*

Digitized by Google

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA.

An Sacerdos habens facultatem generalem abſoluendi à caſibus Epiſcopo reſeruatis in Diœceſi, in qua eſt admiſſus v. g. in Diœceſi Bergomi, poſſit quemlibet Epiſcopo Bergomenſi ſubditum in aliena Diœceſi exemp. gr. in Diœceſi Brixiæ abſoluere à reſeruatis.

SVMMARIVM.

1 *Circa difficultatem duæ ſunt ſententiæ.*

2 *Qui poteſt abſoluere ſubditum ſui Epiſcopi extra Diœceſim eius, poteſt etiam ergà illum vti auctoritate, quam habet.*

3 *Iuriſdictio, quæ abſque iudicij ſtrepitu exercetur, poteſt extrà Diœceſim propriam exerceri.*

4 *Poteſt hoc idem Confeſſor Regularis priuilegijs gaudens.*

Ratio difficultatis eſt diuerſitas opinionum, vt infrà conſtabit. Duas circa difficultatem hanc reperio opiniones; nam alij tuentur affirmantem, alij negantem defendunt. Negatiuam defendentes ſunt *Sylueſ. verb. Confeſſor primo. quæſito 14.* *Zerola de Sacramento Pœnitentiæ in praxi cap. 16. quæſito 3. & nonnulli alij*, quos ſilentio inuoluit *Bonac. de Pœnit. diſp. 5. q. 7. par. 2. n. 10.* Affirmatiuam verò tuentes ſunt *Sotus in 4. diſt. 18. art. 3. verſ. Aliud verò dubium. Victoria nu. 151. Suarez diſp. 25. ſect. 1. n. 17. Henriquez lib. 3. de Pœnit. cap. 7. nu. 1. Summa Corona n. 52. & alij citati à Bonac. vbi ſuprà*; & hæc opinio ſecunda intelligitur, modò Epiſcopus Bergomenſis non concedeſſet facultatem abſoluendi limitatam S. cū hac clauſula *in Diœceſi tantùm*. Prima opinio eſt probabilis: ſecunda verò probabilior, & communior: & ſi Doctores prò vtraque opinione allati difficultatem hanc ſub modo, quo hic tractatur, non tractent, cùm quærant tantummodò, an Sacerdos habens facultatem generalem abſoluendi in Diœceſi, in qua eſt admiſſus, poſſit quemlibet ſubditum Epiſcopo talis Diœceſis in aliena Diœceſi abſoluere, nihil loquendo de facultate abſoluendi à reſeruatis; attamèn hoc nihil refert, cum teſte *Florono de caſib. reſer. par. 1. c. 3. ſ. 5. nu 1.* ex reſolutione illius difficultatis pendeat reſolutio iſtius: nam qui poteſt abſoluere ſubditum ſui Epiſcopi extrà Diœceſim, poteſt etiam auctoritate, quam habet abſoluendi à reſeruatis, vti circa illum. Quod cum pateat ſatis expreſsè, ideò probare non eſt neceſſe, vt tradit *Baldus conſ. 370. col. 2. vol. 3.*

R 2 Ra-

Digitized by Google

Ratio, quæ affertur pro probabiliori, & affirmatiua opinione eſt, quia
3 iuriſdictio, quæ abſque ſtrepitu iudicij exercetur, poteſt extrà proprium territorium, & Diœceſim exerceri; & talis eſt abſolutio ſacramentalis, ideò poterit extrà Diœceſim, vbi eſt admiſſus erga ſubiectos illi Diœceſi.
4 Idemq; & ob eandem rationem aſſeritur de Confeſſore Regulari priuilegijs gaudente. *Contrarium tamen vide ſupra in additione pag. 92.*

DIFFICVLTAS SECVNDA.

Iuxta quas leges debeat Parochus iudicare ſubditum ſuum, quem inuenit extrà Diœceſim.

SVMMARIVM.

1 *Videtur pœnitens eſſe iudicandus iuxtà leges loci, vbi reperitur.*
2 *Parochus debet iudicare ſubditum iuxtà leges loci, vbi eſt admiſſus ad excipiendas confeſſiones.*
3 *Quandò pœnitens iudicandus ſit iuxta leges loci, vbi reperitur.*
4 *Quod aſſeritur de Parocho in hoc caſu, aſſeritur etiàm de habente generalem facultatem abſoluendi.*

1 RAtio difficultatis eſt, quia videtur, pœnitens eſſe iudicandus iuxta leges loci, vbi exiſtit.

Antè reſponſionem ſupponendum eſt, quòd huiuſmodi difficultas vnū quærit, & aliud præſupponit; ſupponit .n. Parochum abſoluere poſſe ſuum ſubditum inuentum, vel ſecum ductum extrà Diœceſim, vti claret apud *Bonac. de Pœnit. diſp. 5. quæſt. 7. pun. 1. n. 10. Suarez diſp. 25. ſect. 1. n. 17. & alios plures ab ipſo Bonac. citatos.*

Modò ad difficultatem reſpondendo, dico Parochum iuxta leges Diœ-
2 ceſis, cui eſt ſubditus pœnitens, & pro qua ipſe Parochus eſt admiſſus, debere illum abſoluere.

Si obijcias, pœnitentem iudicandum eſſe iuxtà leges loci, in quo reperitur. Reſpondetur, pœnitentem iudicandum eſſe iuxta leges loci, in quo reperitur, quandò abſoluitur, & iudicatur à Confeſſario repræſentante Iudicem illius Diœceſis, in qua exercet actum Sacramenti Pœnitentiæ: in propoſita autèm difficultate Confeſſarius abſoluens pœni-
3 tentem in aliena Diœceſi non repræſentat Iudicem illius Diœceſis, ſed Iudicem eius Diœceſis, cuius eſt pœnitens, & pro qua eſt conſtitutus Iudex ſpecialis in foro Sacramenti Pœnitentiæ; ideò ſecundùm leges illius iudicare debet pœnitentem. Et per hanc reſponſionem conſtat difficultatem ab initio obiectam nihil reſolutioni obſiſtere.

Quod

Quod aſſeritur de Parocho, idem aſſeritur de Sacerdote habente generalem facultatem abſoluendi in tota Diœceſi cum delegatione caſuũ reſeruatorum, & idem quoque de Regulari Confeſſario priuilegijs gaudente, & admiſſo pro tota Diœceſi, *vide additionem ſupra pag.92.* 4

DIFFICVLTAS TERTIA.

An Parochus ſuum abſoluens ſubditum, falsò credens non eſſe talem, illum validè abſoluat, caſu quo ipſe Parochus exiſtimauerit abſolutionem minimè valuiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Suppoſitis ſupponendis validè Parochus ſubditum abſoluit.*
2 *Falſa credulitas non impedit abſolutionem.*
3 *Neceſſaria ad validitatem Sacramenti Pœnitentiæ, quæ.*

RAtio difficultatis eſt, quia Parochus exiſtimauit abſolutionem à ſe datam nullius extitiſſe valoris.

Occurritur difficultati, affirmatiuè reſpondendo.ſ. quòd validè ipſum abſoluit duobus ſuppoſitis, nimirùm bona fide ex parte pœnitentis, & vera voluntate abſoluendi ex parte Confeſſoris abſoluentis. 1

Nec obſtat, Confeſſorem credidiſſe abſolutionem non valere; nam hæc eius falſa credulitas non impedit, quò minùs abſolutio valeat, cum (vt ſupponitur) concurrant ex parte pœnitentis diſpoſitio neceſſaria; & ex parte Confeſſarij poteſtas Ordinis, & iuriſdictionis, voluntas abſoluendi cum prolatione formæ; quæ ſola ſunt neceſſaria ad validitatem Sacramenti. Habes conſimilem caſum *in l. ſi pater §. quoties ff. Manumiſſis vindicta.* Vbi error Domini non credentis ſeruum, quem manumiſit, ſuum eſſe; non impedit libertatem volente Domino ſeruum manumiſſum eſſe. *Ita Megalus pri. par. inſti. pereg. c. 7. nu. 24.* 2 3

ART.

ART. II. DIFFICVLTAS VNICA.

An pœnitens fultus Epiſcopali auctoritate eligendi Confeſſorem, à quo abſoluatur à caſibus reſeruatis, poſſit abſolui à confeſſore alterius Diœceſis carente facultate circa caſus reſeruatos.

SVMMARIVM.

1 *Auctoritas abſoluendi à reſeruatis debet ſuſcipi ab Ordinario, cuius officium in tali loco Confeſſor repræſentat.*

2 *Non poteſt facere Ordinarius, vt in alterius Diœceſi alitèr iudicetur, quàm præſcribitur ab Ordinario illius.*

3 *Tenetur Confeſſor iudicare ſecundum leges ſibi per ſuum Ordinarium præſcriptas.*

4 *Sufficit auctoritas, aùt ſolùm actiua in Confeſſario, aùt ſolùm paſſiua in pœnitente, quando.*

5 *In ſententia Medinæ pœnitens habens facultatem à ſuo Ordinario, abſolui poteſt extrà Diœceſim, etiam à Confeſſario carente facultate caſuum reſeruatorum.*

6 *Sequendo ſententiam Medinæ, nulli videtur fieri præiudicium.*

7 *Diſtinctio Roſellæ ſatis notabilis.*

RAtio difficultatis eſt; quia huiuſmodi pęnitens habet facultatē à ſuo Epiſcopo, vt abſoluatur ab omnibus caſibus etiam extrà ſuam Dięceſim.

Suppoſito, quod caſus, quibus ligatur huiuſmodi pęnitens ſint in vtraque Dięceſi reſeruati, dico, Confeſſorem facultate circa reſeruatos ſuo Epiſcopo carentem, non poſſe talem abſoluere pęnitentem; quià, quamuis ratione dictæ conceſſionis factæ pœnitenti circa Confeſſoris electionem, habeat facultatem illum audiendi; non tamen habet facul-
1 tatem ipſum abſoluendi à reſeruatis, quam debet ſuſcipere à ſuo Superiore .i. ab Epiſcopo, cuius officium in tali loco repræſentat.

Si dicas, Epiſcopum alterius Dięceſis, vt Dięceſis Brixiæ, poſſe cō-cedere Confeſſoribus v. g. Dięceſis Bergomi, vt excipiant confeſſiones ſui ſubditi: ergò poteſt etiam concedere ipſis, vt abſoluant à caſibus ſibi reſeruatis. Reſpondetur, quòd vtiq; vtrumq; eis concedere poteſt:
2 quia hoc ſpectat ad eius auctoritatem, ſed non poteſt facere, vt in alterius Dięceſi alitèr iudicetur, quàm præſcribitur ab Epiſcopo illius Dięceſis.

Si

Si ſecundò dicas, talem pœnitentem non eſſe ſubditum Epiſcopi, in cuius Diœceſi confitetur; ſed illius, qui tribuit facultatem circa abſolutionem caſuum reſeruatorum. Reſpondetur, quòd, quamuis ſit ſimplicitèr ſubditus illius Epiſcopi, qui dedit talem facultatem; tamèn ſecundum quid, quatenùs .s. confitetur in tali loco, & tali Confeſſario, eſt etiam ſubditus Epiſcopo illi, qui ademit Confeſſario ſubdito facultatem abſoluendi à tali, vel tali peccato. Et tenetur iſte obedire ſuo Epiſco- 3
po, & conſequentèr debet obſeruare eius leges .s. vt non abſoluat à caſibus reſeruatis; & alter Epiſcopus non poteſt iſti contraire, nam par in parem non habet imperium *l. ille, à quo ſ. tempeſtiuum ff. ad Senatus Conſ. Trebellianum*, & vult (vt ſuppono) quod leges ſuæ ſeruentur vniformitèr tàm circa ſubditos proprios, quàm circa illos, qui in aliquo caſu ſecundum quid fiunt eius ſubditi.

Si tertiò dicas, ſufficere, alterum .s. vel Confeſſorem, vel pęnitentem habere auctoritatem; in propoſito autèm caſu pęnitentem obtinuiſſe facultatem ab Epiſcopo ſuo, vt poſſet abſolui à quolibet Confeſſario re- 4
ſpectu reſeruatorum. Reſpondetur, quòd tunc ſufficit, vt Confeſſor, vel pęnitens habeat auctoritatem, quandò tàm Confeſſor, quàm pęnitens eidem Ordinario ſubiecti exiſtunt, quòd ſecùs eſt, quandò Confeſſor Ordinario alterius Diœceſis extat ſubiectus.

Si tandem obijcias, quod ſufficit, vt alter .s. pęnitens, vel Confeſſor habeat auctoritatem, vt patet in ſimili; quando Summus Pontifex concedit facultatem alicui eligendi Confeſſorem, aut abſoluendi ab omnibus caſibus; alioquin fruſtrà daretur talis facultas pęnitenti, vel ſaltèm foret diminuta, quod non videtur dicendum: quia dum vni .s. Confeſſario datur auctoritas actiuè, & alteri .s. pęnitenti datur conſequentèr paſſiuè, 5
& è contrà, dum paſſiuè datur pęnitenti, actiuè datur Confeſſori. Reſpondetur, quòd non eſt ſimilis ratio hinc, & indè, & ratio diſſimilitudinis ea eſſe videtur; quia Epiſcopus in caſu noſtro non eſt ſuperior vtrique .s. pęnitenti, & Confeſſori; ſed ſolum pęnitenti. Summus verò Pontifex eſt vtrique ſuperior. vt de ſe conſtàt; ideò conferendo auctoritatem pęnitenti paſſiuè, vt .s. poſſit abſolui, conſequentèr illam tribuit actiuè Confeſſario.

Cæterùm ſi pęnitens, de quo mouetur difficultas, accedat ad Confeſſorem pollentem facultate caſuũ ſuo Epiſcopo reſeruatorum; poterit abſolui, teſte *Naldo verſ. caſ. n. 14.* aſſerentem hanc eſſe communem opinionem, quam ſequitur *Nauar. conſ. 21. de Pœnit. & antea Barth. Medina lib. 1. cap.* 6
10. & alij relati per Sorbum Capuc. Compen. Priuil. in verbo Abſolutio, quò ad ſeculares. par. 2. c. 60.

Si dicas, Decretum Sac. Congr. ſub Clem. VIII. ſuper abſolutione à caſibus reſer. quod incipit, *Sacra Congregatio*, præcipere ſub grauiſſimis pœnis, nè quis Confeſſariorum abſoluat à caſibus, quos Ordinarij locorum

hacte-

Digitized by Google

hactenùs reſeruarunt, vel in poſterùm ſibi reſeruabunt. Reſpondetur
Confeſſorem abſoluere à reſeruatis ob facultatem ſibi impertitam à ſuo
Ordinario: vel reſpondeo *cum Nalda, vbiſupra*, Decr. Clem. VIII. ſatiſ-
fieri per licentiam conceſſam ab Ordin. Confeſſarij, vti & nos ferimus,
concurrente etiam coniecturata mente eiuſdem Ordinarij reſeruantis ergà
ſuos ſubditos.

5 Quinimmò in ſententia *Medinæ verſ. Caſus, citati per Calũnam in Com-
pen. Nauar. cap. 26. n. 156. circa fin.* dicendum eſt pęnitentem habentem
facultatem à ſuo Ordinar. vt abſoluatur à reſeruatis extrà Dięceſim,
poſſe abſolui à Confeſſario carente facultate ſuper caſus reſeruatos, con-
trà aſſertum ab initio huiuſce difficultatis; & ratio aſſertionis deducitur
à contrario ſenſu. Ipſe inquit, ſi ſubditus vnius Epatus annodatus ca-
ſibus reſeruatis ſe præſentet pro beneficio abſolutionis in alio Epiſcopa-
tu, vbi non ſunt reſeruati, nullo modo abſolui poteſt abſque facultate
particulari ſui Ordinarij: igitur à contrario ſenſu arguendo, cum licen-
tia poterit abſolui à Confeſſario alterius Epiſcopatus, tametſi nõ habeat
caſus reſeruatos ſui Ordin. & ſint in illo etiam reſeruati: hoc dicitur ad
tradita *prædictorum DD.* quorum opinio videtur reddi probabilis etiam per
hanc rationem, quià ſi ſecùs eſſet, ſequeretur, quòd nec conceſſio Epiſcopi
ſubdito facta de eligendo Confeſſarium etiam in alia Dięceſi, vt abſoluatur
tàm à reſeruatis, quàm ab alijs, fruſtra daretur, quod videtur eſſe abſurdũ.
Ità Baptiſta Antonuccius Eugubinus in Catechiſ. ad confeſſiones lib. 4. c. 21.

Nec hanc ſequendo opinionẽ video, cui fiat præiuditiũ, non Epo alienæ
Dięceſis, cum ipſe ſuo conceſſerit ſubdito facultatẽ eligendi Confeſſorẽ tàm
ſuæ, quà alienæ Dięceſis, à quo ab omnibus ſibi reſeruatis abſoluatur: nec
6 Epo loci vbi excipitur confeſſio dicti pęnitentis, quia abſolutio nõ imper-
titur proprio ſubdito. Idcircò quod deducitur ex doctrina prædict. DD. nõ
videtur omninò reſpuendum. Et cum Ordinarijs locorum non noceat, de
facili concedere debent, ne eorum ſubiecti in tali dubio angantur, premãn-
turuè ſcrupulis ferè ſemper dubitantes de eorum mente, quod. n. tibi non
nocet, & alteri prodeſt, facilè eſt concedendũ, *ad text. in l. ſi tibi C. de ſeruit.*

Immò deberet Epis eſſe gratum, cum admiſſi ab ipſis ad munus excipien-
darum confeſſionum, habeantur digni, quibus cõmittantur grauiora onera,
velut etiam Imperator ille magnus Theodoſius nomine, gratum habuit à ſe
delectum Iudicem eligi ad officium Epiſcopale. Doctrina hæc ſatis cõſtat
apud Roſellam verb. Delegare n. 13. quæ in hæc verba proloquitur, reſpondẽs
7 cum diſtinctione huic emergenti dubio, quòd poteſt Epiſcopus delegare ea,
quæ pertinent ad iuriſdictionem voluntariam; ſed non poteſt eos cõpellere
ad ſuſcipiendum eius commiſſionem, cum eis nihil præcipere poſſit; ſed
non poteſt ea delegare, quæ pertinent ad iuriſdictionem contentioſam, quæ
non habent locum, vt fiant in alieno Epiſcopatu.

DI-

Digitized by Google

DISTINCTIO VNDECIMA.

De Priuilegijs circa reſeruationem caſuum, tùm Confeſſarijs, tùm pœnitentibus conceſſis.

QVia diſtinctio hæc reſpicit tùm priuilegia Confeſſarij eius iuriſdictionem ſpectantia, tùm amiſſionem priuilegiorum, tùm priuilegiatorum doloſitatem; idcircò huiuſmodi diſtinctio in tres ſecatur articulos. Primus eſt de priuilegijs Cōfeſſariorum eorum iuriſdictionem ſpectantibus. Secundus erit de priuilegiorum amiſſione. Tertius verò de priuilegiatorum doloſitate.

ARTICVLVS I.

De priuilegijs Confeſſariorum, eorum iuriſdictionem ſpectantibus tres continet difficultates, nimirùm.

1 *An valida ſit Confeſſio facta Sacerdoti ignaro conceſſionis ſibi ab Epiſcopo factæ excipiendi Confeſſiones, abſoluendiq; à reſeruatis.*

2 *An Confeſſarius, cui ob Epiſcopo conceſſi ſunt caſus tabellæ, abſoluat validè ante habitam notitiam reſeruationis dictæ facultatis, vel mortis, vel amotionis Epiſcopi.*

3 *An valida ſit abſolutio à peccatis reſeruatis, & ab excommunicatione virtute Indulgentiarum reuocatarum, ſi reuocatio inuincibiliter ignorabatur.*

ARTICVLVS II.

De priuilegiorum amiſſione duas habet difficultates, à.

1 *An priuilegium Confeſſarij conceſſum ab Epiſcopo, ſeù Vicario Generali abſoluendi à caſibus reſeruatis amittatur per renunciationem factam per dictum Confeſſarium.*

2 *An priuilegium per Epiſcopum Confeſſario conceſſum abſoluendi à reſeruatis amittatur per non vſum.*

ARTICVLVS III.

De priuilegiatorum doloſitate duas continet difficultates, vz.

1 *An valeat abſolutio à reſeruatis, quam quis obtinet à Pœnitentiario tacendo doloſè, vt facilius illam obtineat, ſe illam antea petiiſſe ab alio Pœnitentiario, ſed illam minimè obtinuiſſe.*

2 *An à caſibus reſeruatis abſolui poſſit ille, qui occaſione gratiæ ſibi factæ, vt poſſit abſolui, facilius in illos ſe præcipitat.*

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA.

An valida ſit Confeſſio facta Sacerdoti ignaro conceſſionis ſibi ab Epiſcopo factæ excipiendi Confeſſiones, abſoluendi à reſeruatis.

SVMMARIVM.

1 *Pro reſponſione tria ſunt ſupponenda.*
2 *Valida eſt Confeſſio facta Sacerdoti ignaro conceſſionis abſoluendi à reſeruatis ſibi factæ.*
3 *Priuilegium acceptatum validum eſt.*
4 *Qui per alium acceptat priuilegium, per ſeipſum acceptare videtur.*
5 *Multa prohibentur, quæ facta tenent.*

RAtio difficultatis eſt; quia Sacerdos prædictus neſcit ſe habere facultatem, quæ omninò neceſſariò requiritur, tàm pro audiendis confeſſionibus, quàm pro abſoluendo à reſeruatis.

Ante reſponſionem ſupponitur in primis, Sacerdotem iſtum quæſi-
1 uiſſe per nuntium, ſeù procuratorem talem facultatem, & illam iam obtinuiſſe, ſed tamen de tali conceſſione ſibi facta ignarum eſſe. Supponitur deinde talem facultatem ſolere concedi, maximè cum petitur pro vna vice tantùm, & petentem cognoſci ab Epiſcopo ſcientia, & bona conſcientia præditum. Supponitur poſtremò talem Sacerdotem habere facultatem ab Epiſcopo ſub ratihabitione de præſenti.

Modò deueniendum eſt ad ſolutionem difficultatis, quæ eſt affirma-
2 tiua, nimirùm talem Confeſſionem, & abſolutionem validam eſſe; ratio

eſt,

eſt, quia valida ſunt geſta, quæ priuilegiatus facit (poſtquam per núcium, vel procuratorem acceptauit priuilegium, etiam ſi priuilegiatus priuilegij conceſſionem nondùm cognouerit) nam priuilegium acceptatum validum eſt. traduntq; DD. teſte *Nald. verb. priuilegium n. 7.* illud valere nedum à die ſcientiæ, ſed etiam à die conceſſionis, quando illud obtinetur ad petitionem, & inſtantiam eiuſdem priuilegiati, ſeu ipſius procuratoris: quod ſecùs eſt, ſi concedatur ab Epiſcopo motu proprio, vel ad inſtantiam alicuius non miſſi à Sacerdote, ita docet *Regin. lib. 1. num. 104.* 2

Si dicas, Confeſſorem iſtum adhuc non acceptaſſe conceſſionem, cũ 3
illam ignoret ſibi factam fuiſſe. Reſpondetur, quod quamuis ipſe per ſe illam non acceptauerit, tamen illam acceptauit per nuncium, ſeù procuratorem, quem ipſe pro gratia miſit ad Epiſcopum, & qui per alium acceptat, per ſe ipſum acceptare videtur, cum nuncius, ſiue procurator repræſentet perſonam mittentis. Si vlteriùs vrgeas, dicens poſ- 4
ſibile fore, vt Sacerdos iſte peccet tali vtens conceſſione ante habitam ipſius ſcientiam; nàm cùm ignoret gratiam fuiſſe factam, exponit ſe periculo faciendi contrà legem, ac reddendi abſolutionem inualidam: admitto quidem poſſibile eſſe, vt peccet, quinimmò ob rationem prædictam cenſeo de facto ipſum peccare, ſed per hoc non ſequitur con- 5
feſſionem, atque abſolutionem iſtam fuiſſe inualidam: multa .n. non licent, quæ facta tenent. Verùm nos ſupponimus, quod iam verè habeatur gratia, ideò reſolutio fundatur ſuper hoc, quia talis Confeſſor de facto, quando abſoluit, habet facultatem abſoluẽdi ab illa: in praxi tamen cauendum eſt à tali temeritate, maximè quia DD. in concluſione 6
inter ſe non conueniunt, vt obſeruat *Nal. loco cit.*

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An Confeſſarius, cui ab Epiſcopo conceſſi ſunt caſus tabellæ, abſoluat validè antè habitam notitiam reuocationis dictæ facultatis, vel mortis concedentis, vel amotionis Epiſcopi.

S V M M A R I V M.

1 *Caſus ab homine (facta reuocatione) videntur protinus reuocari.*
2 *Confeſſor validè abſoluit antè habitam reuocationis notitiam.*
3 *Non eſt præſumendum Superiorem velle reuocare, antequàm reuocatio innoteſcat.*

4 *Hic non agitur de iuriſdictione principali, ſed de acceſſoria .s. de prorogatione eius.*
5 *Quandò valida ſit abſolutio ſacramentalis data ab excommunicato denunciato, aùt publico Clerici percuſſore.*
6 *Hoc idem procedit in alijs duobus caſibus.*
7 *Non videtur Summus Pontifex velle reuocare facultatem antè reuocationis notitiam.*

1 DIfficultatis ratio eſt; quià caſus conceſſi (facta reuocatione,) vel
ſequuta morte, vel amotione ab officio ipſius concedentis, non
amplius conceſſi videntur.
Difficultati reſpondetur affirmatiue, nempè quod Confeſſor validè
2 abſoluit antè habitam notitiam reuocationis, ſiuè mortis, aùt amotionis
ab officio dicti concedentis. Ratio eſt, tùm quià priuilegij reuocatio
ſuum non operatur effectum, antequã de illo certior fiat ille, cui conceſſum fuit, vt teſtatur *Eman. Sà ver. gratia. n. 1. Reginal. lib. 1. n. 105.*
qui addit requiri, vt reuocatio intimetur per nuncium ad id deſtinatum
illi, cui conceſſa fuerat iuriſdictio. tùm etiàm quià quotiès non poteſt
Superior licitè, aùt validè reuocare priuilegium, niſi reuocationẽ curet
ſciri ab his quibus priuilegium conceſſum fuerat, non eſt præſumendũ
velle reuocare, antequàm reuocatio ipſis innoteſcat: alioquin aùt nihil
ageret, aùt ſaltèm peccaret, quod non eſt præſumendum de ſuperioribus: nullus .n. præſumitur ſuæ ſalutis immemor. ità *Sotus de iuſtitia,
& iure, quaſ. 1. art. 4. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 22. q. 7. Bonac. de leg. diſp.*
4 *1. q. 3. pun. 8. §. 3. prop. 3. n. 2.* tùm etiàm, quià hic non agitur de iuriſdictione principali, ſed de acceſſoria .i. de eius prorogatione, quæ nõ
prohibetur accreſcere ignoranti, vt apertè probatur *in l. 2. ſ. 1. ff. de
Iudicijs*, vbi ignorans validè exercet iuriſdictionem prorogatam. ità
Naldus verb. caſus reſer. n. 13. Patet itaque Confeſſarium validè abſoluere antè habitam prædictam notitiam. Nec obſtat, quod objicitur ratione ab initio propoſita; quià procedit de illo, qui iam nouerat prædicta, & poſt ſcientiam adhuc voluit abſoluere.
5 Addit ad hæc *Homob. de exam. Eccleſ. tract. 5. q. 17.* validam eſſe ſacramentalem abſolutionem datam ab excommunicato denunciato, vel
percuſſore Clerici notorio, quandò impedimentum ipſius communitèr
ignoratur. Idem dicit de approbato ad tempus, qui vltrà illud confeſſiones excepit, ſi aderat communis error. Idem quoque aſſerit de illo,
6 qui ipſo facto ab auditione confeſſionis priuatus eſt, ſi talis priuatio eſt
occulta.

Si objicias, reuocationem factam per legem ſortiri ſtatim ſuum effectum. Reſpondetur, hoc procedere, quò ad validitatem contractuum,

post

poſt reuocationem legis celebratorum contra illud, quod præſcribitur à lege reuocante, quamuis in ipſis nulla interceſſerit malitia, aùt ſcientia; quòd secùs eſt in prædictis tribus caſibus.

Verùm dignum eſt obſeruatione, quod habet *Megalus pri. par. inſtit. peregr. cap.* 9. *nu.* 23. quòd ſi concedens, ſeù delegans caſus eſſet Summus Pontifex, ſecùs eſſet dicendum: quià ſi ipſe haberet animum ità reuocandi, vt reuocatio ſtatìm haberet effectum, quamuis nihil de hoc ſciret delegatus: attamèn ſi interìm ille abſolueret, nulla eſſet abſolutio: nàm iuriſdictio delegata à ſola voluntate delegantis dependet; & ideò delegandi voluntate ſublata, iuriſdictio ipſa ſtatìm reuocata cenſetur, *l. ſi pater. verſ. ſin autèm ff. de Manumiſſis vindicta*, & ſi delegatus interìm abſolueret, nullus ſuppleret quod non contingit in delegato per Epiſcopum, quià interìm, dùm delegatus ignorat reuocationem conceſſæ facultatis, Sũmus Pontifex, & Eccleſia vniuerſalis ſupplent.

Non videtur tamèn ſuſpicandum eſſe Summum Pontificem velle reuocare facultatem ante notitiam reuocationis. 7.

ADDITIO.

D*Octrina quam vt certam ſupponere videtur Auctor* num. 1. *quod facultas abſoluendi à reſeruatis conceßa ab Epiſcopo extinguatur ipſius amotione, vel morte, licet non careat ſuo fundamento; tamen longe probabilior eſt contraria ſententia, quod imo facultas fori pænitentialis quæcumque certo tempore non coarctata, duret etiam poſt mortem, vel amotionem concedentis quouſque à ſucceſſoribus Epiſcopis reuocetur. Quia omnia iura diſponentia delegatum amittere iuriſdictionem pereunte, vel diſcedente delegante, id tantum ſtatuunt de iuriſdictione fori contentioſi, non fori pænitentialis, vt apud Sanchez loco citando. Sic* P. Georg. Gobat in Theol. Sacrament. tract. 7. n. 140. Raſlerus de pœnis cap. 6. n. 15. Lugo de pęnit. d. 19. ſect. 2. ſ. 2. Sanchez de matrim. tom. 3. n. 72. diſp. 28. lib. 8. Henriquez. cap. 6. de pęnit. lib. 6. n. 7. Sairus in Theſauro Caſuum tom. 1. lib. 7. cap. 14. Emanuel Sà in ſummula ſua verbo gratia. Suarez de pęnit. diſp. 26. ſect. 3. nu. 5. & 9. D. D. omnes cumulati per Sanchez loco citato n. 85.

An vero ſimiliter licentia conceſſa per Epiſcopum ad Beneplacitum, reuocetur amotione, vel morte ipſius concedentis latiſſimè Sanchez loco cit. à n. 58. vſque ad 70. *ad quem materiam præſentem omnino remitto: vbi* nu. 62. & 63. *docet licentias conceſſas ab beneplacitum, ſi ly beneplacitum intelligatur de perſona Epiſcopi expirare; ſi vero de beneplacito ſedis Epiſcopalis non expirare. Quod eſt notandum, nam regulariter huiuſmodi licentiæ non limitatæ conceduntur ad beneplacitum dignitatis, & ſedis Epiſcopalis non vero Epiſcopi perſona, vt idem* Sanchez explicat loc. cit. n. 62.

DIF-

Digitized by Google

DIFFICVLTAS TERTIA.

An valida ſit abſolutio à peccatis reſeruatis, & ab excommunicatione virtute Indulgentiarum reuocatarum, ſi reuocatio inuincibilitèr ignorabatur.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentia reuocata nullam videtur habere vim.*
2 *Veritas eſt, quòd abſolutio virtute Indulgentiæ reuocatæ inuincibilitèr ignoratæ valida eſt.*
3 *Suarez exiſtimat validam eſſe abſolutionem illius, qui bona fide confeſſus eſt in virtute indulti reuocati.*

1 Difficultatis ratio eſt; quià indulgentia, cum fuerit reuocata, videtur deincèps nullam habere vim; nam non entis nullus eſt effectus.

Inclinant Doctores communitèr in partem affirmatiuam, teſte *Suarez loco infracitando*, quòd .s. talis abſolutio ſit valida; & ratio eſt, tùm quià intentio Summi Pontificis præſumenda eſt prudens, vt reuocatio, non noceat, priuſquam de illa conſtet, alioquin facerent multi fideles opera requiſita ad Indulgentiam, qui abſque culpa ſpe illius defraudarentur, quod non eſt credibile eſſe de mente Summi Pontificis; tùm etiam quià ſicut indulgentia amplè interpretanda eſt, quoad voluntatẽ concedentis; ita è contrario, reuocatio reſtringenda eſt, vt obſeruat *Suarez ex mente quorundam Doctorum loco infracitando;* tùm etiam quià ſicut abſoluens à caſibus poſt mortem reſeruantis, ſed ante habitam illius notitiam, videtur validè abſoluere, vt notat *Naldus verb. caſ. reſer.*
2 *nu.* 13. ita videtur valida eſſe abſolutio à peccatis reſeruatis, & ab excommunicatione virtute Indulgentiarum reuocatarum, ſi reuocatio inuincibilitèr ignoretur. Hinc *Suarez tom. 4. diſp. 57. sect 2. modo 2. n. 9.*
3 exiſtimat validam eſſe abſolutionem illius, qui bona fide confeſſus eſt peccata reſeruata in virtute indulti conceſſi in ordine ad conſequendam Indulgentiam, cuius reuocationem inuincibilitèr ignorat; eſſeque abſolutum nedùm à cenſuris, ſed etiam ab onere comparendi.

ART. II. DIFFICULTAS PRIMA.

An priuilegium Confeſſori conceſſum ab Epiſcopo, ſeù Vicario Generali abſoluendi à caſibus reſeruatis, amittatur per renunciationem factam per dictum Confeſſarium.

SVMMARIVM.

1 *Quando amittatur priuilegium.*
2 *Acceptata per concedentem priuilegij renunciatione, non viget amplius.*
3 *An, ſi priuilegium non fuit acceptatum, illo adhuc priuilegiarius vti poſſit.*
4 *Duplex eſt priuilegium.*

RAtio difficultatis eſt, quia priuilegium amittitur per voluntariā priuilegij renunciationem factam à priuilegiario, & acceptatā à concedente. Ita communiter DD. patet *Ex cap. Si de terra, & cap. Accedentibus, de Priuilegijs.* 1

Ad difficultatem reſpondetur cum diſtinctione, vel renunciatio fuit facta à Confeſſario, & ſimul acceptata à concedente: vel fuit tantùm per Confeſſarium facta, ſed per concedentem minimè acceptata. Si priuilegium Confeſſori conceſſum ab Epiſcopo, aut Vicario Generali abſoluendi à reſeruatis fuit renunciatum à Confeſſario, & acceptatum 2
fuit à concedente, per talem renunciationem acceptatam amittitur: nām priuilegium habet vim à voluntate concedentis; cum ergo Superior acceptauerit renunciationem, priuilegium non viget ampliùs, & priuilegiariùs mutata voluntate non poteſt illo vti. Si verò renunciatio fuit facta à Confeſſario, ſed non fuit à concedente acceptata, poteſt dictus 3
Confeſſarius priuilegiarius tali vti priuilegio abſq; vllo ſcrupulo; quia priuilegium non amittitur per ſolam voluntatem renunciantis. Vide *Bonac. de legibus diſp. 1. q. 3. pun. 8. §. 4. prop. vnica n. 5.* Nam priuilegium vim habet à voluntate concedentis; idcircò ſi Superior non reuocet, vel renunciationem non acceptet, priuilegium adhuc viget, & priuilegiarius poteſt mutata voluntate illo vti. Nec obſtat ratio difficultatis, penſata prædicta diſtinctione.

Verùm, cum vertatur in dubium, an omne priuilegium poſſit renunciari, obſeruandum eſt; duplex eſſe priuilegium, vnum, quod habet 4
tractum ſucceſſiuum conſiſtens in potentia faciendi, vel omittendi ali-

quid

quid in futurum, qualis eſt facultas audiendi confeſſiones, abſoluendi à reſeruatis, &c. Alterum, quod habet effectum momentaneū .s. quod operatur ſtatim atque obtentum eſt, vt eſt diſpenſatio in impedimento matrimonij, in irregularitate, &c.

Priuilegium primi generis renunciari poteſt, non verò ſecundū: nam qui diſpenſationem obtinuit in impedimento, exempli gratia, conſanguinitatis, non poteſt renunciare diſpenſationi, itaut per renunciationē diſpenſationis fiat inhabilis ad contrahendum: non enim poteſt ſe inhabilem efficere, cum inhabilitas pendeat à Superiore, qui non poteſt priorem inhabilitatem inducere, quæ ſublata fuit, ſed nouam. *Ita Bonac. loco citato*. Conſtat itaquè nihil valere priuilegium abſoluendi à reſeruatis, quod à priuilegiario fuit renunciatum, & à concedente fuit acceptatum.

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An priuilegium per Epiſcopum Confeſſori conceſſum abſoluendi à reſeruatis amittatur per non vſum.

SVMMARIVM.

1 Duplex priuilegium, nimirùm affirmatiuum, & negatiuum.
2 Poteſtas abſoluendi a reſeruatis eſt priuilegium affirmatiuum.
3 Priuilegium affirmatiuum eſt duplex.
4 Priuilegium abſoluendi a reseruatis non amittitur per non vſum.

Ratio difficultatis eſt, quia priuilegium interdùm amittitur per non vſum, & interdùm non, vt videre eſt apud *Bonac. de legib. diſp. 3. q. 3. pun. 8. §. 5. vnica prop. num. 3.*

1 Ante reſponſionem obſeruandum eſt in primis, duplex eſſe priuilegium, nempè affirmatiuum, & negatiuum: affirmatiuum eſt, quo con-
2 ceditur facultas aliquid faciendi, vt in propoſito poteſtas abſoluendi à reſeruatis. Alterum verò negatiuum, & eſt, quo conceditur facultas nō faciendi aliquid, vt non ſoluendi tributa. Obſeruandum eſt inſupèr
3 priuilegium affirmatiuum adhùc diſtingui; nam aliud cedit in grauamē alterius, vt exigendi decimam: aliud verò minimè, vt in propoſito facultas abſoluendi à reſeruatis. Nos loquimur hìc de priuilegio affirmatiuo non inducente grauamen. His dictis.

Reſpondetur ad difficultatem negatiuè .s. quòd priuilegium Confeſſori conceſſum abſoluendi à reſeruatis, non amittitur per non vſum,
4 etiam ſi longum tempus intercedat, modò priuilegium conceſſum fuerit

abſque

abſque temporis determinatione; ratio eſt, tùm quià nullo iure probatur huiuſmodi priuilegium per non vſum amitti; tùm quià, cum huiuſmodi priuilegium non reſpiciat, vel grauet alios, non eſt dicendum amitti per non vſum. *vide Bonac. loco cit.*

ART. III. DIFFICVLTAS PRIMA.

An valeat abſolutio à reſeruatis, quam quis obtinet à Pœnitentiario, tacendo doloſè .s. vt faciliùs illam obtineat, ſe illam anteà petijſſe ab alio Pœnitentiario, ſed illam minimè obtinuiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Tria ſunt requiſita ad validam abſolutionem.*
2 *Valida eſt abſolutio obtenta ab vno, quam alter denegauit.*
3 *Dolus verſatur aut circà cauſam finalem, aut circà impulſiuam.*
4 *Quid vterq; dolus.*
5 *Valet abſolutio obtenta à Pœnitentiario, quamuis prius illam denegauerit.*

RAtio difficultatis eſt; quià tacetur aliquid, quo cognito Pœnitentiarius fortaſsè illum non abſolueret, vel ſaltèm maiori cum difficultate.

Reſpondetur ad difficultatem affirmatiuè, nempè talem abſolutionem validam eſſe: ratio eſt, quia adſunt omnia requiſita ad validam abſolutionem. Requiſita autem ſunt hæc tria, primum eſt cauſa iuſta. 1
Alterum eſt voluntas, ſeù intentio abſoluendi. Tertium verò eſt poteſtas ad abſoluendum. Primum adeſt .s. cauſa, quæ iuſta iudicatur ab vno Pœnitentiario, quamuìs fortaſsè ab alio Pœnitentiario non fuerit ſufficiens iudicata, & ob id abſolutionem denegauerit. Secundum adeſt .s. intentio abſoluendi, vt ſuppono. Tertium quoq; adeſt .s. poteſtas ſuper caſus reſeruatos. Concedendum igitur validam eſſe abſo- 2
lutionem obtentam ab vno Pœnitentiario, quam alter anteà denegauerat, licet præcedentis denegationis nulla mentio fiat. Videte, quæ habet *Bonac. in ſimili de diſpenſatione. diſp. 1. q. 2. pun. 7. prop. vnica num. 5.*

Pro maiori autèm intelligentia notandum eſt, taciturnitatem interdùm verſari circà cauſam finalem, & interdùm ſolummodò circa cauſam impulſiuam: item dolum ſimiliter verſari aut circà cauſam fina- 3

Digitized by Google

lem, ait tantùm circa impulſiuam: taciturnitas circa cauſam finalem eſt illa, quæ ſi expreſſa fuiſſet, non fuiſſet facta gratia; taciturnitas verò circa cauſam impulſiuam eſt illa, quæ ſi expreſſa fuiſſet, adhùc etiam data (in propoſito) fuiſſet abſolutio, ſed non ita facilitèr: dolus ſimilitèr circà cauſam finalem eſt ille, qui ſi expreſſus fuiſſet, non fuiſſet
4 impenſa abſolutio: dolus verò circa cauſam impulſiuam eſt ille, qui ſi fuiſſet expreſſus, adhùc tamèn impenſa fuiſſet abſolutio. Vide *Bonac. in ſimili de diſp. vbi ſupra pun. 6. n. 4. & de Contractibus diſp. 3. q. 1. pun. 4. nu. 2.* vbi refert quamplures DD. hanc aſſerentes doctrinam. Nos ſupponimus in pœnitente prædicto non adeſſe taciturnitatem, nec dolum verſantem circa cauſam finalem, ſed ſolummodò circa impulſiuam.

Similitèr obſeruandum eſt, validam eſſe abſolutionem à reſeruatis obtentam ab Epiſcopo, quam ipſius Vicarius Generalis anteà denegauerat, licèt pœnitens dolosè .s. vt faciliùs illam impetret ab Epiſcopo, nullam faciat mentionem abſolutionis à Vicario Generali anteà ſibi denegatæ.

5 Sequitur ſecundò, validam eſſe abſolutionem à Pœnitentiario obtentam, quam Vicarius Generalis, vel Epiſcopus negauit pœnitenti, vt ex difficultate obtinendi abſolutionem, peccati grauitatem euidentiùs intelligeret, etiam ſi nullam fecerit mentionem denegationis abſolutionis ab Epiſcopo, vel eius Vicario Generali ſibi factæ; ratio eſt, quia adſunt omnia requiſita eſſentialitèr ad validitatem abſolutionis à reſeruatis, vt ſupponitur.

Tertiò ſequitur, validam quoque eſſe abſolutionem reſeruatorum, quam pœnitens à Pœnitentiario obtinuit, etiam ſi non exprimat ſe illã ab ipſomet Pœnitentiario aliàs petijſſe, & ab ipſo minimè obtinuiſſe, & huius denegationis ipſe Pœnitentiarius non recordetur. Ratio eſt, quià adſunt neceſſaria eſſentialitèr ad impertiendam abſolutionem, vt ſuppono, & credere poteſt pœnitens velle modò Pœnitentiarium rigorem, & ſeueritatem priùs ergà ſe adhibitam in deneganda abſolutione mitigare. Ita *Sanchez lib. 8. d. 22. num. 22.* cui adheret *Salas de legibus diſp. 10. ſect. 15. Suarez lib. 6. de legib. & alij apud Bonac. vbi ſupra in ſimili de diſpenſat.*

DIF-

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An à caſibus reſeruatis abſolui poſſit ille, qui occaſione gratiæ ſibi factæ, vt poſſit abſolui, faciliùs in illos ſe præcipitat.

SVMMARIVM.

1. *Qui abutitur priuilegio, illo priuari meretur.*
2. *Priuilegio abutens non dicitur de facto priuari.*
3. *Minus peccat, qui patrando delicto, cogitat de emendatione.*
4. *Non dantur priuilegia ad fouenda peccata.*
5. *Cui ſuffragetur ingreſſus in aliquam Societatem pro beneficio abſolutionis à reſeruatis.*

DIfficultatis ratio eſt, quià priuilegiatus ob priuilegij abuſum pri- 1
uilegio priuari debet, conſtat *ex cap. vbi iſta diſt. 74.* vbi dicitur,
priuilegium amittere meretur, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate, *Cap.
Vt priuilegia, de Priuilegijs, & cap. Priuilegium 11. q. 3.* qui autem
peccat ſpe, vel occaſione accepta à priuilegio, abutitur illo, vt patet ex
modis abutendi priuilegio relatis per *Bonac. de leg. diſp. 1. queſt. 3.
pun. 8. §. 7. prop. 2. num. 4.*

Ad difficultatem reſpondetur, talem abutentem gratia ſibi conceſſa
dignum eſſe quidem, vt gratia priuetur; attamèn de facto non amittere
illam ob illius abuſum; ratio ea eſſe videtur, tùm quià priuilegio abu- 2
tens non dicitur de facto priuari, ſed ſolum priuationem mereri; tùm
quià pœnæ ſunt molliendæ, & non aſperandæ, *l. Interpretatione ff. de
Pœnis*, tùm etiam, quià ita communitèr Doctores ſentiunt, vt videre eſt
apud *Vinaldum de Confeſſione c. 42.* minuſque peccat ille, qui delictum
committendo, cogitat de confeſſione facienda, quàm ille, qui à tali co- 3
gitatione abſtrahit animum, vt notant communitèr DD.

Nec officit reſolutioni ratio difficultatis, vt conſtat ex rationibus
modò ſuprà allatis. Verùm obſeruatione dignum eſt, quod habet *Co-
rona de conditionibus, quæ ſacramentalem Confeſſionem circunſtant, nu. 24. 4
dub. 6.* nimirùm talia priuilegia non dari ad fouenda peccata, ſed, vt
poſtquam quis ex fragilitate in errorem ceciderit, faciliori modo ſana-
ri, ac omninò reſurgere valeat. Hæc de illo, cui factum eſt priuilegium
abſq; hoc, quod illud petierit.

Sed quid dicemus de illo, cui non eſt factum priuilegium tale, ſed

illud petit, vt à reſeruatis abſolui poſſit, & ob hanc cauſam aliquam ingreditur Societatem, an (inquam) ipſi ſuffragetur? Reſpondet *Corona vbi ſup.* cum tali diſtinctione, ſi talis Societatem ingreditur ſolummodò hoc fine ductus, vt per Confeſſarium abſolui poſſit, cum nimis verecundetur Superiorem adire, itaut ſi verecundiæ ligamine non annodaretur nullo pacto Societatem illam ingrederetur, nec in illa intentionem habet, exiſtendi, nec obſeruandi ſeruanda ex præſcripto Societatis; iſti priuilegium minimè ſuffragatur; nam Eccleſia virtutes, non vitia fouere intendit.

Cæterùm ſi occaſione hac Societatem ingrederetur cum intentione perſeuerandi in Societate, ac obſeruandi, quæ in ea ordinantur, priuilegio gauderet, quò ad reſeruationem tàm præteritorum, quàm futurorum iuxta tamen limites priuilegij; quia occaſio illa eſt ſolùm cauſa impulſiua, non principalis.

Idem concluditur à *Corona vbi ſup.* de illis, qui ſuam dignoſcentes fragilitatem ſimilia procurant priuilegia, vt ſi interdùm, quæ eſt humana fragilitas, in aliquod peccatum Superioribus reſeruatum ceciderint, tali priuilegio vti valeant.

Verùm attendant Confeſſarij, nùm priuilegia Societatibus, ſeù Scholis conceſſa ſint in viridi obſeruantia, ne in alienam meſſem mittant falcem, ac abſolutionem inualidam reddant.

DISTINCTIO DVODECIMA.

De Pœnitentiariorum, & delegatorum facultate circa reſeruatos caſus.

CVm diſtinctio hæc reſpiciat tùm Pœnitentiarios propriè dictos habentes Præbendam in Cathedrali, vel ſimpliciter admiſſi cum auctoritate omnium caſuum; tùm Pœnitentiarios impropriè dictos, habentes .ſ. facultatem abſoluendi ab omnibus peccatis reſeruatis ad beneplacitum Ordinarij; ideò meritò huiuſmodi diſtinctio diuiditur in tres articulos: quorum primus erit de Pœnitentiarijs propriè dictis: alter erit Pœnitentiarijs impropriè: tertius deniqne de ſigillo Sacramenti Pœnitentiæ à Pœnitentiarijs, & alijs Confeſſoribus ſeruando.

Digitized by Google

ARTICVLVS I.

De Pœnitentiarijs propriè dictis duas continet difficultates, ſcilicèt.

1 *An Pœnitentiarius facultatem ſibi conceſſam delegare poſſit.*

2 *An Pœnitentiario, qui nollet abſoluere, niſi à caſibus reſeruatis, poſſit hoc permitti.*

ARTICVLVS II.

De Pœnitentiarijs impropriè dictis itidem duas continet difficultates, vlz.

1 *An Confeſſarij ad beneplacitum Ordinarij habentes auctoritatem abſoluendi à peccatis reſeruatis, poſſint in aliquo caſu à ſolis reſeruatis abſoluere.*

2 *An Delegatus ad abſoluendum aliquem pro vna vice tantùm poſſit iterum eum abſoluere, dato quòd prima vice inutilitèr ipſum abſoluerit ob aliquod mortale retentum abſq; iuſta cauſa v. g. ex ſola verecundia.*

ARTICVLVS III.

De ſigillo Sacramenti Pœnitentiæ à Pœnitentiarijs, & alijs Confeſſoribus ſeruando duas habet difficultates, .s.

1 *An Pœnitentiarius, vel alius Confeſſarius dicens ſe aliquem minimè abſoluiſſe abſq; additione, ſiuè à peccato reſeruato, ſiuè non, ſit ſigilli Confeſſionis reuelator.*

2 *An Superior, ad quem pœnitens accedit, vt ab eo auctoritatem paſſiuam abſoluendi à peccato reſeruato accipiat, ſigillo Sacramenti Pœnitentiæ ligetur.*

ART.

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA:

An Pœnitentiarius facultatem ſibi conceſſam delegare poſſit.

SVMMARIVM.

1 *In quo ſenſu loquitur Auctor de Pœnitentiario.*
2 *Pœnitentiarij ſubdelegare poſſunt, non ſimpliciter, vt Ordinarij, ſed ſecundum quid.*
3 *Finis, ob quem aſſumuntur in partem ſollicitudinis, quis ſit.*
4 *In ſententia Capeau. ſubdelegant tantùm Pœnitentiarij Præbendam in Cathedrali habentes.*
5 *Conſulenda eſt conſuetudo rationabilis, & præſcripta.*
6 *Conſtitui debent Pœnitentiarij etiam per Diœceſim.*
7 *Ex defectu Conſtitutionis Pœnitentiariorum non modica ſequuntur inconuenientia.*
8 *Pœnitentiarij apud Regulares pro Regularibus non ſubdelegant.*

RAtio difficultatis eſt, quia Iudex delegatus delegandi poteſtatem non habet *l. More ff. de Iuriſdict. omn. Iud.* Ante reſponſionem tria præmittenda ſunt, quorum primum eſt difficultatem hanc non moueri de Pœnitentiario, cui per Ordinarium ſpecialitèr facultas ſubdelegandi conceſſa fuit; id.n. difficultatem non habet: nam ſi Ordinarius per ſe delegare poteſt; ergò & per alium, iuxta regulam illam, quæ per nos agere poſſumus, & per alios agere volumus *l. 1. ff. de Procur.* ſed mouetur de Pœnitentiario, cui per Ordinarium conceſſa eſt generalis circa pœnitentes, quæ concedi ſolet, nihil aliud addendo.

Secundum eſt, difficultatem non fieri de Pœnitentiario delegato ad caſum, vel caſus particulares; nam de tali intelligitur regula illa .s. delegatus non poteſt delegare; ſed fit de illo Pœnitentiario, qui ad vniuerſitatem caſuum delegatus eſt.

Tertium eſt, quòd non mouetur difficultas, ſi delegatus poteſt ſubdelegare inſimul totam facultatem, quam ei conceſſit Ordinarius, ſed ſi in aliquo caſu particulari poterit, v. g. dum in facto conſulitur;
1 non (inquam) mouetur difficultas, ſi poteſt Pœnitentiarius totam facultatem ſibi delegatam ſubdelegare, quia hoc conſtat non poſſe fieri, niſi Pœnitentiarius ſuper hoc habeat mandatum.

Modò

Modò ad rem noſtram deueniendo, reſpondent infra citandi DD. difficultati affirmatiuè; rationeſque eorum ſunt; tùm quia delegatus ad vniuerſitatem cauſarum in foro conſcientiæ eſt quaſi Ordinarius, vt 2
dicit *Gloſſ. in cap. Cum cauſam in verb. Delegatus de Appellat.* quam communitèr receptam teſtatur *Abbas ibi*; tùm ne Pœnitentiarij fruſtra conſtituti videantur, cùm non deſint Confeſſarij, ad quos pœnitentes 3
accedant. Hinc Ordinarij ad hoc ſe aſſumere tales Pœnitentiarios declarant .s. vt in caſibus, cenſuris, votis, iuramentis, diſpenſationibus, & alijs forum conſcientiæ concernentibus, illis reſeruatis, ſibi deſeruiant; & vt in dubijs, quæ circa confeſſiones occurrunt, inferiores Sacramenti Pœnitentiæ miniſtri eos conſulant. Poſſunt itaque Pœnitentiarij non ſolùm à caſibus reſeruatis abſoluere, & in votis, irregularitatibus, & alijs ad Epiſcopum ſpectantibus diſpenſare, ſed etiam in caſu particulari, dùm in facto conſuluntur, propriam facultatem alijs ſubdelegare ex illa regula, quòd delegatus à Principe poteſt alteri ſubdelegare, *cap. fin. de Off. deleg. cap. fin. de Off. Iud. Ord.* vbi Gloſſa palàm fatetur, illos, qui ordinario iure, vel delegato à Principe abſoluere valent, poſſe etiam ſuas committere vices cum viderint expedire, vt obſeruat *Homob. de caſ. reſer. par. 1. c. 5. vbi de Pœnitentiariorum facultate. Vgol. de offic. & poteſt. Epiſcopi par. 2. cap. 56. §. 7. Nauar. conſ. 22. de Pœnit. & alij quamplures apud Homob. vbi ſupra, & apud Peirinum de priuileg. Minimorum ſuper Conſtit. x. Vrbani viij. num. 14.*

Hic tamen obſeruandum eſt, quòd *Capeauilla de caſib. reſeruat. cap. 5. difficultate ſecunda*, loquendo de Pœnitentiarijs in Cathedralibus, diffi- 4
cultatem hanc tractat, illamque reſoluit, diſtinguendo de duplici ſpecie Pœnitentiariorum .s. habentium Præbendam, & non habentium, vultq; quòd illi, qui præbendam habent, poſſint ſuam ſubdelegare facultatem, eo .s. modo, quo ſupra retulimus, quod negat de alijs Præbenda carentibus; idemq; videtur ſentire *Bariola in aphor. verb. Pœnitentiarij*, quorum opinio eſt ſatis probabilis. *Homob. verò, vbi ſuprà*, ſentit idem tàm de illis, qui habent Præbendam, quàm de alijs illa carentibus, dummodò ad vniuerſitatem cauſarum in foro conſcientiæ ſint electi. Qui habent Præbendam annexam Pœnitentiariæ, dicuntur quaſi Ordinarij: alij verò dicuntur Delegati.

Mihi videtur attendenda eſſe conſuetudo locorum, quæ ſi eſt rationabilis, & præſcripta ſequenda eſt, quia tollit legem *§. ſine ſcripto, Inſtit. de Iu. naturali gen. & ciuili, cum ſimilibus*, quæ ſi non eſt inſimul rationabilis, & præſcripta, minimè tollit legem, nec eidem præiudicare 5
poteſt, *c. Clerici, de Iudic. Conſuetudinis, diſtin. 11.* Porrò ſi quæratur in generali, quomodo conſuetudo poteſt eſſe rationabilis, cum interdùm ſit contra ius, quod ſimiliter eſt rationabile.

Reſpon-

Reſpondetur, quòd, quando conſuetudo ob aliquem bonum finem inſtituitur, dicitur eſſe rationabilis; licet ſit contra ius, quòd ſimiliter eſt rationabile, quia illa vno reſpectu rationabilis eſt; iſtud verò aliò reſpectu. Ius ſtatuit, exempli gratia, quòd Epiſcopus tractet negotia cùm conſil. Capituli, *Cap. Nouit, & Cap. Quanto, de His, quæ fiunt à Prælat.* & ratio eſt, quia firmiùs eſt conſilium plurimorum: nam vbi conſilia multa, ibi ſalus multa. Tamen conſuetudo poteſt introducere contrarium, *Cap. Non eſt, de Conſuet. lib. 6.* quæ ſimiliter rationabilis erit, vt faciliùs .s. expediantur negotia.

Inſuper notandum eſt, quòd ex Decreto Sacræ Congregationis Card.
6 nomine Clem. viij. edito, ab Ordinarijs Pœnitentiarios conſtitui par eſt per totam Diœceſim, ac præſertim in illis locis, qui à Ciuitate, & à Cathedrali Sede longiùs remoti ſunt, quibus ſi facultas concedatur, non ſolùm à caſibus reſeruatis abſoluere licet, ſed etiàm eandem facultatem alijs Confeſſarijs, ſi opus ſit, etiam viua voce impertire licet, eo modo, quo ſupra: nam iudices tam Ordinarij, quam Delegati ad vniuerſitatem cauſarum, quales Pœnitentiarij eſſe ſolent, poſſunt facultatem, quam habent, alijs impertire ad mentem prædict. DD. Quod quidem præter vniuerſalis Eccleſiæ vſum hac confirmatur ratione, quòd ſi hoc fieri non
7 poſſet, in magnum Eccleſiæ detrimentum cederet: quia iudices tàm Ordinarij, quàm Delegati multis occupationibus tum publicis, tum priuatis detineri ſolent, itaut nequeant omnium ad ſe confluentium audiendis confeſſionibus vacare. Inſupèr multi non audent ad illos accedere, & conſequentèr ſi non poſſent alijs inferioribus Confeſſoribus facultatem abſoluendi à reſeruatis ſubdelegare, innumeri ſine Confeſſione in ſtatu damnationis ex hac vita decederent. *Ita Homob. vbi ſupra* cui ſatis credendum eſt, cum à multis annis experientia Pœnitentiariæ didicerit, quàm neceſſaria eſſet talis facultas: iuxta illud, vnicuique experto in ſua ſcientia credendum eſt. Adhibenda eſt fides peritis in arte. *Haloandrus in Flor. leg. l.* A. Auctoritates maiorum non ſunt reprobandæ: diſſentit tamen *Gauantus in Ench. Epiſcop. ver. Pœnitentiarius n. 21 & alij.*

Verùm aduertendum eſt, Religionum Pœnitentiarios (ſic .n. appel-
8 lantur Confeſſores in monaſterijs deputati *in Clemen. 1. §. ſane, de Statu monach.*) quòd cùm à Superioribus erga fratres ſubditos nudum tantùm miniſterium ipſis committi ſolitum ſit, hanc facultatem abſoluendi, vel diſpenſandi alijs delegare minimè poſſe. *Syluest. verb. Delegatus q. 8. Azorius par. 1. lib. 11. cap. 19. q. 22. Homob. loco cit. ibi Pœnitentiarij monaſterij, contra Peirinum de priuilegijs Minim. in Conſtit. x. Vrbani viij. num. 14. & alios apud ipſum eodem loco, & num.* quorum tamen opinio non eſt improbabilis.

Verùm exceptio iſta intelligenda eſt, niſi aliter de mente Superioris

dele-

Digitized by Google

delegantis appareret, quæ in primis in hac materia attendenda eſt: reſeruatio n. (vt communiter ferunt DD.) potiùs pendet ex mente reſeruantis, quam ex ratione naturali, & præſertim quia inſolita non præſumuntur. *Nald. verb. Delegatus nu.* 8. ſentit etiam Parochum ad abſoluendum ſuos Parochianos à reſeruatis delegatum poſſe ſubdelegare alteri aliquem caſum, quando neceſſitas hoc ſuaſerit, & intelligitur eius doctrina de Parocho habente omnes caſus, & vbi viget talis conſuetudo, quæ eſt in primis attendenda, vt dixi.

ADDITIO.

O*Ccaſione quæſtionis, an poſſit Pœnitentiarius ſubdelegare commoda naſcitur additio, Doctrinæ* Naldi verbo delegatus nu. 8. & Piaſecij in praxi Epiſcopali p. 2. cap. 4. nu. 8. Paleotti in Archiep. Bonon. p. 7. fol. 513. Rodriquez tom. 1. quæſt. 21. articulo 9. Laiman tract. 6. cap. 10. nu. 12. Finel. cap. 11. *quòd non ſolum pœnitentiarius; ſed etiam alius Sacerdos, vel Parochus delegatus ad vniuerſitatem caſuum reſeruatorum, in tota, vel in aliqua parte Diœceſis poteſt in caſu particulari ſubdelegarē alteri confeſſario ſimplici abſolutionē vnius reſeruati, vel vnius pœnitētis ſibi ſubditi pro vna vice; Quia ſtatim ac quis ad vniuerſitatē cauſarum delegatur ceſſat axioma, quod delegatus ſubdelegare non poſſit* Felini cap. fin. de Off. iud. ordin. *Quod volo intelligas, dummodo non conſtet diuerſam eſſe ſuperioris primi delegantis mentem, quam tanquam formam dantem eſſe rei perpendendam eſſe non dubito.*

DIFFICVLTAS SECVNDA.

Si Pœnitentiarius nollet abſoluere niſi à caſibus reſeruatis, poſſet nè illi hoc permitti?

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Pœnitentiarijs non debet permitti, vt paſſim abſoluant tantum à reſeruatis.*
3 *Reſponſio data Abulenſi Pœnitentiario.*
4 *Debent audire etiam non reſeruata, ne aliquod ſequatur inconueniens.*

RAtio difficultatis eſt, quia abſolutio à reſeruatis videtur eſſe quid 1
proprium Pœnitentiariorum, & pro reſeruatorum abſolutione in primis conſtitui Pœnitentiarios.

2 Satisfacit difficultati *Vgolinus de Offic. & Poteſt. Epiſcopi, loco citando,* negans debere permitti; & ratio eſt, tùm quià ità penitentes ipſum non adirent; nam ipſo adito, inditium foret videntibus, eos in caſus reſeruatos incidiſſe; quapropter pudore affecti recuſarent eius aditionem;
3 tùm quia *Sacra Congregatio die* 21. *Aprilis* 1587. ſic ieſpondit Abulenſi Penitentiario .s. quòd debebat audire tàm non reſeruata, quàm reſeruata, & ab omnibus abſoluere, vt ieſtatur *Vgol. de Offic. & poteſt. Epiſcopi, cap.* 35. *n.* 3. *Gauantus in Enchir. Epiſc. ver. Penitentiarius n.* 21.
4 Nec obſtat, quòd ſit proprium Penitentiariorum, quinimmò, quia proprium, debent ſæpè ſæpiùs excipere confeſſionem tam non reſeruatorum, quàm reſeruatorum, vt auferantur inconuenientia, de quibus ſupra.

ART. II. DIFFICVLTAS PRIMA.

An Confeſſores ad beneplacitum Ordinarij habẽtes auctoritatem abſoluendi à peccatis reſeruatis, poſſint in aliquo caſu à ſolis reſeruatis abſoluere.

SVMMARIVM.

1 *Abſoluere à ſolis reſeruatis videtur eſſe ſolius Superioris.*
2 *Exiſtente neceſſitate, vel admodùm rationabili cauſa à ſolis reſeruatis abſoluere poſſunt.*
3 *Corrigenda eſt conſuetudo abſoluendi à ſolis reſeruatis abſq; neceſſitate, aut rationabili cauſa.*
4 *Solius Superioris eſt auferre reſeruata extrà confeſſionem.*
5 *Aliud eſt remittere penitentem ad inferiorem Confeſſorem: aliud delegare ſuam auctoritatem.*

1 DIfficultatis ratio eſt; quia abſoluere à ſolis reſeruatis mittendo penitentem ad alium pro non reſeruatis, videtur eſſe ſolius Superioris.

Ad difficultatem reſpondetur cum diſtinctione. Obſeruandum itaq; eſt, difficultatem hanc poſſe duplicitèr intelligi, nimirùm, vel quòd regularitèr fieri poſſit: vel quod ſolummodò in aliquo caſu, vtpotè ſi ali-
2 qua grauis neceſſitas, aùt admodum rationabilis exiſtat cauſa, ſiuè ex parte penitentis, vt moralitèr non poſſit perficere confeſſionem; vel ex
1 parte Confeſſarij, qui etiam hic, & nunc verum habet impedimentum, quò minùs poſſit totam audire confeſſionem. *Ita Suarez loco infra citando,*

do, & poſt ipſum Franciſcus Suarez loco item infra notando.

Si difficultas intelligatur primo modo, videlicèt, quòd poſſit fieri regularitèr, negatur; tùm quia ſi non de quo magìs, ergò nec de quo minùs; ſed Superiori habenti facultatem à iure, quamùis pluribus, & grauioribus regularitèr detineatur negotijs, non licet præciſa neceſſitate, ſeù rationabili cauſa, auditis ſolis peccatis reſeruatis tranſmittere pęnitentem pro non reſeruatis: ergò nec inferior habens ſolummodò facultatem delegàtam: tùm quià integritas confeſſionis eſt de iure diuino; ius autèm diuinum ſeruandum eſt, niſi aliud poſcat neceſſitas, aut rationabilis cauſa. Non poteſt itaque regularitèr fieri, ſed ſolùm quandò Confeſſarij adeò grauibus negotijs premuntur, vt nequeant omnia pęnitentis peccata audire; quod ſi fortè paſſim apud aliquos introducta eſt conſuetudo Sacramentaliter abſoluendi à ſolis reſeruatis abſque neceſſitate, aut rationabili cauſa, corrigenda eſt; nam conſuetudo contra ius Diuinum legitimè introduci non poteſt. 3

Cæterùm ſi intelligatur ſecundo modo, conceditur, cum neceſſitate, aut rationabili cauſa conſurgit ſufficiens ratio audiendi ſola peccata reſeruata, & ab illis abſoluendi, tranſmittendo pęnitentem ad inferiorem pro non reſeruatis: taliſquè dimidiatio nō formalis, ſed materialis tantū cenſetur. *Ita Suarez de Pęnit. diſp. 31. ſect. 1. dicto 2. nu. 8.* quem ſequitur *Soarez tract. de contract. lib. 5. verb. caſus, & Fagundez lib. 8. cap. 3. num. 9. & 19.* 4

Nec obſiſtit difficultas ab initio obiecta; quia ita intelligi debet .s. quòd ſolius ſit Superioris habentis facultatem à iure auferre reſeruationem extra Sacramentum: ſed audiendo peccata reſeruata, dùm adminiſtratur Sacramentum Pęnitentiæ, poteſt fieri etiam ab habente facultatem delegatam circà reſeruata .s. exiſtente neceſſitate, aut rationabili cauſa, vt patet per *Suarez, & per Soarez locis citatis.*

Verùm vnum cenſeo animaduertendum, nempè diſcrimen eſſe inter remittere pęnitentem ad inferiorem Confeſſorem, à quo abſoluatur à non reſeruatis, & delegare ſuam auctoritatem: nam primum poteſt eſſe, nè dùm reſpectu Superiorum, ſed etiam reſpectu habentium facultatem delegatam ſuper reſeruata, ſi exiſtat neceſſitas, aut rationabilis cauſa, vt diximus. Secundum verò eſt tantùm reſpectu Superiorum, vti ſunt Epiſcopus, Vicarius Generalis, &c. nam Delegatus ſubdelegare non poteſt *l. More maiorum ff. de iuriſd. omn. iudic.* Niſi iuxta dicta in hac diſtinctione Art. 1. difficul. 1. ex mente quorundam DD. item Superior habens facultatem à iure poteſt auferre reſeruationem etiam extra Sacramentum: Delegatus verò ad abſoluendum à reſeruatis tenetur, aut ſacramentalitèr abſoluere, aut rem integram relinquere. *Suarez loc. cit. diſp. 28. ſect. 4. num. 5.* 5

Digitized by Google

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An delegatus ad abſoluendum aliquem pro vna vice tantùm, poſſit iterum eum abſoluere, dato quòd prima vice inutiliter ipſum abſoluerit ob aliquod mortale retētum abſq; iuſta cauſa v.g. ex ſola verecundia.

SVMMARIVM.

1 *Vbi conceſſum eſt aliquod, pro prima vice conceſſum cenſetur.*
2 *Qui inutiliter prima vice abſoluit, poteſt iterum abſoluere.*
3 *Licentia conceſſa ſuper caſus reſeruatos, intelligitur de actu perfecto.*
4 *Explicatur doctrina Graſſij.*

1 Difficultatis ratio eſt; quia vbi conceſſum eſt aliquid, pro prima vice conceſſum exiſtimatur *l. Boues ff. de verb. ſignif.* Satisfacit huic difficultati *Vgolinus de Offic. & Poteſt. Epiſcopi cap. 56. §. 1. nu. 2.* ſuſtinens partem affirmatiuam, nimirùm quòd poteſt iterùm pœnitentem abſoluere; ratio eſt, tùm quia Confeſſor habuit licentiam ipſum ab-
2 ſoluendi, & adhuc eum non abſoluit; ideò adhuc licentia perſeuerat; verba .n. cum effectu intelligi debent: tum quia verba in potiori ſignificatu accipienda ſunt *l. Quaeritur ff. de ſtatu hom.* & abſoluere ſignificat liberationem à culpa effectualiter. Quapropter, vt Confeſſor non diſcedat à verborum proprietate, poterit illum abſoluere, ex quo prima vice ipſum non abſoluerit; tùm etiam quia talis videtur eſſe mens delegantis, & fauor animarum hoc exigit, ad *l. Sunt perſonæ ff. de Relig. & ſumpt. fun.* Et per has rationes ſatisfit etiam rationi ab initio obiectæ.

Addit ad hæc *Iacobus Graſſius in Appendice tam primi quàm ſecun-*
3 *di tomi, deciſ. aurear. prim. lib. cap. 7. num. 50.* licentiam conceſſam ſuper caſus reſeruatos intelligi de vnico actu perfecto, dixi, perfecto; quia, qui poſt obtentam licentiam, & peracta Confeſſione ante Communionem committeret aliud peccatum reſeruatum, etiam ſi ſit commiſſum ſub ſpe veniæ, poteſt illud Confeſſario, qui obtinuit facultatem, confiteri, & ab ipſo abſolui. Sunt verba ipſius Graſſij ad litteram recitata.

4 Verùm iudico Graſſ. intelligendum eſſe iuxta ſupra allatam doctrinā Vgolini; cum hæc ſua ſic tradita non videatur tuta in praxi.

ART.

ART. III. DIFFICVLTAS PRIMA.

An Pœnitentiarius dicens ſe aliquem minimè abſoluiſſe, abſque additione, ſiuè à peccato reſeruato, ſiuè non, ſit Confeſſionis reuelator.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Duplex eſt Confeſſionis Sacramentalis reuelatio, alia directa, indirecta alia.*
3 *Reſponſio eſt affirmatiua.*
4 *Exiſtit etiam Confeſſionis Sacramentalis reuelator Confeſſarius ille, qui defectus, licet naturales detegit.*
5 *Rationi obiectæ occurritur.*

RAtio difficultatis eſt, nam quod aliquis non fuerit abſolutus ex varijs cauſis, prouenire potuit, exemp. gratia, vel quia fortaſſe Confeſſio nondum completa fuerit, vel quia fortè Confeſſarius abſolutionem iuſto titulo in vtilitatem pœnitentis differre voluerit, & ſic videtur Confeſſor non eſſe culpandus, ſed id tribuendum eſſe malitiæ, & malo animo hominum, qui omnia deteriorem in partem accipiunt. Legendus eſt *Caiet. in ſum. ver. Confeſſor*. 1

Ante reſponſionem notandum eſt duplicem eſſe reuelationem, directam, & indirectam. Non mouetur difficultas, ſi hac loquendi forma Confeſſarius reuelet directè Confeſſionem Sacramentalem, ſed ſi indirectè illam reuelet. 2

Modò ad difficultatem reſpondetur affirmatiuè, ratio eſt tum quia ſic colligitur *Ex cap. Omnis, de Pœnit. & remiſſ.* proloquente in hæc verba, nimirùm, *Caueat autem omninò &c.* Confeſſarius *nè aut verbo, aut ſigno, aut alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorem*; ideò Confeſſarius fieret ſigilli fractor, ſi in dicta verba, de quibus difficultas, rueret; tum quia affirmans ſe aliquem non abſoluiſſe, indirectè oſtendit ipſum abſoluere noluiſſe ob aliquod impedimentum in ipſo repertum; id autem eſt indirectè manifeſtare Confeſſionem; tum præterea, quia Confeſſarij ab ijs, quæ poſſunt peccatum, & perſonam indicare abſtinere tenentur; Eſt itaque huiuſmodi obloquutio Cōfeſſionis indirecta reuelatio. 3

Idem dicendum eſt, ſi Confeſſarius defectus naturales, quos ſolùm ex Confeſſione nouit, reuelaret; frangeret quippè Sacramenti ſigillum 4

exem-

exempli gratia, ſi tali via ſciret pęnitentem illegitimum eſſe, aut ignobilibus parentibus natum, cum tamen ab omnibus haberetur, vt legitimus, & nobilis; & id extra alijs reuelaret. Hæc veritas liquidò colligi poteſt; quia ſigillum ea ratione inſtitutum eſt, tum vt conſulatur famæ pęnitentis, tum ne Confeſſio difficilis reddatur.

Nec obſtat ratio difficultatis ab initio obiecta, quia, vt plurimum
5 (moraliter loquendo) abſolutionis negatio eſt ſignum alicuius grauioris peccati: exempli gratia, quòd peccatum ſit reſeruatum, vel annexam habeat excommunicationem, vel quia, qui confitetur peccata, ſit impęnitens, & propterea abſolui non poſſit. Nec talis detectio tribuenda eſt malitiæ, & malo animo hominum, ſed tali oblocutioni, quæ regulariter deteriorem in partem ſolet ſumi, vt teſtatur *Onuphrius de Sacro Sigillo ſect. 4. quaſt. 7. dubit. prima.*

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An Superior, ad quem pœnitens accedit, vt ab eo auctoritatem paſſiuam abſoluendi à peccato reſeruato accipiat, ſigillo Sacramenti Pœnitentiæ ligetur.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis qualis eſt.*
2 *Supponitur primò ſigillum Pœnitentiæ Sacramenti eſſe iuris naturalis, iuris diuini poſitiui, & iuris eccleſiaſtici.*
3 *Sigillum tàm naturale, quàm ſacramentale quid.*
4 *Strictius eſt ſigillum ſacramentale ſigillo naturali.*
5 *Plura requiruntur ad incurrendas pœnas ex fractione ſigilli, quàm ad illum frangendum.*
6 *Duo requiruntur ad Confeſſionem Sacramentalem, & ad ſigillum.*
7 *Superior tenetur ad ſigillum Pœnitentiæ Sacramenti.*
8 *Nec obſtat obiectio.*

1 RAtio difficultatis formatur in ſimili de conſiliario, qui non tenetur ad ſigillum ſacramentale, ſed ſolummodò ad naturale.

2 Ante reſponſionem ſupponuntur quædam. Primum eſt, quòd ſigillum ſacramentale eſt partim iuris naturalis, partim iuris poſitiui diuini, & partim iuris eccleſiaſtici. Iuris naturalis, quia ſeruare ſecretum dictat lex naturalis, & pertinet ad virtutem fidelitatis, *Sotus de tegen. & detegen. ſecret. 11. q. 5. c. de forma fidelitatis.* Iuris poſitiui diuini, quia

ſicut

ſicut inſtitutio Sacramenti Pęnitentiæ ius diuinum poſitiuum eſt; ſic & ſigillum, quod continetur in confeſſione, erit iuris diuini poſitiui. Eſt iuris eccleſiaſtici, conſtat tùm *ex cap. Sacerdos, de Pœnit. diſt.6.* tum *ex cap. Omnis vtriuſq; ſexus, de Pœnit. & remiſſ.* vbi infliguntur pęnæ ijs Confeſſarijs, qui huiuſmodi ſigillum fregerint; ideò ſignum eſt, Pontificem velle, & præcipere ſigillum. Hinc colligo non ex vno capite tantùm, ſed ex pluribus hoc ſigillum ad ſilentium obligare; ex iure naturali ſtrictè, ex iure diuino poſitiuo ſtrictiùs, & in omni caſu; & ex iure denique eccleſiaſtico ſtrictiſſimè, nempè ex grauiſſimis pęnis contra reuelatorem inflictis. Ita *Onuphrius loc. cit. in fine.*

Secundum eſt, quòd ſigillum naturale eſt debitum celandi quidquid celandum committitur bonæ fidei alicuius; ſigillum verò ſacramentale eſt debitum celandi peccata ex confeſſione habita, & ea omnia præterea, vndè pęnitentis cognitio haberi poſſit. *Viguerius de Sacram. Pœnit. cap. de ſigillo Confeſſionis.* 3

Tertium eſt, quòd ſigillum confeſſionis magis eſt ſeruandum, quàm ſigillum ſecreti naturalis, cum hoc ſit in aliquo caſu diſpenſabile, verbi gratia, qui nouit ſigillo ſecreti naturalis hæreticum dogmatizare, illum denunciare debet; quod ſecùs eſt de ſacramentali, vt colligit *Nauar. in cap. Sacerdos de Pœnit. diſt. 6. num. 38.* quod not. *Onuphrius de ſacro ſigillo ſect. 1. q. 3.* nec ſigillum ſacramentale, & naturale dicuntur ad conuertentiam; licèt enim omne ſigillum confeſſionis ſit etiam naturale, non tamen è contra. 4

Quartò notandum eſt, aliud requiri ad hoc, vt quis dicatur fractor ſigilli Sacramentalis; aliud, vt dicatur incurſus in pęnas à Canone contra reuelantes confeſſionem inflictas: nam ad primum ſufficit ſolùm, vt quis audiat, & ſciat peccata ex Confeſſione Sacramentali, & ea reueleſ; ad ſecundum verò præter id, requiritur, vt ſit Sacerdos. Quare cùm hæc ex diuerſis capitibus pendeant, non eſt inferendum vnum ex alio: verb. gr. Interpres pęnitentis tenetur ad ſigillum ſacramentale, quia ex confeſſione nouit, attamèn ſi reuelet, quæ tali modo audiuit, non incidit in pęnas, quia non eſt Sacerdos. Ita *Onuphrius de ſacro ſigill. ſect. 3. q. 8. dubio ſecund. in fine.* 5

Quintò notandum eſt, duo requiri copulatiuè ad Confeſſionem Sacramentalem, & conſequentèr ad ſigillum. Primum, vt fiat confeſſio coram habente auctoritatem. Secundum, vt fiat à pęnitente in vindictam ſuæ culpæ, & animo percipiendi Sacramentum. Legendi ſunt *Caietanus, 2. 2. q. 70. art. 1. Sotus in 4. diſt. 18. q. 4. art. 5. Nauar. in Manual. c. 18. n. 15. & alij apud Onuphrium de ſacro ſigillo, vbi ſup. dub. 4.* Hinc ſequitur illam non extitiſſe Confeſſionem Sacramentalem, quam excepit, qui ſe finxit Sacerdotem; & proindè talis non frangit ſigillum 6

ſacra-

Digitized by Google

ſacramentale, ſed ſolùm naturale reuelando peccata audita: quod ſecùs dicendum eſt de illo; qui caſu, aùt ex induſtria ex Confeſſione Sacramentali audit peccata; & illa reuelat. Hinc colligitur laicum, qui excipit Confeſſionem in articulo mortis alicuius pęnitentis, teneri ſolùm ad ſigillum naturale: quia licèt fortaſſe in illa Confeſſione extiterint omnia requiſita ex parte pęnitentis; attamen, cum non extiterint, quæ requiruntur ex parte abſoluentis .s. poteſtas clauium, character, &c. ideo ibi neque fuit Confeſſio Sacramentalis, neque ſigillum Sacramentale.

Modò ad reſponſionem difficultatis deueniendo, dicendum eſt Supe-
7 riorem Prælatum teneri ſigillo Sacramenti Pęnitentiæ ſeruare illa, quæ à pęnitente audiuit pro obtinenda facultate, vt abſolueretur per ſuum Confeſſarium à caſu reſeruato. Ratio eſt, tum quia (moraliter loquẽdo) Superior intelligitur vna perſona cum Confeſſario in ordine ad impertiendam abſolutionem pęnitenti. Cum itaque Confeſſarius teneatur ſigillo Sacramenti Pęnitentiæ, eodem etiam tenetur Superior Prælatus; tum quia Superior intelligitur interuenire in ipſa Confeſſione Sacramentali. Ita *Onuphrius de Sacro Sigillo ſect. 3. q. 11. dub. 6.* Præterea patet in ſimili de illo, qui caſu, vel ex induſtria audiuit alterius Confeſſionem, nam vterque tenetur ad ſigillum Sacramentale, cum omnis notitia ex Confeſſione comparata per ſe, & immediate, maneat ſub ſigillo Sacramentali, vt not. *Onuphrius de Sacro Sigillo ſect. 3. quaſt. 11. dub. 6.* contra *Sotum in 4. diſt. 18. q. 14. art. 5.* diſtinguentem inter illũ, qui audit peccata caſu, & illum, qui audit ex induſtria; vult .n. ſi quis caſu audiat peccata alicuius, dum facit Confeſſionem coram Confeſſario, teneri ſolùm celare illa ſecreto naturali, quod nos nõ admittimus, vt ſupra notatum fuit; ſi verò ex induſtria audiat, teneri ne dum ad ſecretum naturale, ſed etiam ad Sacramentale.

Inſuper ſigillum eſt tanquam paſsio, & proprietas Confeſſionis, nam ſicut calor ex eſſentia ignis fluit, & ab ipſo (phyſicè loquendo) nunquam ſeparatur, prout dicit aptitudinem ad calefaciendum, licèt poſsit ſeparari actus ipſe calefactionis, vel combuſtionis, vt contigit in igne fornacis Babilonicæ; ſic in hoc Sacramento, illa obligatio ad ſigillum eſt quidèm inſeparabilis ex natura ſua ab illo; licèt ipſa actualis celatio aliquando ſeparetur per aliquem ſacrilegum temerarium. *Tabiena verb. confeſſ. celatio. num. 5. & Onuphrius de Sacro Sigillo ſect. 1. quaſt. 4.* Tenetur itaquè Superior ad ſigillum Sacramentale, quod verum eſt, etiam ſi non ſequatur Confeſsio, cum nouerit peccatum in ordine ad Confeſsionem Sacramentalem, & omninò cauere debet, ne aliquando dicat, dedi facultatem v. g. Petro petenti, vt à peccatis reſeruatis, vel à tali reſeruato abſolueretur, ſi fiat .s. ſermo reſpectu peccatorum præteritorum.

Nec

Nec obſtat ratio difficultatis ab initio obiecta; quia non eſt ſimilis 8
ratio de Conſiliario, & de Superiore, nam quæ dicuntur Conſiliario, non ſunt pro obtinenda abſolutione, qualia ſunt, quæ dicuntur à penitente Superiori, vt docuit *Canus par. 5. relect. de pænit. quod obſeruat Onuphrius, vbi ſupra.*

DISTINCTIO DECIMATERTIA.

De Confeſſario cenſura obſtricto, aut dubioſo: & item de Sacerdote caſu reſeruato impedito.

QVoniam diſtinctio hæc reſpicit tum Confeſſarium iam aliqua cenſura certè obſtrictum, tum Confeſſarium dubitantem ſe aliqua annodatum cenſura, tum etiam Sacerdotem caſu reſeruato irretitum; hinc eſt, quòd huiuſmodi diſtinctio in tres ſecatur articulos; quorum primus erit de Confeſſario cenſura reſeruata annodato. Secundus erit de Confeſſario dubioſo, an ſit irretitus cenſura reſeruata. Tertius verò erit de Sacerdote celebraturo, & celebrante caſu reſeruato annodato.

ARTICVLVS I.

De Confeſſario cenſura reſeruata annodato tres continet difficultates.

1 *An Confeſſarius, qui ob delictum reſeruatum occultum eſt ipſo facto ſuſpenſus ab audiendis Confeſſionibus, deſiſtere teneatur.*

2 *An Confeſſiones exceptæ à Confeſſario ſuſpenſo ipſo facto, de quo ſupra præcedenti difficultate, cuius delictum reſeruatum eſt occultum, ſint validæ.*

3 *An Confeſſarius cenſura Summo Pontifici reſeruata annodatus, occulto eius delicto, per Epiſcopum abſolui poſſit vigore* Cap. Liceat, Conc. Trid. ſeſſ. 24. de Reform.

ARTICVLVS II.

De Confeſſario dubioſo, an ſit irretitus cenſura reſeruata, vnam complectitur difficultatem, nempè.

1 *An Confeſſarius dubitans ſe eſſe aliqua cenſura reſeruata irretitum, debeat ſe gerere tanquam irretitum.*

ARTICVLVS III.

De Sacerdote celebraturo, & celebrante caſu reſeruato annodato tres continet difficultates, nimirùm.

1 *An Sacerdos, qui habet peccata reſeruata, à quibus Confeſſarius illum abſoluere non poteſt, cum ſola contritione celebrare poſſit, ſuppoſito ſcandalo, ſi non celebret.*

2 *An die feſto, quo omnes tenentur Sacro intereſſe, Sacerdoti non habenti copiam Confeſſarij, qui eum abſoluat à peccatis, ſiuè reſeruatis, ſiuè non, cum ſola contritione celebrare liceat, ſuppoſito, quòd nullus alius Sacerdos adſit, à quo Miſſam audire poſſit.*

3 *An Sacerdos, qui in ipſa actione celebrandi recordatur alicuius peccati mortalis, ſiuè reſeruati, ſiuè non, elicito tunc contritionis actu, teneatur poſtea quamprimùm confiteri.*

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA.

An Confeſſarius, qui ob delictum reſeruatum occultum, eſt ipſo facto ſuſpenſus ab audiendis confeſſionibus, deſiſtere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Vſus iuriſdictionis in Sacramento Pœnitentiæ neceſſariò requiritur.*
2 *Tunc delictum eſt occultum, cum nullus interfuit teſtis.*
3 *Item illud dicitur delictum occultum, quod adhuc non eſt probatum.*
4 *Item dicitur occultum, dum ſcitur tantùm à duobus, vel tribus.*
5 *Oportet, vt delictum ſit occultum in ratione delicti.*

6 *Quan-*

Digitized by Google

6 *Quando Confeſſor ipſo facto ſuſpenſus, non tenetur ſe abdicare à Confeſſionibus.*
7 *Item quando teneatur ſe abdicare ab alijs officijs.*
8 *Quando excommunicatus occultus poſſit audire Sacrum, aut celebrare?*

DIfficultatis ratio eſt, tùm quia vſus iuriſdictionis, vel ordinariæ, 1
vel delegatæ in Sacramento Pœnitentiæ neceſſariò, & eſſentialitèr requiritur, vt conſtat per *Conc. Trid. ſeſſ.* 14 *cap.* 7. tùm quià cenſuris ipſo facto latis ſtatim afficitur tranſgreſſor.

Antè reſponſionem duo ſunt præmittenda, nempè quando delictum dicatur occultum, & quomodò oporteat eſſe occultum. Quò ad primũ obſeruandum eſt ſecundùm quoſdam, delictum dici occultum, quando adeò eſt celatum, vt in iudicium deferri nequeat, v. g. quando nullus 2
interfuit teſtis, itaut ſola delinquentis confeſſione manifeſtari poſſit. Ità *Angles in flor.* 1. *par. vbi de confeſſ. art.* 4. *difficul.* 6. *Gutier. qq. Canon. lib.* 1. *cap.* 13. *nu.* 27. *& alij apud Sayr. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 19. ex aliorum mente. Cæterùm ex mente propria loco nunc citato, occultum delictum, vt diſtinguitur contra publicum, illud dicitur, quod & ſi ab ali- 3
quibus ſciatur, & probari poſſit, adhuc tamèn non eſt probatum.

Secundum alios, delictum dicitur eſſe occultum, dùm ſcitur tantùm à duobus, vel tribus perſonis, iuxtà illud *Matt. c.* 18. Si peccauerit in 4
te frater tuus, &c. & ſi te non audierit, mone illum coram duobus, vel tribus teſtibus, & ſi non audierit, dic Eccleſiæ .i. argue publicè, vt exponit *Peregrin. in Lucerna verb. occultum.* Ex quibus verbis ſatis dignoſcitur, admonitionem coram duobus, vel tribus teſtibus non eſſe publicam. *Cap. Si quis .i. de Purgatione canonica;* & ecce primum, quod præmitti debuit. Alterum nimirùm quomodo delictum oporteat eſſe occultum, ſatisfacit quæſito *Sayr. loco cit.* dicens, tunc tantùm delictum occultum non eſſe, quando in ratione delicti eſt publicum. Et eſt idem perindè ac ſi diceret (vt mihi videtur) quòd oportet, vt delictum ſit oc- 5
cultum in ratione delicti, non autèm alio modo.

Modò deueniendo ad rem, dicendum eſt, quòd quamuis ipſo facto excipiendi confeſſiones facultas Confeſſario adempta cenſeatur; ſi tamen 6
ob hoc, ſcandalum ſubeſſet, & eius fama periclitaretur, ab huiuſmodi audiendarum confeſſionum munere ſe abdicare non tenetur. Et ratio ea eſt, quia multa contra ius ad euitandum ſcandalum inducta ſunt. Faciunt tradita per *Felin. in cap. Nihil, de Præſcript. Duard. in Comment. in Bullam Cœnæ Domini lib.* 3. *c.* 2. *q.* 3. *Tuſcum in verb. Scandalum concl.* 52. *Sayr. lib.* 5. *Clau. reg. c.* 9. *num.* 35. *& Caput. in Compend. Priuileg. Mendic. in verb. Dare. Bonac. de Matrim. q.* 4. *p.* 17. *& alios.*

Idem quoquè concluditur de alijs officijs, & voce actiua, aut paſſi- 7

X 2 ua,

na, quando .ſ. per huiuſmodi renunciationem delictum prodi poſsit, & honor, famaq; periclitari, ſed ſecretò diſpenſatio petenda eſt, *Sayr. lib. 3. Clau. c. 10. num. 35. Capuc. in ſcholijs ad Compend. Priuileg. Mendic. in verb. Dare. Poſſeu. de Offic. Curati c. 15. nu. 29. Beia par. 4. reſp. caſ. 37. Homob. de caſib. reſeru. par. 3. cap. 3. ibi obſeruanda circa Bullam Clementis viij.*

Idem ſimiliter dicendum eſt de excommunicato occulto: iſte .n. vt teſtatur *Angelus Hellenſis in ſpecul. Confeſſor. c. 9.* poteſt ad euitandum ſcandalum, vel grauem iacturam audire miſſam, & celebrare, ſi ſit Sacerdos abſq; periculo irregularitatis.

Nec obſtat difficultatis ratio ab initio propoſita; quia iſta ſuſpenſio,
5 vel iuriſdictionis ademptio eſt occulta, & communis error, iuſtuſq; titulus concurrit. *Ex l. Barbarius, ff. de Offic. Prat. Barth. Med. lib. 1. instruct. Confeſſ. c. 11. §. 3. Lopez p. 1. inſtruct. c. 26. Henriq. lib. 1. de Sacram. Pœnit. c. 14. n. 4. Caiet. in Summa verb. Abſolutionis imped. & alij.*

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An Confeſſiones exceptę à Confeſſario ſuſpenſo ipſo facto, de quo ſupra præcedenti difficultate, cuius delictum reſeruatum eſt occultum, ſint validæ.

SVMMARIVM.

1 *Quando Confeſſiones ſuſpenſi ſint validæ.*
2 *Quando Confeſſiones ſuſpenſi ſint inualidæ.*
3 *Sacerdos validè adminiſtrat Sacramentum præter Sacr. Pœnitentiæ, exiſtente Superioris prohibitione.*
4 *Quæ Iuriſdictio poſſit ſuſpendi, & quæ non.*
5 *Ex duobus conſtat integra iuriſdictio.*

RAtio difficultatis ſatis eſt per ſe manifeſta, quia cum talis Confeſſarius ſit ipſo facto ſuſpenſus, nihil eius abſolutiones prorsùs valere videntur, cum ei deficiat vſus iuriſdictionis, qui omninò neceſſarius eſt in adminiſtrando Pœnitentiæ Sacramentum, vt claret per adnotata in præcedenti difficultate. *Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7.*

Ad difficultatem iſtam reſpondetur affirmatiuè, nempè, abſolutiones huiuſce Confeſſoris validas eſſe, ſuppoſitis tribus .ſ. quòd eius delictum ſit occultum, ſcandalum adſit, & fama Confeſſarij pericliteur. Et ratio eſt, quia iſta ſuſpenſio eſt occulta, communis error intercedit, iuſtuſquè titu-

titulus concurrit. Ex lege *Barbarius, ff. de Offic. Prætoris. Bart. Medina lib. 1 inſtruct. Reginal. p. 1. fori pœnit. lib. 1. cap. 10. nu. 115. Barboſa in Colect. iur. can. in capite Dudũ, de Elect. 3. & ex alijs, apud Homob. de caſib. refer. par. 2. caſ. 4. excep. 2. ibi, Confeſſiones facta.* Et per prædictam rationem conſtat nihil noſtræ reſolutioni officere rationem difficultatis.

Verùm ſi delictum eſſet publicum eo modo, quo ſuprà in præcedenti difficultate, & in ratione delicti, ſecus eſſet dicendum .s. confeſſiones, ſeù abſolutiones tàm ſuper peccata mortalia reſeruata, quàm non reſeruata à non habente vſum iuriſdictionis nullas eſſe: & ratio eſt, quia 2
ſicut ſe habet oppoſitum in oppoſito, ita propoſitum in propoſito. Nequè licet argumentari à ſimili de cæteris Sacramentis, quæ valent, ac tenent, quamuis conferantur contra prohibitionem: nam in iſto Pœnitentiæ Sacramento requiritur de neceſſitate vſus iuriſdictionis, qui non requiritur in alijs, idcircò non eſt mirandum, ſi poteſt Sacerdos validè alia adminiſtrare Sacramenta, exempli gratia validè baptizare, conſe- 3
crare &c. quamuis ſit ſuſpenſus, ſed abſoluere minimè poteſt. Videto *Angel. Hellen. in ſpeculo Confeſſ. cap. 8.*

Verùm pro meliori intelligentia obſeruandum eſt diſcrimen inter iuriſdictionem, quæ datur à Chriſto Sacerdoti vi Ordinis, & illam, quæ datur illi ad abſoluendum. Iuriſdictio, quæ datur Sacerdoti vi Or- 4
dinis, non poteſt per Eccleſiam ſuſpendi, verbi gratia, poteſtas conſecrandi nullo modo per Eccleſiam ſuſpendi poteſt, itaut irrita ſit conſecratio. Cæterùm iuriſdictio, quæ datur Sacerdoti ad abſoluendum, poteſt ab Eccleſia ſuſpendi, vt conſtat ex quotidiana praxi: & ratio eſt, quia huiuſmodi iuriſdictio partìm confertur à Chriſto, & partim ab Eccleſia ſeù Pontifice: duo .n. poſſunt conſiderari in hac iuriſdictione. Primò poteſtas abſoluendi ex parte Sacerdotis, quæ immediatè confertur à Chriſto in Ordinatione Sacerdotis. Secundò ap- 5
plicatio materiæ, quæ fit ab Eccleſia, vel à Pontifice. Ex his duobus oritur perfecta, & integra iuriſdictio, quæ vocari poteſt actualis iuriſdictio, vti vocat eam *Nauar. teſte Martino Becano de Sacramentis in ſpecie cap. 38. q. 2. n. 3 & 4.* Et ratio, cur vocetur actualis, eſt, quia eius manet iuriſdictio expedita ad operandum, cum habeat debitam materiam applicatam. Poteſtas verò ex parte Sacerdotis tantùm poteſt vocari iuriſdictio habitualis, quia eſt impedita; cum non poſſit exire in actum ob defectum applicationis materiæ. Hæc autem applicatio non fit voluntate ipſius pœnitentis, qui iudicandus eſt, ſed voluntate Pontificis, qui diuidit Epiſcopatus, & Parochias. Ita *Martinus Becanus, loco citato.*

DIF-

DIFFICVLTAS TERTIA.

An Confeſſarius cenſura Summo Pontifici reſeruata annodatus occulto eius delicto, per Epiſcopum abſolui poſſit vigore *Cap. 6. Conc. Trid. ſeſſ. 24. de Refor.*

SVMMARIVM.

1 *Circà difficultatem hanc ſunt ſententiæ diuerſæ.*
2 *Quæ opinio circa difficultatem appareat verior.*
3 *A cenſura Papæ reſeruata poſt promulgationem Conc. Trid. quis abſoluat.*
4 *Quamuis à caſibus Papæ reſeruatis poſt promulgationem Conc. Trid. non poſſint Epiſcopi abſoluere; poſſunt tamen diſpenſare iuxta cap. 6. ſupra citatum.*

DIfficultatis ratio eſt; quia alij affirmant, alij negant, & ſententia illa fauorabilior videtur, quæ pluribus corroboratur auctoritatibus, & euidentiori ratione firmatur. *tex. in cap. Qui recedit in fin. de Pænit. diſt. 4.*

Ante reſponſionem obſeruandum eſt, difficultatem non moueri circà cenſuras Summo Pontifici reſeruatas in Bulla Cœnæ; quia in textu Bullæ poſito à fel. record. Paulo V. §. *Ceterùm, il primo,* reſeruat abſolutionem excommunicationis illius Bullæ ipſi Romano Pontifici, cum iſta clauſula, *Non obſtantibus quibuſuis Concilijs,* & ob id videtur etiam derogare cit. c. 6. ex quo enim derogat cuiuis Concilio, ergo, & Tridentino.

1 Circa difficultatem hanc, quidam ſentiunt Epiſcopum abſolutè ab omnibus caſibus occultis Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, etiam poſt promulgationem Conc. Trid. abſoluere poſſe, quorum rationes præcipuè ſunt, primò quia in dicto *cap. 6. Conc. Trid.* conceditur Epiſcopis generalitèr facultas abſoluendi ab omnibus caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, abſque diſtinctione de antea reſeruatis, vel poſteà reſeruandis; lex autẽ generaliter loquẽs, generalitèr eſt intelligenda. *l. 1 ff. de Leg. præſt.* Secùdò, quia lex ſpecialis, cuiuſmodi eſt cit. cap. 6. nõ cenſetur tolli per legẽ generalẽ, ſiuè præcedat, ſiuè ſequatur; & ob id requiritur derogatio expreſſa Concilij ad hoc, vt illi cenſeatur derogatum. Tertiò, quia non videtur derogari Conc. Trid. nec Decretis Conc. Generalis, niſi expreſſa mentio fiat his verbis, non obſtante aliqua lege, aut Conſtitutione in Concilio Generali edita, *cap. Ex parte, cap. fin. de Capell. Monach., & alijs iuri-*

iuribus. *Ita Suarez tom. 4. diſp. 30. ſect. 2. num. 12. cum alijs.*

Quidam alij cum *Toleto lib. 1. cap. 42. num. 12.* loquendo de excommunicatione, volunt Epiſcopum tunc non poſſe abſoluere ab excommunicatione Papæ reſeruata, quando adduntur particula, *Non obſtantibus*, & derogari prædicto cap. Conc. Triden. Et eius ratio eſt, quia, vt decidit *Rota*, per hanc clauſulam, ad imitur facultas iam per ipſummet Concilium conceſſa; & loquente *Rota* omnia Tribunalia ſilent.

Cæterùm alij, vt *Lazarius Can. quaſt. 10. n. 50. Belloch. de caſib. reſer. par. 1. quaſt. 2. n. 80. & 81. Floron. de caſib. reſer. par. 1. cap. 4. §. 22. n. 3. Felicianus Epiſcopus in ſuo Enchiridio de excomm. c. 18. & alij*, docent abſolute Epiſcopum à caſibus occultis Sedi Apoſtolicæ reſeruatis poſt promulgationem Conc. Trid. minimè abſoluere poſſe, & dicunt dictum cap. 6. intelligendum eſſe tantùm de reſeruatis antè Concilij promulgationem: & horum rationes ſunt, primò quia ità à Sacra Cardinalium Congregat. decretatum eſt de ſpeciali mandato Gregorij xiij. prout referunt *Floron. de caſib. reſer. vbi ſupra, & Duard. in Bulla Cœnæ lib. 3. §. 2. q. 11. n. 43.* Secundò, quia dicta Congregatio reſpondit Epiſcopo Cremonæ non poſſe abſoluere ingredientes Monialium clauſuram, nec mulieres Religioſorum monaſteria ingredientes, licèt caſus foret occultus. Ita refert *Lel. Zechius Tract. de Sacram. tit. Pœnit. c. 14. & Capeanilla de caſib. reſer. cap. 14. & alij.* Hanc tertiam ſententiam conſtat veriorem, ac ſecuriorem eſſe, & proindè ſequendam, cum habeat pro ſe declarationem Sacræ Congregationis, cui nefas eſt occurrere; ideò ab hac ne latum quidèm vnguem recedendum eſt. Epiſcopus itaq; Confeſſorem cenſura Papæ poſt promulgationem Conc. Trid. reſeruata, annodatum, quamuis eius delictum occultum exiſtat, minimè abſoluere poterit.

Notandum tamèn, quòd quamuis per declarationem prædictam Sacræ Congreg. fuerit derogatum dicto capit. 6. itaut nec Epiſcopus reſpectu ſuorum ſubditorum; nec Prælati Regulares reſpectu ſuorum à delictis occultis Papæ reſeruatis poteſt promulgationem dicti Conc. Trid. abſoluere poſſint; poſſunt tamen diſpenſare iuxta dictum cap. 6. in omnibus ibi diſpoſitis, vti obſeruat *Floron. vbi ſupra, circa finem*; nam aliud eſt abſolutio, & aliud diſpenſatio, & à diuerſis non fit illatio,

ADDITIO.

Electa ab Auctore doctrina n. 2. *paucos habet inter neotericos ſectato- res; DD. enim, qui de priuilegio Tridentini agunt, vel abſolutè ſup- ponunt Epiſcopum in omnibus caſibus tam ante, quam poſt Concilium diſpen- ſare poſſe, vel reſtringunt negatiuam ad caſus tantum poſt Concilium, in quibus expreſſa ſit derogatio Conciliaris priuilegij. Nec admittunt decla- rationem* Sacr. Congreg. *inautenticam, vel Decretum* Gregorij xiij. *de quo non conſtat, cum maximè non habeant qualitates requiſitas ad obligandum, de quibus* Barboſa in deciſ. Apoſtolicis verbo Declarationes, *& de quibus* Vrbanus viij. in ſua Bulla de Enuntiatiuis in Bullario pag. 207. tit. 4.

Inter alias nõ derogantes Concilio ſunt cenſuræ contra Duellantes Clem. viij. *& illæ* Pij v. & Gregorij xiij. *ob violatam clauſuram Monialium, vel Reli- gioſorũ; Inter derogantes verò video allegari Bullam Cœnæ, de qua certò conſtat etiam per Declarationem* Alex. vij. in opinionibus damnat. opin. 3. *Inſpiciendus tamen erit tenor cuiuſcunque Pontificiæ Conſtitutionis, vt con- ſtet num contrarietur Concilio, aut concordari valeat ſine correctione, quæ cum in materia legum ſit odioſa ſemper erit pro poſſe fugenda, ex trito Legiſtarum conſenſu. Ita quo ad omnes additionis præſentis partes* P. An- ton. Coton. controuerſ. moral. contr. 7. lib. 3. cap. 6. num. 141. quæſt. 6. Dian. p. 2. tract. 16. reſol. 33. p. 3. tract. 2. reſol. 66. & p. 7. tract. 2. reſol. 20. 21. & 22. cum Bonac. diſp. 1. de cenſ. quæſt. 3. p. 2. n. 1.

ART. II. DIFFICVLTAS VNICA.

An Confeſſarius dubitans ſe eſſe aliqua cenſura reſeruata irretitus, debeat ſe gerere tanquam irretitum.

SVMMARIVM.

1 *In irregularitate ex homicidio proueniente tutior pars eſt eligenda.*
2 *Duplex dubium iuris ſ. & facti.*
3 *In dubio tàm iuris, quàm facti nemo cenſendus eſt cenſura ligatus.*
4 *Poteſt quis eligere aliquã opinionem, quamuis contrariã habeat pro vera.*
5 *Qui alteram opinionum eligit, non dicitur dubiè agere.*
6 *Opinio, dubium, ſuſpicio, ſcrupulus, indicium, quomodo ad inuicem differant.*

1 Difficultatis ratio eſt, quia communitèr fertur in dubio tutiorem partem eſſe eligendam: quod practicatur circa dubiũ irregula- ritatis ex homicidio prouenientis. Antè

Antè reſponſionem præmittendum eſt, dubium eſſe duplex, nimirum dubium iuris, & dubium facti, dubium iuris contingit, quando quis dubitat latam eſſe cenſuram, vtpotè excommunicationem contra committentes tale delictum: dubium verò facti contingit, quando quis nouit latam eſſe cenſuram ob tale delictum, ſed dubitat, vtrum ipſe tale perpetrauit delictum. Hoc poſito, Reſpondetur, quòd ſi ſequamur ſententiam *Sanchez in ſumma lib. 1. cap. 10. num. 54. Bonac. de Cenſ. diſp. 2. q. 2. pun. 4. prop. 2. num. 49. & aliorum*, dicendum eſt, nedum in dubio iuris, ſed etiam in dubio facti neminem cenſendum eſſe cenſura ligatum. Ratio eſt, tum quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis ſcilicet libertatem; tum etiam, quia in criminibus dubijs potius fauendum eſt reo, quàm actori; iuxta regulam, *Cum partium iura ſunt obſcura, reo potiùs, quàm actori fauendum eſt, de Reg. iur. in 6 Reg. xi.* 2 3

Nec obſtat, quòd in dubio facti circa irregularitatem ex homicidio, dubitans debeat ſe habere irregularem: quia hoc eſt ſpeciale in irregularitate; à diuerſis autem non fit illatio. Similiter non obſtat illud vulgatum dictum, tutiorem partem in dubio eſſe eligendam, quia hoc intelligitur, cum verè dubitatur de contrario, quia aliàs eligens exponeret ſe periculo peccandi; quinimmò poteſt quis eligere aliquam opinionem, quamuis contrariam habeat pro vera, vt teſtatur *Paſſerinus de Offic. Cur. cap. 15. num. 21. poſt Azor. Inſtit. par. 1. lib. 2. cap. 16. quæſt. 2. Emanuel Sà verb. Dubium n. 3.* qui addit eodem in loco inter opiniones, in quibus agitur de pœna corporali, ſiuè ſpirituali, vt excommunicatione, interdicto, & ſimilibus, benigniorem eſſe eligendam, excepto quando contrarium explicant. 4 5

Dixi, ſi ſequamur ſententiam Sanchez, quia ſequendo illam Vaſquez, ſecus foret dicendum; exiſtimat n. Doctor iſte, vt refert *Bonac. loco cit.* tutiorem partem eligendam eſſe in dubio extra materiam iuſtitiæ. Sed probabilius, & benignius eſt, quod prima affirmat ſententia. Hinc *l. Eam, quæ in partes 153. ff. de Reg. iuris*, in re dubia benigniorem interpretationem ſequi non minus iuſtius eſt, quàm tutius. 6

Verùm incidenter aduertendum eſt, illum non dici dubiè agere, nec peccare, qui de duabus opinionibus alteram eligit, eo quòd bona fide credit eſſe veram; huiuſmodi namq; homini res illa non dubia eſt, licèt fortè aliquo ſcrupulo angatur: eſt enim in opinione aſſenſus, qui in dubio deeſt. Dubium eſt, cum neutri parti aſſentitur. Scrupulus eſt, cum opinaris cum apparenti ſpecie .s. veritatis, vt notat *Homob. de Caſib. reſer. par. 1. pag. 34.* Suſpicio eſt opinio mali ex leuibus indicijs præcedentibus orta, & dicuntur leuia, ſi ſecundum ſuaſionem prudentiæ non ſint ſufficientia ad perſuadendum. Differtq; opinio à ſuſpicione, quia opinio eſt de re bona, & mala; ſuſpicio verò eſt de malo tantùm 7

moraliter .i. peccato. Indicium aliquod poteſt eſſe leue reſpectu vnius, quod erit graue reſpectu alterius, vt ſi perſona grauis loquatur cum
6 meretrice occultè, eſt indicium leue peccati: quod ſecus eſſet reſpectu iuuenis laſciui; indicium verò eſt, cum quis aſſentiret animo ſuſpicioni conceptæ, quod eſt prohibitum, ſi temerarium ſit ex leuibus ſurgens indicijs. *Lelius Zecchus in ſumma par. 2. de Iuſtitia cap. 4. n. 7.*

ART. III. DIFFICVLTAS PRIMA.

An Sacerdos, qui habet peccata reſeruata, à quibus Confeſſarius illum abſoluere non poteſt cum ſola contritione celebrare poſſit ſuppoſito ſcandalo ſi non celebret.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis qua.*
2 *Circa difficultatem hanc maximè diſſident DD.*
3 *Ponitur opinio, qua cenſetur media.*
4 *Auctoris conſilium ad ſequelam opinionis mediæ.*

1 RAtio difficultatis eſt, quia habet copiam Confeſſarij, licèt illum hic minimè abſoluere poſſit reſpectu caſuum reſeruatorum. Supponimus in loco, vbi dictus Sacerdos detinetur, nullum exiſtere Confeſſarium habentem facultatem abſoluendi à reſeruatis, & pro illo tunc dictum Sacerdotem non poſſe abſq; ſcandalo deſiſtere à Miſſarum celebratione.

2 Circa hanc difficultatem DD. ſibi inuicem contrariantur. *Sotus in 4. diſt. 17. quæſt. 2. art. 5. & Suarez. to. 3. in 3. par. diſp. 67. ſect. 4.* putant Sacerdotem talem teneri præmittere confeſſionem omnium peccatorum, ſi habeat alia peccata .s. mortalia non reſeruata, à quibus ſi abſoluatur, à reſeruatis etiam indirectè abſoluitur. Ad hæc addit *Aegidius Coninchus de Sacram. quæſt. 80. art. 4. dub. 2. nu. 21.* quòd talis Sacerdos ad hoc tenetur, etiam ſi habeat ſolummodò peccata venialia, & reſeruata.

3 Aliqui verò contrarium abſolutè docent, Sacerdotem .s. in tali caſu ſine præuia Confeſſione celebrare poſſe: quorum ratio eſt, quia eadem peccata bis debere confiteri graue onus videtur. Ita *Armilla verb. Communio. num. 28. citans D. Antoninum, & Palud. Victoria in ſum. num. 79. & alij apud Dianam in Reſolut. moral. par. 2. tract. de Celebrat. Miſſarum reſol. 65.*

Neu-

Neutra iſtarum opinionum mihi ſatisfacit. Non prima, quia eadem peccata in rigore iudicio Confeſſarij bis ſubijcere non tenemur. Nec ſecunda; quia nimis temerarium videtur cum ſola contritione accedere ad celebrandum, cum habemus copiam Confeſſarij, à quo abſolui poſſumus ab alijs peccatis mortalibus non reſeruatis. Suppoſito itaq; ſcandalo, ſi Sacerdos non celebret, purget conſcientiam ſuam à mortalibus non reſeruatis, & pro reſeruatis poterit ſe habere, ſicut ille, qui ob neceſſariam cauſam peccatum mortale reticet illud iudicio alterius Confeſſarij ſubiecturus. 3

Hoc idem conſulo his, qui cum reſeruatis habent tantùm venialia .ſ. quòd & ipſi debeant præmittere illorum confeſſionem, cum debita ſaltèm attritione, vt virtute clauium fiant contriti, quod maximè facere debent, cum ipſos lateat, an habeant contritionem: & quamuis certum ſit neminem ad venialium confeſſionem teneri; deberet attamen quiq; Sacerdos in omni euentu, cum habet Confeſſarij copiam ſemper præmittere confeſſionem; & ſuppoſito, quòd talis Sacerdos non haberet niſi peccatum reſeruatum, deberet cum debita ſaltèm attritione ſubijcere iudicio Confeſſarij aliquod peccatum aliàs confeſſum, vt abſolui poſſit ab illo directè, & à reſeruato indirectè. 4

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An die feſto, quo omnes tenentur Sacro intereſſe, Sacerdoti non habenti copiam Confeſſarij, qui eum abſoluat à peccatis, ſiuè reſeruatis, ſiuè non reſeruatis, cum ſola contritione celebrare liceat, ſuppoſito quod nullus Sacerdos adſit, à quo miſſam audire poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Doctores Doctoribus contrariantur, ſed Auctor ſequitur partem affirmatiuam.*
3 *Sacerdos in dicto caſu an celebrare teneatur.*
4 *Item an in tali ſtatu idem poſſit, vt alij audiant Sacrum.*
5 *Occuritur obiectioni.*

Ratio difficultatis eſt, quia præceptum de præmittenda Confeſſione ante Communionem eſt diuinum; præceptum autem audiendi miſ- 1

ſam in die feſto eſt eccleſiaſticum; ideò fortius obligare debet illud, quàm iſtud.

2 Ad difficultatem dico, quòd pro vtraque parte plures habemus Doctores, vt notat *Diana in Reſolutionibus moralibus par. 2. de Celebrat. Miſſarum, reſolut. 63.* ego autem opinioni affirmatiuæ adhæreo. Et ratio eſt, tum quia vrget neceſſitas audiendi miſſam, cum (vt ſupponitur) deficiant omninò miſſæ pro illo die, & copia Confeſſarij deſit, quæ ſunt conditiones poſitæ à Conc. Trid. tum quia (teſte *Diana loco cit.*) probabile eſt, præceptum de præmittenda Confeſſione eſſe tantùm iuris humani. Apoſtolus enim tantùm dicit *Probet autem ſe ipſum homo.* Quod videtur fieri etiam examinando conſcientiam, & de commiſſis, aut omiſſis conterendo, licèt iſta opinio mihi non videatur probabilis poſt Conc. Trid.

3 Aduertas tamen, quòd quamuis aſſeram Sacerdotem in tali euentu poſſe celebrare cum ſola contritione; non dico tamen ipſum teneri: à diuerſis enim non fit illatio.

4 Dictus Sacerdos idem facere poteſt reſpectu aliorum, qui miſſam in die feſto non audierunt, ſi non eſt alius, qui celebret: & ratio eſt, tum quia vrget præceptum; tum quia neceſſitas proximi reputanda eſt tanquam propria. Nec obſtat, quod illi non peccabunt, ſi dictus Sacerdos non celebret: patet in ſimili de Sacerdote, qui ſi Confeſſarij copia non adeſt, cum ſola contritione celebrare poteſt, vt ægrotus in articulo mortis exiſtens præceptum communicandi adimpleat, & tamen ſi in tali caſu Sacerdos non celebret, ægrotus non peccaret. Huius ſententiæ ſunt plures Doctores, quibus alij aduerſantur. Vide *Diana, vbi ſupra par. 2. tract. de Celebratione Miſſarum, reſol. 64.*

5 Nec reſolutioni repugnat obiectio ab initio allata; quia neceſſitatis tempore (in ſententia affirmantium) ſufficit mundare conſcientiam contritione; nec item repugnat, quòd fortius liget præceptum diuinum, quàm Eccleſiaſticum; nam vtrumque præceptum obſeruari debet, ſi poteſt; ſeruatur autem diuinum præceptum, cum Sacerdos mundat conſcientiam contritione, cum non poſſit confeſſione; & ſeruatur Eccleſiaſticum celebrando; cum non ſit alter, à quo poſſit audire Miſſam in die feſto. Poterit itaquè Sacerdos in dicto caſu celebrare, cum ſola contritione, minimè obſtante peccato reſeruato, aut non reſeruato. Differt difficultas hæc à præcedenti, quia illa eſt de Sacerdote habente copiam Confeſſarij, ſed carentis facultate ſuper reſeruatis, iſta verò eſt de Sacerdote carente omninò copia Confeſſarij.

DIF-

Digitized by Google

DIFFICVLTAS TERTIA.

An Sacerdos, qui in ipſa actione celebrandi recordatur alicuius peccati mortalis, ſiuè reſeruati, ſiuè non, elicito tunc contritionis actu, teneatur poſteà quàmprimum confiteri.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Alij ſuſtinent partem affirmatiuam, alij negatiuam, & quidem probabilius.*
3 *Eadem difficultas de Sacerdote in actu celebrationis mortalitèr peccante moueri poteſt*
4 *Terminus ille Conc. Trid.* (quàmprimum) *continet ne præceptum, an tantum conſilium?*
5 *Dictus terminus diuerſimodè exponitur.*
6 *Quam primum in ſubiecta materia ad diem naturalem videtur poſſe extendi.*
7 *Sacerdos interdum ante decurſum diem naturalem mortale confiteri tenetur.*

Ratio difficultatis eſt, quia ex *Conc. Trid. ſeſſ.* 15. *cap.* 7. habemus, quod ſi Sacerdos neceſſitate vrgente, & copia Confeſſarij deficiente, abſque præuia confeſſione celebrauerit, poſtea quamprimum confiteri tenetur. 1

Affirmatiuè reſpondent nonnulli, quorum ratio eſt; quia Sacerdos, de quo mouetur difficultas, celebrat inconfeſſus vrgente neceſſitate, copiaquè Confeſſarij deficiente. Ita *Suarez in 3. par. to. 3. diſp. 66. ſect. 7. Reginald. in praxi tom. 2. lib, 29. cap. 7. nu.* 110. *Megal. in prima par. lib. 5. cap. 4 n. 2. Bonac. de Sacram. diſp. 4. q. 6. pun. 1. n. 39. & alij.* 2

Aliqui verò negatiuè reſpondent, quorum ratio eſt; quia hic non adſunt conditiones, ob quas Tridentinum præcipit, vt quamprimum Sacerdos confiteatur: nam ille Sacerdos, de quo Trid. loquitur, non confitetur; quia adeſt neceſſitas celebrandi, nec habet copiam Confeſſarij: iſte verò Sacerdos de quo nos loquimur habet Confeſſarij copiam, ſed omittit confeſſionem, ne tunc vocando Confeſſarium, notam infamiæ incurrat, & ne proximum ſcandalizet. Item ille, de quo Conc. erat antè celebrationem peccati mortalis conſcius; iſte verò minimè, 3

ſed

ſed acceſſit abſquè conſcientia peccati mortalis; in ipſa autèm celebratione recordatur alicuius peccati mortalis. Ità *Vaſquez, Sayrus, & Syluius apud Dianam in Reſol. moralib. p. 2. tract. de Celebrat. Miſſarum reſol. 61.* qui hanc ſententiam probabiliorem affirmat, cui ego etiam aſſentio, cum à diuerſis non fiat illatio, *l. Inter ſtipulantem, §. Sacram. ff. de verb. obligat.*

3 Similis difficultas fieri poteſt de illo Sacerdote, qui in actu celebrandi (quod abſit) mortaliter peccat, an .s. quamprimum poſt celebrationem teneatur confiteri, & eodem modo, quo ſupra dicta difficultas reſoluta fuit, reſoluenda eſt difficultas iſta: ſunt enim etiam hìc Doctores pro vtraq; parte, vt videre eſt apud *Diana loco citato;* ſed ego cum ipſo ſequor partem negatiuam ob eaſdem rationes ſupra allatas.

4 Verùm in gratiam illorum, qui ſequuntur ſententiam affirmatiuam, obſeruandum eſt primò, quòd vertitur in dubium apud DD. an terminus ille Conc. Trid. (*Quamprimum .s. confitetur*) contineat præceptum, vel conſilium. Qua in re reperio opiniones pro vtraq; parte, vt videre eſt apud *Diana loc. cit. reſol.* 60. ſed probabilius eſt importare præceptum.

Item ſecundò obſeruandum eſt terminum illum .s. (*quamprimum*)
5 apud DD. diuerſimodè exponi: aliqui aſſerunt ſatis eſſe pro adimplendo præcepto Concilij, ſi Sacerdos, qui ſic celebrauit, confiteatur ſuo tempore, nimirùm ante aliam celebrationem, & ſic illud quamprimum exponunt, cum primum iterum celebrauerit. Hæc opinio abſurda omninò apparet, tùm quia ſi talis opinio eſſet vera, ad nihil obligaret ſupradictum Concilij præceptum, cum talis Sacerdos antè aliam celebrationem, neceſſariò teneatur confiteri ob peccati mortalis conſcientiam; tùm quia ſi talis Sacerdos differret tres, vel quatuor menſes, antequàm iterùm celebraret, poſſet conſequentèr etiam differre confeſſionem ad tempus illud vſque, quod eſt abſurdum. *Diana* ſentit verba illa (*quamprimum*) tres complecti dies, itaut, qui intra triduum confitetur, ſatisfaciat præcepto. Hæc opinio Dianæ eſt conſona, *l. fin. C. de Errore aduocatorum. ibi ex continenti, .i. in triduo: & l. final. C. de Iudicijs ibi, illicò autèm .i. intra triduum*, quas leges affert *Sanchez in ſimili de Matrim. lib. 2. diſp. 51. n. 14. & Vocabularium iuris verb. Facere.*

6 Verum mihi magis probatur, ſi illud (*quamprimum*) intelligatur ſolummodò pro toto ſpacio eiuſdem diei naturalis, qui eſt viginti quatuor horarum; & ratio ea eſſe videtur, tum quia in omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præſenti die debetur, *Arg. l. In omnibus obligationib. ff. de Reg. iur.* tum quia terminus ille (*quamprimum*) exponendus eſt iuxtà ſubiectam materiam, vti in primis tradit *Nald. in ſimili verb. Verba. nu. 15. l. Si vno anno, ff. Loca. & conduct.* conſtat autèm Concil. Trid. cum Sacerdotibus loqui, qui vt plurimùm quotidiè celebrant;

brant, ideò videtur mentem PP. Conc. Trid. fuiſſe, vt Sacerdotes eodem die ſuum confiteantur peccatum. Nec obſtat, quòd interdùm aliquis Sacerdos pluribus diebus miſſarum celebrationem omittat; quia lex ſe accomodat ad ea, quæ vt plurimùm contingunt. *l. Nam ad ea, ff. de Legib.* Præterea in obſcuris inſpicimus, quod veroſimilius eſt, *de Reg. iur. in 6. reg. 45.* iſte autem ſenſus videtur veroſimilior ſcientia, & conſcientia præditis, prout conijcere potui.

Quinimmo ſi huiuſmodi Sacerdoti ante elapſum diem naturalem, celebrare miſſam contigat, tenebitur illud mortale confiteri, vt de ſe conſtat. 7.

ADDITIO.

T*orſit multum DD. intellectus illius* quamprimum *Concilij Tridentini. Senſere multi importare conſilium, non præceptum, vt Auctor* nu. 4. *Alij importare quidem præceptum, non verò ſub mortali obligare. Aeſtimarunt nonnulli obligare ſub mortali, intra tempus non tam arctum vnius, vel trium dierum, ſed quouſque Sacerdos denuo celebrabit. Patronos cuiuſcunque ſententiæ enumerat, & omnium probabilitati ſubſcribit* Tamburin. meth. Commun. lib. 2. cap. 1. §. 6. per totum.

Suſtulit tandem ambages Alexander vij. fel. record. Pontifex in declarationibus S. Congreg. S. R. & vniuerſalis Inquiſitionis publicatis die 18. Martij 1666. num. 38. & 39. *Quibus reprobauit, & eliminauit vti damnatam, & erroneam opinionem tenentium li* quamprimum *eſſe de conſilio, non de præcepto, & intelligendum eſſe, cum Sacerdos ſuo tempore confitebitur. Quo infallibili S. R. Inquiſitionis ſenſu poſito, nihil amplius intra fines diſputationis, & controuerſiæ remanet in materia præſenti, excepta quæſtione an præceptum illud Tridentini obliget ſub mortali, vel veniali. In qua quidquid aliqui ſuſtineant nempe* Sayr. & Nauar. cit. à Caſtropalao de leg. diſp. 1. p. 6. n. 3. *iudico mortalem culpam inducere, cum ſimus in materia graui, & ex qua S. R. Inquiſitio opinionum laxitates excluſit.*

Reſtrictio termini quamprimum *ad vnicam diem propoſita ab Auctore* num. 6. 7. *mihi non probatur tanquam nimis rigida, & contra terminos iuris communis. Si enim* quamprimum *ſonat ſpacium duorum menſium in rebus magni momenti, & duorum dierum in rebus parui negotij* l. in fraudem §. Fiſcalibus, ff. de iure Fiſci. Alberic. in Diction. verbo quamprimum. Barboſa tract. Var. diction. vſufrequent. dict. 302. num. 1. *Non debet tam arcto limite vnius diei claudi præceptum rei grauiſſimæ, & obligantis, vt diximus ex probabiliori, ſub mortali. Adhæreo igitur DD.* num. 5. *ab ipſo Auctore citatis intelligentibus li* quamprimum *ideſt intra*

tri-

Digitized by Google

triduum, ex textibus ibi citatis, quibus decernitur ſimilia verba ſtatim, cito, illico intelligenda eſſe regulariter in triduum: qua propter in caſu de quo ſatis ſtricta erit interpretatio verbo quamprimum *ſi æquabitur verbis ſtatim cito, & illico latè* P. Georgius Gobat in Theol. Sacram. tract. 3. 3 num. 437. uſque ad 444.

DISTINCTIO DECIMAQVARTA.

De Confeſſario in crimine carnali complice, quò ad ea, quæ reſeruationem reſpiciunt.

Qvia diſtinctio hæc reſpicit tum poteſtatem abſoluendi à reſeruatis Confeſſario conceſſam, tum poteſtatem ei interdũ ablatam, tum etiam circunſtantias complicis; idcircò huiuſmodi diſtinctio tres habebit articulos. Primus erit de poteſtate Confeſſarij in ordine ad complicem. Secundus de facultate abſoluendi complicem Confeſſario adempta. Tertius de circunſtantia complicis.

ARTICVLVS I.

De poteſtate Confeſſarij in ordine ad complicem duas continet difficultates, ſ.

1 *An Confeſſarius habens facultatem circa caſus reſeruatos, poſſit abſoluere complicem peccati reſeruati.*

2 *An verba illa Synodi ſub Illuſtriſs. Epiſcopo Priolo Bergomi celebratæ tit. 6. de Sacramento Pœnitentiæ, ſ.* Ne quis Confeſſarius complicem, aut participantem ſecum in crimine carnali, *intelligantur de quolibet obſcænitate, vt verborum, oſculorum, amplexuũ, tactuum, &c. an verò tantùm de complemento operis.*

ARTICVLVS II.

De facultate abſoluendi complicem Confeſſario adempta tres habet difficultates, nempè.

1 *An facultas excipiendi Confeſſionem complicis in crimine carnali, quæ Confeſſario aufertur iuxta Decretum Synodi ſub Epiſcopo Triolo, ſit caſus reſeruatus.*
2 *An Confeſſarius Diœceſis Bergomi habens facultatem à iure abſoluendi, vti eſt Parochus, Iubilæi tempore ſaltem, complicem in crimine carnali abſoluere poſſit.*
3 *An Confeſſarius ſi de facto abſoluat complicem in crimine carnali, validè ſaltem illum abſoluat.*

ARTICVLVS III.

De circunſtantia complicis duas complectitur difficultates, vz.

1 *An in Confeſſione aperiri poſſit circunſtantia manifeſtatiua complicis, cum quo patratum eſt crimen reſeruatum.*
2 *An Confeſſarius, qui carnaliter pœnitentem cognouit, teneatur in Confeſſione exprimere hanc circunſtantiam.*

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA.

An Confeſſarius habens facultatem circa caſus reſeruatos, poſſit abſoluere Complicem peccati reſeruati.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Reſpondetur difficultati cum diſtinctione.*
3 *Si quis abſoluerit, cum ei adempta eſt facultas; nulla eſt abſolutio.*
4 *Regularibus auferri poteſt poteſtas abſoluendi, ſed quomodo.*

Digitized by Google

RAtio difficultatis eſt, quia talis Confeſſarius in ſua cauſa iudex eſſe exiſtimatur, contrà tit. *C. Nè quis in ſua cauſa*, *&c.* iuxta illud vulgatum, nemo bonus Iudex in cauſa propria.

2 Huic difficultati ſatisfaciendum eſt cum diſtinctione, vel enim loquimur de iure communi totius Eccleſiæ, vel de iure ſpeciali alicuius Diœceſis; ſi loquamur primo modo, dicendum eſt Confeſſarium habentem facultatem reſeruatorum Complicem peccati reſeruati abſoluere poſſe; nam per illud peccatum non amittit iuriſdictionem, nec eius vſum; nullo enim iure id cautum eſt; ideò ipſum abſoluere poteſt, atque ſic dixit *Archidiaconus*, quem refert, & ſequitur *Iaſ. in l. Gallus §. & quid ſi tantum n. 113. ff. de lib. & poſth.* & faciunt, quæ habet *Vgolinus de Offic. & poteſt. Epiſcopi cap. 15. §. 8. nu. 11.* verùm mihi probatur addendam eſſe limitationem *Ioſeph. Anglici in ſuis Florib. Theol. qq; in 4. p. 1. de Confeſſione, dub. 5. peccabit ne Cuncubina in simili. Et Megali Inſtitutionum peregrinarum lib. 1. cap. 5. nu. 34.* nimirùm dummodo non adſit periculum recidiui. Poterit igitur Confeſſor iure communi abſoluere Complicem.

Cæterùm ſi loquamur de iure ſpeciali, exempli gratia, de iure Synodali alicuius Diœceſis, per quod Confeſſori aufertur auctoritas abſoluendi, vti claret apud Synodum celebratam Bergomi ſub Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Epiſcopo Priolo, de qua infra, difficul. 2. ſic negandum eſt Confeſſarium poſſe abſoluere Complicem, & huic iuri ſtandũ eſt: quia generi per ſpeciem derogatur, vt habetur *in 6. de Reg. iur. Reg. 34.* Genus eſt lex communis, & ſpecies eſt ius Synodale; ideò per hoc derogatur iuri communi: & cum quid vna via prohibetur alicui, id alia non debet admitti, *de Reg. iur. in 6. Reg. 84.*

Vlteriuſque caueant Confeſſarij, quibus per Synodum prohibetur abſolutio Complicis, quòd non ſolum peccarent abſoluendo Complicẽ, ſed etiam ſi adimatur eis iuriſdictio per Synodum Diœceſanam, talis Confeſſio foret irrita, & nulla, vti fit per Synodum citatam. Faciunt adducta per *Bonac. de Sacram. diſp. 5 q. 7. pun. 5. §. 5. n. 10.*

Includuntur per Synodum etiam Regulares Confeſſarij, quo ad reuocationem facultatis audiendarum confeſſionum. Et ratio eſt, quia in his, quæ ſpectant ad adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ, Epiſcoporum ſtatutis ligantur. *Vgolinus de Offic. & poteſt. Epiſcopi par. 1. cap. 2. 6. 10. Graff. conſ. 6. de Pœnit. & remiſſ. Homob. de exam. Eccl. tract. 5. queſ. 20.* & proindè facto abſquè vlla ſententia ab audiendis Confeſſionibus ſunt ſuſpenſi. Vide *Synodum, vbi ſupra.*

DIF-

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An verba illa Synodi ſub Illuſtriſs. Epiſcopo Priolo Bergomi celebratæ, tit. 6. de Sacram. Pœnit. .s. *Ne quis Confeſſarius Complicem, aùt participantem ſecum in crimine carnali*, intelligantur de qualibet obſcænitate, vt verborum, oſculorum, amplexuum, tactuum, &c. an verò tantùm de complemento operis.

SVMMARIVM.

1 *Obſcænitates omnes in mancipatis cultui Diuino ſunt grauia Sacrilegia.*
2 *Verba Synodi, de quibus eſt ſermo, videntur interpretanda de complemento operis.*
3 *Reſoluitur Obiectio à principio allata.*
4 *Probabilius eſt, quod dicta verba extendantur ad tactus, amplexus, &c.*
5 *Synodus tantùm de complice immediato debet intelligi.*
6 *Poteſt Confeſſor audire, & abſoluere Complicem in articulo mortis exiſtentem.*

Ratio difficultatis eſt, quia prædictæ obſcænitates in mancipatis 1
cultui Diuino ſunt grauia Sacrilegia; maximè in Confeſſarijs; quod cum pateat expreſsè, probare non eſt neceſſe, vt tradit *Bald. conſ. 370. col. 2. vol. 3.*

Difficultati iſti, pro tenuitate ingenioli mei, vtcunque ſatisfacere vo- 2
lenti, primo aſpectu videntur prædicta verba eſſe intelligenda de complemento operis, hiſq; rationibus. Prima, quia vbi de crimine agitur, intelligitur de eo, quod conſummatam iniuriam, & non cæptam ſignificat, *Cap. Hæc autem, & ibi Gloſſ. in verb. cum effec. de Pœnit. diſt. 1.* verba enim ſunt intelligenda cum effectu *l. 1. §. Hæc autem verba ff. Quodquiſq; iur.* Item lex puniens delictum, intelligitur de perfecto *Io. Franciſcus Soarez v. Lex.* Secunda eſt, quia pœna ipſo facto impoſitâ à iure ob delictum, non habet locum, niſi vbi fuerit conſummatum, & non ſufficit fuiſſe inchoatum, & attentatum, *Cap. Cogitationis, de Pœnit. diſt. 1.* tradit *Io. Andr. in cap. Odia in Mercur. ſuper verb. pœna, de Reg. iur. in 6.* Tertia, quia ſtatutum puniens delictum certa pœna, non habet locum in eo, qui delictum inchoauit, ſi illud non perficit, quia ſtatu-

ſtatutum maximè pœnale eſt ſtrictiſſimè interpretandum, vt ait *Bart. in l. 1. §. Diuus, n. 1. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Ita Floronus de Caſib. reſer. par. 1. cap. 5. nu. 31. vſquè ad trigeſimum ſextum.*

3 Nec ſequendo has rationes obſtat difficultas ab initio allata: nam, & ſi obſcænitates, de quibus ſupra, in mancipatis Dei ſeruitio, ſint nedùm grauia, ſed grauiſſima Sacrilegia penſato eorum ſtatu; non tamen ſequitur per hoc, quod omnia Sacrilegia eodem modo puniri debeant; ſed iuxtà delicta debet eſſe, & plagarum modus, vt *Sacra Scriptura docet.*

4 His non obſtantibus, probabilius videtur oppoſitum, nempè, quod dicta Synodi verba ſe extendant ad oſcula, amplexus, & tactus dummodò in ſe mortale inuoluant peccatum. Et ratio ea eſſe videtur, tùm quia verbum illud (*Crimen*) reperitur ſynonimum culpæ in *Conc. 7. Prouinc. Mediol. ſub titulo de Sacram. Pœnit. ibi, qui criminis*, à quo loco videtur Synodum ſumpſiſſe exemplum, quamuis ab illo ad litteram non extraxerit verba: tum etiam quia potior eſt mens dicentis, quàm vox. *L. Labeo ff. de Supel. legat.* Nec ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus, inquit *text. in cap. Intelligentia, de verb. ſignif.* videturq; talis eſſe mens prædictæ Synodi, cum intendat, vt reor, auferre occaſionem omnem faciliùs peccandi, cui per dictam Synodum non eſſet ſufficientèr prouiſum, ſi illa Synodi verba tantùm de actu vltimo completo intelligerentur. Faciunt allata per *Bellocb. de Caſib. reſer. in ſimili par. 2. quæſ. 1. num. 152. & 154.*

Verùm quæres fortaſſe vlteriùs an prædicta Synodi verba intelligi debeant tantùm de complice immediato, vtpotè de oſculante, tangente, amplexante, &c. an verò etiam de complice mediato, nimirùm de internuntio, conſulente, aſſentiente, palpante, &c. Videturq; reſpondendum eſſe, quòd præciſe de Complice immediato intelligi debeant; tum quia ſumus in pœnalibus, vbi ſtricta facienda eſt interpretatio; tum etiam quia æquale non intercedit periculum in vtriſquè, vbi autem maius periculum, ibi cautiùs eſt agendum *l. 1. verſ. Nam. ff. de Carbo edic. & C. de Furtis l. Manifeſtiſſimi.*

5 Verùm verò poſſit Confeſſor abſoluere Complicem in articulo mortis exiſtentem præſente alio Confeſſore, cui tamen Complex omninò confiteri renuit, quidquid placeat *Bonac. vbi ſupra, circa finem*, dicerem, quòd huiuſmodi Confeſſor illum audire, & abſoluere poſſit: tum quia in tali tempore nulla adeſt occaſio peccandi: tum etiam quia Eccleſia pro tali tempore aufert omne illud, quod cœli aditum impedire poteſt; ideò piè ad hanc partem inclino, nihil temerè affirmando: melius eſt enim difficultatem integram permittere cuiuſquè arbitrio, quàm de ea quicquam temerè pronunciare.

AD-

Digitized by Google

ADDITIO.

Licet ob multas ſaltem ſpeculatiuas rationes probabilis forſan ſit ſententia, non procedere prohibitionem abſolutionis Complicis in crimine carnis, quando peccatum fuerit incompletum, & non conſummatum

Nullo tamen modo ad praxim reducenda eſt, cum longè probabilior ſit reſolutio negans, & non diſtinguens in quocunque crimine carnis, vbi nec textus probibitionis diſtinguit. Addo rationem, quod ideo prohibita eſt Cōplicis carnalis abſolutio, quia ſine vllo pudore, ac verecundia ſuccederet confeſſio facienda ſocio in crimine, indeque maiorem peccandi, anſam ſumere poſſent peccantes ſi iudex ille ſit in ſacramento, qui participans fuerit in peccato. Quæ ratio cum omnino procedat tam in complicitate peccati luxuriæ conſummati, quam incompleti ſequitur eodem iure interdicendam eſſe abſolutionem complicis in peccato carnali conſummato, ac in peccatis oſculorum, amplexuum, tactuum, alijſque incompletis. Sic in terminis Boſſ. de Iubil. ſect. 1. caſ. 12. nu. 10. *faciunt tradita per* Mazuchel. diſp. 1. quæſt. 4. ſ. 1. n. 101. Sil. verb. confeſſor 3. num. 9. Bonacinam de Sacram. Pœnit. diſp. 5. q. 7. pun. 5. ſ. 5. n. 11.

An abſolutio complicis interdicta ſe extendat etiam ad complices madiatos de quibus auctor ſupra num. 4. verſiculo verum. *Adhereo reſolutioni negatiuæ, quia cooperantes minus principaliter in delictis conſulendo, adiuuando, palpando &c. non comprehenduntur in cenſuris, & pœnis niſi ſpecificè nominentur, vt eſt communis DD.*

ART. II. DIFFICVLTAS PRIMA.

An ademptio facultatis excipiendi confeſſionem Complicis in crimine carnali, iuxta Decretum Synod. ſub Epiſcopo Priolo, ſit caſus reſeruatus.

SVMMARIVM.

1 *Duplex eſt reſeruatio, nempè propria, & impropria.*
2 *Reſeruationi impropriæ deſunt conditiones reſeruationis propriæ.*

Ratio difficultatis eſt; quia ſic Confeſſario negatur facultas excipiendi alicuius Confeſſionem, ſicut etiam ipſi in reſeruatione caſuum denegatur.

Pro intelligentia huiuſce difficultatis obſeruandum eſt reſeruationem duplicem eſſe impropriam, & propriam. Propria reſeruatio eſt ademptio facultatis ex parte Confeſſarij ſ. abſoluendi ligatos caſu, cum onere ex parte pœnitentis ſ. præſentandi ſe legitimo Superiori habenti facultatem pro reſeruatis: impropria verò eſt prohibitio excipiendi confeſſionem alicuius. 1

Ad

Ad difficultatem reſpondetur negatiuè. Ratio autèm ex eſſe videtur, tùm quia huiuſmodi prohibitio non enumeratur in tabella caſuum reſeruatorum; cùm autèm Epiſcopi aliquos ſibi eligunt caſus, & illos in publicas reſeruationis tabulas referunt; niſi aliud exprimant, alij, qui in Synodalibus Conſtitutionibus reſeruati videntur, & in dicta tabella non compræhenduntur, excluſi cenſentur, teſte *Comitolo in Reſponſionibus moral. lib. 1. quæſt. 25. Luca Floro. de Caſib. reſer. par. 1 cap. 4. Homb. de Exam. eccl. tract. 11. cap. 7. Alphonſo de Leone, de Officio, & poteſt. Confeſſarij tempore Iubilæi extraordinarij quæſ. 5. num. 36.* tùm quia prohibitio facta per Synodum, loco citato, non habet omnes conditiones caſus propriè dicti. Hinc conceſſis caſibus Epiſcopalibus tẽpore Iubilæi per Papam, vel extra Iubilæum per Epiſcopum, facultas excipiendi confeſſionem Complicis non conceditur: tùm etiam quia, vt inquit *Bonac. de Sacram. diſp. 5. q. 7. pun. 5. prop. 1. nu. 10.* reſeruatio imponi ſolet in pœnam pœnitentis; hæc autem prohibitio vergit potiùs in pœnam Confeſſarij, qui cum pœnitente delictum commiſit. Idem præterea dignoſcitur ex pœnæ diuerſitate, v.g. Confeſſarius, qui Bergomi abſoluit à caſibus reſeruatis abſque legitima facultate præter pœnas iuris communis ex iure ſpeciali incidit in pœnam ſuſpenſionis à Diuinis ipſo facto propoſitam contra tranſgreſſores, vt patet ex tabella caſuum in Diœceſi Bergomen. reſeruatorum: Confeſſario verò complici in crimine carnali tantummodò ſubtrahitur facultas abſoluendi ab illo caſu, ſi illam habuit ab Ordinario, quam ſi habet à iure, reſpectu illius caſus remanet illi ſuſpenſa, & Ordinario reſeruata, vti colligitur ex Synodo citata. Inſupèr qui detinetur peccato reſeruato à nullo Confeſſario abſolui poteſt, niſi ab habente facultatem ſaltèm ſuper illo: perſona verò, quæ commiſit crimen carnale (quod abſit) cum Confeſſario (ſuppoſito, quòd aliundè non reſeruetur) à quolibet Confeſſario abſolui poteſt prætèrquàm ab illo, cum quo carnale habuit commercium.

ADDITIO.

CONfeſſario ne abſolueret complicem, vel ſecum in crimine carnali participantem iam diu inhibitum fuerat præter Concilia Prouincialia Mediolanenſia, etiam per citatam ab auctore Synodum Priulam tit. 6. de Sacram. Pœnit. p. 3. *Sed quia multis ambagibus obnoxia erat materia, nec conſtabat an irritæ eſſent confeſſiones factæ Sacerdoti Complici in crimine venereo, vel tantum prohibitæ ſine clauſula irritante; Ideo prouidè Illuſtriſs. noſter Antiſtes Iuſtinianus* in ſuis monitis Synodalibus decreto primo de pertinentibus ad Sacram. Pœnit. verſiculo de non abſoluendo &c. *renouauit conſtitutionem Grimanæ Synodus ferientis comminatione ſuſpenſionis à Diui-*

Digitized by Google

Diuinis Confeſſarios abſoluentes participantes, & Complices ſupradictos, & addidit declarationem, Confeſſarium (ſi ex delegatis fuerit) nec validè, nec licitè id facere poſſe.

Ex quibus notandum eſt Suſpenſos non eſſe ipſo facto Confeſſarios cõplices in crimine carnis abſoluentes; ſed tantum ſuſpendi poſſe per ſententiam declaratoriam iudicis, ex traditis per Sayr. de Cenſur. lib. 1. cap. 14. n. 12.

Deinde aduertendũ abſolutionẽ complicibus datam à Parochis, vel à Regularibus, vel ab alijs, ſi qui ſunt, delegatam in foro pœnitentiali iuriſdictionẽ non exercentibus, validam eſſe licet peccauerint abſoluentes, & ſuſpendi poſſint per ſententiam Ordinarij declaratoriam. Ratio quod valida ſit talis abſolutio patet, quia nullo iure hæc nullitas cauetur, vt diſtinctè cum allegatis P. Georg. Gobat in Theol. Sacrament. tract. 7. caſu 18. n. 581. & 582.

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An Confeſſarius Diœceſis Bergomen. habens facultatem à iure abſoluendi, vti eſt Parochus, Iubilæi tempore ſaltèm, Complicem in crimine carnali abſoluere poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Crimen Confeſſarij complicis in peccato carnis reſeruatur.*
2 *Confeſſarius complicem in carnali peccato, nec Iubilæi tempore abſoluere poteſt.*
3 *Per allatam rationem in reſponſione ſatisfit obiectioni ab initio allatæ.*
4 *Confeſſarius ex approbatis ab Ordinario eſſe debet, etiam Iubilæi tempore.*

Ratio difficultatis hæc eſt, quia in Synodo ſæpè citata huiuſmodi crimen reſpectu talis Confeſſarij Ordinario reſeruatur; tempore 1
autem Iubilæi .s. extraordinarij, omnis Ordinariorum reſeruatio aufertur, vt maxime claruit in Iubilæo anni 1634. euulgato.

Ad difficultatem reſpondetur negatiuè, nempè quòd prædictus Confeſſarius neq; Iubilæi tempore Complicem in crimine carnali abſoluere 2
poſſit. Ratio eſt, quia non præcisè in dicta Synodo huiuſmodi crimen Ordinario reſeruatur, ſed etiam Confeſſario complici ſuſpenditur auctoritas reſpectu illius criminis aliàs per complicem pœnitentem alteri Confeſſario non confeſſi, quod claret intuenti verba dictæ Synodi. Et 3
per hanc rationem ſufficientèr etiam difficultati ſupradictæ ſatisfit, dicto n. Confeſſario Iubilæi tempore aufertur facultas audiendi Complicem

non

non ratione reſeruationis, ſed ratione ſuſpenſionis; quemadmodum autèm antè Iubilæum Curatus per ſuum Ordinarium ſuſpendi poterat, vt ſuppono, reſpectu alicuius perſonæ; cur idem Iubilæi tempore non remanebit ſuſpenſus? cum maximè eadem incommoda, quæ ex talis pœnitentis exceptione antè Iubilæum oriri poterant, Iubilæi tempore non ſubtrahantur. Concludendum itaque dictum Confeſſarium neque Iu-
4 bilæi tempore Complicem in crimine carnali abſoluere poſſe.

Dices mentem Sum. Pontificis eſſe, vt omnis Confeſſor tali tempore à quolibet crimine, hæreſi excepta, abſoluere poſſit: hoc tibi concedo; verùm tunc temporis non aufert niſi reſeruationem, qualis non eſt ſuſpenſio illa, vti ſupra probatum fuit præcedenti difficultate; quinimmò Iubilæi tempore Summus Pontifex vult, vt Confeſſarius ſit ex approbatis ab Ordinario; Ordinarius autèm in dicta Synodo non approbat Confeſſarium, de quo nos loquimur, ſed actu ſuſpendit.

DIFFICVLTAS TERTIA.

An Confeſſarius ſi de facto abſoluat Complicem in crimine carnali, validè ſaltèm illum abſoluat.

SVMMARIVM.

1 *Multa prohibentur fieri, quæ facta tenent.*
2 *Secundum leges Synodales decidenda venit difficultas hæc.*
3 *Attendendum eſt, num lex Synodalis irritet factum, an tantùm puniat.*
4 *Actus prohibitio per ſe loquendo eſt odioſa.*

1 Ratio difficultatis hæc eſt, quia multa prohibentur, quæ facta tenent, vt patet in impedimentis matrimonialibus tantùm impedientibus.
2 Ad difficultatem reſpondetur, quòd conſulendæ ſunt leges ſpeciales nempè Synodales; cum abſolutio per Confeſſarium complicem ex lege vniuerſali totius Eccleſiæ minimè ſit vetita, vt implicitè docet *Ioſephus Angles. par. 1. de Confeſſione*; & iuxta illas decidenda eſt difficultas propoſita: ſi lex ſuſpendat Confeſſario facultatem abſolutionis reſpectu Complicis, abſolutio per huiuſmodi Confeſſorem datam nullius erit validitatis; cum per carentem facultate impertita fuerit. Cæterum ſi
3 lex tantùm imponat pœnam ſuſpenſionis à munere Confeſſarij, illi, qui audebit abſoluere Complicem, ſecus dicendum eſt, quia, licèt talis Cõfeſſarius legum Synodalium tranſgreſſor mortalitèr peccauerit ob grauẽ eius temeritatem; tamen, cum abſolutio impertita fuerit per habentem

adhuc

Digitized by Google

adhuc facultatem, abſolutio tenet: pœna enim non infligitur niſi patrato crimine. Dices in fraudem legis non eſſe aliquid faciendum, vt docet *Cap. Conſtitutus, de Conceſs. præben.* Reſpondetur, quòd verum eſt; tamen ſi de facto fiat, & lex non irritet, factum tenet: tum quia multa illicitè fiunt, quæ facta tenent iuxta tritum ſermone prouerbium: tum quia in materia odioſa reſtringenda eſt obligatio; hic autem verſamur in materia odioſa, cum prohibitio actus odioſa ſit per ſe loquendo. Doctrina hæc adapta huic propoſito pro reſolutione plurium difficultatum maximè conducet. 4

ADDITIO.

IVre nouo noſtræ Synodus Iuſtinianæ Decreto primo de pertinentibus ad Sacramentum Pœnitentiæ *deciſum eſt abſolutionem nullam eſſe ſi detur à Confeſſarijs delegata iuriſdictione fungentibus per quem textum patet reſponſio propoſitæ difficultati; ſed de his ſatis diximus* in additione ſuperiori ad diffic. primam art. 2. præſentis diſtinctionis.

ART. III. DIFFICVLTAS PRIMA.

An in confeſſione aperiri poſſit circunſtantia manifeſtatiua Complicis, cum quo patratum eſt crimen reſeruatum.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Difficultas huiuſmodi quid ſupponit.*
3 *Duæ contrariæ afferuntur ſententiæ.*
4 *In moralibus media eſt ſequenda.*
5 *Statuitur quædam ſententia inter extremas media.*

RAtio difficultatis eſt, quia cognitum ſub confeſſionis ſigillo, perindè eſt, ac ſi neſciretur. Eſt doctrina communis. 1

Supponit difficultas hæc ex delicti manifeſtatione, Complici nullum ſequi damnum præter infamiam apud Confeſſorem, ſi qua eſt. 2

Circa hanc difficultatem duas oppoſitas reperio ſententias, quarum vtraq; ſequacium copioſum habet numerum, vt videre eſt apud *Dianam in ſuis Reſolut. moral. par. 1. de Circumſtant. aggrau reſol. 49.* 3

Prima tuetur partem affirmantem .s. quòd poſſit aperiri circunſtantia

Complicis; cuius ratio eſt, quià quemadmodùm probabilitèr ſine ſcrupulo peccati mortalis poteſt quis manifeſtare vni, vel duobus amicis taciturnis delictum alterius occultum: ità poteſt pœnitens Complicem in confeſſione manifeſtare Confeſſori, cum ſit ſecretus ratione ſigilli confeſſionis.

Altera verò defenſat partem negantem; cuius ratio eſt, quia præceptum non infamandi proximum fortius eſt præcepto integrandi confeſſionem, præceptum .n. de non infamando proximum eſt diuinum, & naturale: præceptum verò de integritate Confeſſionis eſt diuinum, ſed non eſt naturale. *Ita Fagundez lib. 5. cap. 1.* Ratio diuerſitatis harum opinionum eſt, quia diuerſum habent ſuppoſitum. Qui ſunt à parte affirmatiua ſupponunt, quòd in confeſſione nunquam detur vera ratio infamiæ; qui autem ſunt à parte negatiua ſupponunt, quod detur vera, & non leuis infamia, ſi aliàs Confeſſor non ſciebat de Complice ſimilia delicta ſtatui eius plurimùm derogantia. Vtraq; opinio eſt probabilis, & plures habet aſſeclas, vt ſupra retuli, & iuxta eorum fundamenta reſpondent obiectionibus; probabiliorem tamen affirmatiuam vocat *Fagundez, vbi ſup. num. 8.*

4 Verùm quia in moralibus nouimus ab extremis recedendum eſſe; ideo mediam inter extrema ſequendam eſſe iudico.

Dico ergo, quòd attendenda eſt, tum perſona complex, tum eius
5 crimen: attendenda eſt perſona, nempè an ſit integræ famæ reſpectu talis criminis; & item an crimen penſato ſtatu perſonæ ſit ex illis, quæ ſecundùm communem omnium exiſtimationem illi omninò derogant, & ſic huiuſmodi circunſtantiã pro tunc reticendam eſſe puto, animo illam manifeſtandi, cum opportunum fuerit; quià fortaſſe tali non parùm derogabitur, etiam apud Confeſſarium; maximè ſi non foret tantæ prudentiæ, & experientiæ, vt adhuc non nouerit compati alienis infirmitatibus, licèt ipſemet infirmitate circundatus ſit: ſecùs verò dicendum erit, ſi peccatum ex vna parte non poſſit benè explicari, niſi addita circunſtantia Complicis manifeſtatiua, & ex altera prædictæ conditiones .ſ. perſonæ, & criminis abſint.

DIF-

Digitized by Google

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An Confeſſarius, qui carnalitèr pœnitentem cognouit, teneatur in Confeſſione exprimere hanc circunſtantiam.

SVMMARIVM.

1 *Difficultatis ratio quæ.*
2 *Difficultati reſpondetur negatiuè.*
3 *Sat eſt, ſi pœnitens ſolutam, vel coniugatam cognouiſſe confiteatur.*

RAtio difficultatis eſt, quia ex *cap. Omnes 30. q. 1.* colligimus eſſe noſtras ſpirituales filias; ne dùm illas, quas baptizamus, ſed etiam quas in Confeſſione abſoluimus. Notandum autem ante reſolutionem, quòd hic non quæritur, an huiuſmodi circunſtantia aggrauet delictum, cum ſupponatur tanquam certum; quærimus verò, an teneamur illam aperire, dum confitemur.

Ad difficultatem reſpondetur negatiuè, nimirum talem circunſtantiam non eſſe neceſſariò explicandam in Confeſſione; & ratio ea eſſe videtur, 2
tum quia Sacramentum Pœnitentiæ non inducit cognationem ſpiritualem, cum in nullo iure expreſſa reperiatur, vt teſtatur *Diana loco infracit.* tum quia *in cap. fin. de Cognat. ſpiritual. in 6.* decernitur cognationem hanc .s. ſpiritualem oriri ex Baptiſmo, & Confirmatione, & poſtea ſubditur, *Ex datione verò aliorum Sacramentorum cognatio ſpiritualis nequaquam oritur, quæ Matrimonium impediat, vel diſſoluat.* Hanc opinionem amplectuntur graues Doctores, nempè. *Azorius par. 3. lib. 3. cap. 9. quæſt. 5. & 9. Rodriquez tom. 1. cap. 209. num. 1. Bonac. de Matrim. quæſt. 4. pun. 16. nu. 7. & alibi apud ipſum contra nonnullos,* quorum nomina, vt ſolitam ſequar breuitatem, ſub ſilentio inuoluo.

Non eſt itaq; neceſſariò aperienda talis circunſtantia, ſed ſufficiet, ſi pœnitens dicat, ſe copulam cum coniugata, vel ſoluta habuiſſe. Non 3
negamus tamen, quin oppoſita opinio ſi probabilis, ſed iſta probabilior apparet. Differt difficultas hæc à præcedenti, tum quia in illa Complex non eſt Confeſſarius, ſicut in iſta, tum quia præcedens reſpicit pœnitentem in generali; hæc verò in ſpecie reſpicit Confeſſorem, non quatenus eſt Confeſſor, ſed quatenùs pœnitens.

Digitized by Google

DISTINCTIO DECIMAQVINTA.

De Conſtitutionibus Synodalibus circa ea, quæ caſus reſeruatos reſpiciunt.

Diſtinctio hæc reſpicit quinque. Primò Epiſcoporum poteſtatem circa reſeruationem. Secundò intelligentiam cenſurarum ipſo facto latarum. Tertiò nonnullas conſuetudines. Quartò inceptionem obligationis circa reſeruationem. Quintò Regulares: quapropter huiuſmodi diſtinctio in quinque diuiditur articulos. Primus eſt de Epiſcoporum poteſtate circa reſeruationem. Secundus eſt de intelligentia reſeruationum ipſo facto latarum. Tertius eſt de quibuſdam conſuetudinibus. Quartus eſt de inceptione obligationis circa reſeruationem. Quintus deniquè eſt de Regularibus.

ARTICVLVS I.

De Epiſcoporum poteſtate circa reſeruationem duas continet difficultates, ſ.

1 *An Epiſcopus reſeruationem cenſurarum Synodalium, quas aut ſibi, aut ſuo Vicario reſeruat, auferre poſſit.*

2 *An Epiſcopi, & alij inferiores Prælati per nutus, & ſigna abſq; verbis, vel ſcriptura abſolutionem cenſurarum, tam ſibi reſeruatarum, quàm non reſeruatarum impendere poſſint.*

ARTICVLVS II.

De intelligentia reſeruationum ipſo facto latarum duas amplectitur difficultates, nempè.

1 *An in cenſuras ipſo facto latas à Synodo incidat quis abſq; criminis declaratione.*

2 *Quando Synodus dicit ſimplicitèr, vt quis ſuſpenſionis pœnam ipſo facto incurrat, à quo ſuſpendat.*

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

De quibuſdam conſuetudinibus duas claudit difficultates, vz.

1 *An conſuetudo illa, qua aliqui Epiſcopi in Conſtitutionibus Synodalibus reſtitutionem bonorum incertorum ſibi ſoliti ſunt reſeruare, ſuſtineri poſſit.*

2 *An in locis, vbi viget conſuetudo, vt per Conſtitutiones Synodales ab ingreſſu Eccleſiæ interdicti ſint, qui præceptum ſemel in anno confitendi, & in Paſchate communicandi non adimplent, comprehendantur etiam Meretrices, illud non adimplentes.*

ARTICVLVS IV.

De inceptione obligationis circa reſeruationem vnicam continet difficultatem, hoc eſt.

1 *An Conſtitutiones Synodales Diœceſis Bergomi ſub Illuſtriſſimo, ac Reuerendiſſimo Epiſcopo Priolo promulgatæ reſpicientes caſuum reſeruatorum materiam, de qua in magna parte extat titulus 6. dictarum Conſtitutionum, ſtatìm obligent ſcientes illam.*

ARTICVLVS V.

De Regularibus vnicam continet difficultatem, nimirùm.

1 *An Regulares Epiſcoporum reſeruationibus, Conſtitutionibuſq; Synodalibus ligentur.*

ART.

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA.

An Epiſcopus reſeruationem cenſurarum Synodalium, quas aut ſibi, aut ſuo Vicario reſeruat, auferre poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Res, per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur.*
2 *Cenſurarum Synodalium aliæ reſeruatæ, aliæ non.*
3 *Epiſcopus reſeruationes in Synodo auferre poteſt.*
4 *Etiam abſquè cauſa auferre poteſt reſeruationem.*
5 *Non poteſt diſpenſare Epiſcopus in ſua Conſtitutione, quando eius ſubditus acquiſiuit ius ſuper illam per modum contractus.*
6 *Quando poſſit Epiſcopus diſpenſare in Conc. Prouin.*

1 RAtio difficultatis eſt, quia res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, niſi aliud obſtet; conſtitutiones autèm cenſurarum Synodalium videntur profectæ à Synodo, & non ab Epiſcopo tantùm, ideò emergit difficultas, an Epiſcopus abſque Synodo, illarum reſeruationem auferre poſſit.

2 Antè reſponſionem notandum eſt cenſurarum Synodalium quaſdam eſſe reſeruatas; quaſdam verò minimè, iuxtà ea, quæ aliàs attulimus.

3 Ad difficultatem reſpondetur affirmatiuè, quòd .s. Epiſcopus abſque Synodo reſeruationem cenſurarum Synodalium poſitam in Conſtitutionibus Synodalibus auferre poteſt: ratio eſt, tùm quia eſt legitimus Superior, & huiuſmodi Conſtitutiones pendent ab ipſo, nec vllo iure conſtat Epiſcopum non poſſe in huiuſmodi Conſtitutionibus diſpenſare, & omnem auferre reſeruationem: tùm etiàm quià iuriſdictio Synodi non eſt alia à iuriſdictione Epiſcopali; nam alij Sacerdotes, qui ad Synodum conueniunt, non habent propriam iuriſdictionem diſtinctam à iuriſdictione Epiſcopi; ſed ipſi ad Synodum conueniunt, non vt decidant, ſed vt res maturiori conſilio, ac prudentia decernantur: nam vbi multa conſilia, ibi multa ſalus: & magis vident oculi, quàm oculus. Ità *Bonac. de Legib. in ſimili diſp. 1. q. 2. pun. 1. prop. 1. num. 5.* tùm etiam quia obligatio legis humanæ (teſte *Bonac. loco cit. num. 3.*) inducitur per voluntatem legitimi Superioris præcipientis, vt ſeruetur: ergò etiàm per ipſius voluntatem auferri poteſt. Patet igitùr Epiſcopum poſſe auferre reſeruationem cenſurarum Synodalium ſibi, vel ſuo Vicario reſeruatarum.

Addi-

Additur vlteriùs, quòd huiuſmodi ablatio reſeruationis cenſurarum 4
erit valida, quamuis Epiſcopus illam abſtulerit abſq; cauſa, vt notat *Naldus verb. Epiſcopus num.* 7.

Si obijcias à Papa inferioribus ſine cauſa diſpenſare vetitum eſſe, Reſpondetur, quòd multa fieri prohibentur, quæ facta tenent, vt claret in impedimentis matrimonium contrahendum impedientibus.

Quinimmò hoc verùm videtur, etiam ſi Epiſcopus ſuam Conſtitutionem iuramento firmauerit. Ratio eſt, quià licèt Epiſcopus peccet diſpenſando in lege iurata; nihilominùs validè diſpenſat, cum per iuramentum non ademerit ſibi facultatem diſpenſandi: ſicut qui iurauit non vendere domum ſuam, validè illam vendit, ſed peccat contra iuramentum. Ita *Sanchez lib.* 8. *diſp.* 17. *num.* 27. *& Bonac. loc. cit. pun.* 3. *num.* 1. *contra Azorium par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 15. *quæſ.* 7. *& alios.*

Verùm vnum eſt obſeruandum, cum dicitur poſſe Epiſcopum diſpenſare in Conſtitutione ſua, etiam ſi ſit facta in Synodo, debere hoc cum grano ſalis intelligi .s. modò ex illa Conſtitutione non ſit acquiſitum ius ſubdito per modum contractus, vt accidit, quando Epiſcopus animo ſe 5
obligandi ex iuſtitia in materia, in qua ſeipſum poteſt obligare, promittit aliquid, vel concedit priuilegium, quod, ſi fuit acceptatum à ſubdito, illi ſeruare debet, cum ipſi ſubdito iam ſit acquiſitum ius. Ita *Bonac. in ſimili de Legib. vbi ſupra*. Ex dictis igitur conſtat Epiſcopum auferre poſſe reſeruationem à cenſuris reſeruatis in Synodo. Idemq; & ob eaſdē cauſas aſſeritur de mulcta pecuniaria, quam taxat Synodus contra Synodalium Conſtitutionum tranſgreſſores.

Quinimmò poteſt Epiſcopus etiam diſpenſare in Concilio Prouinciali, ſi diſpenſatio in ipſo non ſit reſeruata, & hoc pro ſua Diœceſi. 6
Quod colligitur tùm ex vſu, tùm quia alioquin magnum onus, & incommodum ſubditis, & ipſis Epiſcopis imponeretur, ſi pro ſingulis diſpenſationibus obtinendis adeundus eſſet Papa, vel expectandum eſſet aliud Concilium, .s. Prouinciale: quòd non videtur dicendum. Ita ex *Bonacina vbi ſupra num.* 14. licèt hoc ſit faciendum cum magna prudentia, & DD. conſilio, ne temerè ponatur falx in meſſem alienam.

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An Epiſcopi, & alij inferiores Prælati per nutus, & ſigna abſq; verbis, vel ſcriptura abſolutionem cenſurarum tàm ſibi reſeruatarum, quàm non reſeruatarum impendere poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio cenſurarum ad ſui eſſentiam non exigit verba.*
2 *Illud poſſumus, quod licitè poſſumus.*
3 *Epiſcopi, & alij inferiores Prælati non poſſunt per ſolos nutus, aùt ſigna auferre cenſuram.*
4 *Confeſſarij non poſſunt per nutus, aùt ſigna abſoluere.*

1 Difficultatis ratio eſt, quià Summus Pontifex ſi declararet ſe ſolo nutu, vel ſigno abſoluere velle, verè abſolueret, cum cenſurarum abſolutio ad ſui eſſentiam non exigat neceſſariò verba, vel ſcripturam, vt teſtatur *Bonac. de Cenſ. diſput. 1. q. 3. pun. 5. prop. 2. n. 6.* habet .n. Papa circa ius poſitiuum poteſtatis plenitudinem, *cap. Propoſuit, de Conceſſione præb. cap. Cuncta per mundum, 9. quæſt. 3. cum ſimilibus*. Hinc *Abbas in cap. Sicut nobis, de Sent. excom. nu. 3.* dicit, quòd Papa poteſt omnia, claue tamen ſemper directa.

2 Antè reſponſionem ſupponẽdum eſt, quòd illud poſſumus, quòd licitè poſſumus; nam non quod fit, ſed quod fieri conuenit, inſpici debet, *l. Pon. ff. de Iuſt. & iur.* paria .n. ſunt aliquid non fieri, & illegitimè fieri, *l. Quoties. ff. Qui ſatis dare cogantur.*

Sed ad rem noſtram accedendo, difficultati negatiuè reſpondetur, ni-
3 mitùm Epiſcopos, & alios inferiores Prælatos non poſſe impendere cenſurarum abſolutionem per ſolos nutus, & ſigna. Et ratio eſt, quia tàm Epiſcopi, quàm alij inferiores Prælati non poſſunt variare formam iuris communis, ſed illam ſeruare tenentur; forma autèm iuris communis exigit, vt abſolutio per verba, vel ſcripturam fiat. Ita *Gloſſa in Clemen. vltima, de Sent. excom.* & conſtat *ex cap. Cum deſideres, & cap. Si aliquando, de Sent. excom.* Ita *Sanchez de Matrim. lib. 8. diſp. 4. n. 24. Bonac. loco cit. num. 5. & alij apud ipſum, contra Salas de Legib. d. 20. ſect. 9. nu. 85.* Concluditur itaquè, quòd nec Epiſcopus, nec alij inferiores Prælati à cenſuris per ſolos nutus, vel ſigna abſoluere poſſunt.

Nec obſtat obiectio de Summo Pontifice ab initio propoſita, quia de

de diſſimilibus non eſt idem iudicium: Summus .n. Pontifex cum ſupremam habeat poteſtatem circa ius ſimplicitèr poſitiuum, vt tradit *Thomas Meſtren. in Flor. leg. reg.* 232. abſoluere poteſt, etiam non ſeruata forma iuris communis, quod denegatum eſt Epiſcopis, & alijs inferioribus Prælatis.

Hinc à fortiori inferri debet Confeſſarijs, ab excommunicationibus (licèt nemini reſeruatis) per ſolos nutus, vel ſigna minimè licere abſoluere. 4

ART. II. DIFFICVLTAS PRIMA.

An in cenſuras ſiuè reſeruatas, ſiuè non, ipſo facto latas à Synodo, incidat quis abſq; criminis declaratione.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ ſunt duplices.*
2 *Quomodo intelligatur quis incurſus in pœnam abſquè declaratione.*
3 *Pœna alia ipſo iure lata, alia ferenda.*
4 *Statim cadimus in cenſuras, non tamèn in priuationem officiorum.*
5 *Ipſo facto incidimus in irregularitates, non autèm in priuationem Beneficiorum.*
6 *Non incidit quis in pœnam pecuniariam, niſi poſt declarationem commiſſi delicti.*
7 *Diſcrimen inter legem conditionalem, & pœnalem.*
8 *Pœna conuentionalis ſoluenda eſt antè declarationem; quod ſecùs eſt de pœna legis.*

Ratio difficultatis eſt, quia interdùm incidimus in pœnas ſtatìm antè criminis declarationem, & interdùm tantùm poſt, vt infra conſtabit.

Antè reſponſionem ſupponendum eſt in primis pœnas eſſe in duplici differentia; aliæ ſunt, quæ non poſſunt executioni demandari abſq; hominis actione, & ad has pœnas ipſo facto incurrendas requiritur ſententia criminis declaratoria, niſi aliter conſtet de mente Legiſlatoris volentis pœnam antè vllam criminis declaratoriam ſententiam ſubiri; exemp. gr. Beneficiarius poteſt Beneficium retinere, donec declaretur delictum proptèr quod priuatus eſt ipſo facto, niſi fortè in lege habeatur pœnam in foro conſcientiæ ſtatìm ſubeundam eſſe, ſeù ſtatìm deberi ante vllam criminis declarationem. Aliæ pœnæ ſunt, quæ ad ſui executionem nullam hominis executionem requirunt, ſed in abſtinentia ab aliqua 1

receptione; vel actione conſiſtunt, qualis pœna eſt incapacitas bonorum, inhabilitas ad Matrimonium, vel ad petendum debitum coniugale, vel ad officium, vel Beneficium, vel ad Sacramenta ſuſcipienda, vel miniſtranda, & aliæ huiuſmodi: & in has pœnas antè Iudicis ſententiam declaratoriam criminis incurritur, vti ſatis manifeſtè oſtendit *Bonac. de Legib. diſp. 1. q. 1. pun. 7. §. 2. propoſ. vnic. num. 9. & alij quamplures ab ipſo relati loco citato.*

Secundò ſupponendum eſt, quòd, quandò lex dicit, ipſo facto, & abſq; alia declaratione Rei incidant in pœnam, ver.gratia, ſint priuati
2 officio ipſo facto, &c. lex debet intelligi abſq; declaratione pœnæ, cum illa ſit iam diffinita ab ipſa lege; non autèm culpæ, cui impoſita eſt pœna illa.

3 Tertiò ſupponendum eſt pœnam aliam dici latam ipſo iure, aliam ferendam; pœna ipſo iure lata dicitur illa, quæ poſito delicto ſtatim irrogatur, vt ſi dicatur, qui tale delictum cōmiſerit, ſit ipſo facto priuatus officio: pœna verò ferenda dicitur illa, quam Iudex comminatur delinquenti, vt ſi dicat, qui tale delictum commiſerit priuabitur officio, vel bonis; in hac difficultate non loquimur de pœna ferenda, ſed de pœna ipſo iure lata.

His ſuppoſitis, reſpondetur ad difficultatem, quòd in cenſuras, & in irregularitates ipſo facto latas nedùm à noſtra Synodo, ſed etiàm ab alijs iuribus, quibus ſumus ſubiecti, commiſſo delicto, ob quod infliguntur, illicò cadimus. Vndè ſi dicatur, qui tale perpetrauerit delictum, ſit ipſo facto excommunicatus, delinquens illicò patrato delicto afficitur excommunicatione. Ratio eſt, tùm quià nulla hominis actio requiritur ad hanc pœnam incurrendam, vt benè docet *Nauar. c. 23. nu. 67. Clau. reg. lib. 3. cap. 9. nu. 23. & alij communitèr:* tùm etiàm quià non poteſt vlla ſufficiens ratio aſſignari, cur huiuſmodi pœnæ non incurrantur ipſo facto, ſi Iudex velit aliquem in eas incurrere *Azor lib. 5. c. 7. quæſ. 4. Reg. lib. 13. n. 279. Suarez lib. 5. de Legib. cap. 8. & 9. n. 2. & 4.*

Aliqui reſpondent ſupradictæ difficultati, diſtinguendo inter priuationem verſantem circa cenſuras, & circa officia, Beneficia, &c. Et hæc diſtinctio ferè tendit in idem cum ſuperiori.

Si priuatio verſatur circà cenſuram, vt circà excommunicationem,
4 ſtatim tranſgreſſor incidit in ipſas abſq; vlla criminis declaratione. Cæterùm ſi verſatur priuatio circà officia, Beneficia, &c. tranſgreſſor non incidit ipſo facto, ſed requiritur prius criminis declaratio. Ratio autèm differentiæ eſt, quia priuatio officiorum, ſeù Beneficiorum eſt rei iam habitæ, de qua tranſgreſſor iam eſt completè in poſſeſſione, ſed priuatio, quæ circà cenſuras verſatur, eſt carentia rei habendæ; exempli gratia, ſuffragiorum inpoſterùm obtinendorum .s. quæ ſibi ab Eccleſia eſſent

com-

communicanda. His priuat excommunicatio. In ſuſpenſione ſimilitèr
non tollitur poteſtas iàm habita, ſed impeditur, quod pendet in futurum
.i. impeditur exercitium talis poteſtatis. Ità *Io. Crux lib. 1. c. 3. not.
Tertio, cum ſuis aſſeclis*.

Alij etiam reſpondent, diſtinguendo de pœnis ſpiritualibus, vocando
pœnas ſpirituales cenſuras, & temporales officia, & Beneficia, & hæc
quoquè diſtinctio ferè coincidit cum alijs duabus prædictis. Iſti aſſe-
runt omnes pœnas ſpirituales (velut ſunt irregularitates, & cenſuræ) ipſo 5
facto impoſitas habere ſecum comitem executionem abſq; alia declara-
tione criminis in foro conſcientiæ, quò ad illum, qui in eas incurrit:
exemp. gr. qui habuit rem cum ſua affine, ſtatim non poteſt petere
debitum, nec debet expectari, vt Iudex declaret talem habuiſſe carna-
lem copulam cum ſeminis emiſſione cum affine, & illius generis pœnæ
ſunt cenſuræ; ideò non expectatur declaratio criminis, vbi tranſgreſſor
in ipſas ipſo facto latas, incidit. Pœnæ verò temporales ſunt, vt officia,
& Beneficia, quæ licèt afficiant ipſo facto, tamèn in foro conſcientiæ
non ligant, niſi priùs prolata ſit ſententia à Iudice declaratiua criminis:
exemp. gratia, qui commiſit delictum hæreſis, aùt alterius ſpeciei, per
quod bona ipſo facto publicantur, non tenetur antè ſententiam declara-
toriam criminis tradere ſua bona Fiſco, quinimmò poteſt in foro con-
ſcientiæ expectare Iudicis executionem. Ità *Gambarupta de Caſib. reſer.
c. 3. num. 32.*

Verùm quia in Synodo noſtra vltima interdùm, vbi ponitur pœna
ſpiritualis, exempli gratia, ſuſpenſio ipſo facto, aùt excommunicatio
additur etiàm mulcta, ſeù denariorum pœna, vt videre eſt *in ipſis Conſtit.
Synod. maximè par. 2. tit. 9. de Præsbyteratu, & Miſſis nouis, & par. 4.
tit. 3. De his, quæ in Eccleſia, & Sacriſtia fieri prohibentur*; idcircò ob-
ſeruandum eſt, quò ad iſtam pœnæ partem alitèr dicendum eſſe, quàm
de pœnis ſpiritualibus diximus ſuprà, nimirùm quòd in conſcientiæ foro
non ligantur tranſgreſſores Conſtit. Synod. hac denariorum pœna, niſi 6
poſt ſequutam ſententiam declaratoriam tranſgreſſionis. Et ratio ea eſſe
videtur, tùm quia talis eſt pęna, in qua requiritur actio hominis ad ſui
executionem: tùm etiàm quia pęna hæc priuat tranſgreſſorem re iàm
habita, circà quam integrum habet dominium: prætereà quia interdùm
talis pęna applicanda eſt arbitrio Epiſcopi, vt præcipuè patet *in 4. par.
Conſtit. Synod. tit. 3. De his, quæ in Eccleſia, & Sacriſtia, &c.*

Sed pro maiori intelligentia eorum, quæ habuimus, ne error nos
capiat, notandum eſt, legem conditionalem, ſeù pęnam poſitam ſub
conditione, differre à lege pęnali .s. abſoluta; nam lex conditionalis con-
demnat etiàm in foro conſcientiæ ante declarationem criminis, quæ fit, 7
dum iudex profert ſententiam, lex verò pęnalis non obligat ante con-

demnationem .ſ. antè ſententiam criminis declaratiuam. Et ratio differentiæ eſt, quia lex conditionalis non eſt propriè lex pęnalis, cum non priuet tranſgreſſorem re acquiſita, ſed ſolum iure acquirendi: lex verò pęnalis non obligat ante ſententiam, quia priuat iure iam acquiſito; quod cæteris paribus eſt longè maius iure acquirendo. Videto *Bonacinam, vbi ſupra.*

8 Idem diſcrimen quoque intercedit inter pęnam conuentionalem, & legem pęnalem: nam pęna conuentionalis ſoluenda eſt ante Iudicis ſententiam, cum iſta obligatio naſci videatur ex pacto, & promiſſione humana mutua; pactum autem, & promiſſio humana obligat ex ſe ſine ordine ad ſententiam Iudicis, vt ex *l. Reſcriptum, §. Si pacto, ff. de Pactis.* Cæterùm lex pęnalis, vt ſupra attigimus, non obligat ante Iudicis ſententiam.

Concluditur ergo tranſgreſſores Synod. Conſt. incidere in pęnas ſpirituales ipſo facto latas ante omnem declarationem criminis, ſed in mulctas denariorũ ſolummodò poſt ſententiam criminis declaratoriam.

DIFFICVLTAS SECVNDA.

Quando Synodus dicit ſimplicitèr, vt quis ſuſpenſionis pœnam ipſo facto incurrat, à quo ſuſpendat.

SVMMARIVM.

1 *Incerta ſententia ſententiæ nomen non meretur.*
2 *Vbi quis abſolutè ſuſpenditur, ab officio, & Beneficio ſuſpendi intelligitur.*
3 *Mens ſententiam ferentis vnde colligi poſſit.*
4 *Differt ſuſpenſio à iuriſdictione, à ſuſpenſione à munere Confeſſarij.*
5 *Suſpenſio à Diuinis eſt communior ſuſpenſione à Diuinis Officijs.*
6 *Suſpenſione à Diuinis ſeptem prohibentur.*
7 *Clericus ſuſpenſus à Diuinis exercens ea, quæ ſpectant ad Ordines, fit irregularis.*
8 *Sententia abſolutè prolata quanto temporis ſpatio perſeuerat.*

1 RAtio difficultatis eſt, tum quia ſententia incerta nomen ſententiæ non meretur, *C. de ſent. quæ ſine certa quantitate profertur*, per totum: tum quia nihil operari huiuſmodi ſententias, videtur abſurdum eſſe.

Re-

Digitized by Google

Reſpondetur tali regula, nempè quòd vbicunque habetur hæc ſuſpendendi forma, intelligi debet ſententia de ſuſpenſione ab officio, & 2
Beneficio ſimul, prout *Sayrus de Cenſ. lib.* 4. *cap.* 4. *nu.* 1. *Ioan. de Lign. in cap. Latores, de Cleric. excomm. miniſt. Paludanus* 4. *diſt.* 18. *q.* 7. *art.* 3. *concl.* 8. quibus adiungitur *Innocentius cit. à Say. vbi ſupra*, dicens nullam videri differentiam inter ſuſpenſionem ſimplicem .i. poſitam abſolutè abſq; alia additione, vt ſuſpendo te, & ſuſpenſionem ab officio, & Beneficio, cui etiam ego cum *Say. loc. cit.* addo, quia cum ſuſpenſio ſimplicitèr prolata genus ſit, æque de omnibus ſuis ſpeciebus prædicatur, & comprehendit vtramquè ſpeciem, illam nimirùm ab officio, & illam à Beneficio.

Hæc reſponſio cenſetur vera, dummodò contrarium, aut ex verbis, 3
aùt ex intentione ſuſpendentis non conſtet. In qua re plurimum iuuat conſiderare præcedentia, & conſequentia, ex illis enim, vt plurimum, mens ferentis ſententiam colligi poteſt. Quòd ſi ex illis nihil certi colligi poterit, cenſeo ſequi nos poſſe tutò regulam prædictorum DD., per quā ſequitur ſententiam iuris Synodalis, vel aliam non eſſe incertam; & proindè aliquid operari, & ſic ſatisfit etiam rationi obiectæ.

Hìc quoq; obſeruandum eſt, cum ipſa Synodus à munere Confeſſarij ſuſpendit, vti præſtat par. 3. tit. 6. duobus in locis in eodemmet titulo, 4
diſcrimen eſſe inter ſuſpenſionem à iuriſdictione, & à munere Confeſſarij; nam iuriſdictio eſt veluti genus, quod ſub ſe multas habet ſpecies, quia iuriſdictio ad plura ſe extendit, quàm munus Confeſſarij, vt claret in Prælatis, qui (ſuppoſita approbatione) poſſunt nedùm excipere Confeſſiones, ſed excom. ſuſpend. & alia id generis. Idcircò cum Confeſſor Prælatus ſuſpenditur à munere Confeſſarij, poteſt adhùc plura agere juxtà ſuum officium, vti ſuprà dictum eſt.

E contra, cum ſuſpenditur Clericus à Diuinis, vti fit per ipſam *Synodum par.* 2. *tit.* 7. *pag.* 22. *& parte* 6. *tit. vltimo, pag.* 91. à pluribus ſuſpenditur, quam quando tantùm à Diuinis officijs. Suſpenſio à Diuinis 5
officijs adimit ſolummodò Clericis facultatem, qua poſſint cum alijs diuino intereſſe officio, in Choro pſalmos canendo, aut Sacrum audiendo. Ita *Sayrus de Cenſuris lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 26. verùm quamuis Clericus, vt Clericus, non poſſit intereſſe Diuinis officijs, poteſt tamen vt ſimplex laicus, vt inquit *Angelus, Syluest. & Corona citat. à Say. vbi ſupra*, abſq; periculo incurrendi irregularitatem.

Cæterùm ſuſpenſus à Diuinis: primò non poteſt adminiſtrare aliquod 6
Sacramentum cum ſolemnitate. Secundò, non poteſt ſolemnitèr cantare orationes in Choro. Tertiò, non poteſt exercere officium proprium alicuius Ordinis, exemp. gr. non poteſt cantare ſolemnitèr Euangelium, deferre cereos, &c. alioquìn incurrit irregularitatem. Quartò, eſt ſuſpen-

ſpenſus à Diuinis officijs, licèt non ſint deputata Ordinibus, exemp. gr. non poteſt cantare in Choro cum alijs, nec reſponſoria Defunctorum, nec litanias, &c. Quintò, nec poteſt recipere Sacramenta, niſi in caſu neceſſitatis. Sexto, nec auſcultare Miſſam. Septimò, nec acceptare electionem de ſe factam. Octauò, nec excommunicare, nec Beneficia conferre.

7 Notandum eſt autem, quòd, ſi Clericus, durante ſuſpenſione, exerceat tria prima officia, quæ competunt Ordinibus, fit irregularis: exercendo verò alia quinq; officia Diurna, quæ Ordinibus non ſunt deputata, peccat quidèm, ſed tamen non fit irregularis, ſicut docet *Nauar. & Couar. citati per Auct. Compend. Priuileg. Mendicantium, verb. Ingredi Monaſteria Monialium, num. 9.*

Verùm alia emergit difficultas circa has ſuſpenſiones Synodales, cum in ſententia harum ſuſpenſionum non additur particula, ad menſem, & ad annum, nec aliud quid ſimile, emergit, inquam, difficultas, quandiù perſeuerent.

8 Cui difficultati reſpondeo, quòd tandiù perſeuerant, quamdiù per Epiſcopum ablatæ fuerint, vel donec ipſe Epiſcopus voluerit. Et ratio tùm quia cum abſolutè ferantur, non adeſt cauſa ad illas limitandas ad aliquod particulare tempus, vt ad menſem, aut ad annum, &c. tùm quia ſicut ſe habet propoſitum in propoſito, ita oppoſitum in oppoſito; limitata autem durat ſolum tempus limitatum, exemp. gr. ad menſem, & illimitata ad illimitatum .ſ. ad beneplacitum Superioris; nam ſicut ſuſpenſio limitata limitatum producit effectum; ita, & illimitata illimitatum.

ART. III. DIFFICVLTAS PRIMA.

An conſuetudo illa, qua aliqui Epiſcopi in Conſtitutionibus Synodalibus reſtitutionem bonorum incertorum ſibi ſoliti ſunt reſeruare, ſuſtineri poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum dilationis in reſtituendo incerta Epiſcopus ſibi reſeruare poteſt.*
2 *Epiſcopus Confeſſarijs inhibere poteſt, ne diſponant de incertis.*
3 *Reſtitutio quando per Epiſcopum fieri debeat.*
4 *In alijs caſibus de incertis Epiſcopus ſe intromittere poteſt.*
5 *Conſuetudo, de qua difficultas, ſecundum quid eſt probabilis.*

Diffi-

Digitized by Google

Difficultatis ratio eſt, quia aliqui Doctores, vt *Gabr. in 4. diſt. 16. q. 2. art. 2. & Angel. verb. Reſtit. 2. §. 14.* abſolutè negant talem conſuetudinem ſuſtineri poſſe. Quidam verò tantum dubitant, an leges, & Conſtitutiones illæ iuſtæ ſint. *Syluest. ver. Reſtit. 8. q. 6. & Ban. 22. q. 62. art. 5.*

Antè reſponſionem not. quòd non loquitur hic de bonis incertis, quæ in nullius bonis ſunt, & habentur pro derelictis, quia talia occupantis fiunt.

Huic difficultati occurrendo, quatuor aſſertiones aſſignabimus, ex quibus liquidò conſtabit ſufficiens reſponſio.

Prima. Ex communi omnium Doctorum ſententia, peccatum dilationis in reſtituendo bona incerta Epiſcopus ſibi reſeruare poteſt, vt tradit *Nau. loco infra citando.* 1

Secunda. Poteſt item Epiſcopus prohibere Confeſſarijs non exemptis, ne abſq; conſilio ſuo de huiuſmodi bonis diſponant, remittendo ad ipſum diſpoſitionem, vt euitentur ſcandala, quæ contingere ſolent, dum Confeſſarij malè circa talia bona conſulunt. Quapropter *Angelicus Doctor in 4. diſt. 15. queſt. 1. art. 5. & in opuſculo 2. ad Ducißam Barbantia* tenet talem reſtitutionem faciendam eſſe ad arbitrium Epiſcopi, aut Domini Ciuitatis. Hoc idem ſentit *Palud ibidem q. art. 4. diſt. 15. q. 4. art. 5. ad 2.* 2

Tertia. Quandò huiuſmodi bona incerta poſſidentur ab eo, qui eſt, vel fuit manifeſtus vſurarius, itidem reſtitutio fieri debet per Epiſcopum, vt habetur *in Cap. Quanquam, de vſuris in 6.* 3

Quarta. Pariter poteſt, quando reſtitutioni obnoxius moritur, nullo hærede relicto. 4

Itemq; quandò is, qui tenetur reſtituere, malè diſtribueret, exemp. gr. amicis, qui illis non indigent, tunc, inquam, ipſe Epiſcopus, tanquàm pauperum Pater, poteſt ſe intromittere, curando, vt iterùm per talem diſtribuantur huiuſmodi bona incerta, quæ nec Epiſcopus vſurpare poteſt. His poſitis, reſpondetur, quòd licèt ex congruentiæ debito fine Epiſcoporum auctoritate in prædictis caſibus non debeat fieri incertorum reſtitutio; attamen in rigore loquendo aſſerendum eſt, non eſſe ordinariè neceſſariam auctoritatem Epiſcopi, aut Confeſſarij, ſed poſſe vnumquemq, debitorem auctoritate propria, & per ſe rem ignoti Domini pauperibus reſtituere; quia cum eiuſmodi bona ex iure potiùs humano, quàm naturali eroganda ſint pauperibus, & nullo iure .s. humano diffinitum ſit, vt requiratur auctoritas Epiſcopi, vel Confeſſarij, vt teſtatur *Fauſtus loco infra cit. & alij per ipſum relati;* Ideò ſequenda eſt ratio naturalis; ipſa autem magis dictat, vt perſona, quæ tenetur hæc reſtituere pauperibus, per ſe ipſam magis, quàm per aliam id præſtet;

cum

Digitized by Google

cum enim ipſa ſit debitrix conuenit, vt per ſe ipſam ſuam conſcientiam exoneret. Faciunt adducta per *Scotum in 4. diſt. 15. q. 2. art. 2.* Idem ſentit *Nau. cap. 17. num. 92. Medina de reſtit. quæſ. 3. & alij apud Bartholom. de S. Fauſto de Reſt. in gen. diſp. 5. q. 180. per totum.* Conſtat itaq; conſuetudinem prædictam ſecundum debitum congruentiæ eſſe
5 probabilem, laudabilitèrq; ſuſtineri poſſe: quòd ſecùs eſt in rigore iuris naturalis.

Nec obſtat reſolutioni ratio difficultatis ab initio obiecta; quia procedit in puncto iuris naturalis loquendo.

ADDITIO.

R*Elegenda hic eſt additio prima huius libri* ad finem difficult. primæ art. primi diſtinct. primæ pag. 4. *& conſtabit non eſſe iuxta mentem S. Congreg. licitam reſeruationem eorum caſuum, in quibus non abſoluitur pœnitens niſi reſtitutione præmiſſa, vel executione data rei, ad quam tenetur. Sic* S. Cong. Epiſcoporum, & Regularium anno 1602. die 6. Nouemb. apud Nicol. in floſculis p. 3. verb. caſus. num. 1. *Cuius declarationis tenorem ſi legiſſet auctor T. Lupus diſceſſiſſet in hac difficultate ab opinione* Nauarri, *cui adheret* num. 1.

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An in locis, vbi viget conſuetudo, vt per Conſtitutiones Synodales, ab ingreſſu Eccleſiæ interdicti ſint, qui præceptum ſemel in anno confitendi, & in Paſchate communicandi non adimplent, comprehendantur etiàm meretrices illud non adimplentes.

SVMMARIVM.

1 *Qua ratio difficultatis.*
2 *Meretrices non intercidūtur ab ingreſſu Eccleſia ob defectum Confeſſionis, aut Communionis in Paſchate.*
3 *Attendenda eſt approbata locorum conſuetudo.*

1 RAtio difficultatis eſt, tùm quia præceptum *Cap. Omnis*, indiſtinctè omnes obligat fideles, niſi iuſta de cauſa Confeſſarius tunc debitum differendum decernat, vt etiam dicta Synodus ſub Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Priolo *par. 3. tit. 7. decernit loco citato.* Huiuſmodi autèm

Digitized by Google

autèm fęminæ nullam iuſtam habent excuſationem, tum etiam, quia 1
nec alijs Conſtitutionibus Synodalibus aliarum Diœceſum, (quas vidcrim ipſe) vlla huiuſmodi mulierum fit exceptio.

Ad difficultatem reſpondetur negatiuè .s. quòd ob talem inobedientiam non cenſentur interdictæ ab ingreſſu Eccleſiæ, teſte *Viualdo par.* 1. *de Confeſſ. num.* 60. *in ſimili de Excommunicatione*. Ratio eſt, tùm quia nunquam in Eccleſia publicantur, vel denuntiantur pro interdictis, velut alij inconfeſſi, quorum nomina ad valuas Eccleſiarum Parochialium in cedulis deſcripta publicantur; tum quia meretrices in deteſtationem ſui peſſimi ſtatus relinquuntur in manibus ſui conſilij, iuxta illud *Ieremiæ cap.* 51. *Curauimus Babilonem, & non eſt ſanata; ideò derelinquamus eam.* 2

Nec exiſtimo grauiorem dari punitionem, quam ab Eccleſia non puniri. Faciunt, quæ adducuntur *in l. Quæ adulterium C. ad leg. Iul. de adulterijs*. His tamen non obſtantibus, dicerem attendendam eſſe Ordinariorum intentionem per conſuetudinem locorum canonizatam. 3

ART. IV. DIFFICVLTAS PRIMA.

An Conſtitutiones Synodales Diœceſis Bergomi ſub Illuſtriſſimo, ac Reuerendiſſimo Epiſcopo Priolo promulgatæ, & reſpicientes caſuum reſeruatorum materiam, de qua in magna parte extat titulus 6. dictarum Conſtitutionum, ſtatim obligent ſcientes illas.

SVMMARIVM.

1 *Promulgatio ad legem condendam neceſſariò requiritur.*
2 *Vbi promulgatio ſit facienda.*
3 *Secundum Vgolinum Conſtitutiones Synodales ſtatim obligant ſcientes.*
4 *Reſpectu ignorantium tempus arbitrarium eſt.*
5 *De his legibus dupliciter loqui poſſumus.*
6 *Nec quò ad pœnas, nec quò ad conſcientiam obligamur legi, niſi poſt menſem.*
7 *Leges imperiales, niſi poſt duos menſes à die publicationis, non obligant.*

Difficultatis ratio eſt, quia in Conſtitutionibus ſupremi Principis ſpacium duorum menſium ad id conſtitutum eſt à die publicationis factæ in principio, vt habetur *in Autent. Vt facta noua Conſtitutiones.*

1 Ante reſponſionem, duo ſupponuntur, quorum primum eſt pro-
mulgationem Conſtitutionum Synodalium factam fuiſſe; eſt .n. pro-
mulgatio vna ex conditionibus neceſſariò requiſitis ad condendam
legem humanam, *l. Leges C. de legibus*. Alterum eſt; ſufficere pro-
mulgationem Conſtitutionum factam fuiſſe in Curia Epiſcopali, vel
coram ipſo populo, vel in Ciuitate, iuxta morem in ſingulis locis
2 receptum, & inſtitutum; non autem opus eſſe, vt in ſingulis Oppidis
fiat, niſi alitèr in ipſa lege præſcribatur, vel alitèr conſtet de mente
legislatoris; nam lex hoc modo cenſetur ſufficientèr promulgata.
*Azorius lib. 5. c 3. dub. 2. Salas de Legibus diſp. 12. ſect. 2. num. 11. Bo-
nac. de Legib. diſp. 1. q. 1. pun 4. num. 16. & alij.*

Modò ad difficultatem accedendo, *Vgolinus de Offic. & poteſt. Epi-
ſcopi p. 2. c. 47. nu. 3.* diſtinctione huic ſatisfacit difficultati ſic. Vel
loquimur de Conſtitutionibus prædictis reſpectu ſcientium illas, & ſic
3 ſtatim obligant ſcientes. Et ratio eſt, tum quia fruſtrà expectatur ter-
minus, cuius nullus eſt effectus .s. fruſtrà expectatur tempus, quod nihil
operatur, *l. Aliquando §. ſi ſub conditione ff. ad Senat. Conſul. Velleianum:*
tùm quia non opus eſt, vt qui certus eſt, certior vlterius fiat, *Cap. Eum,
qui, de Reg. iur. in 6.* tùm etiam, quia in omnibus obligationibus, in
quibus dies non ponitur, præſenti die debetur *Arg. l. In omnibus ff. de
reg. iur.* Si verò loquamur reſpectu ignorantium dictas Conſtitutiones,
4 tempus arbitrarium eſt. Ita *Abbas in cap. Cognoſcentes num. 7. & Dec.
ibidem nu. 15. de Conſt. & alij*, quos refert, & ſequitur *Menoc. de Arbit.
5 iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 185. nu. 5. apud Bartholomæum Vgolinum loco citato.*
Quidam alij Doctores diſtinguunt quò ad forum conſcientiæ, & quò
ad pœnas appoſitas legibus, aſſerentes, quòd leges Eccleſiaſticæ obli-
gant in foro conſcientiæ ſtatim à die ſcientiæ, quamuis in eis expreſsè
tempora dilatoria apponantur: ſed quò ad appoſitas pœnas, & quò ad
forum exterius, non obligant niſi poſt lapſum tempus. Ita *Alphonſus
de Caſtro lib. 1. de Lege pen. cap. 1. circa finem, & Compendium Mendi-
cantium verb. Declaratio Bullæ largit. numerum contra Nauar. in conſ. 1.
de Conſtit.*

Cæterùm nobis alitèr reſpondendum eſt per ea, quæ habentur in dictis
Conſtitutionibus Synodalibus, circa finem, Bergomi celebratis anno 1628.
die 4. menſis Maij, nimirùm, quòd conſtituta in ipſis à die promulga-
tionis non niſi poſt integrum menſem obligant, nec quo ad pœnas, nec
quo ad conſcientiam; talis .n. videtur eſſe communis ſenſus. Hinc
ſequitur huiuſmodi Conſtitutiones intra menſem non obligare, quia
lapſus temporis .i. terminus à Conſtitutionibus præſcriptus requiritur
ad humanam legem; lex enim non obligat vltra voluntatem Legiſlato-
ris; quapropter cum per Conſtitutionem ſpatium vnius menſis conce-

datur,

datur, priuſquam obliget, nondùm elapſo menſe, ſubditi non obligan-tur. 6

Ad rationem autèm difficultatis ab initio propoſitæ, dicendum eſt talem rationem nihil obſtare, quià eſt quid ſpeciale in legibus ab Imperatore conditis, vt ſ. non obligent niſi poſt duos menſes. Hoc idem 7 tamen putat *Vaſquez par* 1. *diſp.* 158. *cap.* 3. de legibus conditis ab ijs, qui legibus Imperatoris ſubditi non ſunt. Reſoluitur itaq;, quòd prædictæ Conſtitutiones nec obligant ſtatim, vt ſentit *Vgol.* reſpectu ſcientium illas; neq; concedunt ſpatium duorum menſium, vt Conſtitutiones Imperiales, ſed vnicum menſem, vt ſupradictæ exigunt Conſtitutiones.

ADDITIO.

Spatium vnius menſis ad effectum obligandi ad obſeruantiam Synodalium Conſtitutionum aſſignatum in Triula, Datum fuit etiam in Grimana prima decret. 35. ad finem, *& in Grimana ſecunda, prima in omnibus ſub ordinata; Et tacitè repetitum cenſeri debuit etiam in Iuſtiniana cum* ſ. vlt. *ſe aptet Conſtitutionibus ſuperiorum Synodorum. Nihilominus de iure probabile eſt Conſtitutiones omnium Tribunalium inferiorum à Papa, vel à Principe ſuperiorem non recognoſcente in conſcientia non obligare, niſi poſt lapſum duorum menſium à die publicationis* Beccan. in ſum. p. 2. to. 3. cap. 6. concl. 2. nu. 3. Valentia to. 2. diſp. 7. quæſt. 5. punct. 5. Reginald. to. 1. lib. 13. cap. 16. nu. 153. Azor. p. lib. 5. cap. 3. q. 8. in fine. Nauarr. in manuali cap. 23. nu. 24. & alij cum Ghilino in ſumma verbo Lex. nu. 5. Henric. Bettheus de Synod. p. 2. art. 2. nu. 62. Theſaurus deciſ. 149. num. 6. Rota in vna Comenſi Capellaniæ 5. Iulij 1593. coram Pęnia.

ART. V. DIFFICVLTAS VNICA.

An Regulares Epiſcoporum reſeruationibus, Conſtitutionibuſquè Synodalibus ligentur.

SVMMARIVM.

1 *Quò ad reſeruationem facultatis audiendæ confeſſionis Regulares extant Synodalibus Conſtitutionibus ſubiecti.*
2 *Quò ad mulctam non ſunt ſubiecti.*
3 *Facillimè Religionis decor obſcuratur.*
4 *Si priuatio Regularis ab audiendis confeſſionibus eſt publica, non valent impenſæ abſolutiones.*

5 *Poſt habitam notitiam ſuſpenſæ Confeſſionis, quando non ſit iteranda Confeſſio.*

6 *Quid agere debeat Regularis ſuſpenſus, vt ſuo officio fungi valeat.*

7 *Alia affertur reſponſio.*

Ratio difficultatis eſt, quia Regulares ab Epiſcopali iuriſdictione, vt de ſe conſtat, ſunt exempti.

Ad difficultatem cum diſtinctione operæ pretium eſt reſpondere. Dupliciter igitur loqui poſſumus de huiuſmodi Epiſcoporum reſeruationibus, & Synodalibus Conſtitutionibus, aut quò ad reuocationem facultatis Confeſſionum audiendarum, vel quò ad mulctam.

1 Primò modo Regulares Epiſcoporum ſtatutis ligantur. Ratio eſt, quia in his, quæ ſpectant ad adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ, reſpectu ſecularium, Epiſcoporum ſtatutis vinciuntur. *Vgol. de Offic. Epiſcopi par. 1. cap. 20. §. 10. Graff. conſ. 6. de Pœniten. & remiſſ. Henriquez lib 7. de Indulg. cap. 12. num. 4. Homob. de Exam. Eccl. tract. 5. cap. 4. quæſt. 20.* & conſequenter ipſo facto abſq; vlla ſententia ab audiendis Confeſſionibus ſunt ſuſpenſi, ſi ſtatutum Synodale decernat, vt ipſo facto ab officio audiendarum Confeſſionum ſint reiecti, ac ſubinde omnes licentiæ conceſſæ reuocatæ cenſentur.

2 Cæterùm quò ad mulctam, nimirùm quò ad pœnam corporalem, & reſeruationem caſus, & cenſuræ, diſpoſitioni ſuorum Prælatorum ſubijciuntur, in quos, ſi de delicto conſtiterit, par eſt, vt Superiores ipſi ſeuerè animaduertant; nam quò plus honoris, & venerationis Ordini Religioſo debetur, eò grauiùs plectendi ſunt illi, qui per flagitia, ac turpitudines ſuas nomen Religionis infamant, & qui profana nequitia, criminumq; ſuorum dedecore Sacrum Ordinem polluere nō erubeſcunt: nam vt in

3 oculum, etiam ſi parua ſordes incidat, totum lumen obcæcat: ſic in Eccleſiaſtico corpore, etiam ſi pauci committant ſordida, prope totum Eccleſiaſtici ſplendoris lumen obſcurant?

Sed quid ſi Regularis poſtquam contrauenerit ſtatuto, & conſequentèr fuerit reuocata facultas audiendarum Confeſſionum, abſoluerit, numquid impenſæ abſolutiones valebunt.

Cum diſtinctione quoq; ſatisfaciendum eſt huic emergenti dubio.

4 Vel igitùr priuatio huius Regularis ab audiendis confeſſionibus eſt publica, vel occulta. Si publica, dico impertitas abſolutiones poſt talem publicationem non valere. Ratio eſt, quia iuriſdictionis vſus, & executio eſt de eſſentia Sacramenti, & conſequentèr abſq; tali vſu inualidæ ſunt abſolutiones. Si verò eiuſdem Religioſi Confeſſarij priuatio eſt

5 occulta, impertitæ abſolutiones valebunt, quia concurrente communi errore, & iuſto titulo, toleratur in officio. Et cenſeo cum *Homob. vbi ſuprà*,

ſuprà, factas confeſſiones, etiam poſt habitam huius rei notitiam, à pœnitentibus neceſſariò iterandas non eſſe. Secùs verò iudicarem, ſi ſolùm communis error adfuiſſet, ac Superioris auctoritas non interueniſſet, vt Doctores dicunt de intruſo, vel de eo, qui cum Sacerdos non ſit, ſe tamen Sacerdotem finxit, & confeſſiones excepit. *Nauar. Conſ. 1. de Pœnitent. & remiſs. & alij.*

Verùm quid agere debeat Regularis iſte, vt ſuo officio audiendarum confeſſionum fungi valeat. Debet per alium, ne infamiam ſubeat, iterùm licentiam audiendi confeſſiones obtinere, quam ſi aſſequi non valeat, ab audientia ipſarum confeſſionum abſtinere eum oportet. 6

Si verò deſiſtendo, certò ſciret ſcandalum oriturum, vel propriæ famæ iacturam facturum; tunc præmiſſa priùs contritione, & confeſſione apud Conuentus Pœnitentiarium, deſiſtere non tenetur, cum ad euitandum ſcandalum à communibus iuris regulis recedamus. *Felinus in cap. Nihil, extrà de Præſcript. Sayrus lib. 2. de Cenſ. cap. 3. num. 28. Graff. de Arbit. Confeſſ. lib. 1. cap. 29. Homob. loco citato circa finem, & alij apud ipſum.*

Sed redeundo ad principalem difficultatem, à qua diſceſſi, poſſumus etiam alio reſpondere modo, nimirùm, quòd Regulares tenentur ad leges Epiſcopales in iure .s. communi expreſſas, exempli gratia, ad Feſtorum obſeruationes. Numerum autèm caſuum, in quibus Regulares tenentur legibus, & ſententijs Epiſcoporum, habes in primis *apud Barboſam de Officio, & poteſtate Epiſcopi par. 3. allegat.* 105. Quò ad reliqua verò, præciſo ſcandalo, minimè tenentur, verbi gratia non tenentur ad ieiunia per Epiſcopum indicta, niſi ipſi Regulares vſu, & conſuetudine illas acceptauerint. Ita *Suarez de Legib. lib. 4. cap. 20. num. 9. Salas de Legib. tract. 14. ſect. 4. num. 43. Zanardus in Director. Theol. part. 2. præcep. 4. cap. 12. Diana in Moralibus reſolut. part. 1. tract. de Legib. reſolut. 11. & alij.* 7

DI-

DISTINCTIO DECIMASEXTA.

De mandatis ſub forma tam Epiſcopi, quàm Papæ, circa caſus reſeruatos, aut cenſuras.

Diſtinctio hæc reſpicit mandata tum Epiſcoporum, tum Summorum Pontificum; idcircò iurè in duos diuiditur articulos. Primus erit de Epiſcoporum mandatis. Secundus de Summorum Pontificum mandatis circà caſus reſeruatos, aùt cenſuras itèm reſeruatas.

ARTICVLVS I.

De Epiſcoporum mandatis duas continet difficultates, ſcilicèt.

1 *An, ſi Epiſcopus Confeſſario concedat facultatem abſoluendi à reſeruatis ſub hac forma .s. concedimus tibi facultatem abſoluend à reſeruatis quoſcunq; ad te accedentes, conſentiente Rectore Eccleſiæ, poſſit hoc præſtare abſq; licentia Rectoris.*

2 *An, ſi Confeſſarijs ſibi ſubditis Edicto præcipiat, ne quem à reſeruatis, vel non reſeruatis abſoluere audeant, niſi priùs Decem præcepta, Orationem Dominicam, Symbolum, &c. recitauerit, an, inquam, dicti Confeſſarij, non ſeruata dicta forma ſibi præſcripta, validè abſoluant.*

ARTICVLVS II.

De Summorum Pontificum mandatis vnicam continet difficultatem, vz.

1 *An, ſi alicui Confeſſario approbato committatur facultas abſoluendi pœnitentem ab aliqua cenſura virtute alicuius Diplomatis, aut Iubilæi, in quo ponitur hæc dictio .s.* (Satisfacta parte,) *vtpotè ob furtum, vel damnum ei illatum, aut debitum pœnale, in quo adhuc non eſt illi ſatisfactum, num inquam poſſit illum abſoluere, non ſatisfacta parte, pœnitente exiſtente impotente, ac offerente cautionem.*

ART. I.

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA.

An, ſi Epiſcopus Confeſſori concedat facultatem abſoluendi à reſeruatis ſub hac forma .s. concedimus tibi facultatem abſoluendi à reſeruatis quoſcunq; ad te accedẽtes, conſentiente Rectore Eccleſiæ, poſſit dictus Confeſſarius hoc præſtare abſq; licentia Rectoris.

SVMMARIVM.

1 *Difficultas ſecundum diuerſam interpretationem, diuerſum reddit ſenſum.*
2 *Ablatiuus abſolutus interdùm importat conditionem, & interdùm modum.*
3 *Epiſcopus habet facultatem in tota ſua Diœceſi independentèr à Rectoribus.*
4 *Illimitata cauſa illimitatum producit effectum.*
5 *Regulares Confeſſores admiſſi per totam Diœceſim, in puncto iuris non tenentur nouam petere licentiam.*
6 *Epiſcopi, Regulares idoneos repertos, abſq; limitatione ad excipiendas Confeſſiones admittere debent.*
7 *Item Regulares per Epiſcopum approbati, ab eodem Epiſcopo non debent iterùm ſubijci examini.*

Ratio difficultatis eſt, quia talis conceſſio videtur conditionalis, & proinde nihil valere, niſi ſubſiſtente conditione. Nam ablatiuus abſolutus facit conditionem, *l. A teſtatore ff. de Condit. & demon.*

Reſpondetur, quod aliqui exiſtimant formam prædictam impertiendi facultatem eſſe conditionatam, & hunc efficere ſenſum, ſi Rector Eccleſiæ conſenſerit: & ratio eorum eſt, quia ablatiuus abſolutus importare videtur conditionem; alij verò probabilius putant conceſſionem per dictam formulam non reddi propriè conditionatam, ſed per hanc reddi ipſum Cõfeſſorem cautiorem circa modum, quem ex æquitate ſeruare debet; etiam ſi ab Epiſcopo non admoneretur. 1

Nec obſtat iuxta ſecundam ſententiam ratio dubitandi in contrarium adducta: tùm quia ablatiuus abſolutus non ſemper importat conditionem ad aliquid validè agendum, ſed interdùm connotat modum ad aliquid licitè præſtandum: tum etiam quia verba in dubio potiùs modaliter, 2

litèr intelliguntur, *Bart. in l. Cum, circa princ. C. de Tranſact.* Præterea quia verba, quæ poſſunt dupliciter intelligi, debent in humaniorem partem exponi; ideò Confeſſor, de quo ſupra, ex rigore non indiget Parochi conſenſu, ſed ſolùm ex æquitate.

Idemquè à fortiori infertur de illo Sacerdote, qui facultatem obtinuit ab Epiſcopo audiendi Confeſſiones in alterius paræcia independentèr à
3 voluntate, & conſenſu Parochi talis paræciæ. Ratio eſt, tum quia Epiſcopus habet facultatem in tota ſua Diœceſi independentèr à Parochis, poteſtquè ipſis inuitis, ſaluti ſuarũ ouium inuigilare: tùm quia conceſſio per Superiorem illimitatè impertita, non poteſt per inferiorem limitari, cum inferior in Superiorem non habeat imperium: tum etiam quia ſicut limitatum producit effectum *l. In agris ff. de Acqui. rer. dom.* ita illimitata
4 cauſa, vt Epiſcopus reſpectu ſuæ Diœceſis, illimitatum producit effectũ, demptis caſibus exceptis in iure. Faciunt, quæ habet *Hẽriquez lib. 3. de Pœnitentia cap. 12. Reginal. lib. 3. num. 46. & 67. Zerola in Praxi Sacramenti Pœnitentiæ cap. 15. quæſ. 3. Bonac. de Sacram. diſp. 5. q. 7. pun. 4. §. 1. num. 17.*

5 Idem quoq; infertur de Regularibus approbatis ad audiendum tàm viros, quàm mulieres. Iſti, inquam, poſſunt quoſcumquè ad ſe venientes abſoluere tàm à reſeruatis, ſi habeant facultatem ab Ordinario, quàm à non reſeruatis; nequè ex rigore nouam licentiam à Parochis obtinere tenentur, dum in eorum Eccleſijs Confeſſiones excipere volunt. Dixi, ex rigore, quia ex æquitate, ſecùs dicendum eſt, cum Rectori ex altera parte maxima debeatur reuerentia; & ex altera Religioſos in primis deceat omnibus eſſe ſubiectos, & pro viribus omnes honore præuenire debeant. Hinc S. Seraphicus Pater Franciſcus in ſuo teſtamento habet, Si inuenirem pauperculos Sacerdotes in Eccleſijs, in quibus morantur, nolo prædicare contra voluntatem ipſorum, &c.

Aduertat autem Lector, quòd per dicta nolo innuere Regulares poſſe ſeipſos intrudere in Rectorum Eccleſias, eorũ occupando confeſſionalia, ſed volo oſtendere non requiri ipſorum licentiam, exiſtente illa Epiſcoporum, qui etiam debent Regulares illos ſimplicitèr admittere ad excipiendas Confeſſiones, quos ſimplicitèr, ideſt abſolutè, repererint idoneos, iuxta Decr. Sacræ Congregationis Cardinalium negotijs Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ, ſub die 2. Iulij 1587. quod dicit.

Regulares, qui ad Confeſſiones audiendas idonei generalitèr ab Or-
6 dinarijs, eorumuè examinatoribus reperti, & probati fuerint, generalitèr quoquè, & indiſtinctè abſquè aliqua limitatione temporis, certorumuè locorum, aut generis perſonarum admittantur in Diœceſi propria.

De

De cæteris verò, qui non adeò idonei reperientur, ſi petierint ſe ad-mitti, arbitrio Ordinariorum relinquitur, ipſos cum limitata facultate, prout eiſdem Ordinarijs magis expedire videbitur, probare, & admittere.

F. Michael Bonellus Card. Alexandrinus.

Georgius Pallearius Secret.

Supradictum Decretum affertur per *Piaſecium in Praxi Epiſcopali par. 2. cap. 1. de Caſib. Epiſcopo reſeruatis, & per Confeſſ. in Summa tit. 17. cap. 5. qui eodem in loco* aliud affert Decretum iſtius tenoris.

Congregatio Conc. cenſuit Regulares ad audiendas in Ciuitate, & Diœceſi ſecularium Confeſſiones ſemel ab Epiſcopo præuio examine approbatos, iterùm ab eodem Epiſcopo non eſſe examinandos. Cæterùm à Succeſſore poſſe vtiquè examinari, iuxtà Conſtitutionem Sanctæ memoriæ Pij V. datam 8. id. Auguſti Pontif. ſui anno 6. quæ à felic. record. Greg. xiij. non eſt reuocata per reductionem Priuilegiorum Regularium ad terminos Conc. Trid.

ADDITIO.

Non ambigo de iure fugiendam eſſe interpretationem conſtitutionis, quæ reddat ipſam conditionalem, ideoque in dubijs potius ſupponendum adeſſe modum, quam condicionem, ex doctrina per auctorem num. 1. 2. & 3. *allegata: nec mirum ſi hoc vnico adminiculo fundata multorum ſententia hucuſque ſenſerat Conſenſum Parochi requiſitum in Confeſſione audienda per Sacerdotem delegatæ iuriſdictionis ſub modo non ſub conditione neceſſarium eſſe, vti docet etiam Lupus* in preſenti difficultate numeris citatis; *modo tamen quæſtio ſub quæſtione non eſt, ſtante declaratione* (de qua in additione ſuperiori pag. 20.) *Synodi Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. D. Iuſtiniani Antiſtitis noſtri* in ſuis mon tis Synodalibus decreto 2. de Sacramento Pænitentiæ pag. 7. *qua eliminata veteri doctrina decernitur, Conſenſum Rectorum iniunctum Confeſſarijs importare conditionem, non modum, ſicque per conſequens ſine conſenſu Parochi Sacramentum Penitentiæ inualidè, ne dum illicitè adminiſtrari.*

Quo vero ad 2. partem difficultatis ſcilicet quomodo Regulares ſint admittendi ad audiendas Confeſſiones per Ordinarios locorum vltra declarationes S. Congregationis ab Auctore num. 6. & 7. *citatas noniſſimè prodijt* Bulla Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis X. anno 1670 die 21. Iulij quæ incipit Superna magni Patris familias, quæ in Bullario Romano tomo quinto nouiſſimè addito in editione Lugdunenſi eſt in ordine Bul-

larum eiuſdem Pontificis 7., *qua iniungitur Epiſcopis, vt Regulares ad Cõfeſſiones audiendas generaliter idoneos repertos, generaliter quoque approbent, indiſtinctè ſine aliqua limitatione temporis, nec certorum locorum, nec generis perſonarum in tota Diœceſi. Et declaratur Regulares ſic ſimpliciter approbatos poſſe in Diœceſi approbantis quouis anni tempore, etiam Paſchali, omnes, & omnium etiam Infirmorum Confeſſiones audire abſque vlla Parochorum, vel ipſius Epiſcopi licentia, dummodò Parochum ipſorum infirmorum de audita confeſſione certiorem faciant illicò, ſaltem per ſingrapham, vel atteſtationem apud ipſos infirmos relinquendam.*

7 *Circa verò Regulares, quos minus idoneos repererint approbatio limitata, vel illimitata relinquitur Ordinariorum ipſorum prudentiæ.*

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An, ſi Epiſcopus Confeſſoribus ſibi ſubditis Edicto præcipiat, ne quem à reſeruatis, vel non reſeruatis abſoluere audeant, niſi prius Decem præcepta, Orationem Dominicam, Symbolum, &c. recitauerit, an, inquam, dicti Confeſſarij validè abſoluant non ſeruata dicta forma ſibi præſcripta.

SVMMARIVM.

1 *Non ſubſiſtente conditione, actus quoque minimè ſubſiſtit.*
2 *Multa prohibentur fieri, quæ facta tenent.*
3 *Forma dupliciter exponitur interdùm conditionaliter, interdùm modaliter.*
4 *Confeſſor formam ſibi præſcriptam omittens plus, minuſuè, iuxta ſubiectam materiam, peccat.*

1 Difficultatis ratio eſt, quia non ſubſiſtente conditione, videtur, quòd non ſubſiſtat actus. s. abſolutio in propoſito.

2 Difficultati occurritur reſpondendo affirmatiuè, nimirùm, quòd prædicti Confeſſarij validè abſoluunt, quamuis prædictam formam omiſerint. Et ratio eſt, tùm quia multa prohibentur, quæ facta tenent. Quæ ſanè regula procedit, quoties à legislatore factum contra legem non irritatur, v.gr. in propoſito Edictum Epiſcopi non irritat factum: tùm quia cum lex præſcribit formam ſuper eo, in quo quis prius habebat facultatem, factum tenet, etiam non ſeruata forma præſcripta, vti teſtatur *Emanuel Sà, verb. Lex. num.* 13. Confeſſor autem habebat

priùs

Digitized by Google

prius facultatem, vt ſuponitur, excipiendi Confeſſiones: tum quia modicæ ſolemnitatis omiſſio non vitiat actum, vt claret per *Emanuel Sà, verb. Interpretatio*, & modica videtur eſſe huiuſmodi omiſſio; ideò concluditur, quod non obſtante omiſſione præſcriptæ formæ validè abſoluitur.

Nec ratio difficultatis ab initio obiecta quicquam obſiſtit; nam prædicta forma, ſeu conditio interdùm intelligitur modalitèr, interdùm verò conditionalitèr: intelligitur conditionalitèr quando irritatur factum contra legem: interpretatur modalitèr, cum ſubſiſtit factum, etiam non ſeruata forma præſcripta, vt contingit in propoſito. Huc ſpectant, quæ habent *Bonac. de Leg. diſp. 1. pun. 5. §. 5. prop. 2. num. 11. & de Contract. diſp. 3. q. 1. pun. 4. num. 1. & Gauantus in Enchir. Epiſc. verb. Confeſſarius num. 20.* 3

Verùm naſcitur dubium, an Confeſſor omittens præſcriptam formam, peccet mortalitèr, an venialitèr tantùm; cui reſpondetur penſanda eſſe verba Edicti, aut Decreti; & inde iuxta vſum, & communem interpretationem, peritorum præſertìm, deſumenda eſt reſolutio, vt aduertit *Emanuel Sà, verbo Lex, num. 2.* At ſi magis explicitè reſpondere volumus, cenſeo facientem contra tale præceptum ex rationabili cauſa nullo modo peccare, vt patet in ſimili de omittentibus præcepta Eccleſiæ ex rationabili cauſa, vt ieiunium, vel Sacrum ratione infirmitatis. *Nauar. cap. 21. n. 20. Soarez, verb. Lex, ibi, facientes contra.* 4

Quando verò quis huiuſmodi præceptum abſque rationabili cauſa omittit, ſaltem venialitèr peccabit: dicitur ſaltèm venialitèr, quia ex circumſtantijs ſępè ſæpius talis omiſſio mortale inuoluit peccatum: nam illud, quod præcipitur addiſci ad ſalutem conſequendam in adultis, qui rationis ſunt compotes, protſus neceſſarium eſt: qua proptèr Confeſſarij pro eorum poſſe, vt eorum penitentes talia addiſcant, curare debent. Nec audeant tale Epiſcopi mandatum omittere, niſi fortaſſe reſpectu illius pænitentis, de quo moralitèr ſciunt, vel præſumunt illa non ignorare.

ART. II. DIFFICVLTAS VNICA.

Si alicui Confeſſario approbato committatur facultas abſoluendi pœnitentem ab aliqua cenſura, virtute alicuius Diplomatis, aùt Iubilæi, in quo ponitur hæc dictio, ſ. (*ſatisfacta parte*) vtpotè ob furtum, vel damnum illatum, aùt debitum pænale, in quo adhùc non eſt illi ſatisfactum; num poſſit illum abſoluere, non ſatisfacta parte, pænitente exiſtente impotente, ac offerente cautionem.

SVMMARIVM.

1 *Exiſtentem in mortis periculo ſufficit afferre cautionem, ſe parti læſæ ſatisfacturum.*
2 *Difficultati reſpondetur negatiuè ob triplicem rationem.*
3 *Eſt pia ſententia Pinelli oppoſitum ſentientis.*
4 *Qui non poteſt ſatisfacere, abſoluitur quò ad Deum, quamuis in facie Eccleſiæ ei abſolutio denegetur.*

1 Ratio difficultatis eſt, quia illi, qui eſt in articulo mortis conſtitutus, ſi non poteſt ſatisfacere parti, & offerat cautionem, ſufficit ad hoc, vt poſſit admitti ad Sacramenta, vti obſeruat *Corona, loco infra citando*: ergò & iſti, qui habet Diploma, videtur ſufficere cautio ad hoc, vt poſſit abſolui, cum non habet, vndè ſoluat.

2 Occurrit huic difficultati prædictus Doctor in tract. de Excommunicatione, *cap.* 16. *num.* 26. reſpondens negatiuè, eiuſq; rationes ſunt tres. Prima eſt, quia ſi abſolueretur a Sacerdote ſub promiſſione, & promiſſum non adimpleret, remaneret abſolutus cum damno partis, quod Papa renuit fieri, quia Sacerdos abſoluit ſimpliciter ſine reincidentia, vt Diploma, aùt Iubilæum concedit. Altera, quia facultas tantùm valet, quantùm ſonat. Tertia, quia Summus Pontifex in tali caſu nulli Sacerdotum committit arbitramentum, an excommunicatus abſolui poſſit, nec ne; nam hoc tantùm Iudici excommunicanti reſeruatur. Hæc *Corona loco citato contra Pinellum de Indulgentijs cap.*
3 *23. ibi, Reſtano, &c.* qui tenet contrarium. Cuius opinio eſt ſatis pia, cum in fauorabilibus benigniorem interpretationem ſequi poſſimus, & eò magis, quia hoc ſuadet Epicheia.

Nec ſequendo opinionem Coronæ ſufficit cautio, quæ adhibetur ab

illo,

illo, qui ratione imminentis periculi mortis abſoluitur, ne decedat ſine abſolutione, quia hic non currit tale periculum. Vnde, ſi non abſoluitur in facie Eccleſiæ; eſt tamen abſolutus quò ad Deum ob impotentiam, ac bonam voluntatem, qua impotentia tranſacta, ſi non ſolueret, remaneret vt priùs: s. ligatus etiam coram Deo. Ex his colligitur rationem obiectam reſolutioni minimè obſtare. 4

Verùm circa reſolutionem huiuſce difficultatis attendenda etiam ſunt, quæ infra habentur Diſt. 21. par. 3. art. 2. diffic. 2.

DISTINCTIO DECIMASEPTIMA.

De violantibus Epiſcoporum ſtatuta reſeruationem reſpicientia.

QVia huiuſmodi diſtinctio reſpicit tùm Epiſcopi ſubditos, tùm exteros; ideò in duos diſtinguitur articulos. Primus eſt de Epiſcoporum ſubditis: alter verò de exteris.

ARTICVLVS I.

De Epiſcoporum ſubditis vnicam habet difficultatem, ſcilicèt:

1 *An ſubditi Epiſcopo violantes eius ſtatutum in locis exemptis ſuæ Diæceſis afficiantur excommunicatione ipſi reſeruata contra tranſgredientes tale ſtatutum lata.*

ARTICVLVS II.

De exteris duas continet difficultates, nempè.

1 *An extranei venientes in Diæceſim contrafaciendo ſtatuto, quo cauetur ſub cenſura ipſo facto lata, Ordinarioq; reſeruata, ne fiat aliquid, exempli gratia, ne Clerici ſeculares aleis ludant, in foro externo dicta cenſura ligentur, & à quo in foro Sacramenti Penitentiæ, abſolui poſſint.*

2 *An ille, qui in ſua Diæceſi, exempli gratia, Mediolani, commiſit delictum; cui*

cui annexa eſt excommunicatio, ſi veniat ad aliam, exempli gratia, ad Bergomenſem, vbi tale delictum nullam habet annexam excommunicationem, per Regulares abſolui poſſit.

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA,

An ſubditi Epiſcopo violantes eius ſtatutum in locis exemptis ſuæ Diœceſis, afficiantur excommunicatione ipſi reſeruata, contra traſgredientes tale ſtatutum lata.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum totam reſpicit Diœceſim.*
2 *Tranſgredientes Epiſcopi ſtatutum in locis exemptis, non afficiuntur pœnis contra tranſgreſſores.*
3 *Tria requiruntur ad hoc, vt liget Epiſcopi ſtatutum.*
4 *Locus exemptus non eſt Epiſcopi territorium.*
5 *Valet argumentum à loco ad perſonas.*
6 *Alloquentes Moniales abſque licentia diuerſis ligantur pœnis.*
7 *Caſus, in quo Epiſcopus poteſt punire Regularem.*
8 *Caſus, in quo Epiſcopus poteſt prohibere ſubditis ſuis, ne vadant ad Monaſteria Monialium exempta.*
9 *Qui cœpit peccatum reſeruatum in loco Epiſcopo ſubiecto, & conſumauit in exempto, an ligetur pœnis poſitis ab Epiſcopo contra violatores ſui ſtatuti.*

1 Difficultatis ratio eſt, quià, quamuìs ſubditi prædicti, dum ſtatutum Epiſcopi tranſgrediuntur, in locis exemptis reperiantur; attamen ſunt in eius Diœceſi, Et ſtatutum totam reſpicit Diœceſim. i. oēs de Diœceſi obligantur, *Arg. Cap. final. de Conſtit. lib. 6.*

Difficultati reſpondetur negatiuè, nimirùm quòd tranſgradientes ſta-
2 tutum Epiſcopi in talibus locis, non afficiuntur excommunicatione. Ratio eſt, tùm quia ad hoc, vt liget ſtatutum Epiſcopi tria copulatiuè re-
3 quiruntur, quorum primum eſt, vt peccatum fiat à ſubdito ſtatuentis. Alterum, vt fiat in eius Diœceſi. Tertium, vt fiat in eius territorio: locus autèm exemptus non eſt Epiſcopi territorium; ideò ratione defectus
4 huius tertiæ conditionis non ligantur. Tùm quia ſtatutum eſt lex territorij,

torij, & idcircò extra ipſum non operatur: tùm etiam, quia iuriſdictio
Epiſcopi extra ſuum territorium nulla eſt, *Cap. fin. de Conſtit. lib. 6. &*
facit l. final. ff. de Iuriſdict. omnium iudicum. Præterea *Rota Deciſ.* 165.
teſte *Vgol. loco infra citando*, decidit loca habentia domum ſeparatam
non dici de Diœceſi. Faciunt adducta per *Dianam par. 1. tract. de Le-*
gib. reſol. 14.

Nec officit reſolutioni ratio difficultatis, quia, vt ſupra cautum eſt,
non ſufficit, vt transgreſſio contra ſtatutum fiat à ſubdito, ſed requiri-
tur, vt fiat in eius territorio; locus autèm exemptus non eſt de eius ter-
ritorio, quinimmò ſecundum *Rotam, vt ſupra attigi*, nec eſt de eius
Diœceſi: nam locus extra Diœceſim; & locus exemptus æquiparantur,
vt notat *Roſol. verb. Excommunicatio* 7. Quapropter ſi ſtatuto Epiſcopi
caueatur, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ aleis non ludatur:
ſubditi, qui extra territorium, aut in loco exempto luſerunt, tali excom-
municationis ſententia non afficiuntur. Ita *Vgol. de Offic. & poteſt. Epiſc.*
par. 2. cap. 47. §. 1. num. 2.

Itidem ſubditus Epiſcopi Diœceſani, qui prohibuit ſub pœna excom-
municationis acceſſum ad Monaſterium Monialium, inuiſens Moniales
exemptas non videtur huiuſmodi pœnam incurrere, quia committens
delictum in loco Diœceſis exempto, non poteſt puniri ſecundum ſtatu-
tum Epiſcopi illius Diœceſis: cùm locus exemptus ſit extra ſum iuriſdi-
ctionem. Ita *Naldus verb. Monialis num.* 17. licèt alij diſſentiant.

Similitèr ſi quis exemptus alloqueretur Moniales ſubditas Diœceſano 5
prohibenti, vti ſupra, ſub pœna excommunicationis, talem euaderet
excommunicationem, quia exemptus non eſt ſubditus, & valet argu-
mentum à loco ad perſonas.

Verùm Regularis maxime caueat, ne inuiſeat, aut alloquatur Mo- 6
niales cuiuſcunq; Ordinis abſq; licentia, alioquin incurret pœnam pri-
uationis officiorum vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrendam, &
proinde in peccatum mortale, quod colligitur ex grauitate pœnæ, vt notat
Naldus cum alijs, loco citato. Prædicta pœna claret per *Decretum Cardi-*
nal. Præfectorum negotijs Regularium, quod incipit: Cum aliàs. Inſuper
Sacra Congregatio Card. Conc. Trid. Interpretum cenſuit Regularem abſq;
legitima licentia accedentem ad Monaſteria Monialium Regularibus 7
ſubiectarum, ibi in loco colloquijs deſtinato cum Moniali colloquen-
tem, à Diœceſano Epiſcopo, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato coer-
ceri, & puniri poſſe, quam Congregationis ſententiam Sanctiſſimus
Dominus Noſter Vrbanus Octauus ad ſe relatam approbauit. Iſta De-
clar. eſt poſita ad finem illarum, quæ incipiunt *Poſitæ Conſtit. fel. rec.* 8
Greg. xv. de Exempt. priuilegijs. Hæc pro Regularib. Pro Clericis verò
ſecularibus quæritur, ſi ſtatutum Epiſcopi prohibeat, ne Clerici ſine

ipſius

ipſius licentia vadant ad locum exemptum, vtpotè ad Monaſteria Monialium exemptarum ſub excommunicatione latæ ſententiæ, afficiuntur ne tranſgreſſores tali excommunicatione? *Angelus, verbo ſtatutum textio.* reſpondet affirmatiuè, ſi Epiſcopus ex cauſa legitima hoc facit, vtpotè quia ſic exigunt Monialium culpæ; eiuſq; rationes ſunt duæ, altera, quia ſic facere poteſt, iuxta illud, quod notat *Bart. in l. Relegatorum, verſ. Interdicere ff. de Interdict. & releg.* altera eſt, quia ſicut ciuium Congregatio propter commodum Ciuitatis, vel ob demerita eorum, qui inuiſentur, prohibere poteſt ciuibus ſuis, ne ſe conferant ad eorum Pagum, vel Ciuitatem; ita Epiſcopus ex legitima cauſa poteſt prohibere Clericis ſuis acceſſum ad Moniales exemptas, & in tali caſu excommunicatione obſtringentur.

Quæres fortaſſè, an ſubditus ille ligetur excommunicatione per ſtatutum Epiſcopi lata contra inobedientes, qui cæpit eſſe inobediens antequam à Diœceſi exiret, ſed illam conſummauit extra Diœceſim. Reſpondetur affirmatiuè, teſtibus *Vgolino de Offic. & poteſt. Epiſcopi, par. 2. cap. 47. §. 1 num. 2. Franciſco Soarez tract. de Contrac. lib. 4. verb. Lex. num. 13. Felino in cap. Poſtulaſti, de Foro compet. num. 24.* nam ſtatutum Epiſcopi puniens non reſidentem operatur, etiam ſi contumacia conſummetur extra Diœceſim Epiſcopi ſtatuentis.

ADDITIO.

EX varijs fundamentis *videbatur olim probabile, non poſſe Epiſcopos inhibere Clericis, acceſſum ad colloquendum ad monaſteria Sanctimonialium exemptarum, & directioni Regularium ſubiectarum: Nihilominus indubitabile modo eſt poſſe Epiſcopos id vetare ſub pœnis & cenſuris ſibi bene viſis, cum conſtet Clericos quo ad perſonam ſemper eſſe ſubditos, & in locis prædictarum Monialium Epiſcopos eſſe Sedis Apoſtolicæ Iudices delegatos in pertinentibus ad Clauſuram, & ſimilia. Sic* Genuens. in praxi Archiepiſ. cap. 33. ſub num. 1. *qui ait id ſenſiſſe S. Congregationem.* Gratian. diſcept. forenſ. cap. 393. num. 23. Vgolin. de officio Epiſcopi cap. 21. §. 4. num. 4. latiſſimè Reuerendiſſimus Sperellus in ſuis deciſionibus fori Eccleſiaſtici tomo 1. deciſ. 97. num. 30. cum allegatis.

Verum tamen eſt, vt innuit etiam auctor Lupus hoc articulo num. 8. *In generali prohibitione facta per Epiſcopum circa acceſſum, & collocutionem cum monialibus non intelligi comprehenſas Moniales exemptas, niſi de illis indiuiduam, & diſtinctam habeat mentionem, ratio eſt, quia decretum niſi aliud exprimat capi debet iuxta terminos iuriſdictionis ordinariæ ipſius Legislatoris, non iuxta facultatem delegatam, & particular. n.*

Digitized by Google

culare ni, quam habet in certis caſibus, & pro certis locis, de quibus nihil in ſpecie diſponit argumento textus in cap. monaſteria de V. & honeſt. Clericorum iuncta gloſſa. Sic in caſu ſimili Rolandus conſ. 38. num. 10. volum. 1. Campanil. in diuerſ. iuris Canonici rubr. 12. cap. 16. num. 19. Gratianus loco ſupra citato. Necnon D. Sperellus ibidem nu. 3. qui duo vltimi caſum in terminis ipſis ſic reſoluunt.

Huius argumenti occaſione noto in noſtra Diœceſi Bobienſi Decretum ſub pœna ſuſpenſionis latæ ſententiæ inhibens quibuſcunque Sacerdotibus, vel conſtitutis in Sacris ordinibus colloquia cum monialibus, aditum vna cum aliis prima Synodo Iuſtiniana die 26. Maij 1668. & repetitum diſtinctius in Synodo Iuſtiniana ſecunda Decreto XVI. pagina 9. *non comprehendere monaſteria exempta à iuriſdictione Ordinarij, quæ à Regularibus reguntur, quia de ipſis ſpecificam, & diſtinctam non facit mentionem latè* Gratian. Campanil. & Sperellus locis citat.

Hucuſque dicta, de Clericis Secularibus tantum intelligenda ſunt, non vero de Regularibus, pro his enim nulla eſt diſtinctio inter monaſteria exempta, & non exempta, nam acceſſus, & colloquium Regularibus ipſis non interdicitur auctoritate Epiſcopali, ſed Pontificia, reſpectu cuius nulla eſt loci exemptio, nec diſtinctio.

Decretis inhibentibus acceſſum, & colloquium cum monialibus, quibuſcunque Regularibus, citatis ab auctore num. 6. addi debet Declaratio S. Congregationis Concilij Tridentini *edita* die 11. Maij 1669. *& publicata per modum legis à Santiſſimo Domino Clemente IX.* die 7. Iunij eiuſdem anni, quæ habetur tomo vltimo addito Bullario Cherubini æditionis Lugdunenſis, *qua decernitur Regulares cuiuſcunque ordinis, ſocietatis, & militiæ accedentes ad monaſteria monialium etiam exemptarum ad colloquendum ſine legitima licentia, etiam per quodcunque modicum ſpatium temporis peccare mortaliter, & ſub excommunicationis, priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, aliiſque contra accedentes religioſos ſine licentia ſtatutis pœnis poſſe ab ordinario tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato coerceri.*

Et inſuper emanauit Decretum S. Congregationis eiuſdem Concilij die. 3. Octobris 1671. *declarans non poſſe Regulares accedere ad audiendas Confeſſiones monialium neque tempore Iubilæi, etiam ſi ſint Confeſſarij ſimpliciter ab Epiſcopo pro tota ſua Diœceſi approbati niſi pro monialibus diſtinctè, & expreſſe approbentur.*

Non defuere ex recentibus Doctoribus multi ſentientes per quaſcunque prohibitiones acceſſus ad moniales Regularibus factas non vetari acceſſus & colloquium ad bonum finem, & ex cauſa iuſta, ſine licentia S. Congregationis, vel Legatorum Sanctæ Sedis, vel etiam Ordinariorum in caſibus, in quibus iuxta Bullam Vrbani VIII. 12. Calend. Decembris 1625.

 con-

concedere poſſunt. Doctrina nitebatur fundamento ceſſationis finis legis, & ceſſationis periculi, eamque deffendebant citati à P. Coton. contro-uerſ. moral. lib. 4. controuerſ. 7. cap. 2. num. 82. & ſequentibus *impugnante tamen ipſo* P. Cotono, & Diana, nec non Ianuario reſol. 44. num. 14. *Simus tamen extra quæſtionem ſtante noua declaratione Sacræ Congregationis eiuſdem* in vna Ceſnatenſi 16. Maij 1654. *in qua reſpondet Pœnas decretas contra Regulares, & Peccatum mortale in caſu acceſſus ad colloquendum cum monialibus habere locum etiam ſi hoc fiat ceſſante periculo, & ad bonum finem, & ad declarandum caſum conſcientiæ vel habendum ſermonem de rebus ſpiritualibus ad vtilitatem alicuius monialis.*

Adeſt etiam nouiſſima alia declaratio pro Diœceſi noſtra Bergomenſi, quæ apud me extat autentica cum ſigillo Cardinalis Prefecti, & ſubſcriptione Secretarij; qua reſpondet S. Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpræetum ſupplicationi porrectæ nomine Confeſſariorum monialium huius Ciuitatis die 21. Maij 1678. & ſtatuit Regulares miſſos ad prædicandum monialibus ſi poſt concionem etiam immediate immiſceant ſermones ſuper dubijs, vel quæſtionibus ſpiritualibus, vel ſuper materijs ipſius concionis cum ipſis monialibus, vel cum aliqua earum cæteris audientibus, vel non præſentibus, vel priuatim, vel publice peccare ſemper mortaliter, & incurrere cenſuras, & pœnas &c.; ſi id faciant ſine expreſſa licentia ad colloquendum obtenta.

Ad perfectam voluntatis Apoſtolicæ executionem in noſtra Diœceſi mandatur monialibus ipſis Ordinariæ iuriſdictioni ſubiectis abſtinere à collocutionibus cum Regularibus cuiuſcunque inſtituti, nec illos vnquam admittere niſi præuia licentia Epiſcopi in ſcriptis impetrata ſub pœnis culpæ lætalis, priuationis officiorum, & vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrendæ; pro vt etiam contra viros Regulares in caſu præſenti Conſtitutionibus Sanctæ Sedis, & S. Congregationis declarationibus cautum eſt. Sic Synodi 2. Iuſtinianæ decreto vltimo.

ART.

ART. II. DIFFICVLTAS PRIMA.

An extranei venientes in Diœceſim contrafaciendo ſtatuto, quo cauetur ſub cenſura ipſo facto lata, Ordinarioq; reſeruata, ne fiat aliquid, ex. gra. ne Clerici ſeculares alies ludant, in externo foro dicta cenſura ligentur: & à quo in foro Sacramenti Pœnitentiæ abſolui poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Ratione delicti incidit reus in pœnam fori externi.*
2 *Extranei non ligantur pœnis latis per ſententiam.*
3 *Per ſe extranei non ligantur in foro interiori.*
4 *Exteri in aliena Diœceſi per accidens abſolui poſſunt.*
5 *An Superior ſubditos ſuos per cenſuræ ſententiam in alieno territorio exiſtentes ligare poſſit.*

DIfficultatis ratio eſt, quia pœna ſtatuti obligantur illi, qui in territorio delinquunt, vt teſtatur *Vgolinus de Offic. & poteſt. Epiſcopi par. 2. cap. 47. §. 1. num. 3.*

Difficultas duas habet partes, quarum prima eſt, an venientes in Diœceſim incidant in dictam excommunicationem: ſecunda eſt, à quo in foro Sacramenti Pœnitentiæ prædicti abſolui debeant.

Ad primam partem, ſuppoſita talis ſtatuti notitia, reſpondetur, 1
quòd prædicti incidunt. Et ratio eſt, tùm quia, quamuis non ſint ſubditi ratione domicilij; ſiunt tamen ſubditi ratione delicti, quod ſat eſt, vt in pœnam incidant, *Cap. Licet, de Foro competen.* tùm quia ſtatutum fit ad expurgandum territorium prædictis hominibus. Itaq; quicunq; ſint, qui in territorio delinquunt, pœna ſtatuti obligantur. Incidunt igitur in pœnam, & in foro externo abſolui debent per Superiorem, vbi delinquerunt. Ita *Vgol. de Offit. & poteſt Epiſcopi par. 2. cap. 47. §. 1. num. 3. Fabius Incarnatus, tract. 12. de Excommunicatione, ibi excommunicationis ſententia quomodo ferri debeat.*

Dices, extraneos non ligari cenſuris, per ſententiam latis in Diœceſi, ad quam ſe conferunt. Reſpondetur, quòd, quamuis non ligentur cen- 2
ſuris latis per ſententiam; ligantur tamen cenſuris per ſtatutum latis, quod fortius ligat, quàm ſententia: illud enim fit pro territorio ab omni delicto expurgando, vt ſupra attigi: ſententia verò fertur, vt, qui

ſant ſubditi ſententiæ tempore, Iudici eam proferenti obediant; & conſequenter ſtatutum etiam extraneos conſtringit, ſententia verò minimè, niſi ſubditos tempore promulgationis illius. Ita *Naldus verb. Statutum num. 16. Roſſella verb. Excommunicatio 7. contra nonnullos* ſentientes extraneos nullo modo ligari, vt tradit *Bonacina de Cenſ. diſp. 1. queſt. 1. pun. 11. prop. 4. n. 21.* Hactenus de prima parte huiuſce difficultatis. Quo ad ſecundam, ſ. à quo exteri delinquentes in aliena Diœceſi abſolui poſſint in foro Sacram. Pænitentiæ.

3 Reſpondetur, quod exteri per ſe loquendo non poſſunt abſolui in aliena Diœceſi, nec ab excommunicatione reſeruata, nec item à caſu reſeruato, ſi ibi tale quid ipſis contingat, quinimmò, nec à culpa mortali, quia hæc ſunt auferenda per proprium Sacerdotem, vel per alterum de eius licentia, ſi circa illa habet facultatem, aliàs ad Superiores, vel Pænitentiarios eundum eſt.

Hoc intellige extrà mortis articulum. Facit ad hoc *Cap. Omnis vtriuſ-*
4 *què ſexus, de Pæn. & remiſſ.* & ea quæ ſuprà tradidimus, diſt. 4. de his, qui ſub caſibus Epiſcopalibus comprehenduntur. Dixi, loquendo per ſe, quià per accidens poterunt, vt ſi in aliena Diœceſi reperiantur gratia negotiorum, peregrinationis, vel itineris, habita ratione conſuetudinis, iuxta quam vſu receptum ſit, vt quis in aliena Diœceſi, aut territorio abſolui poſſit. Faciunt adducta per *Bonac. de Sacram. diſp. 5. pun. 7. §. 4. num. 12.*

Nec obſtat ratio difficultatis à principio obiecta; quia quamuis exteri aduenientes in Diœceſim, contrafaciendo ſtatuto loci, pæna illius ſtatuti ligentur, & ibi in foro fori per Superiorem, validè eius mandato abſoluantur, cum fiant ratione delicti ſubditi Superiori illius lo-
5 ci; non tamen fiunt ſubditi in Pænitentiæ foro, idcircò nec in illo abſoluendi ſunt. Ratio autem differentiæ eſt, quia forum contentioſum reſpicit bonum publicum, ac rectam loci gubernationem, quæ poſtulant, vt delicta in tali loco commiſſa puniantur in eodem loco, quod non militat in foro Sacramenti Penitentiæ.

6 Quæres fortaſſe, an Superior per cenſuræ ſententiam ſuos ſubditos, dum in alieno territorio exiſtunt, ligare poſſit. Reſpondetur affirmatiuè, & ratio eſt, tùm quia ſententia reſpicit perſonam ſubiectam, vt illius contumacia coerceatur, & puniatur. Et dicitur, quòd reſpicit perſonam ad differentiam ſtatuti, quod territorium reſpicit: tùm quia cenſura per modum ſententiæ lata ſequitur perſonam, vbicunq; exiſtat; ſuppoſito, quòd feratur pro re manifeſta, quæ cauſæ cognitionem non requirit; nàm ſi illam requirat, iam in proprio territorio facta fuerit.

ADDITIO.

Qvidquid ſit de tutiori, vel minus tuta opinione. *Sentio probabilius eſſe extraneos commorantes ad breue tempus, & per modum tranſitus in noſtra, vel in aliena Diœceſi non affici cenſuris, & pænis noſtrorum ſtatutorum, vel Synodalium conſtitutionum, aut Epiſcopalium Decretorum. Probatur ex textu* in leg. hæres 19. ſ. proinde ff. de iudicijs, *vbi deciditur* forenſes tranſeuntes, & Peregrinos in locis per quos tranſeunt forum non ſortiri. *Communis item eſt ſenſus Theologorum, & Canoniſtarum peregrinos Legibus loci ex regula generali non teneri, vt latè* Archidiacon. in cap. illa diſtinct. 12. Card. Turrecremata ibidem Metina 1. 2. quæſt. 96. art. 5. ad finem Suarez 3. pag. 9. 74. art. 4. diſp. 44. lect. 3. ſ. illud vero latiſſime Sanchez de Matrimonio tomo primo diſp. 18. lib. 3. num. 6. *Ideoque ſubſcribunt in terminis terminantibus meæ ſententiæ* Bonacina de Cenſ. diſp. 1. 9. 1. puncto 11. prop. 4. num. 21. cum Suarez loco citato, & alijs Silueſt. in. 4 diſt. 16. quæſt. 2. d. 1. & in ſumma verbo domicilium num. 2.

Quanto autem tempore durare debeat habitatio ad hoc vt peregrini ſubditi legibus cenſeantur indeciſa hucuſque pendet inter canoniſtas controuerſia. Aſſerunt multi requiri habitationem vnius menſis cum animo ibi perpetuo habitandi Gloſſa Speculator Metina, Angles, Roſella, multique alij apud Sanchez loco allegato num. 8. *volunt alij requiri conſtitutionem domicilij, vel habitationis ad aliquot annos* Palacios in 4. diſt. 15. diſp. 8. Palud. ibidem quæſt. 4. art. 3. num 24. *At probabilior pars, & æquior deciſio erit, ſi dicamus requiri ad effectum incoandæ ſubiectionis legibus loci, vt Peregrini veniant animo habitandi pro maiori parte vnius anni, vel quod etiam ſine tali animo iam de facto pro maiori vnius anni parte habitauerint. Ratio erit, quia tale tempus gignit ſubiectionem reſpectu recipiendi parochialia, & Sacramenta, ideoque producere debet ſubiectionem etiam reſpectu legum, conſtitutionum, & pænarum, quæ regimen animæ, & fori pænitentialis reſpiciunt. Sic* Roſella Silueſter, Margarita confeſſorum, & Felinus cum Sanchez loco allegato num. 9.

Hucuſque notata intelligi debent de verè Peregrinis habentibus certam ſedem, & Patriam, non de vagis nullibi certum domiciliũ habentibus; Hos enim teneri legibus cuiuſcunque caſualis loci, in quo reperiantur non dubito, vt eſt communior D. D. Latè Sotus in 4. diſt. 18. quæſt. 4. art. 2. verſic. eſt hic tamen. Floron. de reſeruat. p. 1. cap. 3. ſ. 2. Polletta in ſua Lucerna verbo Vagabondi. *meminerit tamen auctorem* Lupum *eſſe contrariæ ſententiæ in materia vagorum, licet ſtrictè ſe gerat in caſu*

ſu

Digitized by Google

ſu præſenti peregrinorum, vt videre eſt ſupra diſt. 4. difficult. 5. hac parte prima.

Circa abſolutionem exteri in vniuerſali, de qua auctor hoc articulo nu. 3. *te remitto ad additionem ſuperius impreſſam* difficultate 2. diſt. 4 pag. 60. & ſequenti.

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An ille, qui in ſua Diœceſi, ex. gra. Mediolani, commiſit delictum, cui annexa eſt excommunicatio, ſi veniat ad aliam, v. gra. ad Bergomenſem, vbi tale delictum nullam habet annexam excommunicationem, per Regulares abſolui poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Quando pœnitens teneatur adire Superiorem.*
3 *Si excommunicatio eſt ab homine nominatim facta, extrà Diœceſim excommunicatus minimè abſolui poteſt.*
4 *Itèm non poteſt auferri excommunicatio extrà Diœceſim mota lite.*

1 RAtio difficultatis eſt, quia, qui commiſit aliquod peccatum Ordinario loci reſeruatum, ſi occaſione negotiorum, itineris, vel alterius rationabilis cauſæ ad aliam Diœceſim ſe transferat; vbi tale peccatum non habet annexam excommunicationem, nec Ordinario eſt reſeruatum, per Regulares abſolui poteſt, cum ex vna parte confeſſiones omnium ad ſe venientium excipere poſſint; & ex altera parte peccatum, vbi ſubijcitur confeſſioni, non ſit reſeruatum.

Ad difficultatem accedendo, dico diſtinctione opus eſſe; nam vel excommunicatio, quam contraxit prædictus pænitens eſt ab homine nominatim facta, vel à iure. Si excommunicatio annexa delicto perpetrato à pænitente eſt ab homine nominatim facta, non poteſt abſolui, ſed tenetur adire excommunicatorem, vt ab eo abſoluatur. Ex. gra. Epiſcopus fulminauit ſententiam excommunicationis latæ ſententiæ contra Petrum nominatim, quamuis poſteà mutet domicilium, vel ſe transferat ad Regulares degentes in Diœceſi, vbi non eſt talis excommunicatio; non poterit abſolui: quod ſecùs dicendum eſt, ſi ſit generalitèr lata ſiuè ab homine, ſiuè à iure, nec Excommunicatori ſit reſeruata. Ita *Naldus verb. Conſ. num.* 13.

Verùm obſeruandum eſt, quòd D. D. aſſerentes excommunicationem ab homine eſſe reſeruatam Auctori, vel eius Succeſſori, intelligi debent de excommunicatione nominatim facta, aut conteſtata lite, & non de generali, vt eſt illa, quæ fulminatur per Edicta Viſitatorum, aut Prælatorum. Ita *Naldus, loco citato*. Niſi in ipſis Edictis ſit illis reſeruata. 4

DISTINCTIO DECIMAOCTAVA.

De his, quæ per mortem Epiſcopi circa reſeruationem caſuum tam à Confeſſarijs, quàm pœnitentibus auferuntur.

Voniam huiuſmodi diſtinctio reſpicit tùm Confeſſarium, tùm pœnitentem, tùm etiam Edicta generalia; idcircò, vt procedamus diſtinctè, illam in tres articulos ſecamus. Primus erit de Confeſſario, cui conceſſi ſunt caſus tabellæ ad beneplacitum. Secundus de pœnitente, cui per Epiſcopum conceſſa erat gratia, vt abſolueretur à reſeruatis. Tertius de Edictis generalibus, quibus aliquid præcipitur ſub pœna excommunicationis.

ARTICVLVS I.

De Confeſſario, cui conceſſi ſunt caſus tabellæ ad beneplacitum, vnam continet difficultatem, ſ. ſ.

1 *An caſus tabellæ Confeſſario conceſſi ad beneplacitum, ab ipſo auferantur morte concedentis.*

ARTICVLVS II.

De pœnitente, cui per Epiſcopum conceſſa erat gratia, vt abſolueretur à reſeruatis, vnicam ſimilitèr continet difficultatem, nempè.

1 *An gratia per Epiſcopum conceſſa pœnitenti, vt abſoluatur à reſeruatis*

in

in tabella, ſpiret Epiſcopi morte re adhuc integra, i. non adhuc incæpta Confeſſione.

ARTICVLVS III.

De Edictis generalibus, quibus aliquid præcipitur ſub pæna excommunicationis, vnicam etiam continet difficultatem, nimirùm.

1 *An Edicta generalia, quibus aliquid præcipitur ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ Epiſcopo reſeruata, auferantur eius morte, ita vt poſtea contrafaciens non incidat in ipſam.*

ART. I. DIFFICVLTAS VNICA.

An caſus tabellæ Confeſſario conceſsi ad beneplacitum, ab ipſo auferantur morte concedentis.

SVMMARIVM.

1 *Beneplacitum eſt duplex. S. Sedis, & Epiſcopi.*
2 *Beneplacitum Sedis ſemper perſeuerat.*
3 *Beneplacitum Epiſcopi finitur eius morte.*
4 *Obſeruatio notabilis circa Epiſcopi beneplacitum.*

Ratio difficultatis eſt, quia beneplacitum eſt diuerſi generis.
1 Huic igitur vt ſatisfaciam difficultati, obſeruandum eſt, duplex eſſe beneplacitum, alterum, quod appellatur beneplacitum Sedis; alterum verò, quod ipſi Epiſcopi vocant beneplacitum noſtrum. Primum beneplacitum perſeuerat etiam poſt mortem
2 concedentis; cum Sedes, ſeù dignitas Epiſcopalis ſemper maneat, & conſequenter priuilegium abſoluendi à caſibus reſeruatis conceſſum ſub his verbis .s. ad beneplacitum Sedis Epiſcopalis, ſeù Epiſcopi, qui pro tempore ſedebit. Secundum verò beneplacitum non durat ſemper, ſed finitur morte concedentis. Ratio eſt, quia concedens priuilegium à caſibus reſeruatis abſoluendi ſub forma illa .s. ad beneplacitum noſtrum,
3 vult valorem talis priuilegij pendere à voluntate ipſiuſmet concedentis; cum autem eo mortuo priuilegium non poſſit ampliùs ab ipſius voluntate pendere; ſequitur priuilegium abſoluendi à reſeruatis ſub forma

ma

ma dicta conceſſum, ſpirare morte concedentis.

Verùm hoc vnum eſt quàm diligentiſſimè attendendum, nimirum, ſi Superior concedens facultatem ſuper caſuum reſeruatione, dicat, concedo tibi facultatem, donec illam reuocauero, vel abrogauero, vel aliter ordinauero; talem facultatem non ceſſare morte concedentis, niſi Superior ante mortem illam reuocauerit; nam ad reuocationem talis facultatis requiritur aliquis actus reuocantis, qui ſtante mortem concedentis factus non eſt, neque poſt mortem per ipſum fieri poteſt, vt per ſe patet, cum deſtructum ſit principium humanarum actionum, v. g. vita hominis ratione vtentis, iuxta illud axioma, Corruptis nobis, corrumpuntur ea, quæ ſunt in nobis, & conſequenter gratia poſt mortem concedentis adhùc continuat. Ita *Salas de Legib. diſp. 20. ſect. 17. num. 125. Suarez de Cenſ. diſp. 26. ſect. 1. num. 17. & de Legib. lib. 8. cap. 5. num. 1. & cap. 32. Sanchez lib. 8. diſp. 28. num. 49. Azor. lib. 5. cap. 23. quæſito 4. Bonac. de Leg. diſp. 1. q. 3. pun. 1. prop. 2. num. 13. & 14.*

ADDITIO.

Hic eſt relegenda additio ſupra impreſſa diſt. 9. difficult. 2. pag. 141. vbi præſens materia exornatur, & notatur, an licentiæ ſine alia expreſſione conceſſæ ſupponi debeant ad beneplacitum Sedis, vel ad beneplacitum hominis.

ART. II. DIFFICVLTAS PRIMA.

An gratia per Epiſcopum conceſſa pœnitenti, vt abſoluatur a reſeruatis in tabella, ſpiret Epiſcopi morte, re adhùc integra, i. non adhùc incepta Cōfeſsione.

SVMMARIVM.

1 *Duplex eſt priuilegium, ſeù gratia, ſ. iam obtenta, vel adhùc obtinenda.*
2 *Gratia quando dicitur iam facta, & quando dicatur adhùc facienda.*
3 *Gratia non dicitur facta pœnitenti, quando illa tantùm indirectè ipſi conceditur.*
4 *Gratia conceſſa pœnitenti morte Epiſcopi non aufertur, etiàm ſi res conceſſa integra ſit.*
5 *Si cœpta eſt Confeſſio, gratia non ſpirat, ſed virtute gratiæ iam conceſſæ poteſt finiri, licèt interim moriatur concedens.*
6 *Alia affertur reſponſio difficultati.*

1 RAtio difficultatis eſt, quia gratia, ſeù priuilegium per mortem Concedentis interdùm amittitur, & interdùm non. Obſeruandum igitur duplex eſſe priuilegium, nimirùm priuilegium obtentum, vel obtinendum, & diſtinctio hæc coincidit cum illa, quòd duplex eſt gratia, ſ. facta; & facienda. Gratia dicitur facta quãdo ipſimet petenti gratiam, directè conceſſa eſt, vt ſi dicatur ipſi, concedo tibi facultatem eligendi Confeſſorem, qui à reſeruatis te abſoluat. Cæterùm dicitur gratia facienda, quando nondùm à Superiore, vt ab Epiſcopo, obtenta eſt, vel quandò non directè conceditur petenti, ſed conceditur alteri, in fauorem tamen petentis; vt ſi Epiſcopus concedat Confeſſori, vt pænitentem à reſeruatis abſoluere poſſit, ſed Confeſſor pænitentem nondùm abſoluit, nec illius Confeſſionem cæpit audire.

2 Verùm dicet quis, qualitèr gratia hæc ſecundo modo dicatur facienda; & non potius facta, ſi iam conceſſa eſt facultas Confeſſario, vt poſſit abſoluere pænitentem à reſeruatis. Reſpondetur huiuſmodi gratiam non dici factam, quia vel eſſet facta reſpectu Confeſſoris, vel reſpectu pænitentis: ſed neutrum iſtorum eſt dicendum: non reſpectu Confeſſoris, quia non eſt conceſſa in eius fauorem, nec reſpectu pænitentis, quia ipſi non fuit directè conceſſa gratia. Sed forſan vlteriùs inquires, quomodo gratia non dicitur facta reſpectu pænitentis, ſi fuit conceſſa Confeſſario in fauorem pænitentis, vt poſſit abſolui. Reſ-
3 pondetur non dici factam reſpectu pænitentis, quia, vti ſupra attigimus, non fuit ei conceſſa directè.

Modò propiùs ad difficultatem accedendo, reſpondetur affirmatiuè, nimirùm, quòd ſupradicta gratia conceſſa pænitenti illam petenti, non ſpirat morte Epiſcopi, etiam ſi res integra ſit .i. adhuc non inceperit
4 ſua confiteri peccata. Et ratio eſt, tum quia eſt gratia iam facta, & non facienda: tùm quia priuilegium eſt directè factum ipſi petenti: tùm etiam, quia priuilegium eſt veluti quædam donatio; donatio autèm non ceſſat morte donatoris. Ita *Bonac. in ſimili de Leg. loco inf. cit.*

Idem dicendum eſt, vbi gratia conceſſa eſt non ſolum in fauorem pænitentis, ſed etiam Confeſſarij, itaut vtriq; æquè primò, & principalitèr cenſeatur conceſſa, tunc talis gratia, ſeù facultas non ſpirat morte concedentis, licèt res ſit adhuc integra. Ita *Franciſcus Lapus, Sanchez, & alij apud Bonac. de Leg. diſp.* 1. *q.* 3. *pun.* 8. §. 1. 2. *prop. ferè per totam.*

5 Alitèr reſpondendum eſſet, ſi gratia fuiſſet conceſſa pænitenti tamen indirectè, & Confeſſio non eſſet adhuc incæpta, vt ſupra attul mus Dico, & Confeſſio non eſſet adhuc incæpta; quia ſi fuiſſet cæpta, poſſet etiam finiri, vt ſatis conſtat ex dictis.

Qui-

Quidam Doctores difficultati ab initio propoſitæ alitèr reſpondent, diſtinguendo de modo concedendi gratiam, tali pacto. Aut concedens prædictam facultatem, illam conceſſit per modum delegationis, & mandati, aut per modum licentiæ: ſi primo modo illam conceſſit, ſentiunt Confeſſorem non poſſe dictum pænitentem abſoluere, quia delegatio delegantis morte extinguitur, vt conſtat *ex l. Et qua ff. de Iuriſd. omn. iud.* ſicut etiam extinguitur mandatum, *§. fin. Inſtit. de Mand.* Cæterùm ſi delegans ſecundo modo illam conceſſit, nimirùm per modum licentiæ, aſſerunt, quòd poteſt. Ratio eſt, tum quia gratia alicui conceſſa, concedentis morte non extinguitur, *Cap. Si gratiosè, de Reſcript. lib. 6.* tùm quià qui licentiam habet ab Epiſcopo ſuo, vt poſſit ab alio Ordines ſuſcipere, quamuis moriatur Epiſcopus, qui conceſſit licentiam; attamen licentia valebit: tum etiàm quia ſic concludit *Nauar. in prædicto cap. Si gratiosè. Vgol. de Offic. & poteſt. Epiſcopi q. 36. §. 2. nu. 1. & alij.* 6

ART. III. DIFFICVLTAS PRIMA.

An Edicta generalia, quibus aliquid præcipitur ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ab Epiſcopo reſeruatæ, auferantur eius morte, itaut poſtea contrafaciens non incidat in ipſam.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, & Edictum primo aſpectu videntur idem eſſe.*
2 *Edictum, & præceptum idem valet.*
3 *Contrafaciens Epiſcopi Edicto poſt eius mortem non ligatur Edicto.*
4 *Appendix ſatis notabilis.*

Difficultatis ratio eſt, quia Statutum, & Edictum videntur vnum eſſe; Statutum autèm non auferetur per mortem Statuentis, vt clarè per *Cap. fin. & DD. ibi, de Offic. deleg.* ſed pœnis Statuti ligatur, qui etiam poſt mortem Statuentis Statutum violat; ideò idem videtur dicendum de violante Edictum. 1

Ante reſponſionem notandum eſt cum *Ioan. Ianuenſe in Opere inſcripto Catholicum, verb. Edictum*, & cum *Lexi con iuris itidem ver. Edictum*, quòd Edictum idem valet perindè ac præceptum, iuxta illud *Luc. 2. Exijt Edictum à Cæſare Auguſto*; & eſt proprium Magiſtratuum, vti obſeruat *Calepinus, verb. Edictum.* 2

3 Modò difficultati ſatisfaciendo, dicendum eſt contrafacientem Edicto Epiſcopi poſt eius mortem non ligari excommunicatione lata contra inobedientes eius Edicto. Et ratio eſt, tùm quia Edicta lata ſunt, vt facilior gubernatio ſit ipſi Epiſcopo, dùm viuit, vt ſentit *Vgol. in tract. de Cenſ. tabula 1. c. 9. §. 4. d. 1. & 2.* tùm quia aliud eſt Statutum, & aliud Edicta generalia, vt de ſe claret, & à diuerſis non fit illatio, *l. Inter ſtipulantem, §. Sacram. ff. de verb. oblig.* & per hanc rationem reſpondetur etiam rationi difficultatis ſupponentis vnum eſſe Edicta, & Statuta. Et ex hac reſolutione ſequitur, quòd ſi Epiſcopus per Edicta ſuſpendat Clericos, qui cum armis, vel perſonati inceſſerint, eo mortuo, eos vlteriùs non affici ſuſpenſione contrafaciendo eius Edicto. Videto *Vgol. de Offic. & poteſt. Epiſc. par. 2. c. 47. §. 2. num. 1. & 2.*

ADDITIO.

*R*Eſolutionem *Auctoris hoc articulo ſtrictè ſtatutam exornando, dico per mortem Epiſcopi vel Archiepiſcopi, aut eorum vicarij ſiue per Amotionem ab officio, vel translationem ad aliam Diœceſim tolli cenſuras, omnes, & alia edicta leges, ordinationes, conſtitutiones, mandata, & ordinationes, quia hæc omnia non ſunt à iure, ſed prouiſiones ab homine. Et huius generis eſt cenſenda integra Tabella caſuum reſeruatorum, cum nihil aliud ſit quam edictum ab homine, exceptis tamen caſibus habentibus adnexam cenſuram à iure communi, vel à Synodalibus conſtitutionibus Ordinarijs reſeruatam. Quapropter mortuo, amoto, vel Translato Epiſcopo, vel Archiepiſcopo nulli reſtant caſus reſeruati non habentes cenſuram adnexam contentam in Synodis. Doctrina eſt communis. Vide ex ciuilibus* Bald. & D. D. in L. 5. ff. de verb. ſignificat. Bertachin. tract. de Epiſcopo p. 2. lib. 4. q. 15. Rota deciſ. 76. num. 6. p. 1. recentiorum, *& ex Canoniſtis* Sperel. cum citatis tom. 1. deciſ. 14. Ricius deciſ. 149. num. 2. p. 1. Abbas & alij in cap. finali de offic. legati, *& ex Theologis* Vgolin. de cenſuris tabula prima cap. 9 §. 4. Suarez. 3. p. tom. 5. diſp. 3. ſect. 1. Sayr. de cenſ. lib. 1. cap. 7. num. 11. & 12. Laiman lib. 1. tract. 4. cap. 5. num. 5.

Limitanda tamen eſt reſolutio circa caſuum reſeruatorum ceſſationem ſede vacante, quando reſeruati fuiſſent in Synodo Diœceſana, vel Prouinciali, nam tunc Synodus habet vicem ſtatuti, & ſic facit reſeruationem à iure, non ab homine. Ita Sperel. Suarez alijque locis citatis, & auctor Lupus ſupra hac p. 1. art. 1. difficult. 1. diſtinctione 2. per totam. Ricius deciſ. 149. num. 2. citato. *Quæ limitatio in noſtra Diœceſi locum non habet, quia Tabella caſuum reſeruatorum licet reperiatur impreſſa, & adnexa Synodis antiquis Bergomenſibus, & nouis Iuſtinianis tamen*

men nunquam promulgata fuit in Synodo per modum decreti, vt de antiquis teſtatur Lupus loco citato, *& de nouis, teſtis oculatus ego aſſerere poſſum.*

Vertitur in controuerſiam apud Canoniſtas, an decreta viſitationum, ſeu mandata in viſitatione ab Epiſcopis data ſint ab homine vel à iure, in qua quæſtione quidquid aſſerant aliqui dicendum puto eſſe ab homine non à iure, quia viſitatio committitur induſtriæ, & prudentiæ Epiſcoporum, vt quod ad rectum Eccleſiaſticæ diſciplinæ ordinem viderint expedire ſtatuere poſſint, & exequi ipſi faciant, non vt multiplicatis legibus ſucceſſorum conſcientiam onerent: Meæ ſunt ſententiæ. Vgolin. l. cit. diſp. 1. & 2. & de officio, & poteſtate Epiſcopi p. 2. cap. 47. §. 2. num. 1. & 2. P. Bordonus deciſionum miſcellanearum deciſione 68. pagina mihi 71. cum ab eo cumulatis. Laiman. de cenſuris lib. 1. tractatu 5. cap. 2. num. 2. Nald. verbo Lex, num. 2. Portel. verbo ſtatutum nu. 3. *Et quod dicitur de morte, vel amotione Epiſcopi, dicendum eſt etiam de viſitatoribus inferioribus delegatis ad Diœceſis viſitationem, quia ſi tales officiales exerceant hoc officium ad certum tempus v. G. ad trienium, finito trienio omnia decreta per tales viſitatores facta ceſſant, & expirant, niſi denuò vel à ſucceſſoribus confirmentur, vel ab Epiſcopo. ſic* plures ex citatis; Vide Bordonum allegata deciſione miſcellanea 68. circa finem.

Dubitatur etiam an exilium alicui particulari perſonæ indictum ab Epiſcopo finiatur morte, vel amotione, aut translatione ipſius, in qua quæſtione celebrior eſt ſententia affirmatiua ſcilicet exilium finiri. Ita contra Riminaldum Farinacius in fragmentis verbo Bannitus num. 77. Sperel. loco allegato deciſ. 14. num. 23. Capic. deciſ. 136. num. 5. Maſcard. de probationibus lib. 1. concluſ. 188. num. 30. alijque. Guazzinus in tract. ad defenſam tom. 2. defenſ. 33. cap. 27. num. 9.

Animaduertere tamen opus eſt, quod licet cenſuræ per Edictum & Decretum Epiſcopi latæ expirent, ille tamen qui ante mortem, vel amotionem, vel translationem ipſius Legislatoris peccauit, & reus pœnæ effectus eſt, cenſura ipſa manet innodatus, & per ordinarium ſolum abſolui poteſt; quia mors, vel amotio tollit Legem, ſed non abſoluit iam obligatum. Sic communiter morales, & Iuriſtæ, vide Suarez loco cit. Silueſtrum verbo excommunicatio 3. Coninch. tom. 2. diſp. 13. dub 1. num. 11. Sayr. de cenſuris loco cit. num. 11. & 12.

Pp

Digitized by Google

DISTINCTIO DECIMANONA.

De auctoritate Epiſcopi circa caſus Papæ reſeruatos, & ſimplicis Confeſſarij circa caſus Epiſcopo reſeruatos.

CVm huiuſmodi diſtinctio reſpiciat tùm auctoritatem Epiſcopi, tùm ſimplicis Confeſſarij; ideò diſtinctionem hanc meritò in duos articulos diuidimus. Primus erit de auctoritate Epiſcopi circa abſolutionem caſuum Papalium. Alter de auctoritate ſimplicis Confeſſarij circa caſus Epiſcopales.

ARTICVLVS I.

De auctoritate Epiſcopi circa abſolutionem caſuum Papalium duas complectitur difficultates, nempè.

1 *Qualem auctoritatem habeat Epiſcopus abſoluendi à caſibus Papæ reſeruatis.*

2 *Ad quid proſit abſolutio ab excommunicatione, & diſpenſatio ab irregularitate, quam generalitèr impertit Epiſcopus præparatis ante ſe pro Ordinum ſuſceptione.*

ARTICVLVS II.

De auctoritate ſimplicis Confeſſarij circa caſus Epiſcopales duas habet difficultates, nimirùm.

1 *A quibus caſibus ſimplices Confeſſarij abſoluere poſſint.*

2 *An aliquis Confeſſarius abſoluere poſſit Sacerdotem illum, qui temerè tentauit abſoluere pœnitentem à caſu Epiſcopo reſeruato, circa quem non habebat facultatem.*

ART. I.

Digitized by Google

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA.

Qualem auctoritatem habeat Epiſcopus abſoluendi à caſibus Papæ reſeruatis.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus à quibuſcumque caſibus, occultis abſoluit.*
2 *Occultum quomodo hic ſumatur.*
3 *Exponuntur verba illa (nempè in foro conſcientiæ)*
4 *Abſolutio cum impertitur coram aliquibus, an in foro conſcientiæ eſſe poſſit.*
5 *Quid operetur abſolutio in foro conſcientiæ.*
6 *Epiſcopus an à caſibus in Bulla Cœnæ occultis abſoluere poſſit.*
7 *Item an abſoluere poſſit, quando tantummodò delinquens eſt occultus.*
8 *Vt delictum ſit publicum, quid requiratur.*
9 *Facultatis extenſio.*
10 *Ponuntur duæ limitationes.*
11 *Item ponuntur duo caſus, in quibus reus caſus Papalis, licèt iam in iudicium delatus, abſolui poteſt.*
12 *Notabilis obſeruatio.*

Reſpondetur cum *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de Reform. cap. 6.* quòd poteſt in quibuſcumque caſibus occultis in foro conſcientiæ. Pro intelligentia duo ſunt notanda, quorum primum eſt, quòd hic occultum non ſumitur pro eo, quod à nullo ſcitur, ſed prout condiſtinguitur a publico, & famoſo, etiam ſi probabile ſit. Dicitur autem delictum publicum, ſtatìm ac denunciatum eſt, aùt delatum apud legitimum iudicem. Ita *Suarez tom. 5. diſput. 41. ſect. 2. num. 6.* quod notat *Peirinus in Conſtit. Pyrrhi. num. 42.* & reus iam citatus fuerit, vt infra dicetur. Item occultum dicitur illud, quod non eſt notorium, licèt ſciatur ab aliquibus. *Ita Barboſa de Offic. & poteſt. Epiſcopi alleg. 39. nu. 21. & 25.* quod notat *Gauantus in Enchir. Epiſc. verb. Abſolutio. nu. 11. qui in verb. Excommunicatio num. 53.* loquendo de notorio Clericorum percuſſore, ait notorium percuſſorem illum dici, qui viſus eſt à ſex perſonis ſaltem: citatque pro ſe, *Nau. cap. 25. num. 73.* 1 2

Alterum eſt, quòd verba illa, in foro conſcientiæ, ſignificant, quòd habens poteſtatem abſoluendi aliquem in foro conſcientiæ, vtitur illa poteſtate in ſalutem animarum, vt dicta abſolutio valeat coram Deo, & non coram Eccleſia. 3

No-

Notandum præterea, quòd, licèt abſolutio hæc detur coram aliqui-
4 bus, non per hoc deſinit eſſe in foro conſcientiæ, Illa .n. dicitur dari in foro conſcientiæ, quæ datur ſine ſtrepitu, & figura iuditij, & ſine præiuditio tertij, ſeù Fiſci.

Sed quid operatur huiuſmodi abſolutio in foro conſcientiæ? Adeò operatur, vt ita abſolutus poſſit licitè coram Deo celebrare abſque eo, quòd irregularitatem aliquam coram ipſo incurrat, & actus omnes ab ipſo exerciti validi ſint, quoad naturam, & ſubſtantiam ipſorum, licèt in foro exteriori aliter iudicabuntur. Ita *Peirinus tom. 1. ſuper Conſtit. Pyrrhi num. 43, Rodriq. tom. 1. Quæſtionum Regularium q. 61. art. 10. Hieronymus Rodriquez in Reſolutionib. dictarum Quæſtionum Regul. reſol. 3. num. 44.* qui ibi addit, quòd abſolutus ab excommunicatione in foro conſcientiæ tantùm, ita ſe debet habere, ac ſi iniuſtè in foro exteriori eſſet excommunicatus.

Quæres fortaſſe, an vigore prædicti *Cap. 6. Conc. Trid.* poſſit Epiſco-
5 pus nunc abſoluere à caſibus in Bulla Cœnæ contentis, quando .s. ſunt occulti. Tractant ex profeſſo difficultatem hanc multi DD. vt videre eſt apud *Peirinum, loco cit. num. 44.* Alij defendunt partem negatiuam; quorum ratio principalis videtur eſſe, quia dicunt id ſæpiùs fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione Concilij, immò à Summis Pontificibus Greg. xiij. & Clemente viij. Alij verò tuentur partem affirmatiuam, & rationem, aſſignat *Peirinus loco citato*, nimirùm quia ſi declarationes dictorum Pontificum eſſent veræ .i. extarent authenticæ, res eſſet ſine controuerſia, ſed teſtatur nihil authenticum videri potuiſſe. Ego difficultatem hanc volo potius integram permittere cuiuſque arbitrio, quàm de ea quicquàm temere pronunciare. Id vnum dicere valeo, quòd his temporibus pars negatiua communior eſſe videtur, quia practicatur à viris ſcientia, ac conſcientia præditis.

Quæres inſuper, an vigore prædicti *Cap. 6. Conc.* licitum ſit Epiſcopo
6 abſoluere à prædictis caſibus extra Bullam Summo Pontifici reſeruatis, quando ſolummodò delinquens eſt occultus, ſed tantũ de delicto conſtat publicè. Reſpondetur licitum eſſe. Ita *Graffius lib. 1. Dec. aur. cap. 13. num 43. Syluest. verb. Correctio, quæſt. 8. Barboſa de Offic. & poteſt. Epiſcopi, par. 2. alleg. 39. num. 26. Lazar de Monit. ſect. 3. q. 12. num. 6. Homob. de Caſib. reſer. par. 1. cap. 5. de Abſolutione caſuum reſer. Obſer. 2.* qui te-
7 ſtatur de communi. Adduntque DD. vt delictum dicatur publicum non ſufficere eſſe manifeſtum, & omnibus notum, ſed requiri etiam, vt publicè ſciatur eſſe delictum, .i. ſub ratione delicti; quod notat *Homob. loco cit.* Et facultas prædicta intelligi poteſt tàm reſpectu caſuum ante
8 Concilij Trid. Summo Pontifici reſeruatorum, quàm reſpectu eorum etiam, qui poſt Conc. vt per *Suarez tom. 4. diſ. 30. ſect. 2. Tolet. lib. 1. cap. 41.*

*cap. 41. Nau. conſ. 10. de Priuil. Finell. de Caſib. reſer. c. 7. Beia. par.
4. Reſponſ. caſu. conſc. cap. 37. Bonac. de Obligat. denunc. diſp. 6. pun. 1.
§. 10. Homob. vbi ſupra, & alij apud ipſum*: quamuis alij DD. forſan pro-
babilius alitèr ſentiant, quò ad reſeruatos poſt Conc. 9
Quæres præterea, an huiuſmodi poteſtas Epiſcopo conceſſa extenda-
tur ad quoſcunque ei ſubditos: Reſpondetur affirmatiuè cum *Homob. loc.
cit. Obſeruatione* 3. Subditorumquè nomine comprehenduntur etiam Pe-
regrini, Vagi, Scholaſtici, Mercatores, & Forenſes, qui per aliquod
tempus in ſua Diœceſi commorantur. Ita *Homob. loco cit.*
Veruntamen circa huiuſmodi poteſtatem duæ ponendæ ſunt limitatio- 10
nes, prima eſt quod *Conc. Trid. in dicto Cap. 6.* excipit delictum ad fo-
rum contentioſum deductum; tale autem dicitur eſſe, etiam ſi vnico te-
ſte extiterit probatum coram legitimo iudice. Ita *Suarez tom. 5. de Cenſ.
diſp. 4. ſect. 2. & alij*, quod notat *Homob. loco cit.* Secunda eſt, nihil re-
ferre rem iuſtè, vel iniuſtè fuiſſe in iudicium delatam: requiritur tamen,
vt reus ſit citatus, cum iudicium à citatione incipiat, vel quòd ei ſit inti-
mata delatio, vt refert *Homob. loco cit.*
Verùm id vnum notandum eſt, quòd ſi reus iniquis vijs cauſam vicit, 11
& abſolutus fuit, vel ſi delictum ſit ad hoc forum deductum, & iam pe-
racto iudicio, punitum; quò ad forum conſcientiæ ab Epiſcopo abſolui
poterit. Inſuper ſi duo eiuſdem criminis ſint participes, & alter tantum 12
ad iudicium ſit delatus, delictum verò alterius adhùc non delatum, oc-
cultum eſſe cenſetur, & conſequenter ſubiectum Epiſcopi poteſtati; quia
res inter alios acta, alijs præiudicare non debet, *Vgol. par. 2. de Offic.
Epiſc. c. 57. §. 2. Homob. de Caſib. reſer. loc. cit. & alij apud ipſum.*
Concludendum itaque Epiſcopum abſoluere poſſe à reſeruatis Papæ,
in foro conſcientiæ, quando ſunt occulta, ſed non ab illis Bullæ Cœnæ
ſecundum communiorem ſententiam, quam ſequi debemus, nec ab il-
lis reſeruatis poſt Conc. Trid.

ADDITIO.

DE *facultate vigore Tridentini in caſibus Papæ reſeruatis Epiſcopo
competente ſupra tetigi* in additione ad difficultatem tertiam ar-
ticuli primi, diſtinctionis 13. pag. 168. *at quia materia eſt vtilitatis exi-
miæ, & praxis ferè quotidianæ latiori indiget ſpeculatione.*

*Dubitatur præcipuè circa hoc Tridentini priuilegium an poſſit Epiſcopus
eo vti non ſolum abſoluendo à cenſuris omnibus Sanctæ Sedi reſeruatis an-
te Concilium, vel in ipſo Tridentino latis; ſed etiam ab omnibus poſt il-
lud ſtatutis excommunicationibus, ſuſpenſionibus, Interdictis, & Irregu-
laritatibus per quaſcunque conſtitutiones Apoſtolicas extrauagantes.* Gar-

zia de Benef. p. 11. cap. 10. num. 122. & alij *docent cum* auctore Lupo *non poſſe, quia Concilium loquitur tantum de reſeruatis, non de reſeruandis; & adducunt quandam declarationem* Gregorij XIII. & Decretum Sacræ Congregationis. *At ego ſentio poſſe Epiſcopos quaſcunque cenſuras in foro conſcientiæ iuxta Tridentinum tollere non ſolum antiquas, ſed etiam modernas, quia Concilium abſolutè loquitur ſine vlla exceptione, & de* Gregorij XIII. vel Sacræ Congregationis *ſenſu autenticè non conſtat. Imo de natura legis eſt, vt reſpiciat futura* cap. fin. de conſecrat. & l. Adriani C. de hæreticis. *Meam ſuſtinent ſententiam* Diana p. 2. tract. 16. reſol. 33. & p. 7. reſol. 20. 21. 22. tract. 2. Bonacina, & alij cum Cotonio controuerſiarum moralium to. 1. lib. 3. controuerſia 7. cap. 6. num. 141.

Excipe tamen ab hac reſolutione cenſuras contra hæreticos, & generaliter caſus omnes in Bulla Cœnæ Domini contentos, quia in ipſo proceſſu Bullæ ſolent Pontifices derogare per clauſulas vniuerſaliſſimas, quibus præiudicare poſſunt etiam decretis S. Concilij Tridentini. Tenent itaque receptiſſimi Doctorum, facultatem ex Tridentino competentem Epiſcopis circa hæreſim, & alios caſus Bullæ Cœnæ Domini ablatam eſſe per ipſum eiuſdem Bullæ proceſſum, & ſunt Suarez, Toletus, Sanchez, Azorius cum Diana p. 1. tract. 5. reſol. 2. & p. 4. tract. 2. reſol. 23. Coton. l. c. num. 141. in fine, Garzias, Villalobos. Vallerus, Gauant. Ricius, alijque innumeri latiſſimè cumulati per Auguſtinum Barboſam de offic. & poteſtate Epiſcopi parte 2. allegat. XL. num. 34. *& adeſt vltima declaratio* Sanctiſſimi Alex. 7. in opinionibus reprobatis die 24. Septembris anni 1665. opinione 3. *in qua reprobat aſſertionem dicentium* die 19. Iulij 1629. *in Sacra Congregatione viſam, & toleratã fuiſſe ſententiam defendentem Bullam Cœnæ non præiudicare priuilegio Tridentini circa hæreſim, & alios caſus eiuſdem Bullæ quando occulti ſunt.*

Ante reprobationem Alexandri VII. *ſentiebant Bullam Cœnæ non præiudicare in caſibus occultis etiam hæreſis priuilegio Tridentini* Nauarrus cum Fagundez de præcept 2. lib. 8. cap. 8. num. 32. & 33, Rodriquez to. 1. quæſt. regul. quæſt. 20. art. 10. Henriquez cum Auila de cenſuris p. 2. cap. 7. diſput. 1. dub. 6. Laiman lib. 1. tract. 5. p. 2. cap. 5. num. 2. Quadrius de reſeruatis in Diœceſi Comenſi diſp. 2. quæſt. prima, Concluſione prima, pag. mihi 157. cum multis allegatis. *Vnde poſſet alicui adhuc videri probabile poſſe Epiſcopos in caſibus occultis abſoluere, etiam ſi ſint ex comprehenſis in Bulla Cœnæ, reſpondendo reprobationi* Alex. VII. *non damnari hanc ſententiam, ſed tantum reprobari vt apocrifam, & falſam aſſertionem eorum DD. qui dixerunt Sac. Congregationem* die 11. Iulij 1629. *vidiſſe, & toleraſſe hanc opinionem. Sed hæc ſint ſub iudicio, & cenſura S. R. E.*

Opi-

Digitized by Google

Opinio Lupi num. 10. *quod delictum dicatur deductum ad forum contentioſum quotieſcunque Reus citatur, vel ipſi intimatur delatio non admittitur à pleriſque, qui meo ſenſu rectius ſentire videntur, quia non poteſt dici facta deductio ad forum contentioſum niſi interueniat reſponſio rei, per quam ſit litis contentio, & conteſtatio, etiam in iudicio criminali* Viuius deciſ. 310. num. 13. Farinac. in praxi criminali quæſt. 10. num. 35. ad finem, Peregrin. variarum lib. 2. rubric. de iudicijs num. 54. Surdus de aliment. tit. 5. quæſt. 8. num 64. *Idcircò docent melius moderni, poſſe Epiſcopum diſpenſare etiam in delicto denunciato, & accuſato coram iudice, dummodo ſit occultum, & nundum ſuper eodem fuerit conteſtatum iudicium per reſponſionem rei, qua neget, aut confiteatur reitatem ſuam. Sic in terminis* Trullench. in decal. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 9. Caſtro Palao de legibus tract. 3. diſp. 6. puncto 15. §. 1. nu. 1. cum Barboſa de officio & poteſtate Epiſcopi par. 2. allegat. 39. num. 31. Diana part. 7. tract. 2. reſol. 27. & alij.

Occultum in præſenti caſu non dicitur id quod à nemine ſciatur, vel in iudicio aliquibus teſtibus probari non poſſit, ſed dicitur omne id quod non eſt notum maiori parti viciniæ, vel collegij, in quibus habitat reus, & quod non eſt vulgatum, publicum, vel famoſum. Sanchez lib. 2. moral. cap. 11. num. 19. & lib. 8. de matrimonio diſp. 34 num. 55. Suarez de cenſuris diſp. 41. ſect. 3. Bonacina de cenſuris diſp. 1. quæſt. 3. puncto 2. num. 1. Campan. in diuerſis iuris can. rub. 6. cap. 5. num. 7. Barboſa de Epiſcopo allegat. 39. num. 24 cum allegatis, Diana p. 7. tract. 2. reſol. 15.

In hac materia celebris eſt controuerſia, an delictum reſeruatum Sanctæ Sedi publicum, & notorium in aliquo loco poſſit in alia Diœceſi remota, vbi reus fortè domicilij, vel habitationis, aut negotiorum cauſa reperiatur abſolui Epiſcopali auctoritate à loci Prælato ſi ibi delictum illud ſit occultum, & non famoſum. Negant Palaus cum citatis, Nauarrus, Sayrus, Suarez, Sanctarellus de hæreſi cap. 5. dub. 6. num. 26. *Ego vero teneo poſſe Epiſcopum abſoluere talem reum dummodo adſit magna diſtantia à loco publicitatis, & non facile publicitas ipſa peruenire poſſit ad locum abſolutionis. ſic docent* Auila de cenſuris p. 2. cap. 7. diſput. 1. dubio 11. concluſione 3. Sanchez, lib. 2. cap. 11. num. 20. Duard. in Bullam Cœnæ Domini lib. 3. §. 2. quæſt. 11. num. 11. Fagundez, cap. 8. num. 28. cum Barboſa in collectaneis ad Concil. Tridentinum ſeſſione 24. cap. 6. num. 28. de reformat. Diana, Pellicion, & alij cum P. Coronio nouiſſimè in controuerſijs moralibus lib. 3. controuerſia 7. cap. 6. num. 137.

Hæc dicta non habent locum in delicto deducto ad forum contentioſum nequit enim Epiſcopus diſpenſare, vel abſoluere in delicto alicubi deducto ad fo-

Digitized by Google

rum contentioſum, licet in loco abſolutionis ſit occultum; quia id vetauit ex-
1 *preßè Concilium Tridentinum, ne iudicia pendentia in aliqua Diœceſi eluderentur, & alius index mitteret manum in rem iam affectam ſpecialiter alicui tribunali. Sic* Suarez, Graſſius, Molina, & communiter alij cum Barboſa l. c. & Tho. del Bene de officio S. Inquiſitionis p. 1. dubit. 53. ſect. 10. num. 5. Coron. l. c.

Reſtat pro Coronide videre an poſſint Epiſcopi, & alij ſuperiores iuriſdictionem hanc exercere in ſolo foro ſacramentali pænitentiæ, an etiam extra ſacramentum in ſolo foro conſcientiæ. Sentiunt plurimi iuriſdictionis huius exercitium ſtringi per Concilium Tridentinum ad ſolum forum ſacramenti Garzia, Ricius, & alij cum Barboſa de Epiſcopo p. 4. alleg. 39. num. 8.; *nihilominus reſoluendum eſt poſſe liberè Epiſcopos abſoluere, & diſpenſare in caſibus occultis Sanctæ Sedis etiam extra Sacramentum pro foro conſcientiæ.* Gauant. in manuali Epiſcoporum verbo abſolutio num. 4. Floron. de reſeruatis p. 1. cap. 4. Homobon. de exam. Eccleſiæ p. 1. tract. 5. cap.
2 5. quæſt. 31. Mazuchellus de reſeruatis diſp. 1. quæſt. 3. difficult. 50. §. 7. & alij plurimi latiſſimè cumulati à Barboſa in collectaneis ad Concil. Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 6. de reformat. num. 47.

Difficilior eſt quæſtio, an Epiſcopus poſſit ſpecialiter, vel generaliter facultatem hanc ex Tridentino in caſibus Papalibus ſibi competentem delegare nec ne. Omiſſis pluribus diſtinctionibus, abſolutam eligo reſolutionem, & dico poße Epiſcopum delegare Vicario ſuo Generali, vel alijs Sacerdotibus iuriſdictionem ſibi competentem ex Tridentino tam circa diſpenſationes Irregularitatum, quam circa abſolutiones cenſurarum Papalium (excepta hæreſi, & caſibus Bullæ Cœnæ, de quibus ſupra) dummodo id faciat per mandatum ſpeciale, & talis delegatio, quidquid aliqui dicant, eſſe poterit pro omnibus caſibus occurrentibus cũ iuriſdictione generali diſpenſandi, & abſoluendi pro ſuo arbitrio, non pro vna vice tantum, Sic clarè Thomas Sanchez de matrimonio diſp. 40. lib. 2. num. 17. verſiculo Sed dicendum Lopez, Nauarrus, Menochius, Azorius, & alij apud Barboſam de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat. 39. parte 2. nu. 11. Azorius lib. 8. cap. 10. quæſt. 21. Fagundez de præceptis Eccleſiæ p. 2. lib. 8. cap. 8. num. 26. *& ratio mihi patentiſſima eſt, quia Concilium concedit hanc iuriſdictionem Epiſcopis, vti Ordinarijs, non vti delegatis; ergo ad modum aliarum iuriſdictionum Epiſcopalium poterit generaliter delegari.*

DIFFICVLTAS SECVNDA.

Ad quid proſit abſolutio ab excommunicatione, & diſpenſatio ab irregularitate, quam generaliter impertit Epiſcopus præparatis ante ſe pro Ordinum ſuſceptione.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Huiuſmodi abſolutio, & diſpenſatio pro rebus dubijs, & oblitis proſunt.*
3 *Etiam Regularibus exemptis prodeſſe teſtantur DD. citati, & alij.*

RAtio difficultatis eſt, quia ſi quis nouit ſe eſſe excommunicatum, 1
vel irregularem, tenetur priùs petere abſolutionem ab excommunicatione, & diſpenſationem ſuper irregularitate.

Reſpondetur, quòd huiuſmodi abſolutio, & diſpenſatio prodeſt pro 2
rebus dubijs, & oblitis, ſicut abſolutiones, quæ fiunt à Prælatis tempore Viſitationum, vel Reconciliationum. Hinc ſi quis deindè ſe aliqua excommunicatione, ſeù irregularitate ex delicto innodatum fuiſſe recordatus fuerit, ſuper his ampliùs abſolutionem quærere non tenetur; quia iam ſublatæ cenſentur, ſed ſatisfacit confitendo peccata, ob quæ illas incurrit, quæ peccata iam reſeruata non ſunt. Ita docet *Nauar. in Man. cap. 26. num. 13. Syluеſ. verb. Confeſſio, primò, quæſ. 4. nu. 7. quod notat Peirinus de Priuilegijs Minim. ſuper Conſtit. 1. Iulij II.*

Et prodeſt huiuſmodi abſolutio, & diſpenſatio etiam Regularibus 3
exemptis, ſi accedant cum licentia Prælati, velut ſi à proprio Prælato abſolutio, & diſpenſatio impertita fuiſſet. Ratio eſt, quia omnia videntur conceſſa ſine quibus Ordinatio non poteſt rectè expediri. Ita *Henriquez lib. 10. de Sacramen. Ord. cap. 20. nu. 2. Syluеſ. verb. Irregularitas q. 9. num. 11. Habetur in cap. Præterea, de Offic. deleg. quod obſeruat Peirinus, vbi ſupra.*

ART. II. DIFFICVLTAS PRIMA.

A quibus caſibus ſimplices Confeſſarij abſoluere poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſarij ab omnibus caſibus, præterquàm ab exceptis abſoluere poſſunt.*
2 *Doctrina Suarez notabilis.*

Lo-

1 LOquendo de caſibus Epiſcopalibus, dico omnes Confeſſarios abſoluere poſſe ab omnibus caſibus, præterquam ab illis, quos in ſingulis Diœceſibus ſibi Epiſcopi ſpecialiter reſeruant. Et ratio eſt, tùm quia conceſſum videtur, quod prohibitum non eſt, vt habet *Gloſſa in cap. Nuper, de ſenten. excom. verbo, Non retinuit*, tùm quia, vt dixi, omnes, & ſinguli Epiſcopi reſeruant ſibi aliquos caſus ſpeciales; exceptio autem firmat regulam in non exceptis; *l. Nam quod liquidæ, §. fin. ff. de Penu. leg.* tùm etiàm quia ita conſuetudo hucuſque id obtinuit, & in praxi ita de facto obſeruatur, nempè vt ſolum illi caſus ſint reſeruati, qui ab Epiſcopo nominantur, ac deputantur, vt pro talibus habeantur, vel qui de conſuetudine præſcripta, notoria, & manifeſta; de quia in Indice dictorum caſuum fit mentio. Ita docet *Floronus part. 1. cap. 2. §. 1. num. 5. Poſſeuinus de Offic. Curati cap. 7. Homob. par. 1. cap. 3. verſ. Quo ad caſus verò. Peirinus de Priuilegijs Minim. tom. 1. Conſtit. Pyrrhi. num 40.* Præterea probat *Suarez tom. 4. diſp. 29. ſect.*
2 *3. num. 6.* ex ſolo iure communi, ſecluſa conſuetudine, nullum peccatum eſſe reſeruatum Epiſcopis.

3 Et quod probat diſcurrendo per omnes caſus, & in ſpecie quia Extrauagans, *Inter cunctas, de Priuileg.* eſt reuocata per *Clemen. Dudum, de Sepulturis*, illis verbis, *Nos eam omninò caſſamus*. Quod notat, & tenet *Peirinus, vbi ſupra num. 38. 39. & 40.*

Notandum tamen hanc doctrinam non habere locum in caſibus, in quibus Epiſcopi ſibi reſeruant aliquid cum nota ſpecialis reſeruationis, ſiuè in Synodo, ſiuè extra.

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An aliquis Confeſſarius abſoluere poſſit Sacerdotem illum, qui temerè tentauit abſoluere pænitentem à caſu Epiſcopo reſeruato, circa quem non habebat facultatem.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Difficultatis ſenſus elicitur.*
3 *Affertur diſtinctio de Confeſſarijs.*
4 *Reſolutioni minimè obſtat Decretum S. M. Pauli V.*

Ra-

RAtio difficultatis eſt; quia Sacerdos iſte temerarius ob huiuſmodi
temeritatem iam incidit in cenſuram Papæ reſeruatam, cuius ab- 1
ſolutio per Decretum Pauli V. videtur auferri omnibus Confeſſarijs,
quod incipit, *Quoniam Sacra Congregatio*, quod ſanè Decretum habes
in primis apud *Petrinum de Priuilegijs Minimorum, Conſtitutione 1. Iulij
Secundi, num. 63. & apud Nald. verb. Caſus, in fine.*

Ante reſponſionem prænotandum eſt, quòd hic non mouetur difficul- 2
tas, an aliquis Confeſſarius abſoluere poſſit à caſibus S. Pontifici reſer-
uatis in Bulla Cœnæ, vel à quinque illis caſibus exceptis in moderatio-
ne, & declaratione Decreti Sacræ Congregationis ſuper abſolutione à
caſibus reſeruatis; quia ab his per dictam Decreti Declarationem, &
moderationem omninò conſtat nullum Confeſſarium ſiuè ſecularem, ſiuè
Regularem abſoluere poſſe; ſed difficultas eſt, num aliquis Confeſſa-
rius abſoluere poſſit à cæteris caſibus Papalibus, qualis eſt iſte, de quo
eſt nunc ſermo.

Modò ad difficultatem deueniendo, diſtinguendum eſt de Confeſſa- 3
rijs iuxta diſtinctionem, quam affert Sacra Congregatio de abſolutione
à caſibus reſeruatis: ſunt namque Confeſſarij in duplici differentia: nam
alij ſunt priuilegiati: alij non. Loquendo itaque de illis, qui non habent
priuilegia, dico ipſos nec ab hoc, nec ab alijs caſibus Pontificijs abſol-
uere poſſe: quia clarè contra ipſos facit *Declaratio Decreti ipſius Sacræ
Congregationis* ſuper abſolutione à caſibus reſeruatis; quam quidem De-
clarationem habes apud *Quaranta, vbi ſupra, num. 14. ibi, Alijs verò
Sacerdotibus huiuſmodi priuilegia non habentibus nihil de nouo concedit .ſ.
Sacra Congreg.*

Cæterùm ſi loquamur de alijs priuilegia habentibus, fatendum eſt ip-
ſos ab huiuſmodi excommunicatione, & à ſimilibus non exceptis in præ-
dicta declaratione abſoluere poſſe; quia Sacra Congregatio remouendo
difficultates, quæ circa dictum Decretum emerſerant, declarauit eos
.ſ. Sacerdotes tàm Seculares, quàm Regulares, qui aliquibus ex priui-
legijs, indultis, & facultatibus in dicto Decreto expreſſis ſunt ſuffulti,
abſoluere poſſe iuxta eorum priuilegia, indulta, & facultates vſu ante
ipſum Decretum receptas, & quæ ſub alijs reuocationibus non compre-
henduntur; in prædicta autem declaratione non eximuntur niſi triá ge-
nera caſuum, nempè illi, qui ſunt in Bulla Cœnæ, illi, qui nominaliter
excipiuntur in ipſa declaratione, & illi, quos locorum Ordinarij ſibi
reſeruarint, vel in poſterùm reſeruabunt; ideò à dicto caſu, & ab alijs id
generis dato, quòd ante ipſum Decretum eius abſolutio eſſet in praxi,
& ſub alijs reuocationibus non comprehenſa, vt generalitèr teſtantur
DD. de omnibus caſibus Papalibus non exceptis, abſoluere poſſunt ha-
bentes priuilegia. Vide *Quaranta loco citato. Honob. de Caſibus reſer-*

uatis

Digitized by Google

natis par. 1. *cap.* 1. *de cauſa fin. Molf. tract.* 7. *cap.* 18. *Bonac. de Cenſ. diſp.* 1. *q.* 3. *punct.* 2. *Graff. lib.* 1. *Caſ. reſer. cap.* 4. *reg.* 18. contra *Comitolum in Reſponſ. Moralib. lib.* 6. *q.* 9. qui pro ſe citat *Marullum tom.* 1. *diſp.* 1. *cap.* 2. *diſt.* 4. *num* 575. qua tamen facultate parcius vti debent, vt nequam Confeſſariorum temeritas ab huiuſmodi crimine prorſus auocetur.

Nec reſolutioni obſtat Decretum S. Mem. Pauli Quinti dat. Romæ 7.
4 Ianuarij an. 1617. per quod videtur auferri omnibus Sacerdotibus omnia priuilegia, indulta, & facultates abſoluendi ab excommunicationibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis; quia prædictum Decretum fuit emanatum ad declarandum, quòd in prædicta prohibitione abſoluendi à reſeruatis per Ordinarios locorum, continentur etiam cenſuræ eis reſeruatæ, vt *Nald. videtur innuere in titulo*, quem dicto Decreto Pauli V. præmiſſit. Ita ſentit *Alex. Pereg. in Compendio Priuilegiorum, & facultatum Congreg. Clericorum Regularium, S. Theatinorum*, edito an. 1633. *verb. Abſolutio, quò ad ſeculares. Diana tom.* 2. *tract.* 2. *Reſol.* 13. *circa mediũ. Duardus in Bulla Cœnæ lib.* 3. *§.* 2. *q.* 1. *à n.* 29. *vſque ad* 33. *incluſiuè*, qui de hac aſſertione nedum affert rationes, & occurrit obiectionibus, ſed etiam tradit de hoc Congregationem à quibuſdam Regularibus conſultam reſpondiſſe ſecundum prædictam interpretationem, nimirùm mentem ipſius fuiſſe ſolummodò addere reſeruationem cenſurarum Ordinariorum, quas in diem ſibi reſeruabunt, à quibus Confeſſarij priuilegiati abſoluere non verebantur, prætendentes ſub dicti Decreti, & eiuſdem declarationis prohibitione non eſſe comprehenſas; cum excommunicatio in rigore non ſit caſus, ſed quædam pœna; & caſus ſit culpa. Faciunt allata per *Peirinum de Priuilegijs Sacro Ordini Minimorum conceſſis in Conſtitutione prima Iulij Secundi nu.* 78. *Gauantum in Enchiridio Epiſcoporum verb. Caſ. reſeruati nu.* 2. 3. *&* 4. *Hieronymum Rodericum in Reſolutionibus Quæſtionum Regularium Emanuelis Roderici Reſolutione* 3. *verb. Abſolutio, quò ad ſeculares, nu.* 35. *&* 36. *& alias.*

Verùm his non obſtantibus, in praxi Confeſſarij priuilegiati, qui non ſunt omninò certi, quænam priuilegia fuerint ante dictum Decretum vſu recepta, cauere debent, ne quem abſoluant tali crimine irretitum.

ADDITIO.

Non eſt ambigendum Regulares virtute ſuorum priuilegiorum abſoluere non poſſe à caſibus reſeruatis ab Ordinarijs locorum ſiue in Synodo, ſiue per edictũ; non ſolum ob conſtitutiones, & declarationes ab auctore Lupo *citatas, ſed etiam ob deciſionem* Alexandri VII. in ſententijs damnatis die 24. Septem. 1665. opinione 12. *in qua reprobauit, & erroneam declarauit aſſertionem ſuſtinentiũ, mendicantes poſſe abſoluere à caſibus Epiſcopis reſeruatis non obtenta ad id ipſorum Epiſcoporum facultate; Quod tandem damnauit nouiſſimè etiam fel. mem. Clem. X. ſua conſtitutione, quæ incipit* Superna anni 1670.

DI-

DISTINCTIO VIGESIMA.

De confeſſario inualidè abſoluente à caſibus reſeruatis.

Q Via diſtinctio hæc reſpicit nedùm Confeſſarium, qui malè .s. adſque poteſtate abſoluit pœnitentem, ſed etiam illum, qui pœnitentem abſoluit proteſtando ſe minimè abſoluiſſe prætextu priuilegiorum; ideircò diſtinctionem hanc in duos articulos diſtribuimus. Primus eſt de Confeſſario, qui malè abſoluit pœnitentem à caſu reſeruato, .s. non habens iuriſdictioné. Alter eſt de illo .s. Confeſſario, qui etiam carens facultate abſoluit à caſibus Epiſcopo reſeruatis cum proteſtatione, quòd non abſoluit prætextu priuilegiorum.

ARTICVLVS I.

De Confeſſario, qui malè abſoluit pænitentem à caſu reſeruato non habens iuriſdictionem, vnicam habet difficultatem, .s.

1 *Quid facere debeat Confeſſarius, qui iam abſoluit pœnitentem ab aliquo caſu reſeruato, cum non habuerit iuriſdictionem.*

ARTICVLVS II.

De Confeſſario, qui abſoluit à caſibus Epiſcopo reſeruatis, ſed ſine prætextu priuilegiorum, vnicam continet difficultatem, nempè.

1 *An Confeſſarius abſoluens à caſibus Epiſcopo reſeruatis abſque facultatè ſine prætextu tamen alicuius priuilegij, incidat in excommunicationem, & alias pœnas contentas in Decreto Clementis viij.*

ART. I. DIFFICVLTAS VNICA.

Quid facere debeat Confeſſarius, qui abſoluit pęnitentē ab aliquo caſu reſeruato, cum non habeat iuriſdictionem.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Referuntur opiniones, ſed ſecunda eſt ſequenda.*
3 *In quo caſu Confeſſarius priorem opinionem ſequi poſſet.*
4 *Confeſſarius pœnitentem abſentem, à peccatis nullatenus abſoluere debet.*

RAtio difficultatis eſt ſententiarum diuerſitas. Quidam volunt, quòd, ſi pænitens eſt ignarus reſeruationis, nihil à Confeſſario faciendum eſſe, nec à Superiore licentiam abſoluendi impetrandam eſſe, *Argum. Capit. Quia circa, de Conſang. & affin.* Talis enim eſt abſolutus ab omnibus, .s. directè à non reſeruatis, & indirectè à reſeruatis per infuſionem gratiæ. Ita *Ioan. Valerus in Different. vtriuſquè for. ver. Pœnitentia, differentia 9. num. 2. in fin. Corduba, & Henriquez apud ipſum.*

Quidam verò dicunt, quòd Confeſſor debeat petere iuriſdictionem à Superiore, admonendo (ſi abeſt ſcandalum) pænitentem ad iterùm confitendum, vel ſi pænitens inſcius accedat iterùm ad Confeſſionem, petat Confeſſarius ab eo, an doleat etiam de peccatis in vltima Confeſſione ſibi confeſſis, & cupiat, ſi qua ratione neceſſe ſit etiàm ab ijs abſolui; quòd ſi doleat, & cupiat, illum abſoluat, nihil dicendo de defectu immediatè antecedentis confeſſionis. Vide *Coninch. de Sacram. diſp. 8. dub. 17. nu. 141. & alibi. Floron. Tract. de Caſibus reſer. p. 1.*
1 *cap. 5. §. 1. Poſſeu. de Offic. Curat. c. 7. 64. Dianam in Moralib. reſolut. par. 2. tract. 1. Miſcel. reſolut. 60. & alios apud illum.* Prima opinio eſt aliquorum. Secunda verò eſt communis Theologorum, quæ ſanè ſequenda eſt, quandò Confeſſarius poteſt ſine ſcandalo admonere pænitentem. Primam verò poſſet Confeſſarius ſequi in caſu, quo adeſ-
2 ſet ſcandalum, vel pænitens nollet ampliùs eidem Confeſſario ſe ſubijcere pro ſuorum peccatorum abſolutione. Quando autem adſit ſcandalum, nec ne, prudentis Confeſſarij arbitrio committendum eſſe iu-
3 dicat *Diana, loco citat.*

Verùm obſeruandum eſt, quòd pænitens abſens non debet abſolui,
4 cum hoc Decreto Clementis viij. omninò aduerſetur, vt admonet *Homob. de Caſib. reſer. par. 1. cap. 1. de cauſa finali reſer. & in Commen.*

de

de Exam. Eccl. par. 3. cap. 3. q. 11. Suarez tom. 4. diſp. 32. ſect. 6. Quaranta in v. Confeſſio. Bonac. tom. 1. diſp. 5. quaſ. 7. p. 6. num. 1. vbi cum communi tradit aliud eſſe de cenſura irretito: nam Confeſſarius, obtenta facultate, eum abſentem, etiam inuitum abſoluere valet. Eſt communis doctrina.

ART. II. DIFFICVLTAS VNICA.

An Confeſſarius abſoluens à caſibus Epiſcopo reſeruatis abſque facultate, ſed ſine prætextu alicuius priuilegij incidat in excommunicationem, & alias pęnas contentas in Decreto Clemen. viij.

SVMMARIVM.

1 *Difficultatis ratio qua.*
2 *Difficultatis qualis eſt ſenſus.*
3 *Duæ circa difficultatem extant opiniones.*
4 *Auctori magis placet affirmatiua.*
5 *Apud Diœceſim Bergomi circa difficultatem hanc nulla remanet ambigendi ratio.*

RAtio difficultatis eſt, quia, cum aliquid cuiquam prohibetur, 1
ne fiat ſub aliquo prætextu, videtur non comprehendi illos, qui abſque prætextu, v. g. priuilegij illud faciunt.

Ante reſponſionem ſciendum eſt, quòd ſenſus difficultatis eſt, an 2
Confeſſarij abſoluendo à dictis caſibus incidant in excommunicationem, & alias pęnas in dicto Decreto poſitas, ſuppoſito, quòd non abſoluerint virtute priuilegiorum, &c. ſed tamen ſcienter, & aduertentèr.

Duas reperio Doctorum ſententias; quorum alij affirmant, alij verò negant. Affirmatiuè reſpondent *Homobonus de Exam. Eccleſiaſt. par.* 3
1. tract. 5. cap. 4. quaſt. 22. Floronus tractatu de Caſibus reſeruatis par. pri. cap. 5. nu. 27. & alij. Negatiuè verò reſpondent *Horatius Gamb arupta de Caſib. reſer. cap. 13. num. 12. Suarez de Cenſur. diſp. 22. ſect. 6. num. 11. Philiarcus de Offic. Sacerd. tom. 1. par. 1. lib. 3. capit. 30. Sayr. de Cenſuris lib. 13. cap. 31. num. 10. Rodriquez Quæſtionum Regul. tom. 2. quaſt. 47. art. 2. & Sanchez in ſumm. tom. 2. lib. 6. cap. 16. nu. 68. Antoninus Diana in Moral. Reſolut. par. 3. reſolut. 73. de Sacram.*

Opinio negatiua quamuis habeat defenſores; attamen mihi magis 4
probatur pars affirmatiua, nempè Confeſſarium, qui auſus eſt abſol-

uere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, incidiſſe in excommunicationem, & alias pęnas in dicto Decreto poſitas: licet prætextu priuilegiorum minimè abſoluerit. Ratio eſt, tùm quia receptus vſus declarat talem fuiſſe mentem Pontif. tùm quia verba illa, ſub prætextu priuilegiorum, arbitror eſſe poſita, ne Regulares ſub prætextu ſuorum priuilegiorum abſoluere audeant, vt vel ſic nullam habeant excuſationem: quapropter exiſtimo clauſulam illam appoſitam eſſe ampliatiuè.

Verùm, quamuis de hac difficultate habeantur opiniones, tantum-
5 modò attentis verbis Decreti, de quo ſupra; nulla tamen difficultas eſt apud Diœceſim Bergomi, pro qua in primis inſumitur labor iſte: in præfatione .n. tabellæ caſuum reſeruatorum habentur hæc verba, *Nequis audeat .s. abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, etiàm ſub prætextu priuilegiorum,* vbi attenta illa dictione (*etiàm*) ſatis apparet veritas: ſumitur namque ampliatiuè, & hunc facit ſenſum .s. non poſſunt Confeſſarij abſoluere à caſibus Ordinariorũ tã ſine prætextũ, quàm cũ prætextu.

DISTINCTIO VIGESIMAPRIMA.

PARS PRIMA.

De poteſtate abſoluendi à cenſuris, & à caſibus reſeruatis Iubilæi tempore.

Diſtinctio hæc, ne ob ſuam prolixitatem lectori faſtidium ingerat, in tres diuiditur partes. Prima reſpicit tria. Primò Iubilæi publicationem. Secundò Iubilæum obtinendum. Tertiò Iubilæum iam obtentum. Secunda pars ſimilitèr tria reſpicit. Primò illos, qui non ſunt confeſſi: Secundò illos, qui non perfecerunt opera per Iubilæum iniuncta. Tertiò illos, qui illa perfecerunt. Tertia itidem pars tria reſpicit. Primò obſtrictos cenſura occulta. Secundò obſtrictos cenſura manifeſta. Tertiò Indulgentias per modum Iubilæi.

Cum itaque prima pars reſpiciat tùm publicationem Iubilæi, tùm Iubilęum adhuc obtinendum, tùm Iubilęum iam obtentum, idcircò pars hęc in tres ſecatur articulos. Primus erit circa publicationem Iubilæi. Secundus erit de ijs, qui adhuc Iubilæum conſequi debent. Tertius de illis, qui iam illud conſequti ſunt.

AR-

ARTICVLVS I.

Circa publicationem Iubilæi tres complectitur difficultates, ſcilicet.

1 *An, antequàm publicetur Iubilaum, habita ipſius certa notitia, poſſit quis illud lucrari? & conſequentèr abſolui à caſibus reſeruatis.*

2 *An quis abſolui poſſit à caſibus, & cenſuris reſeruatis poſt publicationem Iubilæi Romæ, vel alibi, ver. gratia, Bergomi, commiſſis.*

3 *An, qui incidit in peccata reſeruata, vel in cenſuras item reſeruatas poſt publicationem Iubilæi in confidentiam ipſius Iubilæi, abſolui poſſit à quolibet Confeſſario tempore Iubilæi.*

ARTICVLVS II.

De ijs, qui adhùc Iubilæum conſequi debent; duas continet difficultates, nempè.

1 *An poſſit abſolui à reſeruatis, & lucrari Iubilæum ille, qui prius illud recipere noluit, ſed poſteà in ſecunda hebdomada, s. die ſabbati à Deo inſpiratus, mutat propoſitum, vultque illud ſuſcipere.*

2 *An, qui intra Iubilæi extraordinarij hebdomadas non eſt lucratus Iubilæum, non ex impedimentis expreſſis in Bulla, ſed ex culpa ſua, nunc recogitans indigentiam abſolutionis peccatorum ſuorum reſeruatorum, cenſurarumquè reſeruatarum, transfert ſe ad locum, vbi tunc lucrantur alij Iubilæum, v. g. Brixiam, an, inquam, poſſit ibi lucrari Iubilæum, & conſequenter abſolui à caſibus reſeruatis, & cenſuris itẽ reſeruatis.*

ARTICVLVS III.

De illis, qui iam Iubilæum conſequuti ſunt; vnicam continet difficultatem. vz.

1 *An, qui lucratus fuit Iubilæum in ſua Patria, ſed poſtea ob ſua negotia profectus eſt ad aliam Diœceſim, vbi Iubilæum celebratur, ſi indigeat abſolutione ſuper caſibus reſeruatis, & cenſuris item reſeruatis, poſſit ibi item lucrari Iubilæum, & proinde abſolui à dictis caſibus, & cenſuris.*

ART. I.

Digitized by Google

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA.

An, antequam publicetur Iubilæum, habita ipſius certa notitia poſſit quis illud lucrari, & conſequenter abſolui à caſibus reſeruatis.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Duæ afferuntur opiniones.*
3 *Quæ iſtarum opinionum ſit ſecurior.*
4 *Ex cauſa poteſt ſequi opinionem minus* **tutam**.
5 *Satisfit obiectioni à principio allatæ.*

1 RAtio difficultatis eſt, quia videtur requiri publicatio per Ordinarium loci, vbi quis vult Iubilæum lucrari, antequam illud lucrari poſſit.

2 Circa hanc difficultatem duas reperio ſententias, quarum altera alteri directè opponitur. Prima eſt negatiua, altera affirmatiua. Negatiua eſt *Nauar. conſ. 3. de Conſt. n. 9.* ſentientis requiri publicationem ab Ordinario factam. Secunda eſt affirmatiua, & eſt *Bottonii in Obſeruationibus circa Iubilæum, & maximè circa illud Sixti V.* cuius ratio eſt, tùm quia publicatio fit præcipuè reſpectu illorum, qui faciliter Iubilæi notitiam habere non poſſunt. Tùm quia Summus Pontifex concedit Indulgentiam omnibus Chriſtianis, vt ſuppono, obſeruantibus opera in Bulla iniuncta; idcircò concludit ipſe *Bottonus* nihil referre ſi fiant auctoritate publica, aut priuata, dummodo tempore præſcripto opera iniuncta ſeruentur. Hinc dicit Bulla, *Cum primùm harum notitiam habuerint.* Aliam rationem affert *Bottonus eodem in loco*, quam, vt breuitati ſtudeam, reticeo. Dictam notitiam extra Vrbem ſatis eſſe in rigore ad conſequendum Iubilæum cenſuerunt multi graues DD. vt notat *Filliuccius tract. 8. cap. 10. num. 267.* verùm valens accipere Iubilæum debet ab Ordinario loci petere, vt aſſignentur ſibi Eccleſiæ viſitandæ, niſi ob impedimentum Confeſſarius diſpenſet, (vt in ægroto,) & in aliud opus commutet.

3 Prima ſententia certè tutior videtur, ſi abſque periculo amittendi Iubilæum publicatio expectari poteſt, vti teſtatur *Filliucc. loco citato. & Polacchus in Commentarijs in Bullam Sancti anni Iubilæi, ſect. 42. num. 65.*

4 Ex cauſa tamèn crediderim cum *Filliuccio loco cit.* ſecurè in praxi, po-

poſteriori vti licere. Hinc in Summario Iubilæi vniuerſalis S.D.N.D. Vrbani Papæ viij. anni 1634. publicato 12. die Aprilis 1634. continentur verba hæc.

Il qual Giubileo anco non publicato dalli Ordinarij, ò altri Superiori per qualſi voglia cauſa, ſubito che peruenirà alla notitia de' fedeli in qualſi voglia modo, potrà eſſer conſeguito, come ſe foſſe publicato, & intimato.

Qui ex vigenti cauſa poſteriorem ſententiam ſequi vult, difficultati ab initio obiectæ ſatisfacere poteſt, dicendo, quod aliud eſt requiri omnino publicationem ad Iubilæum conſequendum; aliud videri, quod dicta publicatio requiratur; ſicut aliud eſt eſſe tale, & aliud haberi pro tali, *l. Si maritus, ff. Legis Iuliæ, & ibi Bart. ff. ad Leg. Iul. de adult. cum ſimilib.* Attendenda tamen ſunt verba Bullæ, & à verbis illius nec latum quidem vnguem recedendum eſt. 5

ADDITIO.

Niſi in Bulla habeatur expreſſa mentio, quod Iubilæum poſſit effectum habere etiam ante Ordinarij publicationem, & temporis deſignationem, vt in caſu anni 1634. ſecunda ſententia ab Auctore relata militat omnino contra communem, & mihi prorſus improbabilis videtur, quia in frequentioribus Iubilæorum editionibus ſolet apponi clauſula, quod hebdomadæ, intra quas perficienda ſunt opera præſcripta deſignentur ab Epiſcopis, Prælatis, Ordinarijs, ſeu Vicarijs; idcirco tempus à prædictis aſſignatum attendi debet tanquam adiectum per modum conditionis operibus pijs complendis pro conſecutione Indulgentiæ. Filiucius tractatu 8. num. 267. cap. 10.

Hinc deduco, quod ſi quis inciperet viſitare ante publicationem Eccleſias, quas certò ſcit deſignandas eſſe ab Ordinario pro Iubilæi operibus complendis nulliter ageret, nec conſequeretur Iubilæum. Ratio eſt quia in materia indulgentiarum, qui cadit à ſillaba cadit à toto Mendo verbo indulgentia in epitome morali num. 6. *& in terminis* Nauarrus cum Filiucio l. c. Cardin. de Lugo cum P. Doctiſſimo, ſimulque elegantiſſimo Georgio Gobat in Quinario Tractatuum, tract. 3. num. 64.

Notabilior eſt quæſtio in præſenti tractatu, an ille, qui ignoraùit inuincibiliter publicationem Iubilæi factam in ſua patria poſſit poſt lapſum hebdomadarum ab Epiſcopo aſſignatarum opera iniuncta præſtare, & conſequi abſolutionem à reſeruatis, vel cenſuris, & ipſam indulgentiam adipiſci. Lugo cum Gobat. loc. num. 65. *affirmatiuè ſuſtinent ex probabili, quam admittit etiam* Coron. controuerſiarum moralium l. 2. nu. 17. lib. 2. cum Pezana num. 19. & Botonio; Diana p. 4. t. 4. reſol. 151. *Ego non dubito aſſerere abſolutionem ſtante hac probabili DD. ſententia da-*

tum

tam à ſimplici confeſſario intra dies quindecim poſt habitã notitiã poſſe tollere reſeruationes, & cenſuras iſtius pœnitentis; ex fundamento, quod opinio probabilis iuriſdictionem tribuat, de quo Diana p. 4. tract. 4. reſol. 4. Gobat in Theol. Sacramentali tract. 7. caſu 3. nu. 112. Tamburin. in Decal. lib. 5. cap. 4. §. 8. num. 2. Gobat iterum in Quinario tract. 3. num. 353. *Nihilominus ſentio indulgentiam Iubilæi non acquiri poſt tranſactum tempus ab Epiſcopo determinatum, ſiue ſciente, ſiue ignorante pœnitente, cum ſit intelligenda conceſſio, ſtricte, & ad literam.* Mendo l. c. ſupra num. 6. *nec ſuffragetur opinio probabilis D. D. quia non dat indulgentiam, niſi coram Deo vera ſit* Gobat in citato Quinario tract. 3. num. 332. cum Bonacina diſp. 6. quæſt. 1. puncto 5. num. 27. Diana, & alijs, & D.D. Thoma ibidem; *quidquid contradicat* P. Anton. Coton. controuerſiarum moralium lib. 2. cont. 12. cap. 1. num. 111., *vbi cum aliquibus admittit, opinionem etiam à parte rei falſam conferre indulgentiam dummodo ſit probabilior. quam oppoſita.*

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An quis abſolui poſſit à caſibus, & cenſuris reſeruatis poſt publicationem Iubilæi Romæ, vel alibi, v. g. Bergomi commiſſis.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Difficultati reſpondetur affirmatiuè.*
3 *Occurritur obiectioni.*

1 RAtio dubitandi hæc eſt, quia lex remittens pœnas, ſemper debet intelligi de præteritis, non autem de futuris, *l. Cum lex, ff. de Legib.* & faciunt allata per *Gloſ. in Extrauag. 1. verſ. Confitebuntur, de Pœnitent. & remiſ.*

2 Difficultati reſpondetur affirmatiuè, nimirùm quòd poteſt quis abſolui à peccatis, & cenſuris reſeruatis poſt publicationem Iubilæi: eſt .n. opinio ſuppoſita ab omnibus DD. tanquam communis, vt not. *Alphonſus de Leone de Officio, & poteſtate Confeſſarij tempore Iubilæi extraordinarij quæſt. 3. nu. 19.* quæ in ſpecie ſuſtinetur à *Graſſio par. 1. Deciſionum aurearum lib. 4. cap. 15. num. 44. Sanchez lib. 5. Sum. cap. 53. nu. 26. Molfeſio tract. 11. cap. 16. num. 204. & ab alijs contra Sotum, Cordubam, & alios.*

Nec

Nec obſtat ratio difficultatis à principio allata, quia regula illa tantùm habet locum in lege ſimpliciter gratioſa, non autem in lege, quæ eſt gratioſa, & oneroſa ſimul, velut eſt Bulla Iubilæi, quæ non modò concedit gratias, ſed imponit onera exequenda pro conſequtione Iubilæi.

DIFFICVLTAS TERTIA.

An, qui incidit in peccata reſeruata, vel in cenſuras item reſeruatas poſt publicationem Iubilæi in confidentiam ipſius Iubilæi, abſolui poſſit à quolibet Confeſſario tempore Iubilæi.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Reſpondetur ad difficultatem affirmatiuè.*
3 *Satisfit difficultati obiectæ.*
4 *Aſſeritur doctrina admodum obſeruanda.*

Ratio difficultatis eſt, quia in Bulla Cruciatæ, & in multis alijs priuilegijs relatis à *Rodriquez tom. 1. Quæſtionum Regularium quæſt. 20. art. 16.* expreſsè excipiuntur peccantes confidentia dictæ Bullæ, vel priuilegiorum; ergò in ſimili procedendo videtur, quòd illis, qui ruunt in peccata reſeruata, vel in cenſuras reſeruatas in confidentiam Iubilæi, meritò ſit denegandus fauor abſolutionis à caſibus, & cenſuris reſeruatis, quæ per quemlibet Confeſſarium ſolet impertiri tali tempore. 1

Reſpondetur difficultati, quòd ille, qui ſolummodò ſit negligens ad cauenda reſeruata ob confidentiam ſuſcipiendi Iubilæum, poteſt abſque difficultate abſolui vi ipſius Iubilæi, (quicquid nonnulli ſentiant.) Huius ſententiæ eſt *Henriquez lib. 3. de Pœnit. Graffius item de Pœnit. lib. 4. cap. 15. num. 16. Molfeſius par. pri. Sum. tract. 7. cap. 16. num. 47. Homobonus tract. 5. ſui Examinis quæſt. 3. ad primum quæſitum. Bellarminus tom. 3. lib. 1. de Indulgentijs cap. 10. Filliuccius tract. 8. numero 262. & alij, quos plena manu affert Alphonſus de Leone de Officio, & poteſtate Confeſſarij tempore Iubilæi extraordinarij, quæſt. 3. num. 14.* 2

Nec obſtat ratio difficultatis, quia in Bulla Cruciatæ, & in alijs dictis priuilegijs excipiuntur expreſsè peccantes confidentia dictæ Bul- 3

læ, vel priuilegiorum, quod non contingit in Bulla Iubilæi, vt ſuppono, ideò ſimilitudo diſſoluitur per diſſimilitudinem.

4 Verùm notandum, quòd ſi in aliquo Iubilæo reperiretur, quòd eſſent excepti illi, qui cum tali confidentia Iubilæi peccarent; tunc exceptio illa eſſet intelligenda ſolummodo de illo, qui propriè, & poſitiuè moueretur ad peccandum, eo quòd habeatur Iubilæum. Pro intelligentia ſciendum eſt, quòd dupliciter poteſt quis peccare in confidentiam Iubilæi. Primò ſic, quia aliàs non peccaret, niſi exiſteret Iubilæum; & talis dicitur cauſa poſitiua. Secundò ſic, quia, & ſi peccaret; tamen non ita faciliter; & iſta dicitur cauſa concomitans. Ità colligitur ex *Rodriquez tom. 1. Quæſtionum Regularium quæſt. 20. art. 16. Corduba lib. 5. ſui Quæſtionarij cap. 36. Alphonſo de Leone, vbi ſupra num. 14*

ADDITIO.

Iure merito ſuſtinet Lupus *non obſtare facultati confeſſariorum per Iubilæum conceſſæ, quod pænitens inciderit in cenſuras, & reſeruata ex confidentia imminentis, vel præſentis Iubilæi, niſi per expreſſum Summus Pontifex reſtringat iuriſdictionem mandando, quod peccantes ex confidentia reiiciantur.*

Sed à pluribus confeſſarijs quæri ſolet, an ſaltem tales, qui ex confidentia Iubilæi peccarunt teneantur in confeſſione aperire hanc circumſtantiam confidentiæ, vel ſufficiat ſi peccatum fateantur ſine alia expreſſione an peccaturi fuiſſent nec ne, vel difficilius ſaltem, ſi abfuiſſet tempus Indulgentiæ, & Iubilæi. Vaſquez *cum alijs videtur inclinare in partem affirmatiuam, dubitans an hæc circumſtantia mutet ſpeciem. At cum certè ſit tantum aggrauans ſentio minimè de neceſſe aperiendam eſſe, & ideò pænitentem rectè confiteri ſi pandat peccatum ſuum tacendo quod illud perpetrauerit occaſione, vel ex confidentia Iubilæi, niſi tamen, vt dixi, Papa decreuerit ſpecialiter, & expreſsè criminoſos ex confidentia non poſſe abſolui, tunc enim neceſſaria erit ſinceriſſima narratio ipſius confidentiæ, vt confeſſarius noſcat an ſit talis, & tanta, quæ mereatur repulſam ad literam Bullæ concedentis Indulgentiam. Sic* Auſonius in ſumma verbo Circumſtantiæ num. 48. Fagundez p. 2. lib. 3. cap. 5. num. 8. Diana cum adductis p. 1. tract. 7. reſol. 33.

ART.

ART. II. DIFFICVLTAS PRIMA.

An poſſit abſolui à reſeruatis, & lucrari Iubilæum ille, qui prius illud recipere noluit, ſed poſtea in ſecunda hebdomada die Sabbati, à Deo inſpiratus, mutat propoſitum, vultque illud ſuſcipere.

SVMMARIVM.

1 *Difficultatis ratio quæ.*
2 *Ad difficultatem reſpondetur affirmatiuè.*
3 *Satisfit obiectioni.*
4 *Eodem etiam reſpondetur modo, quo ſupra, reſpectu illius, qui die vltimo Iubilæi in mane inaduertenter bibit, aut edit, vel deglutiuit aliquid cibi.*

RAtio difficultatis eſt, quia, quamuis poſſit facere aliqua ex his, quæ præcipiuntur per Iubilæum; non ſupereſt tamen ei tempus ſaltem ieiunandi tribus diebus, iuxta tradita in Iubilæo. 1

Ad difficultatem reſpondendum eſt affirmatiuè, videlicet, quòd talis pænitens adhuc poteſt à reſeruatis abſolui, & Iubilæum lucrari. 2
Et ratio ea eſſe videtur, quia tempore debito confitetur, .s. intra terminum præſcriptum à Summo Pontifice ad obtinendum illud; non enim obligatus erat confiteri ante Sabbatum, quinimmò poterat manè die Dominico. Ita *Lauorius de Iubilæo p. 1. cap. 21. nu. 53. Diana in Moral. Reſol. par. 3. reſol. 152. de Sacr. Sanctarell. de Iubilæo cap. 7. dub. 1. licèt Pinellus, & Sanchez contrarium ſentiant*, vti obſeruat *Diana loco citato*. Nec reſolutis obſtat difficultas obiecta de carentia 3
temporis ad ieiunandum; quia ieiunia poſſunt in aliud commutari; & procedendum eſt cum ipſo æquè ac cum impotente ad ieiunium.

Quæres fortaſſe vlterius, ſi aliquis omnia opera iniuncta pro conſequendo Iubilæo feciſſet, & manè die Dominico vellet confiteri, & 4
Sacrum Chriſti Corpus ſumere, ſed inaduertenter aliquid cibi deglutiuit, vel bibit, ob quæ non poteſt Sacra Synaxi refici; an, hoc non obſtante, poſſit lucrari Iubilæum, & à reſeruatis abſolui. Reſpondetur adhuc affirmatiuè: nam in tali caſu Confeſſarius poteſt Communionem, quam tenebatur facere, in aliud opus pium commutare, aut differre in alium diem. Ita docet *Sanctarellus de Iubil. cap. 7. dub. 1. Graſſiis in Append. lib. 2. cap. 5. dub. 5. nu. 50. Henriquez lib. 7. cap. 10. n. 8. & alij.*

ART. II. DIFFICVLTAS PRIMA.

LIcet probabilis videatur ſententia num. 4. ab auctore ſtatuta, etiam communionem ex cauſa poſſe in aliud pium opus commutari, certiſſima tamen eſt negatiua maximè attento contextu formularum, ſub quibus noſtris temporibus ſolet in Bullis Iubilæum concedi. Ibi enim datur confeſſario facultas commutandi opera ieiuniorum, eleemoſinarum, viſitationum, proceſſionum, & orationum, non vero confeſſionis, & communionis, vt de confeſſione docent Diana par. 5. tract. 12. reſol. 29. Card. de Lugo de pœnit. diſp. 27. ſect. 7. num. 100. Laiman lib. 5. tract. 7. cap. 6. num. 7. Coninch. de Sacramentis diſp. 12. dub. 7. nu. 38. & de communione Lugo diſp. 27. de pœnit. ſect. 7. num. 118. Mazuchell. cum citatis de reſeruatis diſp. 1. quæſt. 4. diff. 27. nu. 123.

In caſu itaque Lupi auctoris num. 4. figurato conſulerem dilationem in aliam diem auctoritate confeſſarij, non vero commutationem communionis, quæ tantum patitur periculi. Sic Leo de Iubilæo p. 2. nu. 188. cum Mazuchello. l. c. num. 124.

Neque dubium faciat doctrina Vgolini, Fernandi, & aliorum, quòd ad validam conſecutionem Iubilei neceſſe ſit perficere opera omnia debita intra vnam, & eandem hebdomadam, quia moraliter certa eſt contraria aſſertio, ſufficere ſi ieiunia, eleemoſinæ, & confeſſio compleantur in vna, communio vero, & reliqua opera in alia ex hebdomadis à Pontifice aſſignatis. Laiman lib. 5. tract. 7. cap. 8. num. 10. Bonacina de pœnit. diſ. 6. quæſt. 1. puncto 5. num. 34. Diana p. 3. tract. 4. reſol. 153. & p. 5. tract. 12. reſol. 24. cum allegatis. Hæc ratione maiori in caſu noſtro militant, cum ſuppoſito impedimento, & cauſa legitima poſſit confeſſarius dilatare terminum Iubilæi, vt conſulat pœnitentis ſaluti, vt ex Bullis ipſis liquere poteſt, & docent in his terminis Alphonſus de Leone p. 2. nu. 188. Bonacina de Sacramentis diſput. 6. quæſt. 1. puncto 5. nu. 36. Filliucius tract. 8. num. 268. & 273. & plures alij; Quæ doctrina capienda eſt tam amplè, vt poſſit extra terminum Iubilæi abſolui pœnitens, dilatione data iudicio confeſſarij, non ſolum à reſeruatis, & cenſuris, incurſis ante tempus Iubilæi, vel durante Iubilæo, ſed etiam ab omnibus, in quas inciderit poſt Iubilæi lapſum intra diem, vel terminum prorogationis obtenta à confeſſario; quam ſententiam applicabilem etiam commutationibus, votorum, & alijs omnibus Iubilæi priuilegijs probant contra Sanctarellum, & de Lugo, Baſſæus in floribus Theologicis verb. Iubilæum not. 5. Mazuchell. de reſeruat. diſp. 1. quæſt. 4. diff. 20. num. 76. Diana p. 3. tract. 2. reſol. 147. & p. 5. tract. 12. reſol. 27.

DIF-

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An, qui intra Iubilæi extraordinarij hebdomadas non eſt lucratus Iubilæum, non ex impedimentis expreſſis in Bulla, ſed ex culpa ſua; nunc recogitans indigentiam abſolutionis peccatorum ſuorum reſeruatorum, cenſurarumque reſeruatarum, transfert ſe ad locum, vbi tunc lucrantur alij Iubilæum, v. g. Brixiam; an, inquam, poſſit ibi lucrari Iubilæum, & conſequenter abſolui à caſibus reſeruatis, & à cenſuris item reſeruatis.

SVMMARIVM.

1 *Ratio dubitandi qua.*
2 *Quid ſupponit difficultas hæc.*
3 *Reſponſio eſt affirmatiua.*
4 *Occurritur rationi dubitandi.*

RAtio dubitandi eſt, quia Summus Pontifex concedit Iubilæum intra illas hebdomadas exiſtentibus in illo loco, vbi fuit publicatum. 1

Ante reſponſionem ſupponendum eſt, quòd hic non quæritur, an aliquis, tranſacto Iubilæo, in eodem loco Iubilæum lucrari poſſit; conſtat .n. ibi non poſſe illud lucrari, ſed quæritur, an iſte, de quo mouetur difficultas, alibi, vbi non eſt tranſactum tempus, poſſit lucrari Iubilæum, & conſequenter abſolui à reſeruatis. 2

Ad difficultatem reſpondetur affirmatiuè; & ratio eſt, tùm quia Summus Pontifex non concedit Iubilæum loco, ſed omnibus Chriſti fidelibus, qui ſunt ſui ſubditi; ideò integrum eſt eis illud acquirere, vbi malunt, dummodo ſuperſit tempus illud acquirendi: tùm quia, quemadmodum Indulgentia conceſſa ijs, qui talem viſitauerint Eccleſiam, omnes vndecunque venientes ad dictam Eccleſiam, illam lucrari poſſunt; ita omnes venientes ad locum, vbi non eſt tranſactum Iubilæum, illo frui poſſunt: tùm præterea, quia ita ſentiunt infraſcripti DD. *Vgol. de Off. & poteſt. Epiſcopi cap. 41. §. 4. num. 5. Bottonus in Obſeruationibus circa Iubilæum Sixti V. fol. 125. Bonac. de Sacram. diſp. 6, quæſt. 1. §. 5. num. 35. apud Alphonſum de Leone de Offic. & poteſt. Conf. quæſt. 13. nu. 395.* 3

Nec

Nec obſtat ratio ab initio allata: nam Iubilæum non eſt conceſſum
4 loco, ſed perſonis in loco exiſtentibus, vt ſupra adnotatum fuit. Conſtat itaque illum, de quo difficultas mouetur, poſſe etiam alibi lucrari Iubilæum, & proinde abſolui, tùm à peccatis reſeruatis, tùm à cenſuris item reſeruatis.

ART. III. DIFFICVLTAS VNICA.

An, qui lucratus fuit Iubilæum in ſua Patria, ſed poſtea ob ſua negotia profectus eſt ad aliam Diœceſim, vbi Iubilæum celebratur; ſi indigeat abſolutione ſuper caſibus reſeruatis, & cenſuris item reſeruatis, poſſit ibi item lucrari Iubilæum, & proinde abſolui à dictis caſibus, & cenſuris.

SVMMARIVM.

1 *Ratio Difficultatis quæ.*
2 *Reſponſio eſt affirmatiua.*
3 *Satisfit difficultati obiectæ.*

1 RAtio difficultatis eſt, quia in Bullis Iubilæi ſolent poni hæc verba, *Hac vice tantùm abſoluere, & liberare valeat .s. Confeſſor;* ideò ſemel tantùm videtur quis poſſe lucrari Iubilæum; & ſic non poſſe abſolui à caſibus, aut cenſuris reſeruatis.

Ad difficultatem reſpondetur affirmatiuè, nimirùm, quòd non ſolum in Patria ſua poteſt quis ſuſcipere Iubilæum, ſed alibi etiam. Et
2 ratio eſt primò, quia in materia abſolutionis non attenditur locus delicti, ſed Confeſſionis, vt præcipuè tradit *Alphonſus de Leone quæſt. 13. num. 196.* Secundò quia Exterus caſus reſeruatos habens in loco ſui domicilij commiſſos, ſi illi caſus ſunt reſeruati, vbi vult confiteri, debet quærere Confeſſarium habentem poteſtatem; ſin autem ibi non ſunt reſeruati ab omnibus Confeſſarijs abſolui poteſt: nam pœnitens iuxta leges loci, vbi reperitur, abſoluendus eſt. Tertiò, quia in loco, vbi iſte vult confiteri, omnes Confeſſarij per Ordinarium admiſſi, vi Iubilæi facultatem habent in caſibus reſeruatis; ideò nihil prohibet, quin iſte, de quo mouetur difficultas, à dictis caſibus, & cenſuris abſolui poſſit; quia vbi iſte ſua confitetur peccata, ceſſat reſeruatio Epiſcopalis in totum.

3 Nec minimè obſtat ratio à principio allata, quia clauſula illa (*pro*

hac vice) non eſt intelligenda pro vna vice tantùm; valdè .n. hæc duo differunt, *hac*, & *vna vice*, ſed debet intelligi occaſione huius Iubilæi: ad Iubilæum .n. refertur illud relatiuum, *hac*, non ad tempus, vel lectum, vt tradit *Alphonſus de Leone, vbi ſupra*, contra nonnullos, quibus non probatur hæc ſubtilitas: tùm quia leui negotio ob nimiam ſuam ſubtilitatem ſcindi poteſt: tùm quia alia videtur eſſe mens Sacrę Congregationis, vt infra ſecunda parte huius diſtinctionis dicam ad tradita per *Polacchum de Iubilæo loco ibi notando*. Verùm mentem, ſeù declarationem Sacræ Congregationis à Polaccho citatam diù quæſiui, & minimè inuenire potui; quæ ſi extat, ab illa non erit recedendum, & quieſcet opinio contraria.

ADDITIO.

Iubilæum poſſe bis obtineri, & in vtraque hebdomada ſenſus doctorum communior ſuſtinet, & hoc non ſolùm in diuerſo loco, & duplici Diœceſi, vt vult Lupus hoc articulo, *ſed in eadem Ciuitate, & loco, non obſtante declaratione Sacræ Congregationis, de qua* Polacchus, *nam non extat, vt teſtantur plures ex actiſſimi ſimilium declarationum collectores, nec officit clauſula conceſſionis Indulgentiæ* pro hac vice tantum, *quia debet explicari durante tantum tempore Iubilæi, non alio*. Ita Baſſæus in floribus Theologicis verbo Iubilæum num. 3. Lezana to. 3. ſummæ verbo eodem num. 20. Floron. de caſibus reſer. p. 1. cap. 6. §. 5. nu. 2. Reginald. to. 1. lib. 8. cap. 5. ſect. 2. num. 64. Diana p. 2. tract. 3. reſol. 49. Nald. verbo Indulgentia num. 4. Mazuch. de reſeruat. diſp. 1. quæſt. 4. diff. 18. num. 66. & 67. cum alijs.

Verùm quidquid ſit de certitudine Indulgentiæ pro perficiente opera in Iubilæo præſcripta ſecunda vice in ſua, vel in aliena patria; certum tamen eſt apud morales ſupracitatos, & alios, poſſe confeſſarios in ſecunda hebdomada, & ſecunda vice impartire abſolutionem à cenſuris, & reſeruatis, vt in prima, quæ abſolutio vt ſupra tetigi in additionibus anterioribus, ſatis ſuſtinetur ex opinione probabili iuriſdictionis, & validitatis. Sic Mazuch. Diana, Baſſæus, Naldus, Floren. locis citatis, cum Bonacina to. 1. diſp. 6. quæſt. 1. puncto 5. num. 34. & Diana iterum p. 3. tract. 4. reſol. 153.

DI-

Digitized by Google

DISTINCTIO VIGESIMAPRIMA.

PARS SECVNDA.

De poteſtate Iubilæi circa cenſuras, & caſus reſeruatos.

CVm pars iſta reſpiciat tùm illos, qui Iubilæi tempore ob aliquam rationabilem cauſam non ſunt confeſſi, ſaltèm integrè, tùm illos, qui non perfecerunt cætera opera neceſſaria pro conſequutione Iubilæi, tùm etiam illos, qui perfecerunt omnia opera, ſed demùm intra Iubilæi tempus iterùm in caſus reſeruatos, aùt cenſuras relapſi ſunt; ideò pars iſta in tres diſtinguitur articulos. Primus eſt de illis, qui Iubilæi tempore non fuerunt confeſſi, ſaltèm integrè. Secundus eſt de illis, qui opera per Iubilæum iniuncta non explenerunt. Tertius eſt de illis, qui omnia expleuerunt opera, ſed iterùm relapſi ſunt in caſus, vel cenſuras reſeruatas.

ARTICVLVS I.

De illis, qui Iubilæi tempore non fuerunt confeſſi ſaltèm integrè, tres continet difficultates, ſ.

1 *An tranſacto Iubilæo à peccatis reſeruatis antè illud commiſſis, & oblitis, abſolui poſſit ille, qui aſſecutus eſt Iubilæum, abſquè confeſſione; vt ſuppono, iuxtà aliquorum ſententiam, cum Iubilæi tempore non eſſet ſibi conſcius peccati mortalis.*

2 *An pœnitens, qui Iubilæi tempore incæpit confeſſionem, & ob cauſam dignam non fuit abſolutus; tranſacto Iubilæo, virtute ipſius, à caſibus reſeruatis abſolui poſſit.*

3 *An illi, qui die Sabbati vltimæ ſeptimanæ Iubilæi acceſſit ad confitendum, ſed ob anguſtiam temporis Confeſſio fuit dilata poſt tranſactum Iubilæum, impertiri poſſit abſolutio à caſibus reſeruatis, etiam commiſſis intra tempus ei rationabilitèr præfixum ad confitendum ſua peccata, v. g. intrà duos proximos dies.*

AR-

ARTICVLVS II.

De illis, qui opera per Iubilæum iniuncta non expleuerunt, continet duas difficultates, nempè.

1 *An, qui prius confeſſus fuit validè cum animo lucrandi Iubilæum, ſed poſteà non abſoluit opera per Iubilæum iniuncta, extrà Iubilæum abſolui poſſit per quemcunque Confeſſarium à reſeruatis in confeſſione oblitis.*

2 *An reincidat in cenſuras reſeruatas, qui, abſolutus tempore Iubilæi, omiſit poſteà perficere opera iniuncta, quæ, quando confeſſus eſt, habuit intentionem adimplendi.*

ARTICVLVS III.

De illis, qui omnia expleuerunt opera, ſed iterùm relapſi ſunt in caſus, vel cenſuras reſeruatas, vnicam complectitur difficultatem, vz.

1 *An, qui confeſſus fuit intra hebdomadam primam, & expleuit omnia opera ſibi iniuncta per Iubilæum, ſi iterum die vltimò illius hebdomadæ labatur in peccata reſeruata, aùt cenſuras itèm reſeruatas; ab eis vi Iubilæi per quemlibet Confeſſarium iterùm abſolui poſſit.*

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA.

An tranſacto Iubilæo à peccatis reſeruatis antè illud commiſſis, & oblitis abſolui poſſit ille, qui conſequutus eſt Iubilæum abſque confeſſione, vt ſuppono, iuxtà aliquorum ſententiam; cum Iubilæi tempore non eſſet ſibi conſcius peccati mortalis,

SVMMARIVM.

1 *Quænam ſit difficultatis ratio.*

2 *Supponitur illum, qui peccati mortalis ſibi non eſt conſcius, ad confeſſionem non teneri.*

3 *Item ſupponitur pœnitentem expleuiſſe omnia pro Iubilæi conſecutione neceſſaria.*
4 *Reſponſio ad difficultatem eſt affirmatiua.*
5 *Idem reſoluitur de contrito, qui omnia ad Iubilæum neceſſaria compleuit, ſed ex Confeſſarij carentia confiteri non potuit.*
6 *Item idem concluditur de illo, qui ob neceſſariam cauſam peccatum reſeruatum reticuit, adimpletis alijs pro Iubilæi conſecutione neceſſarijs.*

1 RAtio difficultatis eſt, quia nulla peccatorum abſolutio data fuit, & Iubilæum præcipit confeſſionem, nec aufert ipſo facto reſeruationem, ſed tantùm confert facultatem Confeſſario electo illam auferendi, mediante abſolutione, quæ in propoſito non eſt data, vt ſuppono.

2 Supponimus primò, cum ad Iubilæum conſequendum præcipitur confeſſio, in rigore loquendo, illum, qui nullius peccati mortalis conſcius eſt, ad confitendum peccata venialia non teneri. *Nau. Add. notab. 18. nu. 18. & notab. 30. num. 6. & alij.*

3 Supponimus ſecundò, quòd præfatus pœnitens perfecerit quidquid ad Iubilæum conſequendum erat neceſſarium, & conſequentèr illud iam lucratus ſit, atquè perindè priuilegium, vt ab omnibus caſibus reſeruatis abſoluatur, & in votis reſeruatis diſpenſetur, obtinuerit.

4 Modò accedendo ad difficultatem reſpondetur affirmatiuè, nimirùm, quòd huiuſmodi pœnitens poterit abſolui tranſacto Iubilæo à peccatis reſeruatis antè illud commiſſis, ſed oblitis. Ratio eſt, quia priuilegium abſoluendi à caſibus reſeruatis, & diſpenſandi in votis, ad tempus Iubilæi non reſtringitur, vt patet de alijs, qui conſecuti ſunt Iubilæum, quòd poſt illud non amittunt facultatem, vt abſoluantur, & diſpenſentur vt ſupra. Ità *Sanctarellus de Iubil. cap. 13. dub. 2. Alphonſus de Leone tract. de Iubilæo par. 2. quæſt. 17. nu. 197.* Hancque opinionem etiam probabilem vocat *Diana in Moral. Reſol. p. 3. Reſol. 150. de Sacr.* licèt nouiſſimè *Fauſtus de Iubil. lib. 4. q. 134. Sotus in 4. diſt. 21. q. 4. cum alijs* ſuſtineat contrariam.

5 Notandum inſupèr cùm *Alphonſo de Leone, loc. cit. & Zanardo in Direct. Theol. par. 1. de Sacram. Pœnit. cap. 2. quæſt. 10.* quòd, ſi aliquis tempore Iubilæi Confeſſarij copiam non habuit, & contritus ſacro Euchariſtiæ Sacramento refectus eſt; atque omnia pro conſequendò Iubilæo adimpleuit, à reſeruatis tranſacto tempore Iubilæi abſolui poterit: quia cum Iubilæum lucratus ſit, conſequentèr eſt conſecutus, vt à reſeruatis abſolui poſſit.

6 Denique notandum eſt, quòd ſi contigerit in confeſſione pro Iubilæo conſequendo ob euidentem, & neceſſariam cauſam peccatum re-

reſeruatum non fuiſſe manifeſtatum, exempli gratia, ne manifeſtaretur peccati complex, poſtea, tranſacto Iubilæo, poterit pænitens ille de tali peccato, à quocunque Confeſſore abſolutionem obtinere; quia indirectè fuit reſeruatio illa ablata. Ita docet *Homobonus de Exam. Eccleſiaſt. par. 1. tract. 5. cap. 6. quæſt. 38. quod notat in primis Antoninus Diana loco citato*, afferens duo prædicta notanda.

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An pænitens, qui Iubilæi tempore incępit Confeſſionem, & ob cauſam dignam non fuit abſolutus, tranſacto Iubilæo, virtute ipſius, à caſibus reſeruatis abſolui poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio, cauſa capta, non expirat.*
2 *Cauſa iuſta differendi abſolutionem remittitur ad iudicium Confeſſarij.*
3 *Affertur exemplum, quando poſſit differri abſolutio.*

RAtio difficultatis eſt, quia tranſacto Iubilæo, tranſit etiam facultas abſoluendi à reſeruatis. 1

Reſpondetur difficultati affirmatiuè facta hypoteſi .i. ſuppoſito quòd pænitens adimpleuerit, quæ adimplenda erant pro Iubilæi conſecutione. Ratio eſt, quia iuriſdictio ſemel habita, & re non integra, vtporè cauſa cæpta, non expirat, quouſque finiatur, *Cap. ex litteris, de Officio deleg. & cap. Relatum, de Cleric. non reſiden.* at hæc cauſa .s. Confeſſio erat iam cæpta, vt ſuppono, tempore quo pænitens poterat illam facere; ideò & terminare debet. Ita *Graff. Appendic. lib. 2. cap. 5. num. 21. Bellochius de Caſibus reſer. par. 1. quæſt. 2. num. 29. Luc. Floron. tract. de Caſib reſer. par. 1. cap. 6. §. 5. num. 1.* 2

Quæ autem videantur cauſæ iuſtæ, pro quibus talis abſolutio poſſit in aliud differri tempus, ad iudicium boni viri .i. Confeſſarij hoc ſpectare videtur; poſſumus tamen dicere eas præcipuas eſſe, quæ afferuntur in Iubilæo, vt infirmitas, nauigatio, carceratio, &c. tam ſi confeſſio fuit incæpta, quàm non: exemplum verò, quando Confeſſio eſt incæpta, talis eſſe poteſt, vt ſi pænitens ſabbato ſecūdæ hebdomadæ Iubilęi ad Confeſſorē accedat, incipiendo Confeſſionē, in qua caſus reſeruati adſunt, & peccata, (vt vtar verbis *Bellochij, vbi ſup.*) intricata, ac dubia, & Confeſſiones alias factæ ſint iterandæ, quod eo die nullo modo poteſt. Vel ſi talis pænitens ſit concubinarius, cui ſtatim non expedit peccatorum abſolutionem impertiri. 3

DIFFICVLTAS TERTIA.

An illi, qui die ſabbati vltimæ ſeptimanæ Iubilæi acceſſit ad confitendum, ſed ob anguſtiam temporis confeſsio fuit dilata poſt tranſactum Iubilæum, impertiri poſsit abſolutio à caſibus reſeruatis, etiam commiſsis intra tempus ei rationabiliter præfixum ad confitendum ſua peccata, v.g. intra duos proximos dies.

SVMMARIVM.

1 *Difficultatis ratio quæ.*
2 *Duo ſupponuntur:*
3 *Reſolutio eſt affirmatiua.*
4 *Sine ratione, aut textu Iubilæum non eſt reſtringendum.*

1 Ratio difficultatis eſt, quia facultas abſolutionis virtute Iubilæi videtur eſſe tantùm reſpectu peccatorum commiſſorum ante Iubilæum, vel intra duas hebdomadas conceſſas ad obtinendum Iubilæum.

2 Primò ſupponimus pænitentem tranſactis hebdomadis Iubilæi, interim quòd accedit ad Confeſſarium, prolabi in nouos caſus reſeruatos.

Supponimus ſecundò pænitentem reſpectu præteritorum abſolui poſſe, cum ob neceſſitatem, exempli gratia, ob carentiam temporis non potuerit fieri Confeſſio.

3 Ad difficultatem reſpondetur affirmatiuè, nempè, quòd talis pænitens poterit abſolui à reſeruatis commiſſis poſt Iubilæum ad Confeſſionem vſquè; niſi malitiosè per pænitentem multum protraheretur Confeſſio. Et ratio eſt, tum quia talis pœnitens non poteſt lucrari Iubilæum, quin prius ab illis abſoluatur; ideò donec Iubilæum ille conſequatur. Confeſſarius electus habet poteſtatem illum abſoluendi tam à peccatis reſeruatis, quàm à cenſuris item reſeruatis, æquè ac ſi Iubilæi tempus non foret elapſum: tum quia ſequeretur illum, qui obediuit Confeſſario defraudatum fuiſſe, cum ab ipſo non fuerit admonitus de tali periculo, vel cæteris deterioris eſſe conditionis, quod non eſt dicendum: tùm etiam quia, cum Iubilæum ſit principis beneficium nemini præiudiciale, ſine aliquo legis Canonicæ textu, aut
4 aliqua valida ratione minimè reſtringendum eſt. Ita ſentit *Bartholomaus à S. Fauſto tract. de Iubilæo lib. 4. q. 133. & Diana in Moral.*

Reſo-

Reſolut. p. 3. reſolut. 147. *contra Sanctarellum de Iubilæo cap.* 8. *dub.* 7. & *Alphonſum de Leone tract. de Iubilæo par.* 2. *q.* 16. *num.* 189. & per has rationes ſatis claret nihil obſtare difficultatem ab initio obiectam.

ART. II. DIFFICVLTAS PRIMA.

An, qui prius confeſſus fuit validè cum animo lucrandi Iubilæum, ſed poſtea non abſoluit opera per Iubilæum iniuncta, extra Iubilæum poſsit abſolui per quemcunquè Confeſſarium à reſeruatis in confeſsione oblitis.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Reſpondetur ad difficultatem affirmatiuè.*
3 *Satisfit obiectioni.*
4 *Non poteſt abſolui à reſeruatis virtute Iubilæi, qui inualidè confeſſus eſt ex culpa ſua.*
5 *Si fuit inualida ex defectu Confeſſarij poteſt abſolui à reſeruatis à quocunque alio Confeſſario.*

Ratio difficultatis eſt, quia iſte non adimpleuit opera ſibi iniuncta per Iubilæum, quamuis validè confeſſus fuerit. 1

Reſpondetur ad difficultatem affirmatiuè. Et ratio eſt, quia 2 cum confeſſio fuerit valida, conſequenter indirectè fuit abſolutus, tum à caſibus, tum à cenſuris reſeruatis. Ita ſentit *Alphonſus de Leone q.* 13. *num.* 202. qui ibidem quamplures DD. aſſignat pro ſua opinione contra nonnullos, quos, vt vacem breuitati, ſub ſilentio inuoluo, & per rationem allatam ſufficientèr ſatisfit rationi in oppoſitum à principio adductæ.

Verùm ſi fuit inualida confeſſio ex defectu ipſius pœnitentis, quam- 3 uis habuerit animum perficiendi opera; attamen exiſtimo (quidquid nonnulli in contrarium ſentiant) quòd non poſſit modò conſequi beneficium abſolutionis à caſibus reſeruatis; quia conceditur hoc priuilegium in ordine ad abſolutionem Sacramentalem factam validè, vt tradit *Alphonſus de Leone, vbi ſupra*, poſt nonnullos, vt videre eſt, 4 *loco citato, num.* 205. Sed obſeruandum eſt, quòd ſi fuit inualida non ex defectu pœnitentis, ſed ex defectu Confeſſarij, qui pœnitentem non 5 abſoluit, & ſi dubium ſit, an iſte talis tunc lucratus fuerit Iubilæum; tamen eſt certum, quod, cum nouerit non fuiſſe abſolutum; poterit ab-

Digitized by Google

abſolui à reſeruatis. *Ita Bottonus in Obſeruation. circa Iubilæum Sixti p. fol. 242. apud Alphonſum, vbi ſupra.*

ADDITIO.

Habens animum lucrandi Iubilæum tempore, quo confitetur liber remanet ab omnibus cenſuris, & caſibus reſeruatis oblitis, licet de facto ex ſua culpa poſt confeſſionem negligat præſtare opera præſcripta, & ſic conſequi Iubilæum. Hoc iure merito docent Lupus num. 2. & Sanchez lib. 4. moral. cap. 54 num. 45. Mazuchel. de reſeruatis diſp. 1. quæſt. 4. diffic. 15. num. 55. Diana p. 3. tract. 4. reſol. 145. cum allegatis. *contra* Sotum, & Fauſtum, & Suarez, qui ex probabili ſubſcribit de pœnit. diſp. 31. ſect. 4. num 32.

Sed vocatur in dubium, an idem dicendum ſit de commutatione votorum conceſſa lucrantibus Iubilæum; vtrũ pænitens qui animo conſequendi Indulgentiã confeſſus eſt, & mutata poſtea pia intentione neglexit opera aſſignata complere, poſſit nihilominus poſt terminum elapſi Iubilæi petere commutationem votorum in illa confeſſione oblitorum. Reſolutio eſt negatiuà quia cenſuræ omnes tolluntur ad hoc, vt ordinata ſit abſolutio à peccatis, quam præcedere debet ſolutio à cenſuris; at commutationes votorum nihil habent commune cum abſolutione, & ſunt priuilegia verè obtinentium indulgentiam, & opera pro illa præſcripta conſumantium. Boſſius de Iubilæo ſectione 2. caſu 45. Sanchez lib. 4. Moralium cap. 54. nu. 51. Filincius to. 1. tract. 8. cap. 10. num. 279. & alij cum Diana p. 5. tract. 11. reſ. 41. *quidquid ſine plauſibili fundamento aſſerat* Alphonſus de Leon apud Dianam l. c.

Hæc dicta locum habent in pænitente, qui validè confiteatur animo percipiendi Iubilæum, quod tamen mutata deinde mente prætermiſit. Verum difficilior eſt quæſtio, quid dicendum ſit de eo, qui ſcienter inualidè confiteatur ad effectum obtinendi abſolutionem à reſeruationibus, & cenſuris, animo poſtea iterum validè confitendi, & lucrandi Iubilæum, licet poſtea mutata mente non amplius validè cõfiteatur, vel Iubilæum acquirat. Lupus noſter nu. 3. & 4. hac difficultate prima art. 2. *negat per hanc ſacrilegam Confeſſionem cenſuras, & reſeruationes vllo modo tolli poſſe, vt & ſuſtinent* Suarez, Laiman, Reginald, Floron, & alij. *Mihi tamen certior videtur affirmatiua, ſcilicet Confeſſarium hoc in caſu abſoluere in quantum melius poteſt; ideoque tollere cenſuras, & reſeruationes, quæ poſſunt tolli etiam extra ſacramentum, & ſine abſolutione peccatorum* vt Lupus infra diſtinctione 21. difficultate tertia. *Ita* Henriquez lib. 7. cap. 11. Cardin. de Lugo diſp. 20. de pænit. ſect. 7. num. 112. Baſſæus in floribus verbo caſus reſeruati num. 29. Bonacina diſp. 5. quæſt. 7. puncto 5. §. 5. num. 9. Comittolus reſponſ. moral. lib. 1. quæſt. 30. Mazuchellus de caſibus reſer-

natis

Digitized by Google

natis diſp. 1. quæſt. 4. diffic. 23. num. 9. *& exactiſſimus, in re morali, & in omnib. Eccleſiaſticæ eruditionis ſtudijs* D. Ioſeph Cabrinus in ſuo Elucidario p. 1. reſol. 140.

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An reincidat in cenſuras reſeruatas, qui abſolutus tempore Iubilæi omiſit poſtea perficere opera iniuncta, quæ, quando confeſſus eſt, habuit intentionem adimplendi.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Ad difficultatem reſpondetur negatiuè.*
3 *Occurritur difficultati.*

RAtio difficultatis eſt, quia ſi Nouitius egrediatur à Religione, reincidit in cenſuras reſeruatas, à quibus fuerat iam abſolutus. 1

Ad difficultatem reſpondetur negatiuè. Ratio eſt, tum quia regulariter abſolutio à cenſuris non debet dependere à futuro euentu; nec ſub tali conditione impertiri debet: v. g., dicendo, ſi adimpleueris tale opus. Dixi regularitèr, quia abſolutio à cenſuris ſub conditione non poteſt dari, niſi expreſsè à Summo Pontifice explicetur, vt tradit *Sanchez lib. 4. ſum. c. 54. num. 43.* tùm quia ita tenent *Corduba, Nauarrus, Henriquez, Rodriquez, Emanuel Sà, & alij permulti*, vt videre eſt apud *Alphonſum de Leone de Officio, & poteſtate Confeſſarij tempore Iubilæi extraordinarij quæſt. 3. num. 7. & 8.* 2

Neque obſtat ratio dubitandi, quia in priuilegijs Regularium eſt appoſita hæc conditio à Summo Pontifice, vt Nouitius egrediens reincidat in cenſuras: in Iubilæo verò non reperitur huiuſmodi conditio, vt ſuppono; ideò abſolutus virtute Iubilæi à cenſuris reſeruatis ſemper intelligitur ſimplicitèr abſolutus, vt notat *Sanchez lib. 4. ſum. cap. 54. num. 42. & poſt ipſum Alphonſus de Leone, vbi ſupra num. 8.* 3

ART.

Digitized by Google

ART. III. DIFFICVLTAS VNICA.

An, qui confeſſus fuit intra hebdomadam primam, & expleuit omnia opera ſibi iniuncta per Iubilæum; ſi iterum die vltimo illius hebdomadæ labatur in peccata reſeruata, aut cenſuras item reſeruatas, poſsit ab eis abſolui vi Iubilæi per quemlibet Confeſſarium.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Reſponſio eſt affirmatiua.*
3 *Modificatur reſponſio, ſuppoſita declaratione S. Congreg.*

1 RAtio difficultatis ſtat in hoc, quia finis talis gratiæ eſt, vt obtineatur Iubilæum, quod cum iam ſit obtentum (vt ſupponitur) non poteſt iſte amplius frui dicta gratia.

2 Ad difficultatem reſpondetur affirmatiuè iuxta probabilem ſententiam. Ratio eſt, tum quia, cum ſit conceſſum priuilegium abſoluendi intra dictam hebdomadam, & adhuc non ſit finita (vt ſupponitur) adhuc vi Iubilæi abſolui poteſt: præterea iuxta opinionem multorum licitum eſt lucrari Iubilæum etiam ad finem abſolutionis in duabus hebdomadibus; ergo à fortiori poterit abſolui in eadem hebdomada: tùm etiam quia nemini prohibetur pluries idem opus repetere pro eodem fine intra terminum conceſſum, & per has rationes ſatisfit etiam rationi difficultatis. Vide *Alphonſum de Leone de Officio, & poteſtate Confeſſarij tempore Iubilæi extraordinarij q. 10. ſect. 5. num. 170. Polacchum in Comment. ad Bullam Iubilæi anni Sancti ſect. 41. num. 3. allegantem Henriquez, & Filliucium.*

3 Verùm, & ſi hæc probabiliter à Doct. dicta ſint; tamen *Polacchus, vbi ſupra* notat *Sacram Congreg. Concilij* de menſe Maij anni 1620. declaraſſe tantùm ſemel acquiri Indulgentiam per Iubilæum, & ſemel tantùm à caſibus reſeruatis quempiam abſolui poſſe, cui declarationi, ſi extat, ſtandum erit. Dixi, ſi extat, quia illam multum quæſiui, & minimè reperi, quam (vt innui) refert *Polacchus, loco cit. ex mente Filliuccij tract. 8. p. 3. cap. 10. num. 261. Henriquez de Iubilæo cap. 10. §. 2. Benzonus item de Iubilæo dub. 23.* in dubio autem legis, an extet, melior eſt conditio poſſidentis ſuam libertatem, poſita debita diligentia. *Emanuel Sà, verb. Dubium. Bonac. de Legib. diſput. 2. punct. 7. propoſit. vnica, num. 17. & alij apud ipſum.*

DI-

DISTINCTIO VIGESIMAPRIMA.

PARS TERTIA.

De poteſtate abſoluendi à cenſuris, & à caſibus reſeruatis Iubilæi tempore.

ISta pats huiuſce diſtinctionis reſpicit tùm cenſuras occultas, tùm manifeſtas ſatisfacta parte, tùm indulgentias in forma Iubilæi; ideò in tres diuiditur articulos. Primus eſt de cenſuris occultis. Secundus de manifeſtis ſatisfacta parte. Tertius de Indulgentijs in formam Iubilæi.

ARTICVLVS I.

De cenſuris occultis tres continet difficultates, ſ.

1 *An abſens à loco Iubilæi, aut ignorans illud, à cenſuris vi Iubilæi abſolui poſſit.*

2 *An à cenſuris occultis Papæ reſeruatis quilibet Confeſſarius vi Iubilæi abſoluere poſſit.*

3 *An virtute Iubilæi poſſit quis abſolui à cenſuris reſeruatis extra Sacramentum Pœnitentiæ.*

ARTICVLVS II.

De cenſuris manifeſtis ſatisfacta parte tres amplectitur difficultates, nimirùm.

1 *An vi Iubilæi Confeſſarij abſoluere poſſint nominatim excommunicatum, aut manifeſtum percuſſorem Clerici.*

2 *An quilibet Confeſſarius vi Iubilæi ſatisfacta parte abſoluere poſſit quò ad omne forum.*

3 *An in foro fori per quemuis Confeſſarium vi Iubilæi à cenſuris abſolui poſſit ille, qui omninò non poteſt ſatisfacere parti ob inopiam, ac aliam ſimilem cauſam.*

ARTICVLVS III.

De Indulgentijs in forma Iubilæi duas claudit difficultates, nempè.

1 *An, quando in Indulgentijs dicitur* Indulgentia plenaria per modum Iubilæi, ad inſtar Iubilæi, ſeù in forma Iubilæi, *per talem particulam detur facultas, vt quiſquè poſſit abſolui ab omnibus cenſuris, & caſibus reſeruatis.*

2 *An per conceſſionem Indulgentiæ plenariæ à pœna, & à culpa detur facultas pœnitenti eligendi ſibi Confeſſarium, per quem à caſibus reſeruatis abſolui poſſit.*

ART. I. DIFFICVLTAS PRIMA.

An abſens à loco Iubilæi, aùt ignorans illud, à cenſuris vi Iubilæi abſolui poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Ratio dubitandi quæ.*
2 *Reſponſio eſt negatiua.*
3 *Satisfit dubitationi.*

1 RAtio dubitandi hæc eſt, quia eſt communis doctrina, quòd cenſurarum abſolutio tàm ignoranti, quàm abſenti impertiri poteſt.

2 Ad quæſtionem reſpondetur negatiuè; quamuis enim (regularitèr loquendo) abſolutio cenſurarum, poſſit dari abſenti, & ignoranti; tamen hæc regula fallit, quando abſolutio danda erit in Iubilæo; quia tunc in pœnitente requiritur propoſitum acquirendi Iubilæum, & ſic excluditur ignorantia: itidem requiritur, quòd abſoluendus reperiatur in loco, vbi tunc temporis ſuſcipitur Iubilæum; & conſequenter excluditur abſentia. Et per huiuſmodi rationem ſatisfit difficultati à prin-
3 cipio obiectæ. Faciunt allata per *Alphonſum de Leone de Officio, & poteſtate Confeſſarij tempore Iubilæi extraordinarij quæſt. 6. num. 58.*

DIF-

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An à cenſuris occultis Papæ reſeruatis quilibet Confeſſarius vi Iubilæi abſoluere poſsit.

S V M M A R I V M.

1 *Ratio Difficultatis quæ.*
2 *Triplex eſt forum.*
3 *Forum pœnitentiæ, & conſcientiæ differunt.*
4 *Tempore Iubilæi abſolutio in foro conſcientiæ per Sacerdotem dari debet.*
5 *Difficultati ſatisfit cum diſtinctione.*
6 *Ad plura iuuat abſolutio in foro conſcientiæ.*

RAtio difficultatis eſt, quia cenſuræ occultæ Papæ reſeruatæ extra Iubilæum ſolis Epiſcopis, & Superioribus concedi ſolent, vt 1
ex *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de Refor.*

Ante reſolutionem tria præſupponenda ſunt, quorum primum eſt, triplex eſſe forum: aliud contentioſum: aliud Sacramenti Pœnitentiæ, 2
quoddam verò velut medium, & iſtud dicitur forum conſcientiæ, quod quodammodo abſtrahit ab vtroquè. Forum contentioſum idem eſt, ac forum exterius, quo quis ab Eccleſia, ſiuè à iudice ligatur, aut abſoluitur: pænitentiale eſt forum Sacramentale, quando .s. quis in Sacramento ab aliquo peccato, ſeù cenſura abſoluitur, ſeù ligatur: forum conſcientiæ dicitur id, quo auctoritatem habens ordinariam, aut delegatam, ſiue ex priuilegio aliquis abſoluit non Sacramentalitèr, nec in foro contentioſo, ſed tantùm in foro ſecreto *Miranda in Manuali Prælatorum quæſt.* 46. *art.* 7. *poſt D. Antoninum* 3. *par. tit.* 24. *cap.* 77. *& Præpoſitum in cap. Præterea, il* 2. *de Sponſalibus.*

Secundum præſuppoſitum eſt, quòd, quamuis forum Sacramenta- 3
le, & conſcientiæ quibuſdam videatur vnum, & idem eſſe; re vera tamen non ita eſt: nam abſolutio, quæ conceditur in foro conſcientiæ tantùm, poteſt fieri à Sacerdotibus, & non Sacerdotibus extra Sacramentum; multoties .n. Epiſcoporum Vicarij non ſunt Sacerdotes, & tamen in hoc foro abſoluunt; nam ab excommunicatione in foro conſcientiæ poteſt abſoluere etiàm ille, qui tantum prima tonſura eſt initiatus, vt affirmat *S. Thomas in* 4. *diſt.* 18. *receptus à S. Antonino par.* 3. *tit.* 24. *cap.* 77. *& Ioann. Tabien. verb. Abſolutio ab excommunicatione*, quod notat *Nauar. in Manuali cap.* 27. *num.* 41. Cæterùm abſolu-

ſolutio in foro Sacramenti Pœnitentiæ à Sacerdotibus præcisè impertiri poteſt, nec poteſt dari extra Sacramentum. Vide *Syluest. verb. Abſolutio 1. num. 3. Nauarr. vbi ſupra.*

4 Tertium præſuppoſitum eſt, quòd, quamuis abſolutio in foro conſcientiæ à Sacerdotibus, & non Sacerdotibus dari poſſit; attamen ſi verba Bullæ Iubilæi, ſiuè priuilegij precipiant, vt detur à Sacerdotibus .s. Confeſſoribus, minimè fieri poterit ab alijs, qui non ſint Sacerdotes: quod eſt valdè notandum, atque memoriæ commendandum, vt not. *Mirand vbi ſupra*, & ſic eſt in propoſito, cum non poſſit dari abſolutio, niſi per Confeſſarium; omnes autem Confeſſarij ſunt Sacerdotes, quod de ſe conſtat.

5 Modò deueniendo ad difficultatem reſpondetur cum diſtinctione: ſi loquamur quo ad forum Sacramenti Pœnitentiæ, & quo ad forum conſcientiæ, dicendum eſt, tempore Iubilæi quemlibet Confeſſarium abſoluere poſſe ab omnibus caſibus reſeruatis, & cenſuris occultis, Papæ reſeruatis. Et ratio eſt, quia tunc temporis concedit facultatem abſoluendi à cenſuris, quarum abſolutionem difficulter concedere ſolet, verbi gratia eas, quæ ſunt in Bulla Cœnæ; ergo à fortiori concedit illas, quæ ſolet concedere, vt illæ, quæ ſunt extra dictam Bullam, iuxta illud commune dictum, ſi de quo minus, & de quo magis. Item abſoluere poſſunt Iubilæi tempore in foro conſcientiæ, vt conſtat per illam particulam, in foro conſcientiæ, quæ ſolet apponi regularitèr in omnibus Iubilæis. Cæterùm ſi loquamur quò ad forum contentioſum, negatiuè reſpondendum eſt, tùm quia Summus Pontifex non vult, vt abſolutio peccati in foro Sacramenti Pœnitentiæ, ſeù conſcientiæ impertita præiudicet foro contentioſo, ad quod ſi deducatur peccatum ſubiectum excommunicationi Summo Pontifici reſeruatæ, quòd alias fuerat occultum, in illo erit petenda abſolutio, niſi, vt infra dicam, conſtet fuiſſe priùs abſolutum; quia tunc non debet cogi ad nouam abſolutionem petendam. Vide *Praxim Neapolit. Marci Antonij Genuen. cap. 25. per totum.*

Item Iubilæum Pij V, Dat. olim anno Domini 1568. xv. Kalendas Nouembris Pontificatus ſui anno 3. vbi poſt alia, in ſequentia verba prorupit. *Declarantes inſuper tam præſentes, quàm aliàs quaſcunquè conceſſiones ſimilium, vel diſſimilium Indulgentiarum à nobis, & à prædeceſſoribus Noſtris hactenus emanatas, & in futurum quomodolibet emanandas Chriſti fidelibus conceſſas, niſi ad earum effectum in foro conſcientia, & pænitentiali conſequendum duntaxat, non autem in foro fori, & contentioſo.* Patet itaque abſolutionem cenſurarum occultarum Papæ reſeruatarum, per quemlibet Confeſſarium dari poſſe vi Iubilæi in foro

Sa-

Digitized by Google

Sacramenti Pœnitentiæ, & in foro conſcientiæ, quod ſecus eſt in foro contentioſo. Verùm notandum verba Iubilæi in primis eſſe attendenda, & penitus ſeruanda.

Fortè quæres ad quid prodeſt abſolutio à cenſuris prædictis in foro Sacramenti Pœnitentiæ, & in foro conſcientiæ virtute Iubilæi impertita? Reſpondetur, quòd prodeſt ad plura: prodeſt in primis ad ſpiritualem ſalutem animarum, vt ſ. pœnitens à Deo impetrare poſſit, quod intenditur per Iubilæum. Ita *Alphonſus de Leone de Officio, & poteſtate Confeſſarij tempore Iubilæi extraordinarij quæſt. 6. num. 50. poſt Graff. par. 2. lib. 4. Deciſionum cap. 15. num. 10.* Prodeſt ſecundò quia, ſi poſt abſolutionem in foro Sacramenti Pœnitentiæ, vel conſcientiæ contingat cenſuram illam, à qua pœnitens fuit abſolutus, ad forum contentioſum deduci, & conſtet in eo cenſuram per ipſum fuiſſe contractam, ipſo è contra probante abſolutionem per teſtimonium Confeſſarij, vel per teſtes aſſerentes ipſum fuiſſe confeſſum tempore Iubilæi, tanquam abſolutus poterit audiri in iudicio, nec cogetur ad aliam abſolutionem petendam. Ita *Alphonſus de Leone, vbi ſupra num. 60. poſt Duardum ab ipſo cit.* Tertiò prodeſt, vt ipſe pœnitens poſſit recipere Sacramenta. Quartò prodeſt, vt poſſit adipiſci Beneficia, ſibi canonicè collata. Quintò prodeſt, vt omnes, qui ſunt certi de illa abſolutione, licitè poſſint cum eo communicare. Ita *Alphonſus, vbi ſupra, poſt Nauar. conſ. 47. num. 3. de Sententia excommunicationis.* Sextò prodeſt, vt poſſit participare Eccleſiæ ſuffragia. Vide *Homob. de Exam. Eccl. tract. 5. cap. 6. quæſt. 38. per totum.* Septimò, & vltimo prodeſt, vt ab alijs pœnis excuſetur, quæ per illos actus infligi poſſunt, ſi eos actus poſt lapſum in cenſuram abſquè abſolutione exercuiſſet. Ita *Homob. vbi ſupra.*

DIFFICVLTAS TERTIA.

An virtute Iubilæi poſſit quis abſolui à cenſuris reſeruatis extra Sacramentum Pœnitentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quæ.*
2 *Supponitur, quòd pœnitens habeat intentionem confitendi Sacramentalitèr.*
3 *Ad difficultatem reſpondetur affirmatiuè.*
4 *Satisfit rationi dubitandi.*

RA-

1 RAtio difficultatis eſt, quia in Iubilæo regulariter conceditur facultas abſoluendi auditis Confeſſionibus.

2 Ante reſponſionem ſupponendum eſt pœnitentem, qui abſoluitur extra Sacramentum, habere intentionem confitendi poſtmodùm Sacramentaliter; talis eſt enim abſolutio in ordine ad lucrandum Iubilæum. Ita *Homob. tract. 5. de Examine Eccleſiaſtico, quæſt. 35. circa finem*, qui teſtatur de communi, vt notat *Alphonſus de Leone de Officio & poteſtate Confeſſarij, tempore Iubilæi extrardinarij quæſt. 6. nu. 56.* Supponendum eſt etiam, quòd, quamuis per reſolutionem præcedentis difficultatis ferè ſufficienter fuerit ſatisfactum huic difficultati; tamen non immeritò adhuc mouetur quæſtio iſta, vt difficultas magis ac magis pateſiat.

3 Occurritur itaque difficultati reſpondendo affirmatiuè, quiquid nonnulli aliter probabilitèr ſentiant, & nouiſſimè *Bizozerius in ſum. p. 3. de Abſol. ab excommunicationem num. 4.* Ratio eſt, tum quia in Bulla Iubilæi ſolet dari facultas abſoluendi in foro conſcientiæ; illa autem verba .s. *in foro conſcientiæ* deſignant, quòd abſolutio extra Pœnitentiæ Sacramentum impendi poteſt. *Alphonſus de Leone de Officio, & poteſtate Confeſſarij quæſt. 6. num. 36.* qui quamplures DD. huius ſententiæ refert *Hieronym. Rodericus in Reſolutionibus Quæſtionum Regul. verb. Abſolutio, quo ad ſeculares, reſol. 3. num. 34.* Aliud eſt enim forum pœnitèntiæ, & aliud conſcientiæ, vt ſupra notatum fuit: tum quia principis beneficia latiſſimè ſunt interpretanda: quinimmò ſæpè expedit, vt abſolutio detur extra Sacramentum. Probatur primò ex parte pœnitentis, exempli gratiâ, ſi pœnitens non ſit paratus, vt ſtatim confiteatur, & adſint cauſæ, ob quas expediat eum ſtatim abſolui à cenſuris. Patet hoc idem etiam ex parte Confeſſarij, vt ſi tempore Iubilæi ipſi non vacaret totam Confeſſionem audire; tunc enim ei licitum eſſet ſolos caſus, qui annexam habent excommunicationem, audire, & ab illa abſoluere, mittendo pænitentem ad alium, qui, audita Confeſſione, à peccatis abſoluat. Verùm notandum, quòd ſi pænitens à Superiore, vel à Confeſſario inferiori vi Iubilæi à cenſuris tantùm liberaretur, & poſtea à peccatis non abſolueretur, valeret quidem abſolutio, ſed ipſe pœnitens non conſequeretur Iubilæum, niſi poſt abſolutionem à peccatis. Ita *Auila par. 2. cap. 7. diſp. 3. dubit. 13. Coninchus de excommunicatione diſp. 14. dubit. 16. num. 251. Homobonus de Examine Eccleſiaſt. tract. 5. cap. 6. quæſt. 38.*

4 *circa medium*. Dicendum itaque quòd virtute Iubilæi poteſt quis abſolui à cenſuris extra Sacramentum Confeſſionis. Nec obſtat reſolutioni clauſula illa, quæ ſolet apponi in Bullis, *auditis s. Confeſſionib.* buia non refertur ad cenſuras, ſed ad peccata, quæ requirunt abſolu-

lu-

lutionem Sacramentalem. Ita *Rodriguez tom. 1. Quæſtionum Regular. quæſt. 61. art. 7. Sanchez lib. 8. de Matrim. diſp. 16. in fine, & diſput. 34. num. 30. Miranda in Manual. Prælat. Regularium tom. 1. quæſt. 46. art. 5. circa finem, & tom. 2. q. 35. art. 21. in concluſione, contra Homob. vbi ſupra, & alios*, quos afferunt *Alphonſus de Leone de Officio, & poteſtate Confeſſarij tempore Iubilæi extraordinarij quæſt. 6. num. 57. & Hieronym. Rodericus, vbi ſupra.*

ADDITIO.

C*Ommunior eſt reſolutio auctoris, contra* Sayrum, & citat. Zerollam, Filiucium, Sanctarellum, & Theſaurum, *poſſe in Iubilæis Confeſſarium abſoluere à cenſuris reſeruatis in foro conſcientiæ, ideſt extra ſacramentum pœnitentiæ, cui ex iuribus à Lupo allatis ſubſcribunt vltra præcitatos* Coninch. de Sacramentis diſput. 14. dub. 16. num. 253. Mazuchel de reſeruatis diſput. 1. quæſt. 4. diſt 9. num. 32. Baſſæus in ſuis floribus, verbo abſolutio num. 22. nouiſſimè P. Georgius Gobat in præclariſſimo ſuo Quinario tract. 3. cap. 34. num. 257.

Hinc deduco ſufficere tempore Iubilæi accedere ad aliquem confeſſarium, & abſolui à cenſuris extra ſacramentum, etiam ſine intentione confitendi apud illum, & tunc talis abſolutio liberabit, quia tantopere diſſident iſtæ duæ ſcilicet à peccatis, & à cenſuris abſolutiones, vt nullo modo ſit neceſſe vtramque ab eodem obtinere. Imo ſufficiet nulla explicata cenſuræ ſpecie, vel qualitate petere relaxationem omnium cenſurarum, ſi quas habet in quantum Sacerdos poteſt, & indiget pœnitens. Ratio eſt, quia ad abſolutionem extra Sacramentum recipiendam nulla diſtincta accuſatio eſt in præcepto. Sic in terminis Suarez tom. 5. parte 3. diſp. 7. ſect. 5. nu. 20. Gobat l. cit., num. 257. & 260.

Quæ dicta ſunt de cenſuris extra ſacramentum tollendis repetenda ſunt etiam de commutationibus votorum; nam cum non ſint materia in ſacramento pœnitentiæ neceſſaria poterunt extra illud expediri. Doctrina notanda eſt pro Religioſis priuilegiatis, qui etiam extra tempus Iubilæi gaudent facultate commutandi vota non reſeruata Sanctæ Sedi; poterunt enim vti hac iuriſdictione ſine ſacramento pœnitentiæ, ſi iuſta cauſa, vel ratio maioris opportunitatis id exigat. Baſſæus in ſuis floribus verbo votum 6. num. 14. Sanchez l. c. cum allegatis, Diana p. 5. tract. 12. reſol. 50. P. Georg. Gobat in cit. Quinario cap. 37. tract. 3. num. 283.

Dicta in præſenti notanda ſunt pro executoribus literarum Sacræ Pœnitentiariæ Apoſtolicæ, cuius commiſſiones ſolent exire cum clauſula in ſacramentali confeſſione tantum, vel audita ſacramentali confeſſione, *non obſtante enim tali expreſſione poterit diſpenſatio votorum, vel matrimonij impedimentorum fieri extra ſacramentalem confeſſionem; dummodo fiat*

ſecretò

ſecretò, & occultè ſeruata in reliquis adamuſſim Summi Pœnitentiarij præſcriptione. Sanchez lib. 8. de matrimonio diſp. 34. num 30. Diana p. 4. tract. 4. reſol. 8.

ART. II. DIFFICVLTAS PRIMA.

An vi Iubilæi Confeſſarij abſoluere poſſint nominatim excõmunicatum, aut manifeſtum percuſſorem Clerici.

SVMMARIVM.

1 *Ratio dubitandi quæ.*
2 *Difficultati ſatisfit cum diſtinctione.*
3 *Occurritur difficultati.*

1 RAtio dubitandi eſt, quia abſolutio prædictorum videtur, quòd debeat remitti ad Iudices competentes, nimirum ad eos, qui excommunicationis ſententias protulerunt, vt in primis tenet *Collector Priuilegiorum Regularium ver. Abſolutio quò ad ſeculares 2. §. 19. in fine, & Coaruuias in cap. Quamuis pactum, de Pactis in 6. prima par. num. 5. Ioannes Gutierez in Quæſtionibus canonicis cap. 1 num. 1.*

2 Ad quæſtionem reſpondendum eſt cum diſtinctione. Triplex eſt forum vt pluries dictum eſt, aliud contentioſum, aliud pœnitentiale, quoddam verò medium, & hoc dicitur conſcientiæ; quod quodammodò abſtrahit ab vno, & ab alio. Hoc habito, dicendum eſt nominatim excommunicatum, aut manifeſtum Clerici percuſſorem, in foro conſcientiæ, & Sacram. Pœnitentiæ abſolui poſſe; in foro verò fori, ſeu contentioſo minimè poſſe abſolui, niſi ſatisfacta parte, prout infra: tum quia Sum. Pontifex nunquam cenſetur in ſuis Bullis quenpiam lædere velle: tum quia non facit, vt abſolutio cedat in contemptum Iudicis excommunicantis; cederet autem in contempum, ſi quilibet Confeſſarius in foro contentioſo à tali excommunicatione abſoluere poſſet, vt not. *Nauar. conſil. 47. de Sententia excommunicationis*. Quæ quidem expoſitio ſatis colligitur ex Iubilæo Pij V. ſupracitato. Huius ſententiæ ſunt grauiſſimi DD. *Nauar. conſil. 47. de Sententia excommunicationis lib. 5. num. 4. & 5.* vbi allegat ſeipſum *in Manuali cap. 27. num. 3. & 48. Mirand. in Manual. Prælat. tom. 1. quæſt. 46. art. 6. & Tom. 2. quæſt. 35. art. 22.* Concludendum itaque eſt, quòd præ-
3 dicti, de quibus difficultas: poſſunt abſolui in foro conſcientiæ, & Pœnitentiæ. Nec videtur obſtare obiectio ab initio allata propter prædi-

ctam

ſtam declarationem Pij V. qui ſatis clarè proloquitur. Verùm qualitèr ſe gerere debeant circa Sacramenta, & alia, qui abſoluti ſunt in foro Pœnitentię, aut conſcientiæ tantum; dicendum eſt, quòd ita ſe gerere debent erga Sacramenta, & alia, ac ſi omninò iniuſtè in foro exteriori eſſent excommunicati. Hanc concluſionem tenet expreſsè *Soto in 4. diſt. 22. q. 1. art. 3. Nauar. in Manuali cap. 27. nu. 5. & 38. Couaruuias in cap. Alma Mater de Sent. Excom. in 6. par. 1. §. 9. nu. 7.* vbi, & D.D. iſti latiſſimè tractant de differentia, quæ eſt inter excommunicationem iniuſtam, & inter omninò nullam; quarum prima eſt, quòd iniuſta valet regulariter, quantum ad forum exterius: & eius virtute tanta fit executio, ac ſi eſſet iuſta, ad tradita per *cap. Cum inter, de Sent. & re iudicata, & l. Res iudicata ff. de Regul. iur.* At verò ſecunda .ſ. excommunicatio nulla, nullatenus eſt timenda, maximè ſi ſit nulla ex defectu cauſæ, ſiuè iuriſdictionis. Ita *Miranda in Manual. Prælatorum tom. 1. quæſt. 46. art. 8.*

Verùm fortaſsè quęres, an iſti poſſint celebrare abſque periculo irregularitatis? Reſpondet *Mirand. vbi ſupra*, quòd poterunt, quamuis celebrent publicè, & cum ſcandalo. Ratio eſt, quia publicitas facti, & ſcandalum non ſunt cauſæ, ratione quarum quis efficiatur irregularis; irregularitas .n. non contrahitur, niſi ob rationes in iure expreſſas: hinc fit, vt qui ſemel in interiori foro ab excommunicatione fuerit abſolutus, celebrando nullatenùs efficiatur irregularis in foro interiori; quinimmò nec in exteriori, adeò vt ſi Iudici conſtaret ipſum fuiſſe in interiori foro abſolutum, nullatenùs (ſecundum æquitatem loquendo) eundem deberet condemnare tanquam irregularem. Vid. *Nauar. in Manual. cap. 27. num. 3. & 38. Mirand. vbi ſupra, & Simancas de Catholicis inſtitutionibus cap. 27. num. 79.* iudicabitur tamen iſte in foro fori irregularis in rigore iuris, vt not. *Mirand. in Manuali Prælatorum tom. 1. quæſt. 46. art. 8. & tom. 2. quæſt. 35. artic. 21.*

Vt autem excommunicatus, qui occaſione Iubilæi fuit abſolutus, non euitetur per Iudicem, non ſufficit eum habere ſchedulam Confeſſarij, qua dicatur ſe fuiſſe abſolutum, ſed neceſſarij ſunt duo teſtes, quibus probetur ipſum pęnitentem parti ſatisfeciſſe, & ab excommunicatione abſolutum fuiſſe, nam non ſufficit Confeſſarij dictum contra id, quod in foro exteriori aduerſus excommunicatum ſic abſolutum poteſt opponi, ſi non adſint teſtes. Vnde, vt prædicta ſchedula Confeſſarij ab ipſo obſignata in foro exteriori fidem faciat, neceſſe eſt, vt ipſa tradatur pęnitenti coram Notario, & teſtibus, & quòd Notarius eam ſubſcribat rogatus à Confeſſario, ſeù ab alio coram prædictis teſtibus, vt contentum in ea recipiatur, & admittatur. Ita *Miranda in Manuali Pręlat. tom. 2. quæſt. 35. art. 22. in concluſione poſt Nau. de Sent. excommu-*

nicationis conſ. 47. num. 4.

Tandem, vt ſemel finiam circa abſolutionem in foro conſcientiæ; cum ſæpè ſepiùs contingat verba Iubilæi variari, reſtringi, & ampliari iuxtà placitum Summi Pontificis, erunt diligentiſſimè attendenda, nec ab eis vllo modo recedendum; nam tantum valent, quantum ſonant.

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An quilibet Confeſſarius vi Iubilæi ſatisfacta parte abſoluere poſſit quò ad omne forum.

SVMMARIVM.

1 *Ratio dubitandi quæ.*
2 *Aliqui ſuſtinent partem affirmatiuam.*
3. *Sententia Auctoris.*

1 RAtio difficultatis eſt, quia ſupponimus in Iubilæo nullam fieri mentionem de abſolutione in foro contentioſo.

2 Ad difficultatem dico nonnullos graues DD. in hac reſidere ſententia, vt ſatisfacta parte vi Iubilæi à quolibet Sacerdote poſſit dari abſolutio, etiam in foro contentioſo: nam de alijs negatur abſoluere poſſe in Sacramento Pœnitentiæ. Patet de ſe, & per ea, quæ ſupra Art. 1. diff. 2. dicta ſunt; & conſequentèr tantùm Sacerdotes Confeſſarij quò ad omne forum poſſunt abſoluere. Vid. *Medinam in Sum. Confeſſorum par. 2. cap. 12. in fin. Ledeſma etiam in par. 2. q. 16. art. 1. dub. vlt. Nauar. de Sent. excomm. Conſil. 47. nu. 4. & 5.* vbi allegat ſe ipſum in *Manuali cap. 27. num. 48. apud Mirand. in Manual. Prælatorum Regul. tom. 1. quæſt. 46. art. 6. item tom. 2. quæſt. 35. art. 22. Garciam par. 1. de Beneficijs cap. 5. num. 55. contra Graſſium part. 2. lib. 4. Deciſ. cap. 15. num. 10. Alphonſum de Leone de Officio, & poteſt. Confeſſarij tempore Iubilæi extraordinarij q. 6. num. 52.* Prædicti DD. colligunt veritatem hanc præcipuè ex Iubilæo Pij V. de quo ſupra, vbi Pontifex vetat abſolutionem in foro fori eorum, qui non ſatisfaciunt. Ex quo loco à contrario ſenſu procedendo colligunt, quòd ſatisfacientes poſſunt abſolui: item hoc idem colligunt *ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Reformat. cap. 12.* vbi poſtquam dicitur, quòd excommunicati nominatim, ex quo defraudant decimas, non abſoluantur, niſi plena ſecuta reſtitutione; hinc, inquam, colligunt, quod eadem ſubſecuta de mente Concil. abſolui poſſint. Mihi verò, pace tantorum Doctorum, videtur limitandum, quòd poſſint quidem illos abſoluere, ſed ſolummodò in caſu illo, quo fuerit expreſ-

ſum in Bulla, vt tales abſolui poſſint præſtita ſatisfactione, vt poſt *Rodriquez par. 1. ſum. cap. 33. num. 9. Tolet. lib. 1. cap. 14. num. 9. notat Alphonſus de Leone de Officio, & poteſtate Confeſſarij tempore Iubilæi extraordinarij quæſt. 6. num. 60.* Concludimus itaque, quòd ſatisfacta parte poteſt dari abſolutio tempore Iubilæi, non ſimpliciter, ſed ſolùm in caſu, qui exprimitur per ipſum Iubilæum: verba .n. Iubilæi tantum valent, quantum ſonant, vt dictum eſt.

Verùm quæres, quid Iuris, ſi offenſa, ſeu læſio ſit dubia. Reſpondetur, quòd pænitens in tali contingentia debet præſtare ſatisfactionem competentem ad arbitrium boni viri. Ita tradit *Alphonſus de Leone, vbi ſupra num. 48. poſt Duardum lib. 3. Expoſitionis Bullæ Cœnæ §. 2. q. 1.* 3

ADDITIO.

REgularıter Bullæ Iubilæorum ſolent gratias reſtringere ad ſolum forum internum, quod, vt diximus, eſſe poteſt vel pænitentiæ, vel conſcientiæ; neque ſolent concedere relaxationem pænarum in foro externo, quod iudicium eſt, non confeſſariorum. Nihilominus perpendenda erit textura ſingulorum Iubilæorum; poteſt enim, & vult aliquando Pontifex concedere iuriſdictionem in vtroque foro ſimplicibus Confeſſarijs.

Quando in Iubilæi literis aderit clauſula limitatiua tantum, vel ſolum *v. g.* in Sacramento confeſſionis tantum, *vel* in foro ſolum interiori *nulla fiet poteſtas abſoluendi in foro externo, ſi verò particulæ tales non addantur, nec aliundè poſſint colligi aut ſubaudiri, tum exiſtimãda erit iuriſdictio mandata pro vtroque foro. Sic* Rodriquez in quæſt. Regularibus quæſt. 61. art. 6. Filiucius tract. 11. num. 291. Gobar in Quinario cap. 35. num. 277. tract. 3.

Quod addit Lupus num. 3. *pænitentem dubium de læſione, ſeu offenſa teneri præſtare ſatisfactionem competentem arbitrio boni viri, non admitto, cum nemo ſit obligandus ſine manifeſta ratione; ideoque ſentio talem dubium pænitentem de damno, vel offenſa (præſtita morali diligentia, nec inuenta certa obligatione) abſoluendum eſſe ſine ſatisfactione, dummodo paratus ſit ea agere ad quæ certò nouerit obligari.* Laiman lib. 1. tract. primo cap. 5. num. 31. fauet Leſſius lib. 2. cap. 10. dub. 6. nu. 39. Tamburin in decalogum lib. 1. cap. 3. verbo damnum.

DIFFICVLTAS TERTIA.

An in foro fori per quemuis Confeſſarium vi Iubilæi à cenſuris abſolui poſſit ille, qui omninò non poteſt ſatisfacere parti propter inopiam, aut illam ſimilem cauſam.

S V M M A R I V M.

1 *Ratio dubitandi quæ.*
2 *Difficultati reſpondetur affirmatiuè.*
3 *Supponitur primò, quòd ſit preſtita cautio.*
4 *Supponitur ſecundò, quòd deficiens reincidat in eandem cenſuram.*
5 *Sequitur reincidentia; licèt denuò non excommunicetur Reus.*

1 RAtio dubitandi eſt, quia Summus Pontifex in ſuis Bullis non videtur quempiam lædere velle; læderentur autem multi, ſi tempore Iubilæi excommunicatî ob retentionem rei alienæ abſolui poſſent.

2 Ad difficultatem reſpondetur affirmatiuè, vt tradunt de communi infraſcripti Doctores *Medina in ſua ſum. Confeſſorum par. 2. cap. 12. in fin. Nau. lib. 5. Conſil. de Sent. excom. conſ. 47. num. 4 & 5.* vbi allegat ſeipſum in *Manuali cap. 27. num. 48. Ledeſma 2. par. ſum. quæſt. 16. art. 1. dub. vltim.* quos Doctores habes apud *Mirand. in Manual. Prælatorum tom. 1. quæſt. 46. art. 6. item tom. 2. q. 35. art. 22.*

3 Verùm hæc ſunt attendenda duobus ſuppoſitis, quorum primum eſt, quòd ſit præſtita debita, atque legitima cautio de ſatisfaciendo, vt not. *Mirand. vbi ſupra*, ad mentem prædictorum Doctorum.

4 Alterum eſt, quòd ſi non ſatisfecerint (quam primùm potuerint) in eandem excommunicationem iterùm reincidunt; datur enim huiuſmodi abſolutio in hoc caſu ad reincidentiam, vt docet *Rodriquez par. 1. ſumm. cap. 184.* quod notat *Alphonſus de Leone de Offic. & poteſtate Confeſſarij tempore Iubilæi extraordinarij quæſt. 6. num. 35.* ſic .n. declarauit Pius V. & Gregorius xiij. peculiaribus editis Bullis, vt not. *Homob. de Exam. Eccleſiaſt. tract. 5. cap. 6. quæſt.* 38. Hinc exhortor cum ipſo Homob. Confeſſarios omnes, vt in hoc caſu magnam diligentiam adhibeant, quinimò animaduertant, quòd, ſi debitor in totum reſtituere nequit, ad partem ſaltem reſtituendam tenetur, vt communitèr volunt DD. Ita *Ioannes Conradus par. 1. q. 172. Berarduccius in Summa par. 3. tit. de Excommunicatione num. 27. & alij.*

In-

Inſuper notandum, quòd abſoluti ad inſtantiam, & ſupplicationem 4
partis, ipſa parte concedente prorogationem termini, finito tali termino, ſtatim reincidunt in ipſam excommunicationem, etiam ſi Iudex non eos iterum excommunicet, ſi dicta prorogatio authoritate Iudicis fuerit 5
facta. Legendus eſt *Hoſtienſ. in cap. Preterea de Appellation. Couaruuias in citato cap. Quamuis pactum par. 1. in princ. num. 5.* quinimmò eſt communis doctrina Canoniſtarum, atque Legiſtarum, vt not. *Mirand. in Manuali Prelatorum Regularium tom. 2. queſt. 35. art. 23.* Vid. etiam *Nauar. in ſuo Manuali cap. 27. num. 15.*

ADDITIO.

*A*Duertit Auctor noſter num. 4. *abſolutum à cenſura preſtita cautione ſatisfatiendi parti leſe, ſi poſtmodum non ſatisfaciat reincidere in eandem cenſuram. Doctrinam admitto in caſibus allatis Iubilæorũ B. Pij V. & Gregorij XIII. & in omnibus alijs, in quibus aliqua particularis expreſſio Summi Pontificis Iubileum concedentis diſponeret, abſolutionem dandam eſſe ſub reincidentia. Caterum, hoc decreto preciſo, de iure communi dicendum eſt abſolutionem datam offerrenti ſatisfactionem ob aquirendum Iubileum eſſe debere abſolutam, nec addendam eſſe reincidentiam, vel ſubintelligendam conditionem ſi fecerit hoc, aut illud; & ſic ex regula generali ſentio, pænitentem, qui ſatisfactioni promiſſę nõ ſtuduerit, cenſuram denuo non incurrere. Sic mecum* Diana p. 3. tract. 9. reſol. 25. P. Georg. Gobat in Quinario tract. 3. num. 270. cap. 35.

ART. III. DIFFICVLTAS PRIMA.

An, quando in Indulgentijs dicitur *Indulgentia plenaria per modum Iubilæi, ad inſtar Iubilæi, ſeu in forma Iubilæi,* per talem particulam detur facultas, vt quiſquè poſſit abſolui ab omnibus cenſuris, & caſibus reſeruatis.

SVMMARIVM.

1 *Ratio dubitandi quę.*
2 *Opinio affirmatiua.*
3 *Opinio negatiua ſequenda.*
4 *Reſpondetur rationi dubitandi.*
5 *Afferuntur vtilitates huiuſmodi Indulgentię in forma Iubilęi.*
6 *Vt plurimum Indulgentia in forma Iubilęi conceditur in articulo mortis.*

Ra.

1 RAtio difficultatis eſt, quia vnumquodque verbum etiam minimum non debet cenſeri appoſitum ſine virtute aliquid operandi, *L. Si quando ff. de Leg. 1. Bald. in Rubrica C. de Contrahenda empt. queſit. 9.* quod notat *Naldus verb. Verba num. 5.* Item verba ſemper intelligi debent, vt aliquid operentur, citata *l. Si quando, in principio ff. de Legatis 1.* Modò in pluribus Conſtitutionibus, & præcipuè in Conſtitutione 8. Pij Papæ V. cõcedit Monialibus nouitijs ex hac vita decedentibus plenariam peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem in forma Iubilæi. Item Paulus V. quibuſdam rebus benedictis ad inſtantiam Oratoris in Vrbe pro Rege Hiſpaniarum conceſſit Indulgentiam in forma Iubilæi ijs, qui ieiunarent ferijs vj. vnius anni. Videtur itaque quod huiuſmodi verba ad inſtar ſeù in forma Iubilæi aliquid operentur.

2 Modò ad difficultatem deueniendo, obſeruandum eſt, quòd DD. Doctoribus contrariantur; nam alij tenent partem affirmatiuam: alij negatiuam. A parte affirmatiua eſt *Coriolanus de Caſib. reſer. par. 1. ſect. 3. art. 15. num. 5. Graff. per ipſum citatus in lib. 4. Caſuum Conſcientiæ cap. 15. num. 21. Peirinus tom. 2. ſup. Conſtitutione 8. Pij V. num. 6. ibi not. 4. Molfeſius de Sacram. in Sacramento Pœnitentiæ, vbi de Indulgentijs, num. 23. citat Nauar. in Commentarijs de Iubileo in quatuor primis notabilibus. Reginald. lib. 7. num. 146.* à quibus tamen non poteſt ſatis dignoſci.

3 A parte verò negatiua eſt in primis *Suarez tom. 4. diſp. 50. ſect. 5. num. 8. & tom. 5. diſt. 6. ſect. 5. num. 29. Item Alphonſus de Leone de Officio, & poteſtate Confeſſarij tempore Iubilæi extraordinarij, queſt. proœmiali num. 15.* quibus etiam fauet *Rodriquez tom. 2. Queſtionum Regularium queſt. 90* cum quibus etiam ego ſum tanquam pulex inter Elephantes. Et ratio ea eſſe videtur, tum quia ad inſtar, ſeù in forma ſignificat ſimilitudinem: & regula Iuris docet, quod omne ſimile non eſt idem *l. Quod Nerua ff. Depoſiti*: tum etiam quia Summi Pontifices, quando tales facultates voluerunt concedere, illas in Bulla expreſſerunt: quod notat dictus *Alphonſus de Leone, vbi ſupra*, allegando diuerſos Summos Pontifices, qui hoc expreſſerunt: tum præterea, quia verba, quantumcumquè generalia, non extenduntur ad incogitata, *l. Cum Aquiliana ff. de Tranſact. cap. Ne quis, vbi Glo. 22. queſt. 2. ver. Fures*. Non videtur autem eſſe de peritorum mente, vt iugiter maneat facultas abſoluendi à caſibus, & cenſuris reſeruatis tum Epiſcopo, tum Summo Pontifici, ſicut contingit fieri in Iubilæo: tum etiam quia verba debent intelligi, prout melius adaptari poſſunt, vt notat *Gribaldus de ratione ſtuden. in iure lib. 2. verb. Verba*; immò recedendum eſt à verbis, vbicunque ex verbis ſimpliciter intellectis ſequitur aliquod abſurdum *l. Nam abſurdum ff. de Bon. liber.*; videtur autem abſurdum, quòd apud quemlibet Confeſſarium, licèt ab

Or-

Ordinario ſuo admiſſum, reſideat facultas abſoluendi ab omni caſu, & ab omni cenſura tum Epiſcopo, tum Sum. Pontifici reſeruata: quod quidem ſequeretur, ſi daretur talis facultas, quando conceditur priuilegium abſoluendi in forma Iubilæi; habentur enim præ manibus ferè ab omnibus medaleæ, coronæ, & ſimilia, per quas poſſet conſequi huiuſmodi priuilegium abſoluendi à reſeruatis, & à cenſuris.

Nec refragatur huiuſmodi doctrinæ ratio dubitandi à principio allata, 4
quia iuxta *Suarez tom. 4. de Religione tract. 7. lib. 2. cap. 19. nu. 14. apud Peirinum loc. cit.* duplex eſt vtilitas huius priuilegij. Prima, quia quilibet Confeſſarius ordinarius, etiam præſente Prælato, habet auctorita- 5
tem abſoluendi eos, à quibus poteſt. Altera, quia nulla remanet neceſſitas comparendi, quando quis abſoluitur in forma Iubilæi, quod not. *Peirinus loc. cit. post Nugnum in Explicatione Bullæ Cruciatæ §. 11. verſ. 2.*

Item obſeruandum eſt, vt plurimum, cum conceditur Indulgentia in 6
forma Iubilæi, hoc ſolet fieri ſolummodò in mortis articulo, vti iam conceſſit Pius V. Conſtitutione 8. pro Nouitijs decedentibus ex hac vita, & S. D. N. Vrbanus Papa viij. anno 1625. medaleis, & coronis, &c. vulgò dictis Sanctorum quinque S. Iſidori, Ignatij, &c. Si dicas, pro illo tunc omnes Confeſſarios, immò omnes Sacerdotes abſoluendi tàm à caſibus reſeruatis, quàm à cenſuris habere facultatem, & conſequenter nihil eis tribui. Reſpondetur, quòd aliquid tribuitur pœnitentibus in illo articulo exiſtentibus, quia (vti ſupra cautum fuit) poſſunt abſolui, prout ſupra, etiam præſente Prælato, habente auctoritatem, & etiam nulla ipſis remanet neceſſitas comparendi. Concluditur itaque per Indulgentias in forma Iubilæi non poſſe quemquam abſolui à peccatis reſeruatis, neque à cenſuris item reſeruatis. Nec tamen verba ſunt gratis appoſita, vt conſtat per ea, quæ dicta ſunt.

ADDITIO.

F*Requentiſſima fuit ſemper hæc diſputatio, volentibus multis indulgentias* omnes in forma Iubilæi *comprehendere omnes fauores abſolutionum, & conceſſionum, qui tranſeunt cum Iubilæis extraordinarijs.* Ita Graffius, Peirinus, Molfeſius citati ab Auctore num. 2. *quibus addo* Filiucium, & Eſcobar in ſumma tract. 7. exam. 5. num. 56. & alios apud Gobat, vt infra, allegatos. *Certiſſima tamen eſt negatiua, nempe Indulgentiam in forma Iubilæi eſſe ſimplicem Indulgentiam plenariam, ſine vllo priuilegio eligendi confeſſarium, qui abſoluat à reſeruatis, & vota commutet. Patet, quia vel includeret fauores Iubilæi Romani anni Sancti, vel Iubilæi extraordinarij duarum hebdomadarum. Primũ non cõtinet, quia pro Indulgentia illa Romana quærenda tot actiones operoſas, & incommodas Eccleſia præſcribit,*

quæ

quæ ſine proportione credi nequeunt commutatæ in leuiſſimam orationem, vel communionis, aut alterius piæ actionis functionem. Secundum pariter duarum hebdomadarum Iubileum non inuoluit, quia fauores illius ſunt incerti; aliquando enim conceduntur amplè comprehendentes abſolutionem etiam à caſibus Bullæ Cœnæ, aliquando limitatè. Debemus itaque aſſerere per formulam illam in forma Iubilæi *explicari, remiſſionem peccatorum, & pœnarum dari pleniſſimam; & quamuis ex hac explicatione ſequatur omnem Plenariam Indulgentiam eſſe Iubileum ſic intellectum, quod & ego admitto; attamen Pontifices peculiariter ideo aliquas gratias plenarias hoc nomine appellant* in forma Iubilæi, *vt oſtendant maiorem non effectus, ſed affectus abundantiam; pro vt etiam aliquando alias Indulgentias ſolent nominare* pleniſſimas. *Sic* Diana p. 10. tract. 16. reſol. 5. Anton. Cotoň. controuerſiarum moralium lib. 2. controuerſia 12. cap. 1. nu. 25. Latiſſimè P. Georgius Gobat in ſuo Quinario cap. 5. parte 2. tract. 4. à num. 299. vſque ad 312. *vbi doctiſſimè reſpondet rationibus contrariæ opinationis.*

DIFFICVLTAS SECVNDA.

An per conceſſionem Indulgentiæ plenariæ à pœna, & à culpa detur facultas pœnitenti eligendi ſibi Confeſſarium, per quem à caſibus reſeruatis abſolui poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis quę.*
2 *Tria ſunt prȩnotanda antè reſolutionem.*
3 *Circa reſolutionem difficultatis afferuntur diuerſȩ interpretationes.*
4 *Quȩnam harum interpretationum ſit ſecurior, & quȩnam veriſimilior affertur.*
5 *Satisfit rationi dubitandi.*

1 RAtio difficultatis eſt, quia huiuſmodi facultas in Iubilæis tantùm videtur concedi.

2 Antè reſolutionem tria ſunt prænotanda. Primum eſt, quòd, quanuis Indulgentia ex accidenti, & indirectè ſit remiſſio culpæ, (ſupponit .n. in illo, qui eam conſequitur, omnis mortalis culpæ remiſſionem, cum non poſſit concedi exiſtenti in peccato mortali, vt habetur *in Clement. Vnigenitus, de Pœnit. & remiſſ.*) attamen ipſa per ſe, & directè eſt remiſſio ſolius pœnæ temporalis. Communis eſt doctrina, quam in primis notat *Reginald. lib. 7. cap. 10. nu. 105. Suarez tom. 4. diſp. 50. ſect. 1.*

Al-

Alterum prænotandum eſt, clauſulam illam, nimirùm, à culpa, & à pœna, ortum habuiſſe ab Extrauaganti *Antiquorum*, *eodem tit.* vbi *Bonifacius Octauus*, ait, *viſitanti Baſilicam Apoſtolorum concedimus pleniſſimam Indulgentiam, ac veniam omnium peccatorum ſuorum*; quod notat *Ioſeph Angles in Florib. Theologicarũ quæſt. par. 2. de Indulgentijs, diffic. ſept.*

Tertiò ſupponendum eſt cum *Reginaldo loco infracitando*, quòd Sedes Apoſtolica vtens prædicta forma in quarumdam Indulgentiarum conceſſione, cenſetur ſignificare, ſe circa culpæ remiſſionem aliquid operari, quod non operatur in aliarum conceſſione; non enim fruſtra, & temerè fit, quòd interdum exprimat culpæ nomen, cum ſoleat illud reticere. Ita *Reginald. lib. 7. cap. 10. num. 105.*

Pro reſolutione ſciendum eſt DD. verbum illud, nempè, *à culpa*, diuerſimodè interpretari. Aliqui, vt *Paludanus in 4. ſent. Diſt. 20. q. 4. ſub finem*, vt obſeruat *Reginal. loc. cit. num. 106.* interpretatur Indulgentiam dici à culpa non quidem mortali, circa quam nihil poteſt Indulgentia, ſed veniali, ad cuius remiſſionem iudicandum eſt Summum Pontificem probabiliter Indulgentiam inſtituiſſe tanquam Sacramentale opus. Alij, vt *Toletus lib. 6. cap. 21. num. 2. & alij*, illud verbum *à culpa*, interpretantur, ſic, quòd ratione præparationis ad Indulgentiam conſequendam remittatur culpa, & ratione verò ipſius Indulgentiæ remittatur pœna. Alij denique, vt *Valentia, Tom. 4. diſp. 7. q. 20. pun. 3. ibi, ac notandum*, interpretantur, quòd per illud verbum, (*à culpa*) conceditur pœnitenti facultas eligendi ſibi Confeſſarium approbatum, qui ipſum abſoluat à quauis culpa. Idem ſentit *Hyppolitus Carracciolus in ſerm. Indulgentiarum circa princip. vltimæ paginæ. Emanuel Sà verb. Indulg. ſub. num. 16. Polacchus in Com. ad Bullam Anni Sancti ſect. 11. num. 5.* Huic opinioni etiam fauet *Bottonius in Obſeruationibus ſuper Iubileum Sixti V.* exponens verba illa, *Pleniſſimam omnium peccatorum Indulgentiam*. Huic quoque concordat *Rodriquez in Explicatione Bullæ Cruciatæ cap. 1. fund. 3. & Corduba lib. 7. de Indulgentijs apud Alphonſum de Leone de Officio, & poteſtate Confeſſarij tempore Iubilæi extraordinarij quæſt. 6. nu. 40 & quæſt. 5. proœmiali num. 12.* 3

Ego in hac interpretationum varietate nolo impræſentiarum vicem Iudicis agere, nec meam interpretationem afferre, quamlibet allatarum in propria probabilitate relinquendo, dico ſolummodò primam, & ſecundam interpretationem eſſe ſecuriorem, cum pro certò habeamus per Indulgentias non remitti niſi pœnas. Tertia verò interpretatio videtur veraſimilior, cum magis ſequatur verborum proprietatem; quamuis enim non auferantur per Indulgentias culpæ; non inconuenit tamen per ipſas dari media ad illas auferendas, vt patet de multis Indulgentijs, per quas habetur facultas eligendi Confeſſarium approbatum; ſuppoſito ta- 4

men, quòd ſint vſu receptæ. Vnum aliud cognoſcere potui his temporibus huiuſmodi Indulgentias à pœna, & à culpa non ſolere concedi; ſed ſuppoſito, quòd concedantur, non videtur improbabilis interpretatio tertiæ ſententiæ.

Nec obſtat ratio dubitandi, quia quamuis Summus Pontifex huiuſmodi facultatem eligendi Confeſſarium approbatum non conſueuerit
5 concedere niſi in Iubilæis; tamen extra Iubilæum poteſt illam concedere, vt de ſe notum eſt, & Doctorum interpretatio non eſt improbabilis; ideò illa vti poſſumus. Verum hortor, atque exortor quoslibet Confeſſarios ſequi ſemper partem ſecuriorem, ne ex auſu ſibi exitium, aut præcipitium præparent.

ADDITIO.

Indulgentia eſt relaxatio pœnæ, non autem culpæ, & per ipſius acquiſitionem, vel conceſſionem ne venialis quidem culpa directè remittitur, vti docet verior, & recepta communiori calculo ſententia. Suarez diſp. 50. ſect. 1. num. 11. *& patet ex textu in* Extrauagante Vnigenitus.

Indulgentiæ igitur à culpa, & à pœna *tales dicuntur, eo quod cum illis concedatur facultas abſoluendi à culpa etiam reſeruata.* Leзana to. 3. verbo Indulgentia, Rainaud in ſcapulari p. 2. quæſt. 5. num. 1. alij cum P. Georgio Gobat in ſuo Quinario tract. 4. num. 17. cap. 2.

Et hæc, meo ſenſu, eſt verior interpretatio illius formulæ à culpa, & à pœna, *de cuius ſecuritate in praxi, audiendo Confeſſiones non dubitarem; cum maximè pro abſolutione cenſurarum, & reſeruatorum ſufficiat ſe conformare opinioni probabili de propria iuriſdictione, licet à parte rei falſa coram Deo eſſe poſſit, & quamuis ipſa opinio probabilis in tali caſu Indulgentiam non tribuat.* Diana p. 10. tract. 11. reſol. 34. Eminent. Lugo tom. 3. diſp. 19. ſect. 2. §. 1. Gobat in Quinario tract. 3. cap. 44. num. 333. & ego latius ſuperioribus additionibus *notaui.*

DI-

DISTINCTIO VIGESIMASECVNDA.

De pęnis abſoluentium ſine facultate à caſibus reſeruatis tàm Papæ, quàm Epiſcopis. Et de abſoluente iure ordinario, vel delegato.

Circa præſentem diſtinctionem non procedam ordine conſueto, ponendo priùs articulos, deindè difficultates, ſed immediatè diuidam diſtinctionem in duos articulos, abſq; ſubdiſtinctione difficultatum; quorum primus reſpicit pœnas abſoluentium ſine facultate: alter verò reſpicit abſoluentem iure ordinario, aût delegato.

ARTICVLVS I.

De pœnis abſoluentium ſine facultate à caſibus reſeruatis tàm Papæ, quàm Epiſcopis.

SVMMARIVM.

1 *Quatuor mala dimanant ex prædictâ abſolutione.*
2 *Non poteſt quis abſoluere à cenſuris per Ordinarios locorum latis.*
3 *Quatuor ſunt genera abſoluentium, qui à pœnis poſitis in Decreto eximuntur.*
4 *In duobus præcipuè differunt caſus Papales ab Epiſcopalibus.*
5 *Conueniunt caſus Papæ, & Epiſcopi; quia tàm in iſtis, quàm in illis nomine caſuum non veniunt commutationes, nec diſpenſationes, nec relaxationes.*
6 *Non dubiè agit, qui probabilem eligit opinionem.*

Primò, Abſoluens ſine facultate à caſibus reſeruatis Papæ, aût Epiſcopo, culpæ mortalis eſt reus.
Secundò, Abſolutio tradita nulla eſt.
Tertiò, Excommunicatione Papæ reſeruata innodatur.
Quartò, Ipſo facto Officijs, Dignitatibus, & Beneficijs, quæ ha-

bet, priuatus eſt: nec non ad quæcunque Officia, Præfecturas, & Beneficia inhabilis efficitur. Et huiuſmodi pęnis afficiuntur etiam Regulares, vt claret tùm ex Decr. Sac. Cong. Præpoſitę neg. & conſ. Epiſcoporum, & Reg. ſub Clem. viij. quod incipit, *Sacra Congreg.* tùm ex Declarat. eiuſdem Sac. Congreg. ſuper illud, quæ incipit, *Editum fuit*, tùm etiam ex altero eiuſdem Sac. Congreg. Decr. ſub Paulo V. incipiente *Quoniam Sacra Congregatio*, quo prædictum Decretum, & Declarat. confirmat, & innouat, addita prohibitione abſoluendi à Caſibus Sedi Apoſtolicæ, & Ordinarijs locorum reſeruatis, ſed pęnis, vt in illis. Quæ Decreta, & Declarationem habes apud *Naldum in Sum. verbo Caſus, num. 14.*

Quæres, an aliquis abſoluendo à caſibus reſeruatis Papæ, vel Epiſcopis ſit immunis à prædictis pęnis.

Reſpondetur affirmatiuè. Notandum itaque, quòd quatuor ſunt,
qui non incidunt in dictas pęnas. Primò qui caſum, à quo abſoluit,
3 probabiliter ignorat eſſe reſeruatum, vt potè, quia pęnitens non ſatis
peccati qualitatem explicet: cum .n. Confeſſarius iudicis perſonam ſuſtineat ſecundum allegata, & probata iudicare debet, *l. Illicitas §. veritas ff. de Off. Præſid.* ſecùs ſi ignoraret affectata ignorantia, v. g. ſi nollet legere caſus reſeruatos, vel interrogare pænitentem; ne agnoſcat veritatem, iuxta illud pſalmi .s. *Noluit intelligere, vt bene ageret.*

Secundò non incidit, vbi quis probobiliter exiſtimat ſe tunc abſoluere poſſe, quamùis deinceps animaduertat ſe non potuiſſe. Idem dicitur ſi bona fide, aut per obliuionem, aut per inconſiderationem quis abſoluerit: nam Decretum, auſum, & præſumptionem requirit; at lex puniens præſumentem, non punit bona fide facientem. *Riccius cum communi in Praxi var. reſol. reſol. 19. relatus per Homob. de Caſi. reſer. par. 1. de cauſa finali caſ. reſ.*

Tertiò non incidit, qui in dubio facti abſoluit; quia caſus in dubio .s. facti non præſumitur reſeruatus. Ita *Eman. Sà ver. Caſus num. 5.*

Dices, in Decreto S. Congregationis ſuper abſolutionem caſuum reſeruatorum ſub prædictis pęnis, abſolutionem à caſibus reſeruatis claris, vel dubijs prohiberi. Reſpondetur hoc procedere tantùm in caſibus in Bulla Cęnæ, quod ſatis claret ex verbis prædicti Decreti. Vide *Quaranta in Sum. Bull. ver. Caſ. reſ.*

Quartò in prædictas pęnas non incidunt Vrbis Romæ Confeſſarij,
4 nec item illi, qui extra Italiam degunt; ſi quidem Decretum hos non
complectitur, vt patet Decretum intuenti.

Quæres fortè, an ſit diſcrimen inter caſus Papales, & Epiſcopales. Reſpondetur affirmatiuè, & in duobus præcipuè differunt. Primò quia Pontificij regulariter annexam habent cenſuram. Epiſcopales verò, vt

plu-

pluriſmum ſunt abſque cenſura. Secundò Caſus Pontificij à iure, vt plurimum dicuntur, quod de Epiſcopalibus non ita clarè apparet.

In hoc verò potiſſimùm conueniunt, quòd ſub nomine caſuum, vo-
torum, ſeù iuramentorum, commutationes, relaxationes, vel irregu- 5
laritatum diſpenſationes non comprehenduntur; ita vt ſi Papa, vel Epi-
ſcopus alicui omnes ſuos caſus, & cenſuras concedat, facultatem diſ-
penſandi ſuper his, ſ. votis, iuramentis, & irregularitatibus impertiri
non cenſeatur. *Sayrus in Clau. regia lib. 1. cap. 1. Graff. lib. 1. Deciſ. aur. cap. 13. num. 63. Molf. tract. 7. cap. 18. nu. 5. Homob. de Caſib. reſer. par. 1. de cauſ. efficien.* Eſt communis DD. ſententia.

Vbi tamen incidenter aduertendum, illum nón dici dubiè agere, nec
peccare, qui de duabus opinionibus, ſaltèm probabilibus, alteram 6
eligit, eo quod bona fide credit eam eſſe veram: huiuſmodi nanque homini res illa non eſt dubia, licèt fortè aliquo ſcrupulo angatur. Eſt enim in opinione aſſenſus, qui in dubio deeſt. Dubium eſt, cum neutri parti aſſentiris. Scrupulus verò cum opinaris quidem, ſed cum formidine, & quadam apparenti ſpecie. *Nauar. in cap. Si quis autem num. 48. de Pœniten. diſt. 7. Sà in verb. Dubium, & alij.*

ADDITIO.

N*Otandum eſt primò ex ſententia receptiori, Confeſſarios non incidere in cenſuras latas à* Clemente VIII. anno 1601. die 9. Ianuarij, *de quibus* Auctor hoc articulo (*contra abſoluere præſumentes à caſibus Bullæ Cœnæ, vel reſeruatis Ordinariorum*); *niſi id faciant prætextu priuilegiorum, quæ Sanctitas Sua reuocauit, vt patet legenti prædictam conſtitutionem apud* Naldum verbo caſus, & latius apud Quarantam verbo eodem. *Sic* Rodriquez quæſtionum Regularium tom. 2. quæſt. 47. art. 2. Sanchez in ſumma to. 2. lib. 6. cap. 16. num. 68. Diana p. 3. reſol. 73. de ſacrament. Suarez de cenſuris diſp. 22. ſect. 6. num. 11. Sayrus lib. 13. de cenſuris cap. 31. num. 10. & alij multi.

Notandum eſt ſecundo à quibuſcunque caſibus dubijs reſeruatis licere abſoluere, vt latè tradidi ſupra in additione ad difficultatem vnicam art. 3. diſt. 2. pag. 29. *quæ doctrina locum habet contra* Lupum ſupra nu. 3. verſiculo dices *etiam in caſibus, & pœnis Bullæ Cœnæ Domini; ſi enim dubij ſint non ſubduntur cenſuris, vt docui* additione dicta pagina citata, *& cerni poteſt ex decreto Sacræ Congregationis reſtrictorio, & declaratorio Bullæ Clementis VIII. emanato* anno *ſequenti* 1602. 26. Nouembris; *vbi vetatur abſolutio à caſibus Bullæ Cœnæ ſimpliciter, tacitis vocibus* clarè, vel dubie, *quæ in conſtitutione Clementis* legebantur. *Videatur Quaranta in ſumma verbo caſus.*

No-

Notandum eſt tertio Cenſuras contra Confeſſarios abſoluentes à caſibus Bullæ Cœnæ, aut alijs Papalibus, ſiue à reſeruatis ab ordinario latas eſſe in declaratione dicta Clementis VIII. *ſub formula* nemo audeat, vel præſumat abſoluere &c. *vnde ſequitur contra* Lupum hoc articulo num. 3. *Confeſſarios non incurrere, nec affici dictis cenſuris, aut pœnis ſi abſoluant ex ignorantia craſſa, vel ſupina, aut etiam affectata; qui enim aliquo modo negligenter, & ignoranter operatur non poteſt dici plenè temerarius, ſciens, volens, & præſumens, maximè in materia odioſa, & quantum fieri poteſt reſtringenda. Ita* Bonacina, Filiucius, & alij cum Diana p. 3. tract. 6. reſol. 7. Sanchez lib. 2. moral. cap. 10. nu. 38. Duard. & alij apud Ferrum Manrique queſt. 78. *quam ſententiam in praxi ſecuram doctiſſimi plures amplectuntur, licet multos habeat contradicentes, non valido (quod viderim) fundamento.*

ARTICVLVS II.

De abſoluente iure ordinario, aut delegato à caſibus reſeruatis.

SVMMARIVM.

1 *Poteſt inprimis abſoluere iure Ordinario, qui caſus ſibi reſeruauit.*
2 *Deinde Superior Reſeruantis.*
3 *Poſtremo poterit ſucceſſor Anteceſſoris, qui per Conſtitutionem ſibi caſus reſeruauit.*
4 *Quomodo intelligatur Capitulum ſede vacante poſſe abſoluere.*
5 *Quis iure Delegato à reſeruatis abſoluere poſſit.*
6 *Quot modis auferatur reſeruatio ipſo iure.*

Diuiditur huiuſmodi articulus in duas particulas: in prima diſſeritur de illo, qui poteſt iure ordinario: in ſecunda de illo, qui poteſt iure delegato.

Quo ad primam partem iure ordinario poteſt in primis ille, qui caſus
1 ſibi reſeruauit: eius enim eſt abſoluere, cuius eſt ligare, *l. 3. ff. de Re iud.* & facit *cap. Cum inferior de Maior. & obed. & Trid. Synod. ſeſſ.* 14. *cap. 7. de Caſibus reſer.* vt Doctores comunitèr tradunt.

2 Deinde Superior Reſeruantis. Hinc Romanus Pontifex abſoluere poteſt ab omnibus caſibus reſeruatis, quicunque ſit ille, qui eos ſibi reſeruauit. Ratio eſt, quia eſt Superior.

3 Poſtremò poterit Succeſſor Anteceſſoris, qui per Conſtitutionem caſus ſibi reſeruauit. Ratio eſt, quia ſubrogatus naturam ſapit eius, in cuius

cuius locum ſubrogatus eſt *l. Si eum §. Qui iniuriarum ff. Si quis caut.* Quarè Capitulum Sede vacante abſoluere poterit; ſuccedit .n. in Epiſcopi locum, qui poterat. Facit *tit. Ne ſed. vacan.*

4 Verùm cauendum eſt, cum dicitur, Capitulum poſſe abſoluere à reſeruatis, non eſſe intelligendum, quòd ipſa vniuerſitas Canonicorum poſſit abſoluere; quia ipſa vniuerſitas Ordinis Sacerdotij non eſt capax, cum ordinem ſuſcipere nequeat, vti animaduertit *Vgol. de Offic. & poteſt. Epiſcopi par. 2. cap. 36. num. 1.*

Neque intelligendum eſt vnumquemque Canonicorum habere facultatem abſoluendi à reſeruatis, vt patet ex communi ſtylo, & praxi, ſed eſt intelligendum, quòd Capitulum, ſede vacante, poteſt, & debet hanc delegare auctoritatem alicui Canonicorum; qui illam etiam ſubdelegare poteſt, vt patet ex praxi, *Arg. cap. Pontifices 7. quaeſt. 1. Philipp. Franc. in cap. Vnico, Ne Sed. vac. lib. 6. & addit. ad Steph. Quarant. in Sum. Bull. in verb. Capitulum Sede vacante, verſ. Subnectitur, & in verſ. Tertiò quaero in re noſtra. Vgol. loco citato.* Haec de prima parte. 5

Quò ad ſecundam, iure delegato poterit ille, qui eſt delegatus ab aliquo ſupradictorum, nimiùm vel ab eo, qui ſibi caſus reſeruauit, vel ab eius Superiore, aut à Succeſſore Reſeruantis. Et ratio eſt, quia quilibet iſtorum eſt Ordinarius; ideò facultatem hanc delegandi habet, *l. Et quia, ff. de Iuriſd. omn. iudic.* Haec autèm delegatio expreſsè fieri debet, vt ſatis conſtat per Declarationem ſupracitatam, quae incipit, *Editum fuit.* 6

Quaeres, deniq; quot modis tollatur caſuum reſeruatio ipſo iure. Reſpondetur reſeruationem ipſo iure quatuor auferri modis, quorum primi tres ſe tenent ex parte Reſeruantis; quartus verò ex parte poenitentis. Primus eſt, quando Reſeruans per Conſtitutionem, vel per literas ipſam Conſtitutionem, vel literas reuocauit: nec repugnat aliquem in caſum huiuſmodi incidiſſe ante reſeruationem ſublatam; nam reſeruatio non afficit ipſum delictum committentem, ſed iuriſdictionem Confeſſarij, vt habetur apud *Trid. Synod. de Sacram. Poenit. cap. 7.* adimit .n. ei facultatem abſoluendi tempore confeſſionis: at eo tempore reſeruatio non eſt, cum ſit ſublata.

Secundus eſt, quandò antequàm poenitens abſoluatur, Reſeruans mortuus eſt, vel ſe abdicauit à dignitate, vel priuatus eſt, aut ſe tranſtulit ad aliam, ſi caſus erant ab homine. Ita *in Addit. ad Sum. Bull. Steph. Quarant. in verb. Caſus reſeruati, & Vgol. de Offi. & poteſt. Epiſc. par. 2. cap. 36. §. 11.*

Tertius eſt, quando Reſeruans iuriſdictionis vſu priuatus eſt, vt ſuſpenſione ab officio, vel excommunicatione, & denunciatus fuit, *Cap. Ad probandum, de Senten. & re iudic. & per Extrauag. Ad euitanda.*

Quar-

Digitized by Google

Quartus eſt, quando quis poſtquam incidit in huiuſmodi caſus, alio domicilium transfert, vbi peccata illa non ſunt reſeruata. Et ratio eſt, quia deſinit eſſe ſubditus Reſeruantis. Patet in ſimili de illo, qui eſt interdictus, eo quòd vniuerſitas hominum eſt interdicta, quia ſi aliò transferat domicilium, vbi non eſt interdictum, liberatur ab interdicto, vt aſſerit, *Couarru. lib. 2. Variar. reſol. cap. 8. nu.* 10. & communiter DD. *in cap. Si ſententia, de Sent. excom. in* 6. vt obſeruat *Vgol. loco citato.*

ADDITIO.

Succeſſor anteceſſoris reſeruantis poterit abſoluere à caſibus ipſis reſeruatis, ſi reſeruatio edita fuerit in Synodo; nam ſi facta fuit ſimpliciter per edictum ceſſat omnino per mortem Legiſlatoris, aut eius amotionem ab officio tamquam lex ab homine. Huius naturæ eſt tabella noſtra reſeruatorũ in Diœceſi Bergomenſi, quæ per edictum non in Synodo fuit huc uſque propoſita, & morte, vel amotione Epiſcoporum ſtatim finitur, niſi à Capitulo, vel Capitulari Vicario, Sede vacante confirmetur. Lege dicta in additione ſuperiori ad diffic. 1. art. 3. diſt. 18. pagina 228. & 229. *& vide* Spe. rellum cum allegatis in deciſ. fori Eccleſiaſtici tom. 1. deciſ. 14. nu. 22. 23. & 24.

Notandum eſt incidentem in cenſuram ab homine non ſolui, etiam ſi moriatur, vel amoueatur Legiſlator, vt dixi in additione ſupracitata pag. 229. *Quæ reſolutio locum non habet in ſimplici caſuum reſeruatione; ſi enim, poſt commiſſum ab aliquo delictũ reſeruatum, moriatur Epiſcopus, ſtatim ceſſabit reſeruatio, & liberum erit cuicunque ſimplici Confeſſario talem pænitentem abſoluere. Ratio diſparitatis ea eſt, quia cenſura ligat directè criminoſum, reſeruatio verò reſpicit Confeſſarium, vt tangit* Auctor hoc articulo n. 6.

Aduerto etiam circa quartum modum (quo, dicit Lupus, *ceſſare reſeruationem, nempe ſi delinquens mutet domicilium, & confiteatur in Diœceſi aliena, vbi peccatum non ſit reſeruatum, & deſinat eſſe ſubditus reſeruantis) non requiri tantam mutationem, quæ figat domicilium in alieno Epiſcopatu, & tollat ſubiectionem primi; ſed teneo, ſufficere quamlibet mutationem ſine animo habitandi, imo etiam ſolius tranſitus gratia, vel cauſa negociorum, aut retreationis, ſine animo fugiendi dolosè proprium Paſtorem, & hoc ex generali Eccleſiæ conſuetudine, de qua teſtantur D. D. Vide latè dicta circa præſentem materiam ſupra* in additione ad difficult. 2. art. 3. diſt. 4. pag. 60. & 61. Lege Quadrium de reſeruat. in Diœceſi Comen. diſp. 1. quæſt. 2. concluſ. 6.

Addo non deeſſe Doctores inſignes probabiliſſimè defendentes, poſſe abſolui licitè, & validè pænitentem alienæ Diœceſis à peccato reſeruato ab Epiſcopo ſuo, quod non reſeruetur ab Ordinario ipſius Confeſſarij, etiam

caſu

Digitized by Google

caſu quo exierit, proprio Epiſcopatu ſolo animo vitandi ſuum paſtorem, & inueniendi confeſſarium ſimplicem, à quo poſſit exolui. Ratio eſt, quia qui vtitur iure ſuo nemini facit iniuriam, Leg. nullus 55. de reg. Iuris. *vide* additionem ſupracitatam hac parte prima pag. 61. Pontium lib. 5. de matrim. cap. 9. nu. 6. & alios. *Animaduerto tamen doctrinam hanc vltimã* Pontij *pro ſecularibus Confeſſarijs eſſe probabilem; ſed pro Regularibus expreſsè interdictam fuiſſe à* P. Clemente X. conſtit. ſua Anni 1670., *quæ incipit* Superna. In Bullario nouiſſimo tom. 5. pag. 494.

DISTINCTIO VIGESIMATERTIA.

De comparatione excommunicationum inter ſe reſeruationem reſpicientem.

PRæſentem diſtinctionem omiſſo conſueto modo tractandi pro rationabili cauſa, cum hic non procedatur per difficultates, immediatè diuidam in quatuor ſequentes articulos, abſq; ſubdiſtinctione difficultatum.

Primus reſpicit comparationem intèr excommunicationem, quæ pertinet ad primum caſum tabellæ Diœceſis Bergomi, & intèr alios ſubſequentes caſus eiuſdem tabellæ.

Secundus reſpicit comparationem intèr excommunicationem per viam ſtatuti, & inter excommunicationem per viam ſententiæ.

Tertius reſpicit comparationem intèr abſolutum à cenſuris in periculo mortis per Sacerdotem carentem facultate abſoluendi ab illis extra illum articulum; & inter abſolutum à cenſuris per huiuſmodi Sacerdotem Iubilæi tempore.

Quartus reſpicit comparationem intèr caſus reſeruatos Iubilæi tempore, & intèr reſeruatos extrà illud.

Digitized by Google

ARTICVLVS I.

Reſpiciens comparationem inter excommunicationem, quæ pertinet ad primum caſum tabellæ Diœceſis Bergomi, & intèr alios ſubſequentes caſus eiuſdem tabellæ.

SVMMARIVM.

1 *Committens in alterius Diœceſi peccatum ſubiectum excommunicationi, illa non ligatur in propria Diœceſi, ſecùs dicendum de alijs caſibus.*

2 *Excommunicatio non afficit eum, qui commiſit delictum priuſquam ipſa lata eſſet; ſecùs eſt de alijs caſibus.*

3 *Excommunicatus reſeruata excommunicatione, non liberatur morte Excommunicatoris, liberatur verò ligatus caſibus, ſi erant ab homine.*

4 *Violans ſtatutum ſub excommunicationis pœna poſitum in locis exemptis, illa non ligatur; quod ſecùs eſt de committente caſum reſeruatum in locis exemptis.*

5 *Ignorans excommunicationem ipſo facto latam in tranſgredientes præcepta naturalia non ligatur; quòd ſecùs eſt de ignorante reſeruationem annexam peccato contra præcepta naturalia diuina commiſſo.*

6 *Abſolutus in articulo mortis ab excommunicatione reſeruata, ſi conualeſcit, tenetur ſe præſentare: quod non eſt dicendum de abſoluto à reſeruatis.*

7 *Qui contraxit excommunicationem in aliena Diœceſi in foro fori abſoluitur per Superiorem loci: quod non admittitur de ligato peccato reſeruato.*

8 *Si pœnitens contraxit excommunicationem Superiori reſeruatam, non poteſt abſolui à peccatis per illum, qui non habet auctoritatem ſuper excommunicationem, remittendo illum ad Superiorem pro illa; quod aliter contingit reſpectu caſuum reſeruatorum.*

9 *Ab excommunicatione, & alijs cenſuris abſentem abſoluere poſſumus: quod non conceditur reſpectu peccatorum tàm reſeruatorum, quàm non.*

1 COmparatio prima. Qui delictum committit in alterius Diœceſi, pro quo excommunicatio in ſua Diœceſi lata eſt, in excommunicationem non incidit, vt habetur in *Cap. fin. de Conſtit. lib. 6.* extra .n. Diœceſim iuriſdictio .s. exterior Epiſcopi non extenditur,

Digitized by Google

ditur, *l. fin. ff. de Iuriſd. omn. iud.* Qui verò committit extra Diœceſim caſum reſeruatum rediens ad propriam Diœceſim, non poteſt abſolui, niſi ab habente facultatem circa talem caſum: nam forum interius obligat Parochianum ſubditum, etiam extra territorium peccantem. *Abbas in cap. Omnis de pœnit. & remiſſ.*

Altera. Excommunicatio lata ſuper aliquod delictum, non afficit eum, qui prius delictum commiſit, quàm lata eſſet excommunicatio. Et ratio eſt, quia non adeſt contumacia, & ob id excommunicari nequit. Cæterùm, qui commiſit delictum nondum reſeruatum, ſed antequàm abſoluatur, Epiſcopus ſibi ipſum reſeruet, licèt ante reſeruationem commiſſum fuerit; attamen reſeruatum erit. Ita *Vgol. de Offic. & poteſtate Epiſcopi q. 39. §. 1. & 2. Naldus verb. Caſus num. 7.* reus enim iudicandus eſt iuxta facultatem, quam habet modò Confeſſarius. 2

Tertia. Si quis in excommunicationem Epiſcopo reſeruatam ante eius mortem incidiſſet, vtique reſeruatio, quo ad ipſum, non tollitur, & proindè vel à Succeſſore, vel à Capitulo, Sede vacante, abſolutio impendi debet: at ſi ipſe caſu reſeruato .s. ab homine eſſet affectus ante mortem Epiſcopi, ipſo mortuo, vel ab officio amoto, non remanet amplius annodatus reſeruatione. Hoc intellige de reſeruato tantùm ſine cenſura. Ita *Graffius lib. 1. Caſuum reſer. cap. 4. num. 46. Homob. in Comment. de Examine Eccl. tract. 5. q. 41. Comit. in Reſp. moral. lib. 1. q. 25.* 3

Quarta. Violans ſtatutum Epiſcopi in Monaſterio exempto, vel in paræcijs item exemptis, quamuis violans ſit ſubiectus Epiſcopo; attamen non incidit in excommunicationem latam ab Epiſcopo contra violantem eius ſtatutum. Et ratio eſt, tum quia huiuſmodi loca cenſentur extra iuriſdictionem Epiſcopi, pro eo, ac ſi exiſterent extra illius Diœceſim: tum quia tantum materialitèr ſunt in eius Diœceſi; cum non pertineant ad iuriſdictionem Epiſcopalem. Ita *Palud. in 4. diſt. 18. q. 2. Tabiena verb. Excommunicatio 4. num. 3. & alij apud Salas ſect. 6. num. 85. circa finem num. 8.* Subditus verò Epiſcopi committens in prædictis locis exemptis peccata reſeruata in tabella afficitur reſeruatione. Ratio eſt, quia ſicut exteri habentes caſus reſeruatos in Diœceſi, vbi volunt confiteri, quamuis extra talem Diœceſim commiſerint illa, non poſſunt abſolui, niſi per habentes facultatem ſuper caſus reſeruatos; ita dicendum eſt de illis, qui in locis exemptis commiſerunt peccata reſeruata: nam de ſimilibus idem eſt iudicium: & vbi militat eadem ratio, ibi idem ius ſtatui debet. 4

Quinta. Ignorans excommunicationem latam ipſo facto in tranſgredientes aliquod præceptum Diuinum, vel naturale, non ligatur vinculo excommunicationis, vt ſecundum magis receptam, æquiorem, & mitiorem opinionem concludit *Azor. par. 1. lib. 1. cap. 5. qu. 5. vti refert* 5

Digitized by Google

Homob. in Comment. de Examine Eccleſiaſtico tract. 5. quaſt. 34. qui addit hominem excuſari ab incurrenda excommunicatione, nedum ob ignorantiam .s. inuincibilem, ſed etiam ob bonam fidem, obliuionem, incogitantiam, inaduertentiam, & ob imperfectionem actus, vt ex primo, vel ſecundo motu. Cæterùm de caſibus reſeruatis contra aliquod præceptum Diuinum, vel naturale ſecùs dicendum eſt. Et ratio diuerſitatis eſt, quia cum excommunicatio ſit maxima pęnarum, nullus omninò ignorans in illam incidit; caſus verò reſeruati non ſunt plenè pęnales, ſed tantùm quandam habent rationem pęnæ, vt videre eſt apud *Naldum verb. Caſus num. 3.*

6 Sexta. Qui in articulo mortis abſolutus eſt ab excommunicatione reſeruata, ſi conualuerit, debet ſe præſentare, cum primùm commodè poterit coram Superiore, cui erat reſeruata; quod ſi non fecerit, reincidit in eandem ſpecie, vt habetur in *cap. Eos, de Sententia Excom. in 6.* Notat autem *Caietanus verb. Excom. cap. 69.* ſatis eſſe, ſi ſe præſentet per ſe, aut per procuratorem. Præterea, ſi pęnitens in articulo mortis fuit abſolutus à caſu reſeruato ob ſolam peccatorum reſeruationem, non tenetur ſe præſentare, vt notat *Syluest. ſecundum commun. opinionem verb. Confeſſ. 1. num. 16. Toletus lib. 1. cap. 16. n. 3.*

7 Septima. Qui contraxit excommunicationem in alieno territorio in foro fori abſolui poteſt per Superiorem illius loci, in quo talem contraxit excommunicationem; immò, ſi excommunicatio ſit publica, & reſeruata Superiori loci, in quo fuit contracta, non poteſt delinquens abſolui à proprio Epiſcopo abſq; licentia Epiſcopi, in cuius Diœceſi deliquit: ſi verò excommunicatio non ſit reſeruata, aut ſit occulta, licèt ſit reſeruata, Epiſcopus, vel alius ab ipſo ſpecialitèr delegatus, abſoluere poteſt ex *Decreto Trid. Conc. ſeſſ. 24. cap. 6.* vt notat *Bonacin. de Sacram. diſp. 5. pun 7. §. 4. num. 13.* At qui commiſit quemlibet caſum reſeruatum in alieno territorio, non poteſt per ſe loquendo abſolui per Parochum, aut Ordinarios miniſtros illius territorij, neque à reſeruato, nec ab alia culpa mortali: nam peccata ſunt confitenda proprio Sacerdoti, vel alteri de ipſius licentia. Dixi autem, per ſe loquendo, quia per accidens abſolui poterit, vt ſi reperiatur ibi ratione negotiorum, peregrinationis, vel itineris, attenta tamen conſuetudine. Ita *Bonac. loc. cit.*

8 Octaua. Si pęnitens contraxit excommunicationem Superiori reſeruatam, Confeſſor non poteſt eum abſoluere à peccatis, ſupra quæ ſe extendit ſua auctoritas, ſed remittat ipſum pro abſolutione ab excommunicat. ad Superiorem; quia excommunicatio priuat Sacramentorum participatione, & conſequenter requiritur, vt prius auferatur: at ſi habet tantum caſum reſeruatum, à peccatis, ſupra quæ ſe extendit ſua auctoritas, ipſum abſoluere poterit, remittendo illum pro reſeruato ad Superio-

periorem. Ita ex *Iacob. Graff. in Appendice tàm primi, quàm ſecundi tomi Deciſ. aurear. caſuum conſcientiæ cap. 7. num 28. 30. & 49.*

Nona. Confeſſarius, qui à cenſuris malè abſoluit pęnitentem, quem abſoluere non poterat defectu iuriſdictionis, poteſt abſentem abſoluere obtenta facultate abſoluendi. Et ratio eſt, quia abſolutio cenſurarum ferri poteſt in abſentem, in ignorantem, in inuitum, & in carentem contritione, ſ. actualitèr exiſtentem in mortali, vt communiter ferunt DD. 9

Cæterùm Confeſſarius, qui abſoluit pœnitentem à non reſeruatis, non poteſt, habita facultate ſuper reſeruata, abſoluere pęnitentem abſentem: nam abſolutio peccatorum Sacramentalis non poteſt dari abſenti in vllo prorſus caſu; quidquid aliqui in contrarium docuerint, ita declarauit *Clemens Papa Octauus* vt refert *Emanuel Sà verb. Abſolutio nu. 8. Bonac. de Sacram. diſp. 5. qu. 7. pun. 6. num. 1. & 2. Homob. in Comment. de Exam. Eccleſ. tract. 5. qu. 24.* quod aſſeritur de peccato reſeruato, cuius abſolutio non poteſt dari abſenti, hoc idem dicitur de omni alio peccato.

Aduertendum tamen, quòd per hanc aſſertionem non intendimus dicere, non poſſe pęnitentem obtinere per literas à Superiore, vt abſoluatur à reſeruatis per ſuum Confeſſorem.

ADDITIO.

S*vpponit* Lupus hoc articulo num. 1. *tanquam certum, & indubitabile, quod committens peccatum reſeruatum in noſtra Dięceſi tempore, quo moratur in alio Territorio, ſi poſtea redeat ad noſtram Dięceſim non poſſit abſolui à ſimplici Confeſſario. Hæc quidem reſolutio prudentior eſt, & nititur toties repetito fundamento; quia reſeruatio ligat Confeſſarium non pęnitentem. Sed addendum eſt, probabilè eſſe contrariam etiam ſententiam, imo ſpeculatiuè, iudicio meo, probabiliorem, quæ aſſerit, peccata commiſſa extra Dięceſim reſeruata non eſſe, etiam ſi pro peccantibus in Dięceſi talia ſint. Ratio eſt, quia reſeruatio etiam ſi reſpiciat Confeſſarium, erit tamen ſemper in pęnam pęnitentis, ſicuti interdictum Eccleſiæ, vel Capellæ, licet reſpiciat locum eſt in punitionem ciuium, patronorum, aut vicinorum. Imo deducitur ex ipſa ratione* Auctoris, *quæ* eodem num. 1. hoc articulo *benè concludit committentem extra Dięceſim peccatum, cui affixa eſt cenſura non incurrere* ex cap. fin. de conſt. lib. 6. *quia iuriſdictio Epiſcopi extra Dięceſim non extenditur; vnde ſi conſtat non incidere ſic peccantem in cenſuras neque in foro Conſcientiæ, cur ergo incidet in reſeruationem, quæ ſimiliter reſpicit tantum forum interius, & eſt actus iuriſdictionis, cui non ſubiacet pęnitens extra territorium* ex cit. text. in l. fin. ff. de iuriſdict. omn. iud.

Digitized by Google

ind. *Sic* Belloch. de reſeruatis p. 2. quæſt. 10. Graſſius p. 1. lib. 4. deciſ. cap. 2. num. 18. Fagundez de 2. Eccleſ. præcepto lib. 8. num. 21. *Latius* Ioſeph de Ianuario de caſibus reſeruatis reſol. 8. num. 1. *Et licet citetur ab aliquibus contrarius ſenſus S. Congreg. in vna 1616. 19. Nouembris non erit opinio præſens reprobanda, niſi conſtiterit autenticè (quod nunquam conſtitit) de præd. declaratione S. Congreg. & quod fuerit edita de mandato Sanctiſſimi cum ſolito teſtimonio ſubſcriptionis Eminentiſs. Præfecti, & Secretarij, iuxta tradita in additione ſuperiori* pag. 29.; *cum maximè tales declarationes aſſertæ ab aliquibus tantum Moralibus, nec collectæ in Bullarijs, aut extractæ ab archiuijs Epiſcopalibus, ſeu Romæ regiſtris nihil obligent, vt doctè probat* P. Mendo in Epitome morali, verbo Declarationes Cardinalium.

Num. 2. *Notat* Lupus *intelligi debere reſeruatum delictum illud, quod commiſſum fuit ante legem reſeruantem. Sum ego in contraria ſententia, quia Lex de ſui natura reſeruare debet committenda, non commiſſa, & generaliter diſponit tantum de caſibus futuris, niſi expreſsè comprehendat etiam præteritos.* Malderus, Layman, & alij cum Mendo in Epitome verbo Lex num. 9. *Textus eſt rotundus in* L. Leges C. de Legibus, & cap. 2. & vltimo de conſtit. *Ita* Salas diſp. 21. ſect. 7. num. 28. latiſſimè Caſtro Palaus tom. 1. tract. 3. diſp. 5. num. 1. & 2. puncto 3. §. quinto cum allegatis.

Num. 3. *diſtinctè tradit* Auctor *differentiam inter peccatum reſeruatum, & cenſuram in caſu mortis, vel ceſſationis Legiſlatoris, de quibus vide additiones ſuperiores præcipuè* pag. 229.

Num. 4. *Concludit, peccantem in parecijs, vel Monaſterijs exemptis à iuriſdictione Epiſcopali, quamuis ſit ipſe ſubiectus ordinario, tamen non affici ipſius Cenſuris, & pœnis ratione loci exempti, ideoque extra Diœceſim conſtituti; quod tamen non admittit in reſeruatione, vult enim peccata ibi commiſſa reſeruata reputanda eſſe, vt dixerat num.* 10. *de patratis extra Diœceſim in alieno Epiſcopatu. Licet in hac controuerſia ego teneam, Monaſteria non debere reputari extrà Diœceſim, neque exempta, niſi reſpectu Religioſorum ibi habitantium, non aliorum caſu aduenientium, vel commorantium, videatur* Merolla cum Ianuario de reſeruatis reſol. 34. num. 22. Phœbeus tom. 1. tract. 3. diſp. 1. puncto 24. §. 5. num. 30. Suarez, & Salas cum Coninch diſp. 13. dub. 7. num. 63. Filiucius tract. 11. cap. 5. quæſt. 9. num. 249.; *Tamen admiſſa pro probabili concluſione contraria noſtri Lupi num.* 4 *quam deffendit, etiam* Henriquez cum Layman lib. 1. tract. 4. cap. 11. num. 5. *dico ex conſequentia doctrinæ peccata commiſſa in dictis Monaſterijs, & locis exemptis reſeruata non eſſe, ex notatis in* hac additione §. primo, *quæ paritate rationis etiam Monaſterijs, & paracijs exemptis aptari poſſunt.*

Num. 5.

Digitized by Google

Num. 5. *Reſoluit ignorantiam, & obliuionem, ſeu inaduertentiam excuſare ab incurſu cenſuræ ex opinione communiori, non vero à reſeruatione. Fateor equidem, hanc eſſe fauorabiliorem Eccleſiaſtico regimini, & receptiorem inter D.D.; at non eſt negandum certo probabilem fuiſſe, & eſſe contrariam, quam citaui ſupra in* additione ad difficultatem 2. diſt. 3. pag. 42. *iuxta quam dicendum eſt, etiam à reſeruatione ignorantiam, inaduertentiam, & obliuionem excuſare.*

Num. 6. *vult* Auctor *ex doctrina certa, abſolutum in articulo mortis à caſibus ſimpliciter reſeruatis non teneri ſe præſentare cum conualuerit ſuperiori, ad differentiam cenſurarum reſeruatarum, à quibus pœnitens abſolutus ob vitæ periculum obligatur, ſi conualuerit, ad ſe ſiſtendum coram ſuperiore reſeruante cenſuram ipſam, cum primum commodè poterit. Subſcribunt huic deciſioni frequentiſſimi D.D.* ex cap. eos de ſent. excom. in 6. Suarez de pœnit. diſp. 30. ſect. 1. num. 6. Sanchez lib. 2. moral. cap. 15. num. 27. Leo in Theſauro fori Eccleſiaſtici par. 3. cap. 38. num. 163. Bonacina cum citat. de cenſuris diſp. 1. quæſt. 3. pun. 3. num. 23. Mazuchel. de reſerua t. diſp. 1. qu. 3. tota diffic. 39. Quadrius de reſeru. diſp. 1. qu. 4. concluſ. 13. num. 235. & 236.

At licet ſit communiſſima hæc reſponſio, probabilis tamen mihi videtur, & ſuſtinenda etiam alia diſtinguentium inter cenſuras notorias, & deductas ad forum contentioſum, & merè occultas; Ideoque aſſerentium, tunc ſolum onus comparendi coram ſuperiore imponendum eſſe pœnitenti; quando cenſuræ, à quibus in mortis periculo abſoluitur ſunt notoriæ, vel deductæ ad forum contentioſum, non vero quando occultæ ſunt; quia talis præſentationis obligatio inducta fuit ad ſatisfaciendum Eccleſiæ, & Superiori; quibus conſtat de cenſura, & de rei contumacia; quæ non conſiderantur in caſu occulto. Fouetur multum hæc opinio ab ipſo textu in cap. Eos qui de ſentent. excom. in 6. *vbi* Bonifacius VIII. *mandat cenſuratos abſolutos in mortis articulo obligandos eſſe ſe præſentare ſi conualuerint, ne illudant Eccleſiaſticis iudicijs, & ſententijs, qui modus loquendi melius conuenit cenſuris notorijs, & deductis ad forum contentioſum, quam occultis, & ſoli Deo notis, vel paucis hominibus. Nouam hanc theſim ſuſtinent* Marchantius in tribunal. tom. 1. tr. 2. tit. 4. q. 7. concl. 7. apud Baſſęum verbo excommunic. 5. nu. 7. cum Celeſtino ibid.. Miland. apud Dianam p. 5. tr. 14. reſol. 59. *Latiſſimè* Ioſeph de Ianuario de caſ. reſer. reſol. 13. n. 8. 9. & 12. *Fauet* Tamburin cum cit. in meth. Confeſſ. lib. 3. cap. 6. n. 3.

Retenta tamen communiori ſententia, quod ſemper iniungendum ſit onus comparendi coram Superiore, animaduerto, pœnitentem iam redditum ſanum ſatisfacere obligationi ſuæ, ſi ſe præſentet coram Confeſſario priuilegiato, vel habente ex aliquo titulo facultatem abſoluendi ab illa cenſura extra mortis articulum, & ab ipſo recipiat nouam relaxationem, & abſolutionem

nem ſine onere ſe præſentandi ſuperiori reſeruanti; quia non obſtat abſolutio habita tempore mortis, quo minus nouam abſolutionem petere, & obtinere poſſit ab alio, qui largiatur abſolutè ſine obligatione adeundi ſuperiorem. Sanchez lib. 2. moralium cap. 12. num. 32 Suarez de pœnit. diſp. 30. ſect. 1. num 6. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 12. num. 15. verſiculo quare. Henriquez lib. 6. de pœnit. cap. 1c. num. 5. Quadrus loc. cit. num. 236.

Notandum etiam eſt, dicta locum habere in abſolutione habita in articulo, vel periculo mortis à Sacerdote, ſiue Confeſſario ſimplici, non verò in obtenta ab aliquo virtute Cruciatæ, Iubilæi, Priuilegij, vel Indulgentiæ, tam à peccatis, quam à cenſuris; Confeſſarius enim talium priuilegiorum virtute abſoluens liber eſt, nec debet iniungere onus præſentationis poſt adeptam ſanitatem, ſicuti pœnitens ad id non tenetur ex vllo Sacrorum Canonum præcepto. Sic Suarez, Sanchez, & alij cum Baſſæo verbo Excommunicatio 5. num. 7. verſic. Notandum præterea. Quadrus l.c. n.236. concluſ. decima tertia.

Num. 7. *Aduertit* Lupus, *committentem in alieno Territorio peccatum reſeruatum non poſſe abſolui à Parochis, vel Ordinarijs illius Diœceſis, quæ ſi intelligit, reſpectu iniuriæ proprij Sacerdotis facilè reſoluuntur ex dictis ſupra in* Additione ad difficult. 2. diſt. 4 pag. 61. & alijs in add't. ad art. vlt. diſtinct. 22. *Si verò hic ſupponit, Peregrinos ligari reſeruationibus caſuum illius Diœceſis, per quam tranſeunt, vt tenuerat etiam ſupra* diſt. 4. diffic. 2. art. 3. *contrarium etiam haberi debet pro probabili, quia non ligantur legibus loci, vt in* addit. pag. 221. ſupra diſt. 17. *Et docent in terminis terminantibus* Fernandez in examine moralis Theol. trac. prim. lib. 1. cap. 7. §. 1. cum Ianuario de reſer. reſol. 8. num. 1. Bellochio, & alijs citatis in hac additione num. 1.

Numeris 8. & vlt. *nihil addo, cum per ſe clara ſint, quæ ibi leguntur, nec ex modernis Doctoribus aliquid colligi neceſſe ſit ad ampliorem doctrinam.*

ARTICVLVS II.

Reſpiciens comparationem inter excommunicationem per viam ſtatuti, & inter excommunicationem per viam ſententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata per ſtatutum ligat tantùm intra territorium: lata verò per ſententiam etiam extra illud ligat.*

2 *Lata*

2 *Lata per ſtatutum ligat etiam futuros ſubditos: lata verò per ſententiam ligat tantùm, qui erant ſubditi tempore promulgationis.*

3 *Ad excommunicationem latam per ſtatutum requiritur, vt exiſtat in territorio perſona, vel res: ad latam verò per ſententiam neutrum requiritur.*

TRes reperio comparationes, ſeù differentias inter excommunicationem latam per viam ſtatuti, & inter latam per viam ſententiæ. Prima eſt, quia illa, quæ lata eſt per viam ſtatuti, vt eſt Synodalis, non ligat extra territorium, ſicut nec ipſum ſtatutum, cum directè reſpiciat territorium: illa verò, quæ lata eſt per viam ſententiæ à Iudice in ſubditum, vti eſt illa, quæ ſolet paſſim fulminari, obligat ſubditum, etiam extra territorium. Et ratio differentiæ eſt, quia ſtatutum fertur, vt territorium ritè gubernetur, & ob id ſtatutum dicitur lex territorij; ſententia verò excommunicationis ab homine præcipuè fertur, vt contumacia perſonæ coerceatur; ideò vbicumq; ſubditus rebellis, & contumax fuerit; meritò pœna excommunicationis cohiberi poterit. Ita *Vgol. de Cenſ. tab. prima cap. 9. §. 3. num. 4. Lucas Floronus de caſibus reſer. par. 1. cap. 2. ſ. 2. num. 21.* 1

Altera eſt, quòd, ſi excommunicatio lata eſt contra futura delicta generaliter per ſtatutum, ſeù Canonem, tunc ligantur non ſolùm ſubditi illius temporis, quando lex condita fuit, ſed etiam, qui futuris temporibus ſubijcientur iuriſdictioni conditoris illius ſtatuti, ſeù Canonis, nec non etiam exteri intra territorium huiuſmodi legiſlatoris delinquentes; nam ratione delicti quis ſortitur forum. Si verò excommunicatio per hominem .i. per ſententiam iudicis lata fuerit, tantum ligantur, qui tempore ſententiæ ſub Iudicis eam pronunciantis iuriſdictione continebantur, non autem futuri ſubditi, vel ratione habitationis, vel delicti perpetrati. Et ratio eſt, quia ſententia referenda eſt ad tempus, quo pronunciatur; tunc enim dicitur vires ſumere. Ita *Syluest. in verb. Excom. 10. num. 2. Henriquez de Excom. lib. 13. cap. 26. num. 2. & alij apud Floron. de caſib. reſer. par. 1. cap. 2. ſ. 2. num. 21.* 2

Tertia differentia eſt, quia ad hoc, vt quis ligetur cenſura lata per modum ſtatuti, ſat eſt, vt perſona, vel res, circa quam perſona delinquit, ſit intra territorium. Hinc ſequitur Clericum exiſtentem extra Diœceſim poſſe à proprio Epiſcopo excommunicari, etiam per ſtatutum, quando non reſidet, quia, quamuis ipſe ſit abſens .ſ. extra Diœceſim, nihilominùs Eccleſia, circa quam delinquit in ipſa non reſidendo, eſt intra Diœceſim, vt ſuppono, conſumatq; in Diœceſi actum non reſidendi; ideò cenſetur peccare in Diœceſi. *Bonac. de Cenſuris diſp. 1. q. 1. pun. 11. 2. prop. num. 7. Syluest. Excomm. 2. n. 8. Angel. Excom. 1. num. 10.* 3

Pp

num. 10. Ad hoc verò, vt quis feriatur cenſura lati per ſententiam, non refert, quòd delictum ſit commiſſum extra territorium, nec etiam quòd delinquens extra territorium reperiatur, ſed ſufficit ſubditum eſſe.

ARTICVLVS III.

Reſpiciens comparationem intèr abſolutum à cenſuris in periculo mortis per Sacerdotem carentem facultate abſoluendi ab illis extra illum articulum, & intèr abſolutum à cenſuris per huiuſmodi Sacerdotem Iubilæi tempore.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutus ab excommunicatione reſeruata in articulo mortis, ſi euadit, tenetur ſe præſentare; quòd ſecus eſt de illo, qui abſoluitur vi Iubilæi.*

2 *Vi Iubilæi poteſt quis abſolui à ſolis cenſuris, niſi alitèr conſtet de mente Concedentis.*

3 *Quid proſit abſolutio à ſola excommunicatione pro foro exteriori.*

4 *Nominatim excommunicatus vi Iubilæi à quolibet Confeſſario abſolui poterit ſeruatis ſeruandis.*

1 ABſolutus in periculo mortis tenetur poſtquàm euaſerit mortis periculum ſe præſentare coram habente facultatem abſoluendi ab illis; alioquin reincidit in ſimilem cenſuram. Et ratio eſt, quia abſolutio fuit data ad reincidentiam, ſi non ſe præſentet coràm habente facultatem abſoluendi ab illa: ille verò, qui abſoluitur à cenſuris tempore Iubilæi, non reincidit in cenſuras, etiam ſi poſteà voluntariè prætermittat ea, quæ per ipſum Iubilæum præſcribuntur. Et ratio eſt, quia abſolutio non fuit data ad reincidentiam. Pęnitens itaq; remanet abſolutus, modò confeſſus ſit bona fide cum intentione præſtandi cętera ad Iubilæum requiſita. Ita *Bonac. de Sacram. diſp. 5. qu. 7. pun. 6. §. 5. num.* 17.

2 Itèm ſi pęnitens extrà mortis articulum vi Iubilæi à cenſuris tantùm liberaretur, nec poſtmodum à peccatis abſolueretur, valeret abſolutio; non tamen ipſe pœnitens conſequeretur Iubilæum, niſi poſt abſolutionem à peccatis. Doctrina hæc admitti poteſt, niſi ex ſubiecta materia conſtet aliam fuiſſe concedentis mentem, ſi quidèm tunc illa ſequenda eſſet, nec latum vnguem ab illa recedendum, vt communitèr teſtantur

Docto-

Doctores. Vbi verò conceſſa facultas expreſſè non exigit, vt abſolutio in foro Sacramentali impendatur, vel ſaltèm ex coniecturis id innoteſcat, poteſt etiam extra Sacramentum abſolutio dari, præuia tamen ſatisfactione, ſi fieri poteſt, etiam ſi in ipſo Iubilæo de ea mentio non fiat, cum Papa in ſuis Bullis quemquam lædere non intendat. Si quis autèm cum promiſſione ſoluendi ab aliqua excommunicatione liberetur, & poſtea non ſatisfaciat quàm citiſſimè moralitèr poteſt, in eandem ſpecie excommunicationem incideret; ſic enim declarauit *Pius V. & Gregorius XIII. peculiaribus editis Bullis*. Et ſi debitor totum reſtituere nequit, ad partem ſaltèm reſtituendam tenetur, vt commune DD. placitum, & recepta comprobat praxis.

Sed ad quid proderit prædicta abſolutio in foro interiori? Proderit 3 ad hoc, quòd, ſi excommunicatio occulta erit, nec ad forum contentioſum deducta, ex vi illius in omnibus actibus, ſiuè occultis, ſiuè publicis, vt hominem omninò cenſura carentem, poteſt ſe gerere: quòd ſi poſt dictam abſolutionem, caſum in iudicium deferri contingeret, & ex eo conſtaret cenſuram illam contractam fuiſſe, oportebit, vt in eodé foro de eadem abſolutione conſtet: tùm vt ille tanquàm abſolutus audiatur in iudicio, & ad aliam abſolutionem petendam non cogatur: tùm etiam, vt ab alijs pęnis excuſetur, quæ propter illos actus infligi poſſent. Ita colligitur *ex Homob. in Comment. de Exam. Eccleſiaſt. tract. 5. cap. 37.*

Quæres, an nominatim excommunicatus virtute Iubilæi à quolibet Confeſſario abſolui poſſit à peccatis, & cenſuris Sedi Apoſtolicæ reſer- 4 uatis. Reſpondetur affirmatiuè, modò priùs ea adimpleat, quæ ipſum Iubilæum præſcribit, ita vt poſteà nec Eccleſiæ ſuffragijs, nec Sacramentorum participatione priuetur. Quæ tamen abſolutio ſolùm in interiori foro, ſeù Pęnitentiæ prodeſt; ideò in foro externo, vt non abſolutus, & vitandus habendus erit (ſi res notoria, & manifeſta ſit) donec ab excommunicatore, vel ab alio eadem auctoritate ſuffulto abſolutus fuerit; cum abſolutio in Pęnitentiali iudicio impenſa, ſolùm quò ad Deum, & pęnam æternam, non quò ad temporalem operetur; vt proinde in foro externo puniri valeat.

ADDITIO.

Materiam præſentis articuli latè exornauimus ſupra in additionibus varijs ad diſtinctionem 21. & 22. hac parte prima; *& de abſolutione à cenſuris data in articulo mortis habes multa in* addit. artic. prim. huius diſtinct. verſ. Num. ſexto vult Auctor, &c. & ſequent. pag. 295.

ARTICVLVS IV.

Reſpiciens comparationem inter caſus reſeruatos Iubilæi tempore, & inter reſeruatos extra illud.

SVMMARIVM.

1 *Iubilæi tempore ad abſolutionem reſeruatorum requiritur, vt Confeſſio ſit valida, quod extra illud non requiritur.*

2 *Extenditur etiam ad caſum, quando quis culpabilitèr prætermiſit aliquod peccatum, dummodò non prætermiſerit reſeruatum.*

1 IVbilæi tempore requiritur, vt Confeſſio ſit valida, aliàs reſeruatorum abſolutio non obtinetur, quia ſub tali conditione datur Iubilæum; non eſt tamèn neceſſe, vt confeſſio ſit formata, nam recedente fictione, per quam fuit informis, virtute illius abſolutionis remitti poſſunt peccata. Ita *Suarez, & alij contra Nugnum relatum à Bonac. de Sacram. diſp. 5. q. 7. pun. 5. prop. 1. num.* 8.

2 Cæterùm, qui extra Iubilæi tempus confeſſus eſt habenti facultatem circa caſus reſeruatos, remanet liberatus à reſeruatione peccatorum in Confeſſione manifeſtatorum, licèt Confeſſio inualida extiterit. Cuius ratio eſt, tùm quia pœnitens reſeruationis fini ſatisfeciſſe videtur; finis autem reſeruationis immediatus eſt, vt pęnitens ſe præſentet habenti iuriſdictionem, ab eoq; debitam recipiat pęnitentiam: tùm quia ſi pęnitens petijſſet facultatem abſoluendi à reſeruatis, eam obtinuiſſet: præterea quia quod non valet, vt agitur, valet ſaltèm, vt valere poteſt; illa autem abſolutio cum non valeat quò ad liberationem culpæ, videtur ſaltèm valere quò ad ablationem reſeruationis.

Hanc Doctrinam admittunt DD. ne dùm quando confeſſio fuit inualida defectu contritionis, vel attritionis, verùm etiam quando culpabilitèr, & malitiosè in confeſſione prætermiſſum fuit aliquod peccatum mortale: pęnitens enim adhùc videtur liberatus à reſeruatione peccatorum manifeſtatorum, modò Confeſſarius habuerit facultatem circa caſus reſeruatos, & protulerit formam abſolutionis cum intentione abſoluendi, vt ſemper cenſere debemus.

ADDITIO.

S*Vpponit* Lupus hoc artic., *reſeruationem caſuum non tolli per confeſſionem inualidam tempore Iubilæi, quamuis admittat extra Iubilæum in Confeſſione facta Superiori, vel habenti priuilegium abſoluendi tolli poſſe. Hæc eſt doctrina* Layman, Reginaldi, Floronij, Suarez, Leonij, *& aliorum:*

Digitized by Google

aliorum; ſed, ſicut contrariam, vti veriorem ſecuti ſumus ſupra in additione ad difficult. 1. art. 2. diſt. 21., *ita modo tranſire debemus cum eadem ſententia; Quia tempore Iubilæi, licet confeſſio nulla ſit ex parte pænitentis, tamen Confeſſarius intendit abſoluere in quantum poteſt, & ſic nihil vetat, quod non tollat cenſuras, & reſeruationes, quæ nullam habent neceſſariam coniunctionem cum peccatis, & abſque culpæ remiſſione tolli poſſunt. Sic* Baſſæus, Lugo, Bonacina, Comitolus, ſupracitata additione notati, & Diana p. 1. tract. 11. reſol. 18. & p. 4. tract. 4. reſol. 124.

Maior eſſet dubium, ſi Ordinarius, vel Pontifex delegaret auctoritatem abſoluendi à cenſuris, & reſeruatis cum clauſula integra Confeſſione audita, *an tunc ſi confeſſio non fuiſſet valida maneat ablata reſeruatio, & abſolutæ cenſuræ. Opinio mea affirmatiua eſt, nam illa clauſula reſpicit Confeſſarium non pænitentem, ſcilicet iniungit Sacerdoti, vt audiat integram, non dimidiatam Confeſſionem. Ita* Cabrin. de reſeruat. p. 1. reſol. 70. per totam. *Et idem puto dicendum, etiam ſi addatur verbum* Sacramentali, *ideſt* integra Sacramentali Confeſſione audita, *quia tali verbo delegans intendit Confeſſarium ad Confeſſionem ſub ſigillo Sacramentali obligare, & vult abſolutionem dandam eſſe in foro Sacramenti pænitentiæ, non verò extra Sacramentum in foro Conſcientiæ. Ita* Sanchez, Suarez, Henriquez, & alij. Cum P. Marco Paulo Leone in praxi ad literas Pænitentiarij pag. 20. *Et quæ dicuntur de abſolutione à cenſuris, vel reſeruatis intelligenda ſunt etiam de diſpenſationibus, votorum, impedimentorum, &c. Vide* P. Leonem ibid.

DISTINCTIO VIGESIMAQVARTA.

De formis ſeruandis in abſolutione à cenſuris, & in diſpenſationibus circa Iuris impedimenta.

DIſtinctio hæc in duos diuiditur articulos, quorum alter tres complectitur formas: alter verò quatuor. Primus continet formas cuiuslibet cenſuræ. Secundus cuiuslibet Iuris impedimenta. Prior includit formas abſolutionis ab excommunicatione, ſuſpenſione, & interdicto. Poſterior verò continet formam diſpenſationis ſuper irregularitate, formam ſuper impedimentis Matrimonij, formam diſpenſandi in votis, & deniq; formam ea commutandi.

Circà

Circà formas prædictas in genere quatuor obſeruanda ſunt. Primò non eſſe traditam ſpecificè formam abſoluendi, præterquàm à peccatis, ſecundum *Sotum in 4. diſt. 22. quæſt. 2. art. 3. in fin. Nau. c. 27.* non ab re tamen eſt, ſi certæ formæ præſcribantur. Secundò, quòd ſicut reſtitutus à Principe, reſtituitur ad omnia, ad quæ prius diſpoſitus erat, dummodò non ſit in ijs ius alteri acquiſitum, ſecundum *l. Gallus, §. Et quid, ſi tantum. ff. de Liber. & poſth.* ſic abſolutus reſtituitur ad omnia, quæ ante peccatum, cenſuram, vel alium nexum ei licebant, *cap. Nos Sanctorum 15. quæſt. 6.* Tertiò, abſolutionem denotare reſtitutionem per eam factam, & abſoluto impenſam. Quartò denique, quòd vrgente aliqua graui neceſſitate, verbi gratia, in periculo mortis, breuiter Sacerdos dicere poterit. *Ego te abſoluo ab omnibus cenſuris, & peccatis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.* ex Rituali Romano de Sacramento Pœnitentiæ.

ARTICVLVS I.

De formis in ſpecie ſeruandis circa abſolutionem à cenſuris.

De forma ſeruanda in abſolutione ab excommunicatione tùm in foro Sacramenti Pœnitentiæ, tùm in foro conſcientiæ.

SVMMARIVM.

1 *Triplex eſt forum.*
2 *Cur non ſeruentur ſolemnitates præſentiæ Notarij, & Teſtium in abſolutione data pro foro conſcientiæ.*
3 *Ad quid iuuet abſolutio in foro conſcientiæ.*
4 *A quo nominatìm excommunicatus abſolui poſſit.*
5 *Quas excommunicationes Ordinarius non poſſit ſibi reſeruare.*
6 *In foro Sacramenti Pœnitentiæ, & conſcientiæ ſolemnitates abſolutionis fori externi omittuntur.*

1 CVm triplex ſit forum, nempè forum Sacramenti Pœnitentiæ, forum conſcientiæ, & forum externum, vt tradit *Sanchez lib. 8. de Matrim. diſp. 34. num. 39. Lazarius de Monit. ſect. 4. qu. 15. apud Homob. de caſib. reſer. c. 7. in principio*, variatur forma iuxta varietatem fori. Dum igitùr in foro Pœnitentiæ, vel conſcientiæ occultè reus abſoluitur, ſatis eſt vti his verbis, *Abſoluo te à vinculo excommunicat.*

2 Notan-

Digitized by Google

Notandum eſt autèm, quòd, cum abſoluitur aliquis in foro conſcien- 2
tiæ, non adhibentur Teſtes, nec Notarius, ne abſolutio pro externo
proſit; & perindè quo ad hoc huiuſmodi forum conſcientiæ foro Sacra-
menti Pęnitentiæ exiſtit ſimile.

Notandum vlteriùs, quòd abſolutus in foro conſcientiæ, noua non 3
indiget abſolutione ad effectum communicandi cum alijs, aùt exercen-
di actus per cenſuram prohibitos, modò per aliquam ſchedulam ab ha-
bente facultatem ſcriptam alijs abſolutum fuiſſe conſtet, itaut ſcandali
periculum non ſubſit, nec non palàm ſciatur condignam ſatisfactionem
exhibuiſſe. *Suarez tom. 5. diſput. 7. ſect. 5. num. 9. Filliuc. tract. 11. cap. 9. quæſt. 7. 293. Vgol. de Cenſ. tit. 61. c. 29. Maſc. de probat. tom. 1. concl. 12. & alij.*

Inſupèr notandum, quòd excommunicatus nominatim per ſententiam 4
Iudicis Eccleſiaſtici abſolui non poteſt; niſi ab eo, qui illam tulit; illi
autèm, qui hac excommunicationis cenſura ſunt annodati per ſenten-
tiam generalem, vt ſunt non reſtituentes, non reuelantes, non ſumen-
tes Chriſti Corpus in Paſchate, à quolibet Confeſſario abſolui poſſunt:
quod doctè tradit *Homob. de caſib. reſer. par. 1. cap. 7. de formula abſolutionis ab excommunicat. poſt Molfeſ. tract. 7. cap. 21. num. 54.* Idemq;
dicendum eſt de illo, qui eſt excommunicatus excommunicatione ne-
mini reſeruata, niſi tamen loci Epiſcopus abſolutionem à maiori ex-
communicatione ſibi reſeruet, quod non fecerunt huc vſque Illuſtriſſi-
mi, & Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi noſtri Bergomenſes in quorum
ditione nos ſumus. Quinimmò ex Declaratione ſub Clemente VIII. 5
Ordinarius abſolutionem excommunicationem .s. iure communi nulli
reſeruatarum minimè ſibi reſeruare poteſt, vt notat *Comitolus in Reſpon. Moral. lib. 6. cap. 12. Quaranta verb. Caſ. reſeru. in Epiſtola Sacra Congr. ad Archiep. Neapol. Homob. loco cit. & alij.*

Præterea obſeruandum eſt, quòd ſolemnitates, quæ adhibentur in 6
abſolutione ab excommunicatione in foro externo, vt infra dicetur; in
foro Sacramenti Pęnitentiæ, & item in foro conſcientiæ minimè locum
habent. Ita *ex Manuali Prælat. tom. 1. qu. 46. art. 7. 2. concluſ.* Satis de
forma abſolutionis ab excommunicatione in foro Sacramenti Pęniten-
tiæ, & conſcientiæ.

De forma abſolutionis ab excommunicatione in foro externo publico.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutus in foro Pœnitentiæ, aùt conſcientiæ, non eſt abſolutus in foro externo publico.*

2 Solemni.

Digitized by Google

2 *Solemnitates in hoc foro obſeruandæ.*
3 *Cur formæ abſol. addatur particula illa,* .ſ. & communioni fidelium reſtituo te.
4 *Aſſignantur caſus, in quibus ſeruanda eſt dicta abſoluendi forma.*
5 *Aſſignatur caſus, in quo completè non ſeruatur dicta forma.*
6 *Quid annotare debeat Superior, & itèm Pœnitentiarius, qui vi alicuius Bullæ abſoluere intendit.*

1 ABſolutus in foro conſcientiæ, non eſt abſolutus in foro exteriori .ſ. publico; quia inter vnum, & aliud forum multum intereſt, *cap. Quia, de Immun. Eccl. Sebaſt. Medices in ſum. tit. 9. quæſt.* 65. In abſolutione autem ab excommunicatione, quæ fit in foro externo, ſequens conſueuit ſeruari forma.

2 Primo. Superior, ſeù Pęnitentiarius, cui delegata eſt abſolutio hæc, iubeat excommunicatum iurare de parendo mandatis Eccleſiæ, quæ illi fient pro tali cauſa, & præcipuè, ne deinceps delinquat contra illum Canonem, vel Decretum, contra quod faciendo, cenſuram incurrit, quæ conditio ſeruanda eſt, quando propter grauiora crimina, quis eſſet huiuſmodi vinculo irretitus.

Secundò. Requiritur, vt reus prius parti leſæ, aut damnum paſſæ ſatisfaciat; quòd ſi de præſenti non poteſt, det cautionem, vel fideiuſſionem, vel pignus, aut præſtet iuramentum, .ſ. ſatisfaciendi, cum primùm poterit. *Duardus lib. 2. §. 2. quæſt. 14 & 15. Bonac. de Cenſ. diſp. 1. quæſt. 3. punc. 9. apud Homob. de Caſib. reſer. cap. 7. de Abſolutione ab excommunicatione.*

Tertio. Excommunicatum vſque ad camiſciam excluſiuè denudatum, genuflexum coram Abſoluente virga, aut funiculis Abſoluens ſedens cooperto capite leuiter percutit in humero, dicendo totum Pſalmum *Miſerere, cum Gloria Patri, &c.* Huiuſmodi autèm ſolemnitas denudationis, & percuſſionis humerorum ergà mulieres omninò omitti debet honeſtatis gratia, vt docet *Syluеſ. in ver. Abſolutio 3.* quod notat *Zeccius de Caſib. reſeruat. circa finem.* Quinimmò aliæ ſolemnitates modò ſupra relatæ, .ſ. recitationis Pſalmi, & aliarum precum etiam ergà viros, licèt ſint his temporibus parùm in vſu; vt per *Henriquez de Excommunicat. c. 29. num. 4. Sà in ver. Abſolutio ab excommunicatione nu. 18. Beiam in 2. par. Reſponſ. caſ. 2. Auilam de Cenſ. par. 2. cap. 7. diſt. 3. dub. 2. apud Homob. loco citato*; attàmèn decet eas ſeruare, maximè cum ſint traditæ à Rit. Rom.

Dicto Pſalmo, *Miſerere,* Abſoluens ſurgat, & aperto capite recitet preces, prout in *Rit. Rom. de Sacram. Pœnitentiæ.* Deindè ſedeat, & cooperto capite dicat, *Dominus Noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego auctori-*

Digitized by Google

auctoritate ipſius, *& N.* (exprimat nomen Delegantis, ſi Abſoluens eſt delegatus) *mihi commiſſa abſoluo te à vinculo excommunicationis, quam incurriſti*, vel *incurriſſe declaratus es*, *propter tale factum*, *vel cauſam*, *&c. & reſtituo te communioni*, *& vnitati fidelium*, *& Sanctis Sacramentis Eccleſiæ*, *In nomine Patris*, *& Filij*, *& Spiritus Sancti*. *Amen*.

Supponimus hìc excommunicatum iam denunciatũ fuiſſe, vel, exem. gratia, notorium Clerici percuſſorem extitiſſe; ideò in ipſa forma abſolutionis ab excommunicatione ponitur particula illa, & communioni fidelium reſtituo te, vt not. *Zecchius de Caſib. reſeru. circà finem*; quia alij excommunicati, qui non ſunt denuntiati, nec notorij Clericorum percuſſores cum fidelibus in humanis communicare poſſunt citrà mortale, quando ipſi fideles participant cum ipſis. Verùm ſi cum fidelibus participent ſua ſponte, vt plurimùm venialitèr peccant. *Bonac. de Cenſ. diſp.* 2. *pun.* 6. *§.* 1. *num.* 2. Cęterùm ſi audiant cum ipſis denunciatis, vel notorijs, vt ſupra, Miſſam, vel aſſiſtant diuinis officijs, peccant cum ipſis mortalitèr. *Bonac. de Cenſur. diſput.* 2. *pu.* 3. *§.* 1. *num.* 6. *&* 9. 3

ADDITIO.

A*Duertendum eſt pro meliori explicatione dictorum ab* Auctore noſtro hoc articuli 1. num. 2. *Confeſſarium occaſione iuramenti exacti à pœnitente de parendo mandatis Eccleſiæ nihil aliud poſſe illi mandare, quam abſtinentiam à tali crimine pro quo incidit in cenſuram*. cap. de cętero de ſent. excom. Suarez de cenſuris diſp. 19. ſect. 2. num. 10. Sanchez lib. 2. moralium cap. 13. num. 17. & alij communiter.

Tale iuramentum non ſemper erit exigendum in quibuſcumque abſolutionibus, niſi ſpecialiter demandetur à ſuperiore delegante, ſed in caſibus tantum grauioribus, qui meo iudicio ſunt Cenſuræ in Bulla Cęnæ Domini, grauis, & notoria Clerici percuſſio, Excommunicatio ob monomachiam publicam, crimen incendiariorum, & violatio Clauſuræ Monialium ad malum finem.

Circa notata ab Auctore num. tertio *de communicatione cum excommunicatis obſeruandum eſt, ipſos excommunicatos ſi ſua ſponte participent cum fidelibus ſine iuſta, & de iure legitima cauſa peccare ſemper venialiter in ciuilibus, mortaliter verò in Diuinis aſſiſtendo Miſſæ, & Diuinis Officijs; & hoc tam ſi ſint excommunicati denunciati, & publici Clericorum percuſſores, quam ſi ſint occulti, & tolerati, quia pro non denunciatis tolerantia conceſſa eſt ab Eccleſia in fauorem eorum, qui cum excommunicato colloquuntur, vt in excommunicationem minorem non incidant, non verò in fauorem ipſius excommunicati, reſpectu cuius prohibitiones in ſuo robore vigent, ſicut reſpectu excommunicati non tolerati, & denunciati. Clarè*

Mendo in Epitome verbo Excommunicatio num. 9. cum communi. Palaus diſp. 2. de cenſuris pu. 5. num. 1. & 2. *& latius* eadem diſput. pu. 9. num. 2.

ANNOTATIO I.

4 Huiuſmodi ſolemnitates ſupra allatæ ſeruandæ ſunt etiam, cum alicui à Summo Pontifice committitur abſolutio ab excommunicatione in forma Eccleſiæ communi, vel conſueta; quibus tamen omiſſis, abſolutio tenet, ſed Iudex illas omittendo peccat mortalitèr iuxtà aliquorum placitum; quod tamèn alij probabiliùs negant, modò abſit contemptus, vti docet *Homob. loco ſuprà citato*, cum his tempeſtatibus non ſint omninò in vſu, vt ſupra innui. Si verò in commiſſione certa ſpecialis forma ſit præſcripta, illa omninò ſeruanda eſt, *ex Rituali Romano de Sacramento Pœnitentiæ*.

ADDITIO.

Opinio Homoboni hoc num. 4. annot. 1. *relata ab* Auctore *ſingularis eſt, & contra communem, maximè ſi agatur de abſolutionibus, ex commiſſione S. Pontificis, vel Romanæ Pœnitentiariæ expediendis, in quibus ſolet apponi ſemper clauſula* hac vice abſoluas in forma Eccleſiæ conſueta *quotieſcumque materia eſt ex pertinentibus ad forum vtrumque tam conſcientiæ, quam externum. Doctores conſiderantes vim verborum* abſoluas in forma conſueta. *Statuerunt vnanimiter, formam Ritualis Romani ſupra num. 2. enarratam cenſeri adiectam tanquam de eſſentia, & ſubſtantia, & tanquam conditionem abſolutionis, quâ ceſſante, vel non ſeruata ad vnguem, actus corruit, & abſolutio nulla eſt, vti data vltra fines mandati.* Io: Andreas, Innocent., Butrio, Felin. in cap. cum deſideres 15. de ſent. excom. *ſuid* P. Marcus Paulus Leon. in ſua praxi ad literas maioris Pęnitentiarij p. 3. de forma abſol. pro Præsbytericida pag. 272. col. 1. edit. Mediolanenſis Anni 1665.

ANNOTATIO II.

5 Quando res non fuerit adeò grauis, & Delegato nulla ſit à Superiore præſcripta forma, nec ſibi mandatum, vt in forma Eccleſiæ communi, vel conſueta abſoluat, omiſſis ſolemnitatibus abſoluere poterit, dicens, *Dominus Noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego auctoritate ipſius, & S. D. N. Papæ*, (ſi à Papa fuerit delegatus) *vel Reuerendiſs. Epiſcopi N. vel talis Superioris mihi conceſſa abſoluo te à vinculo excommunicationis, in quam*

in quam incurriſti, vel incurriſſe declaratus es propter tale factum, vel cauſam, &c. & reſtituo te, &c. vt ſupra, ex Rituali Romano, vbi ſupra.

ANNOTATIO III.

Superior, ſeù Pœnitentiarius, cui commiſſa eſt abſolutio ab excommunicatione, animaduertere debet, an pœnitens, qui vi alicuius Bullæ, vel Iubilæi abſoluendus eſt, ſub illius ſpe, vel confidentia deliquerit, quia ab huiuſmodi cenſura abſoluere eum non poſſet, ſi in Diplomatibus exprimeretur, ne ſpe Bullæ, vel Iubilæi peccantes, his ad alia peccata vti valeant. *Beia par. 2. caſ. 3. Nau. de Iubilæo, notab. 34. & alij apud Homob. vbi ſup.* 6

De forma abſolutionis à vinculo Suſpenſionis reſpectu cuiuslibet fori.

SVMMARIVM.

1 *In foro Pœnitentiæ, & conſcientiæ ſufficit dicere,* Abſoluo te à vinculo Suſpenſionis.
2 *Forma abſolutionis à Suſpenſione in foro externo qualis.*
3 *Seruanda item eſt ſolemnitas iuramenti.*
4 *Item tres aliæ ſolemnitates ſunt obſeruandæ.*

Reuocanda eſt hic ad memoriam diſtinctio ſuperiùs allata de triplici foro, nempè Sacramenti Pœnitentiæ, conſcientiæ .s. externi fori ſecreti, & externi fori publici; loquendo in foro Sacramenti Pœnitentiæ, & in foro conſcientiæ ſufficit, ſi hac forma vtamur, nempè, *Abſoluo te à vinculo Suſpenſionis.* 1

In foro verò externo publico hac forma vti poterimus. Dicto per pœnitentem *Confiteor*, Abſoluens dicat, *Miſereatur, &c. Indulgentiam, &c.* quibus addendum eſt, *Dominus Noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego auctoritate, qua fungor, vel mihi conceſſa à N.* (exprimat nomen Delegantis, ſi Abſoluens eſt delegatus) *abſoluo te à vinculo Suſpenſionis, quam incurriſti ob tale factum, vel cauſam, vel incurriſſe declaratus es, & reſtituo te priſtinæ executioni tuorum Ordinum, & omnibus actis canonicis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.* 2

Inſuper in abſolutione ſuſpenſi, eſt itidem ſeruanda forma, *Cap. Ex tenore, de Sent. excommunic.* nimirùm, vt abſoluendus iuret ſe mandato Eccleſiæ, & ipſius Abſoluentis obtemperaturum. Deindè illi iniungen- 3

 dum

dum eſt, ne de cętero crimen illud perpetrare audeat, proptèr quod in ſuſpenſionem inciderit.

4 Prætereà, ſi aliquem læſit ob huiuſmodi crimen, illi iniungendum eſt, vt priùs ei ſatisfaciat.

Poſtremò aliqua congruens pœnitentia illi imponi debet, *Say. lib. 4. c. 17. num. 3. & alij communitèr*, vt teſtatur *Homob. de Caſib. reſer. cap. 7. vbi de Abſolutione à Suſpenſione*.

De forma abſolutionis ab Interdicto præcipuè perſonali in omni foro.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio in foro Sacramenti Pœnitentiæ, & in foro conſcientiæ, quę.*
2 *Forma abſolutionis ab Interdicto in foro externo.*
3 *Annotatio prima.*
4 *Annotatio ſecunda.*
5 *Annotatio tertia.*
6 *Annotatio quarta.*

1 IVxta triplex forum, de quo ſupra, procedendum eſt etiam circa abſoluendum ab Interdicto. In foro Sacramenti Pœnitentiæ, & in foro ſecreto conſcientiæ, hac vtendum eſt forma, nempè, *Abſoluo te à vinculo Interdicti*, ita annuente *Rituali Romano de Sacramento Pœnitentię*.

2 In foro verò externo publico, Interdictis præmiſſo iuramento, vel alia cautione faciendi id, ad quod de iure tenentur, v. g. communicandi in Paſchate in termino dierum aſſignandorum, à quibus de iure, vt à Parocho iuxta Decretum *Conc. Prouincialis Mediolan. 3. ſub tit. De his, quæ ad Sacram. Pœnitentiæ pertinent*, dicto per pœnitentem, *Confiteor*, Superior, vel Delegatus dicat, *Miſereatur, &c. Indulgentiam, &c.* poſtea ſubiungat, *Dominus Noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & Ego auctoritate, qua fungor, vel mihi commiſſa à N. relaxo Interdictum Eccleſiaſticum, quod incurriſti, vel declaratus es incurriſſe ob tale crimen, vel cauſam, &c. & reſtituo te ingreſſui Eccleſiæ, Diuinis Officijs, & Eccleſiaſticæ Sepulturæ, In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.*

ANNOTATIO I.

3 Si Laicus ſcienter Interdictum locale violet, v. g. audiendo Sacrum in loco interdicto, &c. mortalitèr peccat, quia in re graui contra Eccleſiæ præceptum agit; ſi verò Clericus in Sacris conſtitutus, illud violet, præter pec-

ter peccatum mortale, incurrit Irregularitatem.

Quinimmò notandum, quòd Clericus vltra peccatum mortale, & Irregularitatem, quibus afficitur, ſi, violando locale Interdictum, exerceat actum proprij ordinis, efficitur etiam inhabilis ad acquirendum Beneficium, & ad retinendum iam acquiſitum. *Reginal. lib. 32. tract. 3. num. 49. Barboſ. in cap. Tanta, de Exceſſ. Prælat. Homob. de Caſib. reſer. par. 1. cap. 7. de Abſolutione ab Interdicto, & alij.*

ANNOTATIO II.

Non eſt adhibenda aliqua forma, nec opus eſt abſolutione, quando locus, vel Populus, qui non peccauit, eſt interdictus: tum quia res, quæ culpa caret, in damnum vocari non debet: tum quia res inter alios acta tertiò non præiudicat, tot. tit. *Cod. Res inter alios acta. Menoch. conſ. 75. num. 9. Conc. 2. de Conſtitut. Barboſa cap. 2. de Conſtit., & eſt communis doctrina*, vt notat *Homob. de Caſib. reſer. vbi ſupra.* 4

ANNOTATIO III.

Aliqua ſunt Interdicta, quæ auferuntur abſque vlla forma, qualia ſunt, quæ tam à iure, quàm ab homine ad certum tempus, vel ſub aliqua conditione lata ſunt; elapſo enim tali tempore, vel adimpleta conditione, abſq; abſolutionis forma, relaxatione, aut declaratione ceſſant. *Couarr. in cap. Alma Mater, par. 1. §. 11. num. 5. Suarez tom. 5. diſp. 29. ſect. 1. Bonacina de Cenſuris diſput. 5. punct. vlt. Homob. loc. cit. & alij apud ipſum.* Et idem obſeruari poteſt de Suſpenſionibus eodem modo latis. 5

ANNOTATIO IV.

Qui iam fuit nominatìm denuntiatus, quòd inciderit in Interdictum, vt Interdicti ſententia afficeretur publicè; iſti quoq; abſolutio publica eſt impendenda, v. g. ante fores Eccleſiæ, vt ſi erat interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, vel ſaltem populo eſt notificanda. Idem obſeruandum eſt, quando quis fuit nominatìm denuntiatus in excommunicationem incidiſſe. Faciunt allata per *Zecch. de Caſib. reſer. circa finem.* 6

ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

De formulis in ſpecie circa impedimenta canonica.

CVm Pœnitentiario, cui datur facultas abſoluendi à cenſuris, & à peccatis reſeruatis, committatur etiam interdum facultas diſpenſandi ſuper Irregularitate, & alijs iuris impedimentis; idcircò meritò alius articulus ſubiungendus eſt, in quo tradantur formæ diſpenſandi ſuper prædicta. Ad quatuor autem reuocantur huiuſmodi impedimenta, prout infra patebit.

De forma diſpenſandi ſuper Irregularitate.

SVMMARIVM.

1 *Requiſita in diſpenſatione ab Irregularitate.*
2 *Doctrina notabilis.*
3 *Forma abſolutionis ab Irregularitate.*

1 IN diſpenſatione Irregularitatis requiritur primo, vt ſigno aliquo externo Superioris voluntatem pandente, exprimatur. Secundò, iuſta cauſa. Tertiò, vt ipſius Irregularitatis ſpecies ſignificetur.

2 Notandum eſt autem, eum, qui diſpenſandi ſuper Irregularitate facultatem obtinuit, poſſe ea vti, ſi poſt ſupplicationem, antequam diſpenſetur, denuò in eandem cadat, vt videre eſt apud *Bonac. de Irregularitate diſp. 7. quæſt. 5. pu. penul.* quòd notat *Homob. de Caſib. reſer. c. 6. vbi de Abſolutione ſuper Irregularitate.* claretq; in ſimili *de Matrimonio;* nam ſi pendente diſpenſatione ex parte affinitatis ob copulam contractæ cum aliqua, alia copula ſequeretur cum eadem, diſpenſatio non vitiaretur, vt tradit *Riccius in Praxi Fori Eccleſiaſt. deciſ.* 241.

3 His attentis Diſpenſans poſt abſolutionem à peccatis, vt ſup. ſubiung. *Et ego auctoritate, qua fungor, vel mihi conceſſa à N. diſpenſo tecum ſuper Irregularitate, vel Irregularitatibus, quam, vel quas contraxiſti, ob talem, vel tales cauſas, & habilem reddo, & reſtituo te actibus legitimis Ordinum, & Officiorum tuorum, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.* Si verò diſpenſandus nullum habet Ordinem, dicat, *Habilem reddo te ad omnes Ordines ſuſcipiendos*; vel etiam ad alia iuxta mandati tenorem. Quod ſi neceſſe ſit titulum Beneficij reſtituere, & fructus malè perceptos condonare, ſubiungat, *Et reſtituo tibi titulum, ſeù titulos Beneficij, ſeù Beneficiorum, & condono tibi fructus malè perceptos, In nomine Patris, & Filij,*

Digitized by Google

& Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Ita colligitur *Ex Rituali Romano de Sacramento Pœnitentiæ.*

De forma diſpenſandi ſuper impedimentis Matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Tria ſunt impedimenta circa Matrimonium.*
2 *Forma abſoluendi in primo impedimento.*
3 *Forma abſoluendi in ſecundo impedimento.*
4 *Ponuntur Caſus, in quibus Pœnitentiarius diſpenſare poteſt circa Matrimonium iam contractum.*
5 *Forma diſpenſandi circa petitionem debiti.*
6 *Annotatio notabilis.*
7 *Ob duplicem cauſam priuatur quis iure petendi debitum.*
8 *Doctrina maximè obſeruanda.*

TRia ſunt genera impedimentorum circa Matrimonium; nam aliud eſt impediens Matrimoniũ contrahendum: aliud dirimens Matrimonium iam contractũ: aliud impediens iuſtam petitionem debiti coniugalis; & iuxta iſta tria impedimentorum genera tres itidem ſunt formæ diſpenſandi. 1

Circa impedimenta Matrimonium contrahendum impedientia, huiuſmodi forma Diſpenſans vti poterit. Impertita abſolutione à peccatis, ſi qua pœnitens indigeat, dicat, *Et ego auctoritate, qua fungor, vel mihi tradita à N. diſpenſo tecum ſuper facultate contrahendi Matrimonium, qua prohibitus eras ob tale crimen*, exemp. gratia, vxoricidij, vel ob talem cauſam, *concedens tibi, vt abſque peccato poſſis illud contrahere, & conſummare, ſeruatis tamen ſeruandis, &c. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.* 2

Circa impedimenta Matrimonij dirimentia Diſpenſans hanc formam adhibere poteſt. Data abſolutione, vt ſupra, addat, *Et ego auctoritate (vt ſupra) diſpenſo tecum ſuper tali impedimento*, (exem. gratia, ſuper affinitate contracta in primo gradu cum vxore tua propter crimen carnale perpetratum cum ſorore vxoris tuæ) *concedens tibi, vt, eo non obſtante, poſſis denuò contrahere Matrimonium, & exigere debitum coniugale, ſeruatis tamen ſeruandis, &c. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.*

AN-

Digitized by Google

ANNOTATIO I.

3 Pęnitentiarij, quibus ab Epiſcopis generalitèr tribuitur facultas diſpenſandi in foro Pœnitentiæ, & conſcientiæ circa impedimenta Matrimonium iam contractum dirimentia, in duobus caſibus vrgentis neceſſitatis diſpenſare poterunt.

4 Primus eſt, quando concurrunt infimul hæ quatuor conditiones. Prima, quia Matrimonium eſt publicum. Secunda, quia impedimentum eſt occultum. Tertia, quia ſubeſt ſcandalum in ſeparatione. Quarta, quia non eſt facilis recurſus ad Sacram Pęnitentiariam. Alter caſus eſt, quando Matrimonium eſt contrahendum, v. g. ſi mane fęmina ad confitendum accedat, habens impedimentum dirimens, cuius manifeſtatio grauis infamiæ illi cauſa eſſet, & iam omnia ad nuptias celebrandas eſſent parata. Ita *Molſ. lib. 4. cap. 12. numer. 35. Bonacina de Matrim. qu. 3. pun. 1. Homob. de Caſib. reſer. par. 1. cap. 6. de forma diſpenſandi ſuper petitione debiti.* Tamen in hoc caſu prudens Confeſſarius poterit inuenire aliquam cauſam prolungandi celebrationem talis Matrimonij, vt dat exemplum *Bonacina, vbi ſupra pun. 15. num. 6.*

Item Pęnitentiarius in praxi attendere debet, ſi, dum coniugatorum Confeſſiones audit, aliquod impedimentum dirimens deprehendat, circa quod ipſi coniugati aliquo ſcrupulo non tangantur, ſed bona fide viuant, credens probabiliter conſilium ſuum non profuturum, prudenter ſe habebit, ſi eos non admoneat .s. de ſtatu, in quo ſunt. *Sot. in 4. ſent. diſt. 18. quæſt. 2. Art. 4. Suarez tom. 4. diſp. 32. ſect. 4. Sanchez lib. 2. de Matrim. diſp. 38. & alij apud Homob. vbi ſupra.*

5 Circa impedimentum petitionis debiti coniugalis hæc forma obſeruari poterit. Diſpenſans data abſolutione, vt ſup. addat, *Et Ego auctoritate, vt ſupra, diſpenſo tecum ſuper petitione debiti Matrimonialis, qua te priuaſti*, exempli gratia, eo quòd cognouiſti conſanguineam vxoris tuæ, vel viri tui conſanguineum, vel quia contraxiſti Matrimonium poſt ſimplex votum Caſtitatis à te emiſſum, *concedens tibi, vt poſſis in poſterum abſq; peccato id petere, & poſt mortem coniugis denuo contrahere. In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.*

ANNOTATIO II.

6 Hæc verba vltimo loco poſita in prædicta forma, nimirùm, (*& poſt mortem coniugis*) omittenda ſunt, quando quis abſoluit vi alicuius literæ Sacræ Pęnitentiariæ, vel alicuius diplomatis decernentis, vt poſt mortem coniugis diſpenſati iterùm opus ſit noua diſpenſatione.

AN-

Digitized by Google

ANNOTATIO III.

Duplex eſt cauſa, ob quam quis priuatur iure petendi debitum, .ſ. 7
crimen inceſtus, quod accidit Matrimonio iam contracto; & votum ſimplex caſtitatis emiſſum à coniuge ante Matrimonium contractum. Eſt doctrina communis.

ANNOTATIO IV.

Ignorantia iuris imponentis talem pęnam iuxta nonnullorum ſenten- 8
tiam excuſat ab hoc onere petendi diſpenſationem ob inceſtus crimen; immò addunt diſpenſatione non eſſe opus, vbi conſuetudo non viget, vt petatur, vt in ſententia multorum docet *Homob. l. c. reg.* 4.

ADDITIO.

Ex generali regula ignorantia impedimenti non efficit, vt impedimentum non obſit valori matrimonij, quia impedimentum non eſt pęna, ſed inualiditas ſtatuta per canones contractui matrimonij in tali vel tali circumſtantia. Sic Sanchez lib. 7. diſp. 17. num. 9. Hurtado diſp. 5. diff. 3. Perez diſp. 39. ſect. 5. n. 3. Coninch. diſp. 27. n. 13. P. Georg. Gobat in Theol. Sacramentali tract. 9. num. 67.

An autem idem dicendum ſit de impedimento petitionis debiti, mirabiliter diſcrepant DD. Certior, & verior eſt doctrina affirmatiua, ſcilicet maritum conſcium ſe habere rem cum conſanguinea vxoris ſuæ, ignarum tamen, ex ea copula inſurgere poſſe impedimentum petitionis debiti, nihilominus incurrere ex ratione ſupradicta, cui ſubſcribunt grauiſſimi Canoniſtarum, & moralium. Vide Sanchez diſp. 32. lib. 9. de matrim. num. 50. *Non nego tamen ob auctoritatem extrinſecam, probabilem eſſe contrariam ſententiam ab auctore relatam, hac* annotatione 4. *quam deffendunt citati apud eundem* Sanchez diſput. eadem num. 20. *& ſunt* Nauarrus, Philiarc. & Manuel 1. tomo ſummæ cap. 195. num. 3.

De forma diſpenſandi in votis.

SVMMARIVM.

1 *Ad irritandum vota quid requiritur.*
2 *Ad diſpenſandum item vota quæ requirantur.*
3 *Forma diſpenſandi quæ.*

1 Sciendum eſt vota irritari, diſpenſari, & commutari poſſe, vti paſſim tradunt DD. maximè Summiſtæ. *verb. votum.* Ad irritandum vota requiritur ſolummodò voluntas illius, qui ad irritandum poteſtatem habet, ſitq; nudo verbo, *Cap. Manifeſtum. Cap. Noluit.* 33. *quæſt.* 5. quod notat *Zecchius de Caſib. reſeruat. circa finem*, & illi competit irritatio, qui in alios habet ius, & auctoritatem, cuiuſmodi eſt tutor erga pupillum, Pater erga filium, Abbas erga Monachos eidem ſubditos. Ad irritationem itaq; ſufficit hoc verbum, *Nolo*, abſq; alia verborum forma.

2 Ad diſpenſandum verò in votis duo requiruntur, nempè ſpiritualis poteſtas, & iuſta cauſa, ſine qua diſpenſatio coram Deo nulla eſt. Qui autem ſcientèr ſine cauſa diſpenſat, læthali culpa ſe obſtringit; ſed tamèn diſpenſati ignorantia Superioris auctoritate innixa, eum excuſat. *Tuſchus verb. Diſpenſatio concl.* 56. *Capeau. par.* 1. *cap.* 11. *& alij.*

3 Forma autem poterit eſſe iſta, *Dominus Noſter Ieſus Chriſtus dignetur tecum diſpenſare, & ego auctoritate, vt ſupra, diſpenſo tecum ſuper voto per te emiſſo*, exempli gratia, de ieiunando in pane, & aqua ſingulis ſextis Ferijs, & Sabbatis, *decernens te ad illius obſeruantiam de cætero non teneri, In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.*

De forma commutandi vota.

SVMMARIVM.

1 *Commutatio fit duobus modis.*
2 *Ad commutationem in minus, quid requiratur.*
3 *Forma commutationis quæ.*
4 *An, quando quis ſuum commutat votum in euidenter melius, requiratur auctoritas.*
5 *Diſpenſatio, & commutatio extra Confeſſionem an fieri poſſit.*

6 *An*

6 An Iubilæi tempore, poſt ipſum Iubilæum, poſſit transferri diſpenſatio, aut commutatio.

COmmutatio fit duobus modis, videlicet, ſine cauſa, & cum cauſa. Commutatio ſine cauſa facienda eſt, vt ſit in melius; cum cauſa poteſt fieri in æquale per eum .s. qui habet poteſtatem. In euidenter autem melius poteſt quiſquis ſuum commutare votum, *Cap. Peruenit. 2. de Iure iurando Syluest. verb. Votum 4. quæſt. 7. Ricar. in 4. diſt. 18. artic. 8. quæſt. 1. apud Sà, verb. voti commutatio num. 10. Fernandez in Examine Moral. Theolog. par. 1. cap. 6. §. 11. n. 3.* 1

Ad commutationem autem in minus requiritur in habente poteſtatem cauſa tanta, quanta requiritur ad diſpenſandum circa talem partem. Quamobrem, qui non habet poteſtatem ſimul diſpenſandi, non poteſt in euidenter minus commutare. Faciunt adducta per *Fernandez, vbi ſup.* 2

Forma verò commutationis poterit eſſe huiuſmodi. *Dominus Noſter Ieſus Chriſtus dignetur tuum commutare votum, & ego auctoritate, vt ſup. commuto votum à te emiſſum*, exempli gratia, de non comedendo carnes ſingulis v. ferijs *in tale opus pietatis*, exempli gratia, in erogandam eleemoſynam ad placitum ſingulis hebdomadis, *decernens te ad obſeruantiam primi de cætero non teneri. In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.* 3

ANNOTATIO I.

Quandò aliquis ſuum commutat votum in euidenter melius, non requiritur alterius auctoritas, nec aliqua verborum forma, vt de ſe claret. 4

ANNOTATIO II.

Diſpenſatio, & commutatio extra Confeſſionem fieri poteſt, Verùm ſi ex delegatione, vel commiſſione ſit altera earum facienda, mandati fines diligenter ſunt cuſtodiendi. *Homobonus, loco citato.* 5

ANNOTATIO III.

Iubilæi tempore, quo Confeſſarius multis grauatur occupationibus, ſi merita cauſæ diſpenſandi, aut commutandi diligentiùs attendere voluerit, tàm diſpenſationem, quàm commutationem, etiam tranſacto Iubilæi tempore, impertiri poterit; eo quod cauſam iam inchoauit debito tempore, vt ſuppono; & hoc ſufficit ad firmandum iuriſdictionem. *Sayr. in Clau. Regia lib. 6. cap. 13. num. 19. Homob. loc. cit. & alij apud ipſum.* 6

Digitized by Google

De forma diſpenſandi in iuramentis, & ea commutandi.

SVMMARIVM.

1 *Forma diſpenſandi, & commutandi circa iuramenta qualis.*
2 *Circa iuramenta quæ, & quot conſiderentur.*
3 *Vrgente neceſſitate, an poſſit quis violare iuramentum.*
4 *Iuramentum in honorem Dei factum, an diſpenſari poſſit.*
5 *Circa iuramentum aſſertorium non poteſt fieri diſpenſatio.*
6 *Iuramentum promiſſorium an poſſit diſpenſari, & à quo.*
7 *Iuramentum promiſſorium attendendum eſt, an fiat Deo, vel homini.*

1 EAdem prorsùs mihi videtur adhibenda eſſe forma, qua vſi ſumus etiam in diſpenſatione, & commutatione votorum, excepto, quod vbi dicitur *Diſpenſo tecum ſuper votum à te emiſſum, &c.* hìc dicendum eſt, *Diſpenſo tecum ſuper iuramentum à te præſtitum, &c.* Itidem vbi dicitur, *Dignetur Dominus tuum votum commutare*, hìc dicendum, *Dignetur Dominus tuum iuramentum commutare*. Et hoc quò ad formam.

ANNOTATIO I.

2 Quemadmodùm circa vota tria conſiderantur, nimirùm annullatio, ſeù relaxatio, diſpenſatio, & commutatio; ſic etiam circa iuramentum hæc tria ſunt attendenda.

Relaxatio pertinet ad Superiores, quatenùs Superiores, .s. in eo, quo Superiores ſunt; vt ad patrem reſpectu filiorum, ad Dominum reſpectu ſeruorum, & ad tutorem reſpectu pupilli, &c.

Poſſunt enim Superiores irritare iuramenta de re ſibi ſubiecta, ſicut poſſunt irritare vota eiuſdem materiæ ſibi ſubiectæ. Dico reſpectu materiæ ſibi ſubiectæ, quia nemo iurare poteſt in præiuditium alterius. Ita *Sanchez lib. 6. de Matrim. diſp. 39. n.* 10. *Suarez lib. 2. de Iuram. cap. 38. Clauis Regia lib. 5. cap. 8. num. 5. & alij* apud *Bonacinam in Decalogo diſp. 4. quæſt.* 1. *punct.* 17. *prop.* 2. *num.* 4. & alij apud ipſum.

ANNOTATIO II.

3 Poteſt quis vrgente neceſſitate, qua non poteſt adiri Superior, iuramentum violare, credens in illa neceſſitate ſe non obligari, vt ſentit *Sylu. verb. Iuramentum, n.* 18. quod notat *Sà, verb. Iuramentum, n.* 18.

AN-

ANNOTATIO III.

Iuramentum factum in honorem Dei principalitèr, ſine cauſa rationabili, à nullo citrà Deum poteſt diſpenſari; quia Papa non poteſt ſine cauſa remittere obligationem Deo factam: ex rationabili autem cauſa, vt ob ſcandalum vitandum, vel alia, tàm Epiſcopus, quàm Papa poteſt diſpenſare, vt notat *Summa Armilla*, *verb. Iuramentum*, *num.* 22. ſi tamèn concernit iuramentum tantùm fauorem iurantium, ſic poſſunt ad inuicem ſibi remittere iuramentum, ſecundùm *Io. Andr. cap.* 2. *de Sponſ.* quod notat *Armilla*, *loco citato*. 4

ANNOTATIO IV.

In iuramento aſſertorio nunquam poteſt fieri diſpenſatio; vt quis in aliquo caſu falſum iuret, quia talis diſpenſatio eſſet directè contra præceptum Dei, ſecundum *D. Thom.* 2. 2. vt aduertit *Armilla*, *loco ſupra cit.* In promiſſorio autem iuramento admittitur diſpenſatio; quia, quod eſt vtile, honeſtum, & bonum in communi; ſecundùm particularem euentum non erit fortaſſe vtile, honeſtum, & bonum, vel non ita bonum, ideò admittitur diſpenſatio. 5

ANNOTATIO V.

Quandò iuramentum promiſſorium factum alicui pertinet ad ipſius vtilitatem, poteſt ille, cui promittitur liberare eum à tali iuramento; iam enim ſatisfeciſſe intelligitur, quando fecit, quod ille vult: ſi verò, quod alteri eſt promiſſum, concernit honorem Dei, & aliorum vtilitatem, vt ſi quis iurauit alicui intrare Religionem; ille, cui facta eſt promiſſio, non poteſt abſoluere, ideſt liberare, quia principaliter facta eſt Deo: niſi promittens interpoſuiſſet aliquam conditionem, vt dicendo, ſi tibi videtur; tunc enim poſſet ille, cui promiſit abſoluere, ideſt, liberare. *Armilla*, *vbi ſupra*. 6

ANNOTATIO VI.

Iuramentum promiſſorium valde differt, an fiat Deo, vel homini; nam factum Deo, qui non vult indifferentia in ſui obſequium, ad hoc quòd obliget, neceſſe eſt, vt ſit de re moralitèr bona, ſaltèm ex circunſtantia, quæ non ſit impeditiua maioris boni: factum verò homini ad hoc, vt obliget, ſufficit, quòd non ſit de re illicita ex parte illius, qui 7

Digitized by Google

tenetur illud implere. Exempli gratia, iurans alicui mulieri ducere eam in vxorem, illo ligatur iuramento, & non poteſt remanere in perpetuo cęlibatu, quamuis melius ſit: ſi tamen in genere iuraſſet ducere vxorem, nulli mulieri ſe obligando particulari contractu; tunc, quia hoc iuramentum ſortitur naturam iuramenti Deo facti, poſſet in ſeculo remanere in perpetuo cęlibatu, eo quod in melius ſit. Quod in primis animaduertit *Nald. verb. Iuram. num. 25.*

FINIS PRIMÆ PARTIS.

COM-

COMMENTARIORVM
In caſus, ac cenſuras reſeruat.
PARS SECVNDA.

PRIMI CASVS
PARS PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Exponitur prima dictio textus,* Qui.
2 *Agitur hic de excommunicatione, quò ad cauſam materialem remotam.*
3 *Excommunicationum tàm à iure, quàm ab homine duo ſunt genera.*
4 *Excommunicatio minor hic minimè reſeruatur.*
5 *Excommunicatio maior ab anathemate quomodo differat.*
6 *Exponitur illa dictio,* Sine à Nobis.
7 *Illius termini,* Sinè à Nobis, *altera expoſitio.*
8 *Excommunicatio Epiſcopalis cui reſeruetur.*
9 *Excommunicatio ab homine ob rei contumaciam praeiſè fertur.*
10 *Excommunicatio à iure triplex eſt.*
11 *Excommunicationum Epiſcopo Bergomi reſeruatarum duæ ſunt ſpecies.*
12 *Excommunicationes primæ ſpeciei ſunt quatuor.*
13 *Excommunicationes iure communi Epiſcopo reſeruatæ ſunt ſeptem.*
14 *Excommunicationes Concilij Trid. ſunt decem.*
15 *Regula generalis ad dignoſcendum incidentes, & non incidentes in caſum, ſcilicet in excommunicationem.*
16 *Non ſat eſt ad incidendum in caſum habere propoſitum patrandi delictum ſub excommunicatione vetitum.*

17 Non

17 *Non incidit, qui ligatur ſolummodò minori* ***excommunicatione, ideò*** *abſolui poteſt per ſimplicem Confeſſarium.*

18 *Nec ille, qui eſt excommunicatus à iure* ***excommunicatione nemini*** *reſeruata.*

19 *Item non ligatur, qui ſimul iniuſtè, & inualidè* ***eſt excommunicatus.***

20 *Quomodo ſe gerere debeat excommunicatus* ***iniuſtè, & inualidè.***

21 *Non ligantur hoc primo caſu perſonæ priuilegiatæ.*

22 *Item non ligantur* ***mandantes.***

23 *Incidit, qui fuit ab Ordinario ſingularitèr excommunicatus.*

24 *Non poteſt abſolui per ſimplicem* ***Confeſſarium, qui eſt ligatus excommunicatione Epiſcopo reſeruata.***

25 ***Incidunt etiam fœminæ in excõmunicationes, de quibus loquitur textus.***

26 ***Incidunt etiam impuberes doli tamen capaces.***

27 ***An meretrices non confitentes, aut non communicantes in Paſchate excommunicentur.***

28 ***An incurrat quis in excommunicationem propter actum externum, venialem tantum.***

29 ***Tria obſeruabit Pœnitentiarius circa ligatum excommunicatione Epiſcopo reſeruata.***

30 ***Sacerdos abſoluens in articulo mortis ab excommunicatione Epiſcopo reſeruata, quid obſeruare debeat.***

IN CASVM PRIMVM, .s.

Qui excommunicationis maioris, Suſpenſionis, vel Interdicti vinculo aſtricti tenentur, idq; ſiuè à Nobis, ſiuè à iure communi, in caſibus tamen ab eodem Nobis reſeruatis.

COMMENTARIA.

SI radicitus, omniquè diligentia hunc meditabimur textum protinùs intelligemus in tres diuidi partes, quarum quælibet in duas ſubdiuiditur particulas. Prima pars tangitur ibi (*Qui excommunicationis maioris*) Altera ibi, (*Suſpenſionis*) Tertia verò ibi (*vel Interdicti*) verba verò ſubſequentia videlicèt (***Idquè ſiuè à Nobis, ſiuè à iure communi***) ſunt illæ duę particulæ, in quas diuiditur quælibet pars principalis. Deniquè verba illa .s. (***In caſibus tamen ab eodem .s. iure communi Nobis reſeruatis***) deſignant

Digitized by Google

ſignant ſeptem illas excommunicationes, quas ius commune Ordinarijs reſeruat, de quibus infra nu. 13. & excludunt illas, quas idem ius commune nulli reſeruat, vti ſunt ſeptuaginta illæ excommunicationes, quæ recenſentur à *Syluest. verb. Excommunicatio 9. per totum*, quæ per hunc textum non reſeruantur, ſed relinquuntur iuxta diſpoſitionem iuris communis. Senſus itaq; iſtius textus explicitè propoſitus talis eſſe videtur.

Annodantur caſu primo, qui ſunt aſtricti vinculo maioris excommunicationis ab Ordinario noſtro latæ.

Secundo. Qui ſunt aſtricti vinculo maioris excommunicationis à iure communi latæ, in caſibus tamen ab eodem iure Ordinario reſeruatis.

Tertio. Qui per Ordinarium ſunt aſtricti vinculo maioris ſuſpenſionis.

Quarto. Qui ſunt aſtricti vinculo ſuſpenſionis à iure communi latæ, in caſibus tamen ab eodem iure Ordinario reſeruatis.

Quinto. Qui ſunt aſtricti vinculo Interdicti ab Ordinario lati.

Sexto. Tandem qui ſunt interdicti à iure communi in caſibus tamen ab eodem iure, Ordinario reſeruatis.

De qualibet harum partium, & particularum diſſerendum eſt. Et in primis de prima parte in ordine, & de duabus eius particulis.

De excommunicatione lata tàm ab Epiſcopo, quàm à iure communi, ipſi tamen ab eodem reſeruata.

AB hac excommunicatione exordiendo, octo percurremus paragrapha. Primum erit, Terminorum expoſitio. Alterum, Aſſignatio excommunicationum, de quibus loquitur textus. Tertium, Regula quædam generalis ad dignoſcendum incidentes, & non incidentes in caſum. Quartum, Qui non incidunt in caſum. Quintum, Annotationes circa non incidentes. Sextum, Qui incidunt in caſum. Septimum, Annotationes circa incidentes. Octauum, Modus obſeruandus à Pęnitentiario, antequam abſoluat annodatum hoc caſu.

§. 1.

Quo ad primum. Circa terminum iſtum (*Qui*) cum ſit maſculini generis, vt de ſe claret, meritò dubitatur, an ſub ipſo in textu comprehendantur etiam fęminæ; & primo acceſſu videtur dicendum fęminas nullo modo ſub ipſo comprehendi, præcipuè, quia in materia odioſa, velut eſt iſta excommunicationis, maſculinum non concipit fęmininum, *Arg. tex. in cap. Odia de reg. iur. in 6.* & propterea ſi ſtatutum diceret, quòd rebelles banniantur cum filijs ſuis, non comprehenderentur filiæ: eſt

Sſ enim

enim odium irrationabile, quod quis puniatur ex alieno delicto, *l. Manumiſſionis C. de Oper. Libertam*. His non obſtantibus mihi probatur, quòd ſub verbo (*Qui*) de quo textus; comprehendantur etiam fœminæ. Et ratio eſt, tùm quia ſic lex decernit, *l. 1. ff. de verb. ſignif.* tùm quia ſtatutum Epiſcopi recipit interpretationem à conſuetudine, vt habet *Philippus Portius in Concluſ. & reg. vtriuſq; iuris concl.* 20. ex antiqua autem conſuetudine, quæ in dubio eſt optima legum interpres, *l. Si de interpretatione, ff. de Legib.* habetur fœminas ſub hoc caſu comprehendi: tùm quia ſunt minimè mutanda, quæ interpretationem ſemper habuerunt certam, *l. Minimè ff. de legib.* tùm quia modus ita exceditur in eo, quod eſt amplius, ſicut in eo, quod eſt minus, *Cap. Cuſtos, de Officio Cuſtodis*: tùm quià hæc veritas conſtat ab abſurdo vitando, *l. Nam abſurdum. ff. de Bonis Libertorum*: eſſet enim maximum abſurdum fœminas eximi à pœnis, quæ infliguntur proptèr delicta, quæ, & ab ipſis patrari poſſunt, & ſolent. Concludo igitùr ſicut ſupra.

2 Terminus ſecundus. Circa terminum illum, (*Excommunicationis*) obſeruandum eſt, textum non loqui abſolutè, ſiuè ſimplicitèr de excommunicatione, nimirùm quò ad omnem cauſam, .s. efficientem, formalem, finalem; ſed ſolummodò de cauſa materiali remota, de homine .s. qui ob peccati reſeruationem per ſimplicem Confeſſorem, .s. carentem facultate ſuper caſus reſeruatos, abſolutionis beneficium habere non poteſt; ratio autem cum agatur hic de excommunicationis cauſa remota tantùm, eſt, quia agere de qualibet excommunicationis cauſa non eſſet fungi officio Commentatoris caſuum, ſed Theologi, aut Summiſtę.

3 Item circa terminum illum (*Excommunicationis*) obſeruandum eſt, excommunicationum tam à iure, quàm ab homine duo eſſe genera, quædam ſunt ipſo iure latæ, quædam verò ferendæ. Textus autem non loquitur de ferendis, ſed de latis ipſo iure. Quod quidem ſatis clarè colligitur ex ipſo textu .s. ex illis verbis (*vinculo aſtricti tenentur*) per quæ deſignatur textum ſupponere homines iam eſſe obſtrictos.

4 Tertius terminus .s. (*Maioris*) dicitur, maioris, ad deſignandum in textu minorem excommunicationem non reſeruari, & meritò quidem, tùm quia huiuſmodi excommunicatio ſæpè ſæpius ob ſolum veniale contrahitur. Hinc fit, vt nec in Religionibus, vbi exactè viget obſeruantia, conſueuerit reſeruari: tùm quia ſecundum probabilem opinionem, etiam ſimplex Sacerdos ab ipſa abſoluere poteſt, licet aliter ſentiat *Caiet. verb. Abſolutio. Petrus Sotus lect. 4. de excommunicatione. Syluest. verb. Abſolutio 3. num. 3. & alij*. Ratio noſtræ opinionis eſt, quia ſicut Eccleſia dat iuriſdictionem ſimplici Sacerdoti abſoluendi à venialibus: ita etiam abſoluendi ab excommunicatione minori, quæ vt plurimum veniale conſequi ſolet; ideò in textu excommunicatio minor non reſeruatur.

ADDI-

ADDITIO.

Scripſerat Lupus hoc numero, *ex ſententia olim communi, licere Sacerdoti ſimplici abſoluere à venialibus; Sed nobis notandum eſt prædictæ opinionis vſum ſub culpa graui interdici declaratione S. Congregationis edita per modum Bullæ à Sanctiſs. Innocentio XI. die* 12. *Februarij* 1679. *publicata die* 15. *eiuſdem menſis, vna cum varijs decretis circa communionem quotidianam, impreſſa cum reprobationibus ſententiarum eiuſdem Anni venetijs, & alibi* pag. 15. & ſequentibus; *qua vetatur cuicunque Sacerdoti, Seculari, vel Regulari non approbato ab Epiſcopo ad Confeſſiones vllo modo abſoluere à quibuſcunque venialibus.*

His non obſtantibus in ſententia probabili poterit ſimplex Sacerdos abſoluere ab hac excommunicatione minori extra Sacramentum, & ſic neque audita Confeſſione peccatorum venialium pro foro Conſcientiæ, vel externo iuxta dicta in caſu ſimili ſupra in additione ad art. 1. diff. 1. diſt. 6. parte 1. pag. 79.

Tutius tamen erit adire proprium Parochum, cui in ſententia veriori, & probabiliori excommunicationis minoris abſolutio reſeruatur, ex textu in cap. nuper de ſent. excom. *vt explicat multis citatis exactiſſimè* Palaus de cenſ. diſp. 2. pun. vlt. num. 22. & 23.

Verùm fortaſſe circa terminum hunc (*Maioris*) inquires, num in iure differat maior excommunicatio ab anathemate. Cui dubitationi occurrit *Io: Fran. Leo in Praxi Archiepiſcopali par. 3. cap.* 28. *& Tolet. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 2. aſſerentes non differre, niſi in forma: nam excommunicatio, quam fert Iudex vtendo verbo anathematis, fit cum maiori ſolemnitate, quam cum vtitur verbo excommunicationis, exempli gratia, cum extinctione candelarum, &c. & infert tale anathema Epiſcoporum tantùm eſt iuxta *Gloſ. communiter receptam in cap. Cum ab Eccleſiarum, de Off. Ordin. & ibi Abbas num.* 5. Vlteriuſquè aduertendum anathema fulminari ad maiorem terrorem vulgarium, & difficiliùs conceditur eius abſolutio, vt notat *Abbas vbi ſupra, & in cap. Cum in cunctis §. Inferiora num.* 5. *de Elect.* 5

6 Quartus terminus eſt illa dictio (*Siuè à Nobis*) quæ proindè valet atq; iſtæ, à Nobis, vel Vicario Noſtro, vel iure Noſtro, exempli gratia, vel per ſententiam particularem noſtram, vel Vicarij noſtri contra aliquem, vel per edictum, vel per ſtatutum Synodale noſtrum.

7 Inſuper per iſtam dictionem (*Siuè à Nobis*) intelligitur omnis ille, ad quem ſpectat iuriſdictio Epiſcopalis, & proindè nodum comprehendit Epiſcopum, ſed etiam Capitulum mortuo, vel amoto Epiſcopo. Præterea excommunicatio, de qua textus in iſtis verbis (*Siuè à Nobis*) eſt 8

illa, quæ ſuo reſeruatur auctori, & à qua vnus ille, aut Superior, aut ſucceſſor in officio tantummodò abſoluere poteſt, quamuis abſolutio ſpecificè non ſit reſeruata excommunicatori.

ADDITIO.

Certum eſt per mortem, vel amotionem ab officio legislatoris ceſſare legem, ſicque per mortem, vel amotionem, aut translationem Epiſcopi ceſſare cenſuras, ab ipſo generaliter ſtatutas extra conſtitutiones Synodales, vt latè ſupra in addit. part. prim. diſt. 18. pag. 228. & 229. *Aperti iuris eſt ſimiliter per banc ceſſationem non abſolui pęnitentem, qui viuente Epiſcopo reus fuit, & incidit in ipſas cenſuras, & remanet adhuc inabſolutus, vt diximus* ſup. pag. 229. in fine addit. citatæ.

Sed quæritur opportunè, dato tali caſu, quod ceſſante lege per mortem Epiſcopi excommunicantis, & ſibi reſeruantis abſolutionem, adſit aliquis pęnitens, qui viuente Epiſcopo culpam commiſerit, & cenſura viuat affectus, poterit ne abſolui ab omnibus Confeſſarijs, vel tantum à ſucceſſore legislatoris in officio, ſeu à Capitulo Sede vacante?

Dico abſoluendum eſſe à quolibet Confeſſario approbato, vel ſaltem à proprio Parocho iuxta dicta in addit. pag. 79. *Quia licet per mortem Epiſcopi non tollatur reitas, & pœna in pęnitente, qui iam peccauit tempore, quo lex vigebat, tamen tollitur reſeruatio abſolutionis, ſicut tollitur in caſibus reſeruatis ſine cenſura, vt dictum eſt* ſupra par. 1. diſt. 23. artic. 1. num. 3. & in additione.

Nec obſtabit, quod Capitulum Sede vacante, vel Vicarius Capitularis publicet iterum tabellam reſeruatorum, & in primo capite reſeruet cenſuras omnes, ſiue à nobis, ſiue à iure, &c. *Poterit enim talis pęnitens abſolui à Parocho, vel Confeſſario ſimplici, vt ſupra, quia lex reſeruans non ſe extendet ad præterita, nempe ad anteceſſorum cenſuras, niſi per expreſſum declaret, vt probauimus in* addit. ad art. 1. diſt. 23. par. 1.

Sed fortè incidenter curioſè à me ſciſcitaberis, ob quam cauſam ex-
9 communicatio ab homine feratur. Tibi reſpondeo ferri præciſè ob contumaciam Rei mortalem: exempli gratia, quia citatus noluit comparere coram Iudice, vel ſe occultat, nè citetur, vel renuit ſtare iuri, aut latæ offenſæ ſatisfacere, quamùis culpa euidentèr extiterit probata; diciturquè talis contumacia mortalis ob contemptum Iudicis. Ita *Lacten. Final. de Caſib. reſer. caſ. 1. poſt Nauar. in Man. cap. 27. num. 44. Abbas in rubr. de Sent. excom. & in cap. Qua fronte num. 10. de Appell.* quem ſequitur *Quaranta in ſum. Bull. verb. Abſolutio.*

10 Quintus terminus (*Siuè à iure communi*) Excommunicatio à iure, eſt triplex: alia reſeruatur Papæ: alia Epiſcopo, ſeù Ordinario: alia verò nemini.

Digitized by Google

nemini. Textus intelligendus eſt de illa, quæ reſeruatur Epiſcopo, ſeù Ordinario, & eſt illa, quæ fertur per Sacros Canones, ſiuè per Conſtitutionem generalem, .s. totius Eccleſiæ, exempli gratia, per *Conc.Trid.* reſeruata Ordinario loci.

§. II.

11 Quò ad ſecundum paragraphum. Excommunicationes, de quibus loquitur textus illis verbis (*Siuè à Nobis, ſiuè à iure communi*) Epiſcopo Bergom. reſeruatæ ſunt duarum ſpecierum, ſeù ſunt in duplici differentia. Prima ſpecies eſt illarum, quæ ſunt latæ ab ipſo Epiſcopo Bergom. vel eius Vicario, maximè in Synodo. Secunda eſt illarum, quæ in iure communi, ſeù in Concilijs Generalibus, maximè in Trid. Epiſcopo reſeruantur, vt ſupra innuimus.

De prima ſpecie excommunicationum.

12 EXcommunicationes latæ ab Epiſcopo Bergom. in Synodo vltima ſub Illuſtriſs. Epiſcopo Priolo, ſæpè allegata, ſunt ſequentes.

Prima eſt contra iungentes ſe copula carnali, antequam celebrent Matrimonium per verba de præſenti, *pag.* 58. *tit. de Matrim.*

Secunda eſt contra Examinatores reuelantes examinando dubia proponenda, *pag.* 81. *tit. de Beneficiorum Collatione.*

Tertia eſt contra Iudices, & Notarios inſpicientes in loco ſacro occiſorum cadauera, *pag.* 65. *tit. De his, quæ in Eccleſia, &c.*

Quarta eſt contra non denunciantes Hæreticos, aùt ſuſpectos de Hæreſi, *pag.* 2. *tit. De Hæreſi, &c.*

Aliæ verò cenſuræ, quæ in Edictis, & alijs Synodalibus Conſtitutionibus Diœceſis Bergomi reperiebantur à Prędeceſſoribus latæ, per hanc vltimam Synodum prouidè ſublatæ ſunt, vt in vltimo Decreto habetur, ideò de illis nihil ſupereſt loquendum.

ADDITIO.

OMnes iſtæ Excommunicationes hic ab Auctore Lupo *ex Synodo* Priula *extractæ, abolitæ fuerunt poſteriori Synodo* Grimana prim. decreto 24. & 35. *qua propter non amplius obligant, niſi quatenus legantur repetitæ in ſequenti Catalogo, vel aliunde vigeant, vti* quarta *contra non denunciantes Hæreticos, &c. de qua promulgatur ediclum S. Officij à Reuerendiſſimis Inquiſitoribus.*

In noſtra itaque Diœceſi Bergomenſi Excommunicationes latæ ſententiæ Epiſcopis reſeruatæ in Synodis, quæ nunc obligant ſunt tantum ſequentes, omiſſis

Digitized by Google

omiſſis ſtudioſè alijs omnibus comminatorijs, quæ legi poſſunt in duabus Grimanis, *& duabus* Iuſtinianis.

Prima contra Sponſos copulam habentes poſt ſponſalia contracta antequam celebretur Matrimonium rathum coram Parocho, & teſtibus. Grimana prima decreto XVI. *verſic.* quorundam; *quod decretum latius confirmatur in* Iuſtiniana prima decr. 4. pag. 9. *Hanc cenſuram ex probabiliori deciſione D.D. incurrunt ſponſi, etiam ſi ſponſalia fuerint clandeſtina, & ſecreta, nec celebrata coram teſtibus, vt docent* Belloch. p. 2. quæſt. 4. num. 270. Mazuchel cum multis citatis cap. 12. quæſt. 1. per totam; *licet mihi multum probabilis ſit ſententia reſtringens excommunicationem præſentem ad ſola ſponſalia contracta coram teſtibus non clandeſtina, cum hæc ſola in odioſis ſponſalia propriè vocanda ſint*.

Secunda excommunicatio Synodalis eſt contra Matres, vel Nutrices, qui Infantes anno ætatis non expleto ſecum in lecto iacentes tenent, ſine cautione cellulæ ligneæ, vulgo Cunmo. *Fuit Epiſcopo reſeruata in Synodo* Grimana prima decr. XXV. *ſed in* Grimana 2. decr. 25. & in Iuſtiniana 2. decr. 2. pag. 1. *deputantur Parochi ad abſolutionem cenſuræ, & ad commutationem repaguli in alium obicem ſufficientem, ipſis benè viſum*.

Tertia eſt contra Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas tormenta rotata publicè, & cum offenſione, & ſcandalo fidelium deferentes. Grimana 2. decreto 22.

De ſecunda excommunicationum ſpecie.

13 Excommunicationes; quæ iure communi Epiſcopo reſeruantur, ſunt numero ſeptem.

Prima eſt contra communicantes in crimine criminoſo, ſuppoſito, quòd excommunicatio ſit Epiſcopo reſeruata.

Secunda eſt contra abſolutum ob mortis periculum ab excommunicatione Epiſcopo reſeruata, ſi euaſo periculo contemnit ſe præſentare ipſi Epiſcopo, cui excommunicatio reſeruatur.

Tertia eſt contra percutientes Clericum in terminis iuris.

Quarta eſt omnis illa excommunicatio, quæ Sedi Apoſtolicæ eſt reſeruata, ſed excommunicatus ob iuſta impedimenta Sedem Apoſtolicam adire nequit: tunc enim, vt obſeruat *Nauar. c. 27. nu. 89. & 90. §. Ad quartam*, ſi poteſt; debet adire Legatum, vel alium priuilegio Legati, quò ad hoc, munitum; quod ſi non poteſt, Epiſcopo reſeruatur, in terminis tamen Declarationis Sacræ Congregationis ſæpè citatæ, de qua *Quaranta in Sum. Bull. verb. Caſ. reſer. num. 13.* & iuxta iuris terminos.

Quinta eſt contra Fratres Minores, qui interdicti tempore in ſuis Eccleſijs ad audienda diuina officia Fratres Tertij Ordinis admittunt, prout

habetur

Digitized by Google

habetur *in Clement. Cum ex eo, de Sent. excom.* quæ quidem excommunicatio, præmiſſa ſatisfactione, ab Epiſcopo auffertur, ſed non præmiſſa, Papæ reſeruatur.

Sexta eſt contra omnes cauſantes fętus animati abortum. Hæc excommunicatio fuit iam Papæ reſeruata per Sixtum V. ſed poſtea Greg. XIV. ipſam conceſſit Epiſcopis, & Ordinarijs locorum, vt tàm per ſe, quàm per quoſuis Confeſſores ad hoc ſpecialitèr ab ipſis deputatos ab hac abſoluere poſſint in foro conſcientiæ. *Ita Sayrus lib. 3. c. 25. n. 24. Ludouiſius in Memoriali ſciendorum, cap. 19. de excom.* licet iſta excommunicatio non ſit à iure communi, ſed ab homine; attamèn quia reſeruatur Epiſcopo, eam hìc poſuimus. Hæc de ſecunda ſpecie excommunicationum Epiſcopo reſeruatarum.

Septima eſt omnis illa excommunicatio, quam Epiſcopus per ſuum ſtatutum tulit, & ipſi per ſtatutum reſeruatur.

De eadem ſecunda ſpecie excommunicationum.

EXcommunicationes iure Conciliorum Generalium præcipuè Tridentini, non reperi aliquas Epiſcopo reſeruatas, quæ ſint in vſu; 14
ideò illæ, quæ non ſunt reſeruatæ Epiſcopo in Concilio Tridentino, à me hìc non afferuntur; cum ſint extra propoſitum: tamèn ſi quis eas ſcire cupiat, illas legat apud *Toletum in Inſtruct. lib.* 1. c. 42. & ſunt decem.

§. III.

Quò ad tertium paragraphum. Regula generalis pro doctis, ex qua ſimul cum fundamentis poſitis in primo §. ſatis ipſis claret, qui incidant in caſum, & qui non incidant.

REGVLA.

Incidit ille, cui altera harum duarum conditionum conuenit. Prima, vel qui maiori excommunicatione ab Epiſcopo Bergom. lata eſt ligatus, ſiuè validè tantùm, ſiuè iuſtè, & validè ſimul. Secunda, vel qui excommunicatione iure communi Epiſcopo reſeruata eſt annodatus, item ſiuè validè tantùm, ſiuè iuſtè, & validè ſimul. 15

Pro minus peritis practicatur regula ſimul cum fundamentis.

Digitized by Google

§. IV.
NON INCIDENTES.

16 Ex hac prædicta regula generali ſimul cum fundamentis ſequitur primò illum non incidiſſe, qui habuit propoſitum patrandi aliquod delictum ſub pęna excommunicationis ab Epiſcopo latæ vetitum, exempli gratia; patrandi abortum fętus inanimati, ſed illum non perpetrauit. Ratio eſt, quia talis non eſt excommunicatus prout exigit textus, vti apparet, tùm per illa verba ſcilicet. (*Qui excommunicationis maioris vinculo aſtricti tenentur*) tum per fundamentum poſitum in primo paragrapho, num. 2. tùm etiam, quia reſeruatur caſus effectu ſecuto.

17 Secundò. Sequitur, illum non incidiſſe, qui tantùm minori obſtringitur excommunicatione, vt ille, qui participauit in ciuilibus, cum excommunicato declarato, vel publico Clerici percuſſore. Ratio eſt, tùm quia textus loquitur præcisè de maiori excommunicatione, quod patet per textum, ibi (*Qui maioris excommunicationis*.)

18 Tertiò. Sequitur illum non incidiſſe, qui contraxit excommunicationem à iure communi nemini reſeruatam. Ratio eſt, primò, quia textus loquitur tantùm de excommunicatione à iure communi Epiſcopo reſeruata, quod manifeſtum eſt per illa verba textus, ſcilicet (*in caſibus tamen ab eodem.s. iure communi Nobis reſeruatis*) ſecundò ex poſitis fundamentis *§.* 1. *num.* 4.

19 Quartò. Sequitur illum non incidiſſe, qui iniuſtè, & inualidè ſimul fuit excommunicatus à Iudice Eccleſiaſtico ob aliquod delictum, vtpotè ob furtum, quod ab ipſo patratum eſſe cenſebat. Ratio conſtat à contrario ſenſu per ea, quæ tradita ſunt in regula generali ſuperius allata *§.* 3. *num.* 19.

20 Verùm vnum hìc cauendum eſt, nimirùm, quòd ille, qui fuit excommunicatus, quouſq; non conſtabit notoriè de iniuſtitia, & inualiditate excommunicationis, tenetur ſe habere in foro externo pro eo, ac excommunicatus iuſtè, & validè, abſtinendo ſe in publico à diuinis ſibi interdictis, aliosq; vitando. Faciunt ea, quæ habet *Graff. Caſ. reſeru. lib.* 2 *cap.* 3. *num.* 26. *&* 31.

§. V.
ANNOTATIO I.

21 Non incidunt in excommunicationem latam ab Epiſcopo, qui potiuntur priuilegio, ne ligentur excommunicationibus Epiſcopalibus, vti ſunt exempti, *ad tex. in cap. cum Capella, de Priuilegijs, & c.* 1. *eod. tit. in* 6.

ADDI-

Digitized by Google

ADDITIO.

Certum eſt exempto s non comprehendi in excommunicationibus, vel quibuſcumque pœnis ab Epiſcoporum edicto latis, ſicut neque comprehenduntur alijs ipſorum conſtitutionibus in quacunque materia ſi procedant tantum vti ordinarij, non vero vti delegati à Sancta Sede virtute conſtitutionum Apoſtolicarum, vel Sacri Concilij Tridentini.

Hinc eſt, quod in prohibitione facta ſimpliciter accedendi ad monialium collocutoria non comprehenduntur monialium exemptarum monaſteria, niſi ſpecificè nominentur, vt latè docui ſupra in additione ad diffic. 1. art. 1. diſtinct. 17. pag. 216. & 217. parte prima.

Similiter eximuntur ab excommunicationibus, & alijs Ordinariorũ edictis aut Synodalibus conſtitutionibus Protonotarij Apoſtolici, tam participantes, quam honorarij, & ſimplices, ex conſtitutione fel. record. Leonis X. incip. *Regimini* 4. Non. Maij 1515. *quia Tridentinum Concilium ſeſſ. 24. cap. 11. de reformat. ſubiecit Protonotarios iuriſdictioni Epiſcoporum in cauſis tantum criminalibus, in quibus poſſunt procedere vti Sanctæ Sedis delegati, non vero vti ſimplices Ordinarij, & in reliquis non derogauit priuilegijs Protonotariorũ. Sic* Io Baptiſta Sachettus de Protonotarijs pag. 26. verſiculo in ciuilibus. Barboſ. de iure Eccl. lib. 1. c. 23. n. 35. Hieronym. Faber de Protonotarijs cap. 11. n. 13. *& apud eundem idem declarauit* S. Congr. Concilij.

Notandum hanc exemptionem non ſuffragari in materia correctionis morum, & alijs criminalibus, de quibus Concilium Tridentinum l. c. *ſi in edicto vel conſtitutione Epiſcopus ſe declaret procedere non ſolum tanquam ordinarium, ſed etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatum. Hæc autem expreſſio neceſſaria erit, nam in dubio iudicatur, lex lata ordinaria, non delegata iuriſdictione* Barboſa cum adductis in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 11. nu. 8. ad finem, & diximus ſupra pag. 217. in additione.

Animaduerto tamen, Protonotarios honorarios hac exemptione, vel priuilegio non gaudere, niſi deferant continuò habitum Protonotarialem, & Rochettum, intuitu cuius habitus prælatitij priuilegia conceſſa fuerunt. Sic Faber l. c. nu. 10 cap. 11. pag. mihi 91. Antonius de Prætis de iuriſdictione Epiſc. cap. 8. nu. 17. Mandoſius de ſignat. gratiæ verbo Protonorij, Ricius in praxi p. 4. reſol. 573. nu. 1. verſiculo quos etiam, Loterius lib. 3. queſt. 11. nu. 142. eſt ſequenti cum citatis, Illuſtriſſimus D. Proſper Fagnanus in cap. ex parte de priuilegijs; *& declarauit Sacr. Congr.* die 14. Decembris 1630.

ANNOTATIO II.

22 Alterum eſt, quòd nec incidunt mandantes, nec conſilium dantes ad patrandum delictum, contra quod eſt ipſo iure fulminata excommunicatio, tàm ſi eſt à iure Epiſcoporum, quàm ab ipſis lata, niſi exprimatur. Patet tùm quia pęnæ de vno ad alium caſum non ſunt extendendæ, *cap. In pœnis, de Regul. iur. in 6.* tùm quia ſic aſſerunt DD. *Sayr. lib. 3. de Cenſur. cap. 11. num. 25. Homob. de Exam. Eccleſiaſt. tract. 11. cap. 62. & alij*, quos breuitatis gratia ſub ſilentio inuoluo. Prædicti omnes abſolui poſſunt per ſimplicem Confeſſarium.

§. VI.
INCIDENTES IN CASVM.

23 Ex prædicta generali regula, & ex iactis fundamentis ſequitur primò incidiſſe illum, qui ſingularitèr ab Epiſcopo Bergom. ſeù eius Vicario fuit excommunicatus, quamùis alter eorum non reſeruauerit ſibi excommunicationem. Ratio eſt, tùm quia hoc expreſsè deſignat particula illa textus, (*Qui vinculo excommunicationis aſtricti tenentur, idquè ſiuè à Nobis.*) tùm etiam quia ſic colligitur ex fundamentis §. 1. num. 3. nam excommunicatio ab homine, qualis eſt iſta, reſeruatur auctori, à qua ſolus ipſe, aùt Superior, aùt ſucceſſor in officio dumtaxat abſoluere poteſt; quamùis abſolutio non ſit ſpecificè reſeruata excommunicatori: quod notandum eſt ad differentiam excommunicationis à iure communi, quæ ſi ibi non reſeruetur, non intelligitur reſeruata.

24 Secundò, ſequitur illum incidiſſe, qui excommunicatione lata ipſo facto, annodatus exiſtit, vt ſi quis detinetur in aliqua ex excommunicationibus iure communi Epiſcopo reſeruatis, vel in aliqua ex iure Synodali. Ratio eſt, tùm quia textus loquitur de iſtis, vt planum eſt ex verbis illis (*Siuè à Nobis, ſiuè à iure communi, in caſibus tamèn ab eodem iure communi Nobis reſeruatis*) tùm quia ſic colligitur ex ſupra allata regula generali, vt patet illam intuenti.

§. VII.
ANNOTATIO I.

25 In excommunicationes Epiſcopales, ſiuè ſint à iure, ſiuè ab homine incidunt etiam fęminæ, vt ſupra diximus, quamuis caſus Epiſcopales proponantur tantùm per terminum (*Qui*) nam ſub nomine maſculino ſolet etiam fęmininum comprehendi, quando .s. fertur excommunicatio

contra

Digitized by Google

contra delictum, quod etiam fœminis conuenire poteſt, vt notat *Suarez diſp.* 22. *ſect.* 4. *num.* 5. *& Memoriale Sciendor. à Clericis in Catal. excom. c.* 4. *circ. princ.*

ANNOTATIO II.

Incidunt etiam impuberes doli capaces, quia quamuis ſit controuerſum, an poſſint iuſtè feriri excommunicatione lata ab homine, *Arg. tex. in cap. fin. & Gloſ. ibidem de Sent. excomm.* poſſunt tamen validè ligari cenſura non tantum à iure, ſed etiam ab homine; ſicut enim poſſunt peccare mortaliter, ita etiam puniri poſſunt cenſura, quæ fertur in pęnam peccati. Ita *Bonac. de Cenſ. diſp.* 1. *pun.* 4. *prop. vnica num.* 7. 26

ANNOTATIO III.

Meretrices non comprehenduntur ſtatutis Synodalibus excommunicantibus non confitentes, aut non communicantes in Paſcha; ideò tales nunquam denunciantur. *Emanuel Sà, v. Confeſſio num.* 42. *poſt Viual. de Confeſſ. num.* 60. *Graff. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 8. 27

ANNOTATIO IV.

Quoties actio ex malitia externa non eſt grauis, & lethalis, ſed ſolùm eſt talis per relationem ad prauam operantis intentionem, non ſubiacet quis excommunicationi, v. g. non eſt excommunicatus, qui leuiter percutit Clericum, ſuppoſito, quòd percuſſio illa ex malitia ſolummodò externa non ſit mortalis: quamuis talis ſit ex malitia interna, .i. ex praua intentione, vt ſi intendat percutere illum vſq; ad interitum. Item nec in excommunicationem in fures latam incidit, qui incipit furari rem modicam animo furandi vſq; ad notabilem quantitatem, ſi non pertingat ad illam. Sed ſecus dicendum eſt de illo, qui perſiſtens in percuſſione Clerici peruenit ad externam percuſſionem mortalem, & item de illo, qui ad furti quantitatem notabilem peruenit. *Tabiena verb. Excommunicatio* 5 *caſ.* 23. *Q.* 1. *num.* 2. *Sayr. de Cenſ. lib.* 3. *cap.* 33. *num.* 11. *apud Sanch. de Decem præceptis Decalogi lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 54. 28

§. VIII.

Modus obſeruandus à Pœnitentiario circa pœnitentem irretitum maiori excommunicatione.

TRia obſeruabit. Primum. Interrogabit pęnitentem, an ſciuerit excommunicationem extare contra patratorem talis criminis, quia excommunicatio alicui peccato annexa ſemper ſcientiam, & inobedien- 29

dientiam ſupponit. Ita *Sayr. de Cenſuris cap.* 18. *Azor. par.* 1. *Inſtit. moral. lib.* 5. *cap.* 15. *Q.* 3. *Sanchez lib.* 9. *de Matrim. diſp.* 32. *Q.* 3. *Homobonus de Caſibus reſeruatis aſſertio* 2.

Alterum. Neminem abſoluat, niſi prius ſatisfaciat, cui ſatisfaciendum eſt, vel ſi ſatisfactio re ipſa dari non poſſit, det cautionem iuratoriam, .s. iuret, quòd ſatisfaciet quamprimùm poterit; & idem præſtare debet quilibet alius Confeſſarius, qui ob priuilegia, vel Iubilæum, vel aliam occaſionem abſoluit aliquem (licet priuatim) ab excommunicatione reſeruata, vel etiam non reſeruata, vt ait *Nauar. cap.* 26. *num.* 7. *Auila p.* 2. *cap.* 7. *diſp.* 3. *dub.* 5. vti refert *Memoriale ſciendorum à Clericis in præfatione in excommunicationis.*

Tertium. Cautum faciat pęnitentem, quem ab excommunicatione in foro interiori abſoluit, talem excommunicationem nihil ei prodeſſe in foro exteriori, quin poſſit puniri.

30 Aduertat itidèm Sacerdos, qui ob articulum mortis abſoluit aliquem ab excommunicatione reſeruata, monendum eſſe pęnitentem, vt quamprimùm commodè poterit, ſi conualuerit ex illa infirmitate, ſe præſentet Prælato, cui excommunicatio reſeruata erat, quia aliàs reincidet in ſimilem excommunicationem, & idem dicendum, ſi non ob mortis periculum, ſed ob alia legitima impedimenta, de quibus *Gloſ. in cap. Religioſo v. Eo caſu, de Sent. excommunicationis in* 6. abſoluat. Ita *Memoriale ſciendorum loco citato*. idem quoq; dicitur de illis, qui abſoluuntur à Papa, vel ab eius Legatis cum obligatione ſe præſentandi Ordinarijs ſuis, vel alijs quibuſcunque, vt ab eis pęnitentiam ſuſcipiant. Ita *Memor. ſciendorum de Excom. cap.* 9. *excomm.* 40. Reincidit, inquam, in ſimilem excommunicationem: nam ſi pęnitens fuerit abſolutus ab excommunicatione reſeruata Epiſcopo, hæc quoq; excommunicatio reſeruatur Epiſcopo; ſimilitèr ſi pęnitens fuit abſolutus ab excommunicatione Papæ reſeruata, hæc etiam reſeruabitur Papæ, vt habetur *in Cap. Eos, qui de Sent. excom. in* 6. de quo vide *Caiet. cap.* 69. & *Nauar. cap.* 27. *num.* 4. & 113. & *alios*.

ADDITIO.

Circa obligationem iniungendam pœnitenti infirmo, qui ob articulum mortis abſoluitur ab aliqua cenſura, ne reincidat in eandem, ſi conualuerit, lege notata ſupra parte prima in additione ad articulum primum diſt. 23. pag. 293. & præcipue pag. 295. per totam.

CA-

CASVS PRIMI
SECVNDA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Non loquitur textus ſimplicitèr de Suſpenſione.*
2 *Intelligendus eſt textus de Suſpenſione lata.*
3 *Loquitur textus de Suſpenſionibus tàm à iure, quàm ab ipſo Bergom. Ordinario reſeruatis.*
4 *A Suſpenſione nemini reſeruata abſoluunt ſimplices Confeſſarij.*
5 *Suſpenſio quotuplicitèr ſumitur.*
6 *Suſpenſio ſtrictè ſumpta quid eſt.*
7 *Loquitur textus de Suſpenſione ſtrictè accepta tantummodo.*
8 *Cur de verbo ad verbum non exponitur Suſpenſio ſtrictè ſumpta.*
9 *Duæ ſunt Suſpenſionum ſpecies, eodem Epiſcopo reſeruatarum.*
10 *Quæ Suſpenſiones iure Synodali eodem Epiſcopo reſeruentur.*
11 *Ad incurrendam Suſpenſionem non requiritur declaratio.*
12 *A quo ſuſpenditur Clericus, cùm Synodus abſolutè illum ſuſpendit.*
13 *Oſtenditur quo pacto Suſpenſiones Synodales ſint ipſo iure latæ.*
14 *Confeſſarius nequit abſoluere à Suſpenſione.*
15 *Cur neceſſariò præmittitur abſolutioni à peccatis, abſolutio ab excommunicatione, & non ab Interdicto, vel à Suſpenſione.*
16 *Interdictum particulare interdùm non eſt reſeruatum.*
17 *Num extent Suſpenſiones nemini reſeruatæ, & quæ ſint.*
18 *Quid agere poteſt ſuſpenſus ipſo facto ob delictum occultum remiſſiuè.*
19 *Suſpenſiones iure communi Epiſcopo reſeruatæ.*
20 *Suſpenſiones Conc. Trid. Epiſcopo reſeruatæ.*
21 *Quæ Suſpenſiones ab homine Epiſcopo reſeruantur.*
22 *Notatio, & obſeruatio notabilis pro Confeſſarijs non ſublimis ſcientiæ.*
23 *Regula generalis Incidentes, & non Incidentes in hunc caſum deſignans.*
24 *Non ligantur caſu iſto ſuſpenſi largè, aùt largiſſimè.*
25 *Nec ſuſpenſi leui Suſpenſione.*
26 *Inhibitio celebrandi non eſt Suſpenſio ſtrictè.*
27 *Inhibitio celebrandi per Abbatiſſam Sacerdoti ſibi ſubiecto facta, non eſt Suſpenſio.*
28 *An ſit Suſpenſio propriè illa, quàm Epiſcopi in Synodo ferunt contra Regu-*

Regulares non intereſſentes lectioni moralis Theologiæ.
29 *Suſpenſi ipſo facto ab Epiſcopo tanquam ab homine in ſpeciali ligantur caſu.*
30 *Item ſuſpenſi à iure ſiuè communi, ſiuè particulari in caſibus Epiſcopo reſeruatis.*
31 *Quem modum tenebit Pœnitentiarius in abſolutione ſuſpenſi.*
32 *An excuſentur à mortali, qui communicant cum ſuſpenſo à Diuinis Officijs.*
33 *Suſpenſus à Diuinis, quando incurrit irregularitatem.*
34 *In quo caſu ſuſpenſus à diuinis, celebrando, non fit irregularis.*
35 *Abſoluendus iuret ſe mandato Eccleſiæ obtemperaturum.*
36 *Item ſatisfaciat læſis.*

IN SECVNDAM PARTEM TEXTVS CASVS PRIMI.

De reſeruatione abſolutionis à Suſpenſione.

COMMENTARIA.

Circa hanc partem, & ſuas particulas inſimul differendo, ſeptem percurremus paragrapha, quorum primum erit declaratio illius termini (*Suſpenſionis*) vt ſciamus, in quo ſenſu textus de ipſa loquatur.

Alterum erit aſſignatio Suſpenſionum tàm ab Epiſcopo Bergomi latarum, quàm ab ipſo iure communi, vel à Conc. Generalibus, maximè Trid. Epiſcopo reſeruatarum.

Tertium. Eſt quædam regula generalis demonſtrans Incidentes, & non Incidentes in caſum.

Quartum. Deſignat non Incidentes in caſum.

Quintum. Eſt annotatio circa non Incidentes.

Sextum. Reſpicit Incidentes in caſum.

Septimum. Eſt modus obſeruandus per Pœnitentiarium priuſquam abſoluat irretitum ſuſpenſione.

§. I.

1 Quò ad primum paragraphum animaduertendum eſt textum non loqui ſimpliciter, & abſolutè de ſuſpenſione, nempè quoad omnem cauſam, ſed tantùm ſecundum quid, velut ſupra de excommunicatione etiam attigi. Loquitur itaq; textus tantummodò de materia remota, hoc

eſt de

eſt de perſona Eccleſiaſtica, adimendo à Confeſſarijs facultatem auferendi ab ipſa ſuſpenſionem iam contractam.

Inſuper, cum duplex ſit Suſpenſio, .s. ipſo iure lata; & ferenda, notandum eſt textum loqui tantùm de lata, quod apprimè colligitur, ex verbis illis, .s. (*Qui Suſpenſionis vinculo aſtricti tenentur*,) quæ ſanè verba, Suſpenſionem iam eſſe contractam deſignant. Amplius obſeruandum textum loqui de Suſpenſionibus, ſiuè à iure, ſiuè ab ipſo Bergom. Ordinario reſeruatis, quia quidem expreſſe patet verba textualia intuentibus. Ceterum de Suſpenſionibus nemini reſeruatis ſecus dicendum eſt: probabilis enim eſt ſententia quemcunq; Sacerdotem habentem facultatem abſoluendi à mortalibus, poſſe etiam abſoluere, nedùm ab excommunicatione nemini reſeruata, vt ſupra retuli, ſed etiam ab alijs cenſuris, .s. in foro Sacramenti Pœnitentiæ. 2 3

4 Hinc fortaſsè in forma abſolutionis à peccatis, etiam à ſimplicibus Confeſſarijs, .s. non Pœnitentiarijs, præmitti ſolet abſolutio ab excommunicatione, Suſpenſione, & Interdicto. Ita *Memoriale ſciendorum à Clericis cap. 1. num. 28.* & ſanè fruſtra dicti Confeſſarij præmitterent abſolutionem à Suſpenſione extra articulum mortis, ſi ab ipſa abſoluere non poſſent, vt notat *Homobonus de Exam. Eccleſiaſt. tom. 2. tract. 11. c. 9. quaſt. 20. 3. & 9.*

5 Præterea notandum eſt tripliciter ſumi Suſpenſionem, nempè largiſſimè, largè, & ſtrictè. Suſpenſio largiſſimè eſt omne peccatum mortale, ob quod interdicitur homo à Suſpenſione, & adminiſtratione Sacramentorum, ſi eſt Clericus; ſi autem eſt ſecularis, à ſuſceptione: hæc Suſpenſio vocatur tamen pęnalis, cum feratur ſolùm in pęnam peccati mortalis.

Largè ſumpta eſt prohibitio alicui facta circa officium, vel exercitium ſuum, vt Suſpenſio ab officio aduocationis, vel tabellionatus. *Argum. textus in cap. Si aduerſus, de Hæreticis*. Item Suſpenſio facta alicui Sacerdoti ignoto à celebratione Miſſæ, quouſquè literas teſtimoniales ſui Ordinarij oſtendat iuxta illud Decretum *Trid. Conc. ſeſſ. 23. c. 16. incipiens, Cum Nullus, in fine*. Verum quid iuris, ſi talis ignotus Sacerdos publicè celebret, numquid efficietur irregularis? Satisfaciunt dubitationi huic *Panor. in cap. Si celebrat, de Cler. Excom. min. & Fabius Incarnatus in ſuo Scrutinio Sacerd. tract. 12. prim. part. de Suſpenſione cum alijs*, negatiuè reſpondendo; quia non prohibetur huiuſmodi Sacerdoti, quin ſecretè celebrare poſſit *cap. 3 de Cler. peregr.*

6 Suſpenſio ſtrictè ſumpta eſt cenſura Eccleſiæ, qua perſona Eccleſiaſtica impeditur, ne functiones exerceat ſui Beneficij, vel Iuriſdictionis, vel Ordinis, in totum, vel in partem; ad tempus, vel in perpetuum, .i. abſquè vlla temporis limitatione, cum ſpe tamen reconciliationis, vt tradit

trac. *Sayr lib. 4. cap. 1. num.* 13. *Nauar. in Manual. cap.* 17. *num.* 15. *Bonacina de Cenſ. diſp.* 3. *pun.* 1. *num.* 1. *& alij*. Hæc autem Suſpenſio vocatur pœnalis, & medicinalis ſimul, quia fertur in pœnam, & medicinam delinquentis: Eccleſia namquè in cenſuris intendit ſalutem delinquentis.

7 Modò ad rem noſtram deueniendo tandem aſſeritur textum non loqui de Suſpenſione largiſſimè ſumpta, quia talis Suſpenſio ſpectat nedum ad perſonas Eccleſiaſticas, ſed etiam ad ſeculares, quinimmò ad fœminas, vt de ſe patet: nam peccatum mortale commune eſt tam fœminis, quàm viris.

Itidem non loquitur de Suſpenſione largè ſumpta ob eandem rationem, cum reſpiciat tùm Clericos, tùm ſeculares. Loquitur itaquè textus duntaxat de Suſpenſione ſtrictè, quæ ſolos afficit Eccleſiaſticos.

8 Non exponitur hìc Suſpenſio ſtrictè ſumpta de verbo ad verbum, quia hoc non eſt Commentatoris, ſed Theologorum, ac Summiſtarum. Itidem illæ aliæ duæ particulæ textus, nempè (*ſiuè à Nobis, ſiuè à iure communi*) quia eodem modo exponi debent hìc, quò ſuperius de excommunicatione, ideò omittuntur.

§. II.

9 Quò ad ſecundum paragraphum, .s. aſſignatio Suſpenſionum Epiſcopo Bergomi reſeruatarum, dicimus, quod hæ Suſpenſiones ſunt in duplici differentia, ſeù duarum ſpecierum, vti etiam de excommunicationibus notatum fuit.

Prima ſpecies eſt illarum, quæ ſunt latæ ab Epiſcopo Bergomenſi, ſeù eius Vicario, vel in Synodo, vel extra.

Secunda ſpecies eſt illarum, quæ iure communi Epiſcopo reſeruantur, vel iure Conciliorum Generalium, maximè Conc. Trid.

De prima ſpecie Suſpenſionum.

10 SVſpenſiones, quæ habentur in Synodo vltima, ſæpè citata, ſunt infraſcriptæ.

Prima eſt contra audentes quoquomodo ſibi arrogare exorcizandi munus, ſine facultate Epiſcopi in ſcriptis impetrata, *par.* 2. *tit.* 5. *pag.* 19.

Secunda eſt contra Clericum ad Subdiaconatum ordinandum, qui vtitur fraude, vel dolo, aùt culpa circa patrimonium, contra determinationem Synodi, *par.* 2. *tit.* 7. *pag.* 22.

Tertia eſt contra Sacerdotem nouitèr ordinatum celebrantem antè licentiam ab Epiſcopo, aùt Vicario Generali in ſcriptis obtentam, *par.* 2. *tit.* 8. *pag.* 24.

Quarta

Quarta eſt contra Confeſſores pęnitentium confeſſiones excipientes, præſertim verò mulierum, extrà ſedem confeſſionalem publicè expoſitam, cum crate ferrea, & lignea, *par. 3. tit. 6. pag.* 42.

Quinta eſt itidem contra Confeſſores volentes ſibi, aùt Eccleſiæ propriæ cum auaritiæ ſuſpicione, etiam loco pęnitentiæ eleemoſynas dari, quæ extenditur etiam ad recipientes illas, licèt ſpontè datas, *par. 3. tit. 6. pag.* 43.

Sexta eſt ſimilitèr contra Confeſſarios audentes abſoluere complicem, aùt participantem ſecùm in crimine carnali, *par. 3. eodem tit. pag.* 44.

Septima eſt contra Sacerdotem ſiuè ſecularem, ſiuè Regularem, qui non eſt proprius Parochus, præſumentem intereſſe Matrimonio ſine legitima licentia proprij Parochi, *par. 3. tit. 10. pag.* 58.

Octaua eſt contra Sacerdotes, qui præſumpſerint falsò ſcribere nomen proprium in libro, in quo ſignantur nomina celebrantium, vnà cum die, quo celebrauerint, *par. 4. tit. 2. pag.* 65.

Nona eſt contra Rectores, ſiuè Parochos Congregationis tempore excedentes limites circa obſonium, *par. 6. tit. 4. pag.* 91. Quælibet iſtarum Suſpenſionum eſt ſententiæ iam latæ, & non ferendæ, vt de ſe claret intuenti literam Synodalem locis cit. Nec quo ad dictas Suſpenſio- 11
nes incurrendas requiritur declaratio criminis, quia in pęnis ſpiritualibus, quales ſunt Suſpenſiones, non præexigitur criminis declaratio per Iudicem, ſed ſolummodò quo ad mulctam, ſeù pęnam corporalem. Vnde ſi dicatur, qui tale perpetrauerit delictum, ſit ipſo facto ſuſpenſus, delinquens illicò patrato delicto afficitur Suſpenſione. Et ratio ea eſſe videtur, tum quia nulla hominis actio requiritur ad hanc pęnam incurrendam, vt docet *Nauar. cap. 23. num. 67. Clau. Reg. lib. 3. cap. 9. n. 23.* tùm quia nulla poteſt ratio aſſignari, cur huiuſmodi pęnas reus non incurrat ipſo facto, abſq; alia criminis declaratione, ſi Iudex velit ipſum eas incurrere. *Azor. lib. 5. cap. 7. quæſt. 4. Reginal. lib. 13. num. 279. & alij*, Qui fuſiùs hac de re vult habere cognitionem, videat par. 1. Diſt. 15. Art. 2. diff. 1.

Si dicas à qua re Clericus ſuſpendatur, cum Synodus abſolutè illum 12
ſuſpendit non addendo à quo, vti facit pluribus in locis, vt maximè patet, *par. 2. tit. 9. & par. 3. tit. 10. & par. 4 tit. 2. circa finem.* Pro ſolutione conſulito partem primam diſt. 15. Art. 2. diff. 2. ibiq; etiam dignoſces differentiam Suſpenſionis à iuriſdictione, & à munere Confeſſarij, item diſcrimen Suſpenſionis à diuinis, & ab officijs diuinis.

Cauendum eſt, quòd quamuis ſolummodò aliqua ſupradictarum Su- 13
ſpenſionum Synodalium videatur reſeruata, vt patet de 7. & 9. quarum altera, .s. ſeptima reſeruatur Epiſcopo, & altera, .s. nona Epiſcopo, & Vicario Generali; attamen ſi radicitus conſiderentur, & notentur ea,

quæ diximus, omnes reſeruatas eſſe dignoſcemus, non tantum per iſtam dictionem textus (*Sinè à Nobis*) ſed etiam per hanc rationem; quia quòd hæ Suſpenſiones adimunt, adimitur ipſo facto, ſiuè ſit Suſpenſio à diuinis, vti habetur *par.2. tit.7. pag. 22. & par.6. tit.4.* ſiuè à munere Confeſſarij, vt patet *par.7. in duob. locis ſub tit.6. pag.42. & 43.* vel vt Confeſſarius non admiſſus ad excipiendas Confeſſiones declaretur, vt patet *eadem parte, & eodem titulo*; ſiuè ſit Suſpenſio ſimpliciter, & abſolutè, vt patet *ex par.2. tit.9. & 1. ex part. 3. tit. 10. & ex par. 4. tit. 1. circa finem*; nec video à quo alio poſſit reſtitui, quod ademptum fuit, quàm ab Epiſcopo, vel eius Superiore, vel Succeſſore in Officio, Ita *Homob. de Caſib. reſer. par. 1. vbi de forma adhibenda in abſolutione Suſpenſionis 4. prænotio.*

Et licèt quilibet Confeſſarius approbatus ab excommunicatione iuris nemini reſeruata, & ab excommunicatione generaliter lata abſoluere poſſit, niſi reſeruetur, vti ſupra de excommunicatione cautum fuit *ſ. 1.*
14 à nulla tamen Suſpenſione, aut Interdicto, licèt non addatur ipſis particula reſeruationis, abſoluere poterit, contra nonnullos, quos ſub ſilentio inuoluit, *Sayr. de Cenſuris lib. 5. cap. 15. n. 22. Henriquez lib. 13. de Excom. & Interd. cap. 51. §. 3. & Homob. de Caſib. reſer. par. 1. de forma abſoluendi ab interdicto.* Et ratio diſcriminis eſt, quia ideò conceditur
15 facultas abſoluendi ab excommunicatione, eo quòd eius abſolutio ad receptionem Sacramenti omninò prærequiritur: abſolutio verò à Suſpenſione, & Interdicto ante abſolutionem à peccatis neceſſaria non eſt. Verùm hìc non loquor de Interdicto perſonali particulari, quia illud oportet prius auferri, quàm peccata, ſicut dictum eſt de excommunica-
16 tione; quod ſi non eſt reſeruatum, & poteſt auferri per illum, qui poteſt etiam ab excommunicatione nemini reſeruata. Ita *Reginal. lib. 32. tract. 3. nu. 53. Filliuc. tract. 18. cap. 1. q. 8. Bonac. de Cenſ. diſp. 5. pun. vltimo prop. 3. num. 6.*

Verùm dicet quis, num extent Suſpenſiones nemini reſeruatæ, & quæ
17 ſint? Reſpondetur aliquas tales exiſtere; quia omnis Sacerdos abſoluit à vinculo Suſpenſionis ante abſolutionem à peccatis; ſed quæ ſint, hoc non eſt vnde quaque certum, nec clarum apud DD. niſi probabiliter velimus dicere illas eſſe, quæ imponuntur ad tempus, quo tranſacto expirant: nam iſtę non auferuntur à S. Pontifice, nec ab Ordinario, nec ab alio, ſed per ſe deſinunt eſſe; ideò videntur nemini eſſe reſeruatæ. Et idem probabiliter videtur verificari poſſe de illis, quæ ſunt latæ cum illa particula, donec ſatisfeceris; ſatisfactione enim exhibita, ceſſant abſquè hoc, quòd ab aliquo auferantur. Idemquè videtur probabiliter dicendum de Interdictis tàm à iure, quàm ab homine ad certum, & determinatum tempus, vel ſub aliqua conditione latis: tunc enim

tali

Digitized by Google

tali elapſo tempore, vel adueniente termino, ſinè adimpleta conditione, abſquè relaxatione, vel declaratione tolluntur, & vt attigi, quia à nullo auferuntur, videntur ſaltèm ſecundum quid poſſe dici nemini eſſe reſſeruata. Sed meliùs probabilitèr cenſeo Suſpenſiones illas nemini eſſe reſeruatas, quæ ignorantèr fuerunt contractæ, ſed cum peccato mortali, vt per ignorantiam craſſam, vel ſupinam; & quia, vt dixi, per ignorantiam ſunt contractæ, ideò Eccleſia vult Sacerdotem præmittere ſemper abſolutionem à Suſpenſione.

Sed quid facere debet, qui ob delictum occultum eſt ipſo facto Suſpenſus ab excipiendis confeſſionibus, ſiuè à munere Confeſſarij, vt vtar verbis Synodi, an deſiſtere teneatur? Vide par. 1. Diſt. 13. Art. 1. Diff. 1. Et ſciſcitanti, an Confeſſiones à prædicto Confeſſario ſuſpenſo ipſo iure ſint validæ? Reſpondetur, vt conſulat par. 1. Diſt. 13. Art. 1. diff. 2. Hactenus de Suſpenſionibus primæ ſpeciei. 18

ADDITIO.

Catalogum ſuſpenſionum ab Auctore Lupo *ex conſtitutionibus Synodalibus excerptum reformare debui, quia poſterior Priula Grimana Synodus cenſuras omnes anteriores amouit, & abrogauit, nouaſque ſibi benè viſas induxit; vt legere eſt* decreto 24. & 35. verſiculo Clauſula verò.

Tradam igitur ſyllabum earum ſuſpenſionum latæ ſententiæ, quæ nunc in noſtra Diæceſi vigent, omittendo omnes illas, quæ ſunt tantum pœnæ ferendæ, ſeu comminatoriæ, tam ex Synodis duabus Grimanis, quam ex duabus Iuſtinianis.

Prima eſt contra promotos ad Sacerdotium, celebrantes primam miſſam ſine licentia in ſcriptis, ab Ordinario impetrata, præmiſſo teſtimonio ſufficiētis peritiæ circa ſacros Liturgiæ ritus. Grim. 1. decreto 7. verſic. ordinatus. *Quæ licentia, ſub eadem pœna petenda eſt intra menſem à die Sacræ ordinationis.* Grim. ſecunda cap. 9.

Secunda eſt contra Sacerdotes, vel clericos, qui pluribus titulis diuerſi in Eccleſia ſeruitij, vel miniſterij per ſe præſtiti audent in funeribus plures candelas exigere, quam alij ſimplices Sacerdotes. Grim. prima decreto XV. verſic. comprimendam.

Tertia eſt contra Canonicos, vel quoſlibet Clericos Eccleſiaſtici Collegij, qui non dederint manu propria ſuffragium ſecretò, quando interſunt Capitulis, vel Conuentibus, vbi vota feruntur. Grim. prima decreto 17. verſic. in dandis.

Quarta contra Sacerdotes celebrantes ſine clericali corona. Grim. 1. decreto 21. verſic. clericalem. *Hæc tamen ſuſpenſio videtur reducta ad terminos comminatoriæ, & pœnæ ferendæ in* Grim. 2. cap. 9.

Vu 2 *Quinta*

Digitized by Google

Quinta contra Sacerdotes in libello Sacriſtiæ miſſam nõ celebratam falsò notantes. Grim. 2. decreto 9.

Sexta contra Parochos, qui diebus feſtis ad alienam Eccleſiam celebratum accedunt, nullo Sacerdote relicto in ſua Parochiali, qui miſſam celebret. Iuſtiniana 1. decreto 4. pag. 6.

Septima contra Confeſſarios audientes mulierum confeſſiones extra feratem, & ſedem confeſſionalem expoſitam. Iuſtiniana 1. decreto 1. de Sacramento Pœnitentiæ pag. 7. *Hæc tamen non eſt ſuſpenſio abſoluta, ſed tantum à munere Confeſſarij*.

Octaua contra Sacerdotes celebrantes ſine veſte talari, excepta cauſa itineris. Iuſtiniana prima pag. 13. & Iuſtiniana 2. decreto 8. pag. 7.

Nona contra Canonicos, vel quoſcunque Eccleſiaſticos in ſacris conſtitutos accedentes ad monialium collocutoria, vel feneſtrellas ad colloquendum cum ipſis monialibus (exceptis coniunctis primo, vel ſecundo conſanguinitatis gradu) ſine licentia Epiſcopi, vel Vicarij in ſcriptis. Quæ prohibitio ſub eadem pœna locum habet, etiam contra accedentes ad colloquia mulierũ pœnitentium, vulgo, Conuertitarum, & Sororum Tertij Ordinis S. Franciſci intra voluntariam clauſuram degentium. Iuſtiniana 2. decreto 16. pag. 9. & 10. *Hoc tamen decreto non prohibetur acceſſus ad monaſteria monialium Regularibus ſubiecta, & ab ordinario exempta, vt notauimus ſupra* in additione pag. 216. & 217.

CErtum eſt, omnes prænarratas ſuſpenſiones eſſe reſeruatas Ordinario *Bergomenſi, nõ ſolum ex textu Synodorum, quo feruntur, ſed etiam ex primo caſu, ſeu capite tabellæ noſtræ reſeruatorum, quo reſeruantur omnes ſuſpenſiones* ſiue à nobis, ſiue à iure communi latæ in caſibus, &c.

Occaſione huius reſolutionis conſidero doctrinam ab Auctore Lupo *traditam ſupra* nu. 13. & ſequent. *vbi vult ſuſpenſiones omnes, & interdicta, etiam non reſeruata ſemper ſpectare ad Epiſcopum, nec poſſe relaxari à Parocho, vel ſimplici Confeſſario, ex ſententia* Henriquez, Sayri, & aliorum ab ipſo citatorum, *quibus addo* P. Mendo in ſua nouiſſima Epitome morali, verbo ſuſpenſio.

Ego in hac diſputatiſſima quæſtione, quo ad ſuſpenſiones cenſeo diſtinguendũ eſſe; vel enim ſuſpenſio eſt purè pœna, nempe impoſita generaliter propter delictum præteritum, vel cenſura reſpiciens medicinalem correctionem in futurum, vt cõmuniter ſolent eſſe ſuſpenſiones à iure latæ, vel à conſtitutionibus extrauagantibus, vt doctè diſtinguit Dicaſtillo dub. 7. cap. 3. diſput. 4. in tractatu de iuramento, & cenſuris, mihi pag. 399. editionis Antuerpianæ, anni 1662. nu. 207. latè Tamburrinus tom. 2. lib. 10. tract. 2. cap. 1. n. 7. & alij.

Si ſuſpenſio à iure Pontificio, vel Prouinciali non reſeruata fuerit lata in meram pœnam, quod rariſſimè contingere poterit, eius diſpenſatio pertinebit

nebit ad ſolum Ordinarium *iuriſdictione vtriuſque fori munitum, & in hac parte* Lupi noſtri *doctrina procedet.*

Si vero fuerit, (vt eſſe ſolet communiter, & in dubio ſupponi debet. Tambur. l. c.*) ſuſpenſio non pœna, ſed vera cenſura ad auertendam contumaciam, & delicta futura, & à iure communi, vel Prouinciali, aut Bullis extrauagantibus non reſeruetur, poterit abſolui, & relaxari à Parochis, vt de omnibus cenſuris ſcripſimus in* prima parte in addit. ad diffic. primam art. 1. diſt. 6. pag. 79. *& contra* Henriquez, Saytum, & Aquilam, & Lupum noſtrum, *ita reſoluunt in terminis.* Laiman, Soto, Valentia, Gutierez, Suarez, & alij plurimi fusè relati à Dicaſtillo, in tomo de cenſuris diſp. 3. dub. 2. num. 18. Reginald. lib. 9. nu. 12. iterum idem Dicaſtillo expreſſius diſp. 4. cap. 3. dubit. 8. nu. 332. pag. mihi 367. *nouiſſimè* P. Ioſeph Gibalinus in ſuis diſquiſitionibus Canonicis de ſacra iuriſdictione in pœnis ferendis diſquiſit. 9. quæſt. 3. conſectario xv. nu. 31. *& ratio eſt, quia* cap. Nuper de ſent. excom. *concedens abſolutionem liberam cenſurarum à iure non reſeruatarum nullam facit ſuſpenſionis exceptionem, quã in materia odioſa neque nos debemus inducere. Accedit formula abſolutionis ordinaria publicata à noſtris etiam Illuſtriſſimis Epiſcopis,* Ego te abſoluo à vinculo excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti &c. in quantum poſſum, *quæ omnino eſſet otioſa, niſi darentur ſuſpenſiones non reſeruatæ quę poſſent tolli ab inferiori ab Epiſcopo. Neque aliquid releuat* Auctoris Lupi *explicatio poſita n. 17. Nam ſuſpenſiones ignoranter nõ contrahuntur, vt diximus* in addit. pag. 286. & alibi. *Quod ſi aliquando ab ignorantibus ignorantia craſſa contrahuntur, ſunt verę ſuſpenſiones ſicuti alię.*

Quod dixi de Parocho idem eſt reſoluendum de quolibet ſimplici Confeſſario in ſententia probabili, de qua ſupra pag. 79. in addit. diſt. 6. diff. 1. art. 1. *qua probabilitate ſuppoſita, poterit quicumque Confeſſarius Pœnitentes, à cenſura ſuſpenſionis non reſeruatæ à iure communi, vel Prouinciali ſemper abſoluere. Sic* Dicaſtillo tomo citato l. c. & diſp. 3. dub. 2. nu. 24. in fine pag. mihi 172. cum Suarez, & alijs, *& Latius* idem Dicaſtillo pag. 401. nu. 227. dub. 7. cap. 9. diſp. 4. tractatu decimo de cenſuris in communi cum Filiucio, Reginaldo, & Conincho *in noſtris terminis ſuſpenſionis, in quibus etiam* cum Dicaſtillo *ſic reſoluit* Præpoſitus quæſt 3. dub. 4. num. 31. apud Dianam p. 5. tract. 10. reſol. 23. & Auſonium in ſumma, verbo ſuſpenſio n. 10. in fine.

Hucvſque dicta de abſolutione ſuſpenſionis non reſeruatę locum parem habere nequeunt in interdicto non reſeruato, in quo altiori diſtinctione deciſio debet explicari.

Interdictum non reſeruatum, vel erit Locale, vel perſonale generale alicuius communitatis, vel perſonale particulare alicuius Pœnitentis.

Si fuerit Interdictum Locale, etiam ſi non reſeruatum, ſolui non poterit vn-

vnquam à Parocho, vel alio Confeſſario, quia locus non eſt materia, aut ſubiectum fori pœnitentialis; ideoque non pertinet ad Confeſſarium impedimenta loci auferre, ſed ad Epiſcopum ius habentem circa cognitionem aptitudinis, vel ineptitudinis locorum pro functionibus ſacris. Dicaſtillo loco proximè citato num. 221. pag. 400.

Si fuerit Interdictum perſonale generale, contra aliquam communitatẽ, etiam ſi non reſeruatum, auferri non poterit per Parochum, aut Confeſſarium, quia communitas, vt communitas non pertinet ad Sacramentum pœnitentiæ; neque dici poteſt, quod vnaquæque perſona communitatis in particulari poſſit abſolui, & ſic tolli, quo ad illam ſaltem, interdictum, quia iure canonico certa ſtatuitur abſolutio impendenda communitati, diuerſa ab abſolutione particularium, & ſequeretur, ſi abſolui poſſent perſonæ priuatæ ſeparatim, nullos eſſe cenſuratos, & tamen adhuc communitatem eſſe interdictam, quod eſt abſurdum. Suarez ſect. 2. nu 6. Reginald. nu. 56. Filiucius nu. 125. Laiman num. 2. omnes cum Dicaſtillo l. c. num. 222. pag. 400. columna 2.

Si tandem fuerit interdictum perſonale particulare à iure latum contra peccantem tali, vel tali delicto, & ab eodem iure communi, vel Prouinciali, aut bullarum extrauagantium illius interdicti abſolutio non reſeruetur, tunc de ipſo erit iudicium, ac de ſuſpenſionibus; idcirco concludendum erit, poſſe abſolui, & relaxari à Parocho, & Confeſſario quolibet, vt de ipſis ſuſpenſionibus non reſeruatis ſupra explicauimus. Sic ex cap. Nuper citato de ſent. excom. Suarius, Comnchus, Reginaldus, Filiucius, Laiman cũ Doctiſſimo P. Io. de Dicaſtillo in ſuo tractatu de iuramento, & cenſuris, ſeu pœnis Canonicis diſput. 4. cap. 3. dubit. 7. pag. mihi 400. n. 223. 224. 226. & 227.

De ſecunda Suſpenſionum ſpecie.

19 SVſpenſiones, quæ iure communi Epiſcopo reſeruantur ſunt infraſcriptæ.

Prima eſt contra illos Eccleſiaſticos, qui conferunt, vel recipiunt Beneficia illorum, qui pro ſuis negotijs ad Romanam Curiam ſunt profecti, quiuè in eadem curia officia aliqua exercent. Et eſt ſuſpenſio totalis. *Memoriale ſciendorum à Cler. in Catal. ſuſpenſ. cap. 2. n. 15.*

Secunda eſt contra eum, qui poſt contractum Matrimonium, ſuſcipit Ordinem Sacrum. Et eſt Suſpenſio totalis, de qua vide *Sayr. lib. 4. de Cenſ. cap. 14. n. 28.*

Tertia eſt contra eum, qui ſimoniacè aliquem ordinem ſuſcipit. Eſtquè ſuſpenſus non ſolum ab Ordine ſic ſuſcepto, ſed etiam, vt probabilius eſt, ab omnibus Ordinibus. Vide *Sylueſt. verb. Simonia.*

Quar-

Digitized by Google

Quarta eſt contra illos Eccleſiaſticos, qui ſpontè præſtiterunt iuramentum de tenendo Schiſmate. Et eſt Suſpenſio à Sacris Ordinibus, & dignitatibus. Habetur *in cap. 1. de Schiſmat.*

Quinta eſt contra habentes Beneficium, vel Curam alicuius Eccleſiæ, & eam alienis debitis grauantes, aut literas, aut ſigilla alicui concedentes, quibus poſſit Eccleſia obligari. Et eſt Suſpenſio ab adminiſtratione ſpiritualium, & temporalium rerum, de qua Vide *cap. 2. de Solutionib.*

Hæ Suſpenſiones in iure, licèt non afferant notam reſeruationis Epiſcopo: attamen, per tradita à DD. & nobis, Epiſcopo reſeruantur.

De eadem ſecunda ſpecie Suſpenſionum.

Quia non ſatis potui cognoſcere, an in Concilijs generalibus aliquę extent Suſpenſiones non poſitæ in corpore iuris, quæ ſint in vſu, 20
ideò eas tantum, quæ in Conc. Trid. habentur, ad inſtitutum noſtrum ſpectantes, referam, & ſunt ſequentes, videlicet.

Prima eſt contra illos, qui infrà annum à Capitulo Sede vacante fuerunt dimiſſoriati, & hac dimiſſoria Ordinibus ſacris fuerunt inſigniti, niſi ad hoc fuerint coarctati, *Conc. Trid. ſeſſ. 7. c. 10. de Reform.* Hæc Suſpenſio durat ad beneplacitum futuri Prælati.

Secunda eſt contra recipientes Ordinem ſiuè maiorem, ſiuè minorem ſine teſtimonio proprij Ordinarij de ſua probitate. Et eſt Suſpenſio ab Ordine ſic ſuſcepto ad arbitrium Epiſcopi, de qua vide *Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 8. de Reform.*

Tertia eſt contra Parochos, vel Sacerdotes ſiuè Seculares, ſiuè Regulares, qui alterius Parochiæ Sponſos ſine illorum Parochi licentia Matrimonio coniungere, aut benedicere auſi fuerint, etiam ſi prætextu priuilegij, aut immemorabilis conſuetudinis id fecerint. Habetur in *Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. de Reform. Matri.* Et eſt Suſpenſio permanens, donec ab Ordinario Parochi, qui Matrimonio intereſſe debebat, tollatur.

Quarta eſt contra Præfectam Monaſterij, ſi per menſem ante profeſſionem alicuius monialis faciendam, Epiſcopum certiorem facere omiſerit. Et eſt Suſpenſio ab officio, quandiù videbitur ipſi Epiſcopo, vt in *Seſſ. 25. cap. 17. de Regular.* Nec eſt propriè, & ſtrictè Suſpenſio, cum ipſa, vt ſuprà innui, reſpiciat tantùm maſculos Eccleſiaſticos.

Infraſcriptæ Suſpenſiones, quamuis ſint ab homine, nihilominus, 21
quia Epiſcopo paſſim reſeruantur per tradita à DD. licèt non habeant notam reſeruationis, eas poſui, & ſunt, videlicet.

Prima eſt contra recipientes Ordinem Sacrum ſine legitima facultate,

vel ſinè literis dimiſſorijs illius, qui eas dare poteſt, de qua vide *Bullam Pij II. incip. Cum ex Sacrorum, relatam à Quaranta v. Ordo.* Et eſt Suſpenſio ab ordine ſic ſuſcepto, & durat etiam poſtquam aduenerit ætas legitima, quia ſimpliciter abſquè vlla temporis limitatione poſita eſt. Vide *Bullam Pij II.*

Tertia eſt contra recipientes Ordinem Sacrum extra tempus à iure ſtatutum. Habetur in eadem *Bulla Pij II.* Et eſt Suſpenſio ſimiliter ab Ordine ſic ſuſcepto.

22 Notandum, & obſeruandum, Confeſſarios non eminentis ſcientiæ nullatenus debere quemquam abſoluere à vinculo quarumcunque Suſpenſionum, niſi prius conſulto Epiſcopo ſuo. Ratio eſt, quia cum DD. tradant modò in vno caſu Confeſſarios poſſe ab eis abſoluere, modò in altero non poſſe, clarum eſt in re tam ardua, & ambigua eſſe amplectendum illud conſilium, in dubijs tutior pars eſt eligenda .s. recurrendo ad Epiſcopum pro huiuſmodi conſilio. Ex *Memor. ſciendorum in Catal. Suſpenſ. in præfat. ad Lectorem, ibi, Alterum eſt.*

ADDITIO.

Quia in additione ſuperiori ad numerum 18. *ſtatuimus contrà ſenſum* Auctoris ſupra nu. 13. *Suſpenſiones à iure communi, vel concilijs expreſsè non reſeruatas poſſe abſolui à Parochis, & ex probabili, etiam ab alijs omnibus Confeſsarijs, legendus erit textus Sacrorũ Canonum, & S. Concilij Tridentini, vt conſtet in praxi, quanam ex Suſpenſionibus hic ab* Auctore *relatis* num. 19. & 20. *reſeruentur, vel non reſeruentur, ad hoc, vt pateat, quanam comprehendantur hoc primo caſu tabellæ noſtræ Bergomenſis, quæ reſeruat abſolutionem cenſurarum in illis ſolis caſibus, in quibus à iure appoſita fuit reſeruatio tribunali Epiſcoporum.*

§. III.

Quo ad tertium paragraphum affertur regula generalis pro doctis, ex qua ſimul cum fundamentis iactis in primo paragrapho ſatìs colligere valent, qui incidant in Suſpenſionem, & qui non incidant.

REGVLA.

23 *Ligatur hac cenſura ille, cui conuenit altera harum duarum conditionum.*

Prima, vel quia eſt ſuſpenſus ab Ordinario ſibi reſeruante generaliter, vel particulariter abſolutionem.

Secunda, vel quia eſt ſuſpenſus à iure communi, in caſibus ab ipſo iure Epiſcopo reſeruatis.

Pro minus peritis practicatur regula.

§. IV.

§. IV.
NON INCIDENTES.

Ex prædicta regula ſimul cum fundamentis, ſequitur primò illos non ligari caſu, qui ſunt ſuſpenſi largiſſimè, aut largè ſumpta Suſpenſione. Ratio eſt, quia, vt ſupra retulimus, de illis Suſpenſionibus non loquitur textus, cum nec ſint propriè cenſuræ. 24

Secundò. Sequitur illos non detineri caſu, qui ſolùm obſtringuntur Suſpenſione leui, .s. lata ob culpam ſolum venialem, vti poteſt fieri *Arg. tex. in l. Reſpiciendum in principio ff. de Pœnis*, prout obſeruat *Toletus, & Homob. vbi ſupra*. Et ratio eſt, quia textus non loquitur de leui, ſed tantùm de graui, cum reſeruatio ſit duntaxat de grauioribus culpis, iuxta Declarationem ſæpè citatam, quæ incipit, *Editum fuit*. quibus debet coequari grauis etiam pœna, iuxta illud Sacræ Scripturæ, *Iuxta delictum erit & plagarum modus*. 25

ADDITIO.

D*Eſiderarem validius fundamentum aſſertionis* hoc num. 25. ab Auctore *ſtatutæ, quod ſuſpenſiones ob leuem culpam non intelligantur reſeruatæ; quia licet concluſum fuerit* par. 1. artic. 1. pag. 4. *peccata venialia reſeruanda non eſſe, non ſequitur Epiſcopos, non poſſe, aut ſolere reſeruare relaxationem cenſurarum, etiam ob peccata venialia contractarum; vt contingit in Diœceſi noſtra in preſenti primo capite tabellæ, in quo reſeruantur cenſurarum abſolutiones, non peccatorum. Addo, hic auctorem contradicere doctrinæ à ſe propoſitæ* num. 13. ſuperiori. *Neque credo præſentem ſententiam in praxim eſſe deducibilem, quia regulariter ſuſpenſio ipſo facto incurrenda in ſententia modernorum imponi poteſt pro peccato veniali tantum, vt tetigi* in addit. ad diffic. 2. diſt. 2. par. 1. pag. 20. *& docent* P. Thom. Tamburin in Opuſculo de celebrat. Miſſæ lib. 3. cap. 1. §. 8. num. 7. & 8. cum Valentia prima 2. diſt. 7. quæſt. 5. par. 6. verbo quartum ſignum. Azorius p. 1. lib. 5. cap. 6. quæſt. 5. & alij plures. *Vnde ſequeretur, aut nullas, aut perpaucas, ex ſuſpenſionibus, etiam ab Epiſcopo, & Synodis latis eſſe reſeruatas, quod non eſt admittendum.*

Tertiò. Sequitur nec Sacerdotem illum incidere, cui à Confeſſario ſuſpenditur Sacrificium Miſſæ, ipſi inhibendo, vt per aliquot dies illud omittat. Ratio eſt, quia talis inhibitio non eſt cenſura, vt ſuppono, nec celebrando intra tempus illi vetitum fieret irregularis, vt tradit *Innoc. in cap. Si celebret, num. 3. de Sententia Excommunicationis*. 26

Idem aſſeritur de violantibus Abbatiſſarum ſuſpenſiones .s. quòd non

incidunt in irregularitatem, quia tales ſuſpenſiones reſpectu Clericorum ipſis Abbatiſſis ſubiectorum non ſunt Eccleſiaſticæ cenſuræ: nam Suſpenſio à uiro Eccleſiaſtico iuriſdictionem patiente in foro externo, fe-
27 renda eſt. Vide *Homob. de Examine Eccleſiaſt. tom. 2. tract.* 11. *cap.* 9. *q.* 20. Nec ad rem noſtram pertinent, cum non ſint Epiſcopales.

§. V.
ANNOTATIO VNICA.

Cenſura propriè non videtur eſſe illa, quam nonnulli Epiſcopi contra Regulares aliquid indignum in adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ committentes ferre ſolent, vel cum lectioni caſuum conſcientiæ, iuxta
28 eorundem Epiſcoporum Edicta, vel præſcripta, non interſunt, vel morali Theologiæ non incumbunt; ſuſpendendo prædictos Regulares ab excipiendis Confeſſionibus: huiuſmodi .n. ſuſpenſio propriè cenſura non dicitur, de qua in *Cap. Querenti, extra de Verb. ſignif.* ſed largo tantùm modo, quatenus prohibitionem vſus officij comprehendit. Ita *Homob. vbi ſupra poſt Duardum lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 123. *Bullam Cœnæ exponentem.*

§. VI.
INCIDENTES.

29 Ex regula generali ſequitur primò illos detineri hac cenſura, qui ſunt ipſo facto ab Epiſcopo, vel eius Vicario ſuſpenſi; quod clariſſimè conſtat per illa verba textus (*Qui Suſpenſionis vinculo aſtricti tenentur, idque ſiuè à Nobis.*)

Secundò. Sequitur illos comprehendi ſub caſu, qui ſunt ſuſpenſi à
30 iure ſiuè communi, .s. qui contraxerunt aliquam ex prædictis excommunicationibus in ſecundò §. enarratis, ac per ius commune Epiſcopo, ſeù Ordinario reſeruatis, ſiuè à iure particulari, vt ſunt illæ Synodales, de quibus ſupra §. 2. num. 10. Ratio patet expreſsè per illa verba textualia (*Siuè à Nobis, ſiuè à iure communi in caſibus tamen ab eodem Nobis reſeruatis.*) Omitto practicam, quæ magis in ſpecie poſſet fieri de ſingulis prædictis Suſpenſionibus, vt breuitati vacem.

§. VII.
Modus tenendus per Pœnitentiarium circa ſuſpenſum, priuſquam illum abſoluat.

31 TRia de more præſtabit. Primum notet Clericum, qui contra cenſuram hanc facit, exercendo actum, à quo eſt ſuſpenſus, peccatum

rum mortale admittere; excuſantur tamen, regularitèr à mortali, illi,
qui cum ſuſpenſis à diuinis officijs communicant, quouſq; denunciati
ſint; quod idem dicendum eſt de illis, qui cum excommunicatis parti- 32
cipant, niſi fuerint publici Clericorum percuſſores, quia tales non de-
clarantur, ſed iure habentur, vt iam declarati. Faciunt, quæ habet
Sayrus de Cenſuris lib. 4. cap. 11. num. 5.

Alterum. Qui ſuſpenſus eſt à diuinis, violando ipſam Suſpenſionem
exercitio actus particularis alicuius Ordinis Sacri præter mortalem cul- 33
pam, irregularitatem incurrit, quæ regulariter eſt Papæ reſeruata, *Cap.
Cum Medicinalis, de Sent. Excom. lib. 6. Nauar. cap. 27. nu. 163. & nu.*
244. quod intelligendum eſt de omnibus cenſuris. Non incurrit tamen 34
irregularitatem Clericus ille, qui occultè ſuſpenſus ad vitandum ſcanda-
lum, vel propriæ famæ iacturam, actum particularem alicuius Sacri Or-
dinis exercuit. Conſulito *Lazarium de Monit. ſect. 4. quæſt. 18. Homob.
de Caſib. reſerù par. 1. de forma in abſolutione cenſurarum adhibenda*, ma-
ximè circa Suſpenſi abſolutionem, *tertia prænotio*.

Tertium. In abſolutione ſeruabit formam, quæ habetur in *Cap. Ex
tenore, de Sent. Excommunicat.* vt ſcilicèt abſoluendus iuret ſe mandato 35
Eccleſiæ, & ipſius abſoluentis obtemperaturum. Et vi illius iuramenti
illi præcipiat, ne crimen illud, pro quo ſuſpenſus fuit, de cætero com-
mittere præſumat amplius. Item ſi quem læſit ob crimen, propter quod 36
in Suſpenſionem incidit, prius illi ſatisfaciat. Deniq; moderatam, ac
rationabilem pœnitentiam illi iniungat, vt ſtultus in culpa fiat ſapiens in
pœna, *Sayr. lib. 4. cap. 17. num. 31. Homob. loc. cit. & alij communiter.*

ADDITIO.

SVſpenſus, licet fuerit, vt talis denunciatus, & peccet mortaliter exercendo actum, à quo ſuſpenſus fuit, non tamen vitandus erit ab alijs ſub mortali, contra Lupum hoc numero 32. ſuperiori, *dummodo alij non cooperentur illi delicto, ob quod fuit ſuſpenſus, vel illum abſq; neceſſitate ad ſecum communicandum in diuinis inducant. Ideo ſi ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ in Eccleſiam intret non tenebor exire, imo ſi ſuſpenſus ab ordine celebret poſſum aſſiſtere, non tamen cooperando. Nam ex vi præcepti Eccleſiaſtici tenemur quidem vitare excommunicatum denunciatum, non tamen ſuſpenſum; & ratio eſt, quia ſuſpenſio per ſe non reſpicit communionem cum fidelibus ſicut excommunicatio. Vide* Suarez diſp. 34. ſect. 3. num. 4. tom. 5. de cenſ. Corneio diſp. 2. dub. 1. Sayrum lib. 4. cap. 11. num. 6. Dianam p. 5. tract. 10. reſol. 20. Auſonium verbo ſuſpenſionis effectus num. 6.

CASVS PRIMI
PARS TERTIA.

SVMMARIVM.

1 *Triplex eſt Interdictum, locale, perſonale, & mixtum.*
2 *Interdictùm tàm locale, quàm perſonale eſt duplex.*
3 *Textus loquitur de Interdicto perſonali.*
4 *Simplex Confeſſor non poteſt auferre Interdictum locale, licèt hìc non reſeruetur.*
5 *Item non poteſt auferre Interdicta mixta.*
6 *Terminus* (Qui) *ſumitur interdùm indefinitè, & interdum perſonaliter.*
7 *Terminus* (Qui) *in hoc loco comprehendit etiàm fœminas, remiſſiuè.*
8 *Interdictum Summo Pontifici, aùt Epiſcopo, ſeù Ordinario, aùt nemini reſeruatur.*
9 *Interdicta à iure communi ſunt vnum, & viginti.*
10 *Textus loquitur de Interdicto ipſo iure.*
11 *Interdictum aliud graue, & aliud leue.*
12 *De leui non loquitur textus.*
13 *Interdictum ſumitur largè, & ſtrictè, & quod ſit vtroq; modo ſumptum, fertur.*
14 *Deffinitio Interdicti traditur.*
15 *Agitur hìc de Interdicto præcisè quò ad cauſam remotam.*
16 *Interdictorum duæ ſunt ſpecies.*
17 *Interdicta lata in Synodo Bergom. vltima.*
18 *Interdicta in iure communi ſine nota reſeruationis.*
19 *Interdictum generale perſonale Conc. Trid.*
20 *Quoddam ab Ordinario in hac materia obſeruandum.*
21 *Alia ſimul obſeruatio pro Parochis, & Confeſſarijs.*
22 *Regula generalis complectens tàm incidentes, quàm non.*
23 *Non ligatur caſu iſto, qui ipſo facto non eſt interdictus.*
24 *Non ligatur, qui ſolummodò Interdicto largè ſumpto eſt obſtrictus.*
25 *Nec ille, qui tantùm eſt interdictus à ſuſceptione Sacramentorum ob peccatum mortale.*
26 *An incidant aduenæ, qui præcepto de communione facienda in Paſchate ſolummodò extra patriam ſatisfaciunt.*
27 *Sacerdotes in Paſchate celebrantes quouis in loco ſatisfaciunt præcepto Communionis Paſchalis.*

28 *Poſito*

28 *Poſito Interdicto incurrunt ſolum non ſumentes ſacrum Chriſti Corpus in Paſch.*

29 *Ob erroneam conſcientiam præciſè nullus incidit in Interdictum. itèm quæ cauſæ generalitèr excuſent ab incurrendo in Interdictum.*

30 *Qui ſunt interdicti ab homine, per ſimplicem Confeſſarium abſolui non poſſunt.*

31 *Item nec qui ſunt interdicti à iure communi in caſibus tantum Epiſcopo reſeruatis.*

32 *Ligatur Interdicto, qui in Paſchate fictè ſumpſit Chriſti Corpus in ſententia multorum DD.*

33 *Quis poſſit abſoluere ab Interdicto à iure communi nemini reſeruato.*

34 *A quo interdicto Curatus, aùt alius Confeſſor abſoluere poſſit.*

35 *Laici violantes Interdictum mortalitèr peccant.*

36 *Clerici in ſacris conſtituti, vltrà peccatum mortale, fiunt irregulares, Interdictum locale violantes.*

37 *Quandonam Interdictum Summo Pontifici reſeruatum per Epiſcopum auferatur.*

38 *An, qui non peccauit, abſolutionis beneficio indigeat.*

39 *Qui verſatur in dubio, an cenſura aliqua ſit ligatus, quid agere debeat, remiſſiuè.*

IN TERTIAM PARTEM TEXTVS CASVS PRIMI.

De reſeruatione abſolutionis ab Interdicto.

COMMENTARIA.

CIrca hanc tertiam partem, & ſuas particulas differendo inſimul, octo percurremus paragrapha, quorum primum erit, de quo Interdicto loquitur textus. Secundum, quæ ſint Interdicta Ordinario noſtro reſeruata. Tertium, Regula quædam generalis deſignans Incidentes, & non Incidentes in caſum. Quartum, deſignat tantum non Incidentes in caſum. Quintum, ſunt quædam annotationes circa non Incidentes. Sextum, demonſtrat incidentes in caſum. Septimum, eſt annotatio circa Incidentes, Octauum deniq, eſt modus obſeruandus per Pęnitentiarium priuſquam abſoluat irretitum caſu iſto.

Quò

Digitized by Google

§. I.

Quò ad primum paragraphum, vt ſciamus, de quo Interdicto, lo-
1 quatur textus, afferuntur quædam diſtinctiones de Interdicto. Prima.
Triplex eſſe Interdictum, nimirùm localе, perſonale, & mixtum. Lo-
cale eſt, quo directè interdicitur locus, ne in eo diuina officia audian-
tur ab incolis, vel extraneis, quamuis perſonæ loci Interdicti poſſint
alibi audire diuina officia. Perſonale eſt, quo prohibetur populus, vel
aliqua perſona particularis audire diuina officia vbicunque ſit. Mixtum
verò complectitur locale, & perſonale, conſequentèr per Interdictum
mixtum interdicitur locus, & perſona. Ita *Nauar. cap. 27. num. 166.
Sylu. verb. Interdictum 1. quæſ. 2. Bonac. de Cenſuris diſp. 5. pun. 1. prop.
1. num. 2. & alij*. Secunda. Interdictum tàm locale, quàm perſonale
2 eſt duplex, .s. generale, & ſpeciale, ſeù particulare. Generale locale
eſt illud, quo interdicitur locus vniuerſalis, vt Regnum, aùt Prouincia,
aùt Diœceſis, aùt Ciuitas, aùt Villa, aùt Caſtrum. Speciale locale eſt
illud, quo interdicitur tantùm vna, vel plures Eccleſiæ vnius loci, ſed
non omnes. Et nomine Eccleſiæ hìc intelliguntur etiam capellæ priua-
tæ, & cęmeteria. Perſonale generale eſt illud, quo interdicitur gene-
raliter populus totius Regni, Prouinciæ, Ciuitatis, Villæ, vel Caſtri.
Perſonale ſpeciale verò eſt illud, quo interdicitur pars aliqua populi,
vel aliqua perſona particularis, vel plures alicuius Communitatis. Ita
Valent. tom. 4. diſp. 7. quæſ. 18. pun. 2. Bonac. loc. cit. num. 9. & alij.

Modò deueniendo ad rem noſtram, ſciendum eſt textum propriè de
3 perſonali, generali, & ſpeciali tantummodò loqui, non autèm de loca-
li, generali, aùt ſpeciali. Cuius ratio eſt, quia non veniunt loca ſub
nomine (*Qui*)

Verùm quamuis nomine (*Qui*) non veniant Interdicta localia; non
tamèn poterit ſimplex Confeſſor talia auferre Interdicta, cum ad illum,
4 qui talia interdixit loca pertineat, vel ad eius Superiorem.

Et hoc idem intelligendum eſt de mixtis, .s. quòd non poſſunt auferri
5 per ſimplicem Confeſſorem.

Sciendum eſt autèm terminum (*Qui*) de quo textus ſecundum regulas
6 logicales, interdùm ſumi indefinitè, & interdùm perſonalitèr. In pro-
poſito noſtro poteſt accipi vtroquè modo.

Accipietur indefinitè, vt ſtet vniuerſalitèr, ſiuè pro omnibus, cum
Interdictum erit generale perſonale: accipietur verò perſonalitèr, vt ſtet
particularitèr pro vno, aut vna, quando erit ſpeciale.

7 Itidem obſeruandum, quòd licèt maſculinum in odioſis non concipiat
fęmininum, *l. Seruis legatis ff. de legat.* attamèn impræſentiarum ſecùs
venit dicendum. Et ratio eſt, quia ſtatutum recipit interpretationem à
conſue-

Digitized by Google

conſuetudine, vt habet *Philip. Portius, in Concluſ. & reg. vtriuſque iuris, concl.* 10. Ex inolita autèm conſuetudine, quæ in dubio eſt optima legum interpres habetur, fęminas ſub caſuum reſeruatorum Indice colligari, vt fuſiùs viſum fuit in difficultate, an fęminæ, & Sanctimoniales comprehendantur in textu. Vide par. 1. diſt. 4. art. 1. diff. 1. & de Excommunicatione circa principium.

Tertia. Item diuiditur Interdictum; nam aliud eſt reſeruatum S. Pontifici, aliud Epiſcopo, & aliud nemini, ſicut in ſimili dictum fuit de Excommunicatione, Suſpenſione; textus autèm intelligendus eſt tantùm de reſeruato Epiſcopo iuxta expoſitionem ſupra allatam de excommunicatione ſupra illa verba (*Siuè à Nobis, ſiuè à iure communi.*) Interdicta 8
à iure communi, quæ paſſim ponunt *Summiſtæ in verb. Interdictum*, quæ ſunt numero vnum, & viginti, non ceſſante cauſa per quam poſita ſunt, 9
reſeruantur Papæ; ceſſante verò cauſa reſeruantur Ordinario, ideſt poteſt illa auferre. Ita *Tolet. Inſtr. l. 7. cap. 5.*

ADDITIO.

Hic relegenda ſunt, quæ addidimus ad numerum 18. ſecundæ partis, *huius primi caſus, verſiculo* occaſione huius, &c. vſque ad finem additionis, pag. 340.

Ab Interdicto verò perſonali ſpeciali non reſeruato poteſt quilibet Sacerdos, qui poteſt abſoluere à mortalibus. Ita *Bonac. de Cenſ. diſp. 1. q. 3. pun. 1. prop. 3. num. 9. & Suarez ab ipſo citatus.*

Quarta. Interdictum tàm à iure, quàm ab homine diuiditur in iure 10
latum, & ferendum: textus verò loquitur duntaxat de Interdicto lato; quod ſatis conſtat per illa verba ipſius textus (*Qui interdicti vinculo aſtricti tenentur*) ſicut etiam cautum fuit de Excommunicatione, & de Suſpenſione, per quæ demonſtratur loqui de his, qui ſunt iam ligati, non autèm de his, qui adhùc ſunt ligandi.

Quinta. Item diſtinguitur Interdictum in graue, & leue. Graue im- 11
ponitur ſolummodò pro mortali culpa, ſiuè propria, ſiuè aliena: nam pęna grauis niſi pro graui culpa imponenda eſt; iuxtà enim delictum erit & plagarum modus, vti docet ſacra ſcriptura, & DD. communitèr.

Leue verò imponitur pro culpa veniali propria, vti claret apud *Sà, ver. Interdictum, num. 7.* citantem *Couarru.* Verùm de huiuſmodi Interdicto 12
leui arbitror nullatenus loqui textus, cum reſeruatio regularitèr ſit tantùm mortalium, vt communitèr ferunt Doctores.

ADDI-

ADDITIO.

Contrarium tenendum eſt; nempe omnia interdicta Epiſcopalia, vel à iure Epiſcopis reſeruata, etiam ob leuem culpam comprehendi hoc textu reſeruatorio primi capitis tabellæ noſtræ, ex iuribus adductis ſuperiori additione ad num. 25. in Commentarijs ad 2. partem, primi caſus, pag. 345. *quæ hic repeti debent.*

13 Sexta. Iidem diſtinguitur Interdictum in latè ſumptum, & ſtrictè ſumptum. Interdictum latè ſumptum eſt quodlibet præceptum impoſitum à quacunq; perſona, per quod alicui prohibetur aliquid, ſiuè illud ſit ſpirituale, ſiuè corporale. Strictè verò ſumptum accipitur pro Decreto iuris, vel ſententia Prælati prohibentis alicui diuina Officia, Sacramenta, & ſepulturam Eccleſiaſticam in pœnam delicti, vel contumaciæ, ſiuè illius, qui interdicitur, ſiue in pœnam alicuius alterius; & ſecundum hanc ſignificationem Interdictum dicitur vna ex tribus cenſuris Eccleſiaſticis, vt patet ex *Cap. Quærenti, de verb. ſignif. apud Sayr. lib. 5. cap. 1. num. 6.* Et de hac ſecunda Interdicti acceptione hoc in loco agitur, ſicquè deſcribitur. Interdictum eſt Eccleſiaſtica cenſura, qua homo ſeparatur à perceptione quorundam Sacramentorum, à diuinis

14 Officijs, & à ſepultura Eccleſiaſtica. Hæc deſcriptio colligitur ex *Bonac. de Interdicto pu. 1. num. 1.*

Tandem circa hoc primum paragraphum notandum eſt etiam, quòd hoc in loco non diſſeritur abſolutè, ſiuè ſimpliciter de Interdicto, ſcilicet quò ad omnem cauſam, ſed tantùm ſecundum quid, nimirùm quò

15 ad ſolam cauſam materialem remotam, hoc eſt dicere, quòd annodatus Interdicto reſeruato ſiuè à iure, ſiuè ab homine per ſimplicem Confeſſarium abſolui non poteſt. Dixi quò ad ſolam cauſam materialem remotam, quia quò ad cauſam materialem propinquam, & quò ad alias cauſas non eſt præſentis conſiderationis.

§. II.

Quò ad ſecundum paragraphum, in quo aſſignantur Interdicta reſeruata noſtro Ordinario, ſeù Epiſcopo. Huiuſmodi Interdicta poſſunt

16 eſſe in duplici differentia, ſeù duarum ſpecierum, velut attigimus etiam de excommunicatione, & Suſpenſione, nimirùm

Prima, Quæ lata ſunt ab Epiſcopo noſtro, vel eius Vicario in Synodo, vel extra.

Secunda, Interdicta, quæ in iure communi, vel Conc. Generalibus, præcipuè Trident. reſeruantur Epiſcopo, ſeù Ordinario:

De

De prima ſpecie Interdictorum.

CIrca Interdicta lata ipſo facto, de quibus loquitur textus ibi, (*ſiuè à Nobis*,) in Synodo vltima, quæ annullat omnia Interdicta, & 17 alias etiam cenſuras in alijs Synodis Diœceſis Bergom. latas, vt patet in vltimo Decreto illius, tantummodò vnum reperio Interdictum, & eſt

Contra tripudiantes, choreaſuè ducentes in die feſto tituli Parochialis Eccleſiæ: & comprehendit mandantes, iubentes, iuuantes, vel quauis ratione tantam, & adeò contumacem inobedientiam fouentes; interdictis etiam illius Oppidi, aut viciniæ Eccleſijs, *par.* 1. *tit.* 7. *fol.* 13.

ADDITIO.

V*TI Synodus Priula ab* Auctore *citata derogauit cenſuris omnibus in anteceſſorum Synodis latis; ſic Grimana prima* decreto 24. & 35. *verſiculo* Clauſula verò *deleuit cenſuras in ipſa Priula ſtatutas, nouaſque induxit modo, & terminis diuerſis. Quod attinet ſpecialiter ad interdicta latæ ſententiæ, vel ipſo facto incurrenda (omiſſis comminatorijs) in noſtra Diœceſi vigent ſequentia, ex duabus Grimanis, & duabus Iuſtinianis.*

Primum eſt in habentes tripudia, ſaltationes, & Choreas extra vrbem in Diœceſi die titulari Parochialis, ſeu alterius Eccleſiæ intra fines pareciæ, aut in diebus feſtis, vel infra Octauam, quod incurratur ipſo facto, etiam à mandantibus, hortantibus, aut quocumque modo iuuantibus. Grimana prima, decreto ſexto. *Hoc tamen interdictum quo ad multas circumſtantias moderatum fuit in* Grimana 2. pag. 11. *& tandem redditum legitur comminatorium, & ſolius pœnæ ferendæ in* Iuſtiniana 1. decr. 4. pag. 6.

Secundum eſt contra edentes ſpectacula, circulationes, ioculationes, aut ludos in atrijs Eccleſiarum eo tempore, quo Sanctiſſima Euchariſtia adoratur expoſita. Grimana 1. decr. 6.

Tertium eſt contra mares quoſcunque, qui puellas accedentes cum cereis ad oblationes in Eccleſia comitauerint, vel ad Eccleſiæ fores ſtabunt, vt mortaria, vel tormenta explodant, aut tibicines, liricenes, ſeu fidicenes hac occaſione agent in Eccleſia, vel ad eius ianuam. Grimana 1. decr. 34.

Quartum eſt contra audentes ludere publicè, tempore, quo diuina officia celebrantur, aut Doctrinæ Chriſtianæ inſtitutio peragitur. Grimana 2. decr. 4. *verſiculo* omnes vero. *Hoc tamen interdictum indicio meo, intelligi debet tantum contra ludentes, tempore, quo diuina officia celebrantur in Eccleſia Cathedrali, vel matrice illius loci, non verò in alijs Oratorijs, Eccleſijs, ſeu Capellis. Sic ſentit etima in caſu ſimili* Hieron. Nicol. in floſculis par. 3. verbo Feſtum num. 23. pag. mihi 317. editionis Romanæ, Anni

1656. *cum citata declaratione Sacr. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium pro* Foligno die 17. Aprilis 1617. in originali Romæ regiſtro foglio 71.

Quintum eſt contra Clericos, qui annua Confeſſionis præceptum non impleuerint, Grimana 2. decr. 12. *Hic notari debet differentia inter Laicas perſonas, & Clericos; in noſtra enim Diœceſi pro Laicis interdictum eſt ferendum, ſeu Comminatorium; pro Clericis verò eſt lata ſententia.*

De ſecunda ſpecie Interdictorum.

18 CVm in iure communi reperiantur Interdicta latæ ſententiæ non notata ſigno ſpecialis reſeruationis Papæ, & ad propoſitum attinentia, quorum alia ſunt perſonalia generalia, alia perſonalia ſpecialia; ideò primò ponam generalia, & poſteà ſpecialia.

Generalia ſunt iſta.

Primum, contra Vniuerſitatem concedentem domus ad vſuras exercendas publicis vſuratijs alienigenis. Habetur *in cap. 1. de vſuris in 6.*

Secundum, contra Communitatem concedentem repræſalias, ſeù pignorationes contra perſonas Eccleſiaſticas, vel earum bona, vt *in cap. vnico de Iniurijs in 6.*

Tertium, contra Ciuitatem percutientem, carcerantem, ſeù bannientem ſuum Epiſcopum, *Clem. 1. de Pœnis, ibi Ciuitas autem.*

Quartum, contra Ciuitatem, præter Romanam, percutientem, carcerantem S. R. E. Cardinalem, & quomodolibet iniſtis ſe intromittentem, pro vt *in cap. Felicis, de Pœnis in 6. ibi Ciuitas verò.*

Specialia ſunt iſta.

Primum, contra illum, qui de manu Laici accipit Epiſcopatum, Abbatiam, vel aliam Dignitatem, *vt in Cap. Si quis deinceps, 16. q. 7.*

Secundum, contra Eccleſiaſticos, qui violant Interdictum locale, ſiuè ab homine, vel à iure latum, aùt admittunt ad Diuina, ſeù Eccleſiaſticam ſepulturam publicè excommunicatos, vel interdictos, prout habetur *in cap. Epiſcoporum, de Priuil. in 6.*

Tertium, contra Iudicem, qui ſententiam excommunicationis, aùt alterius cenſuræ protulit, non ſeruatis, quæ habentur *in cap. 1. de Sent. excomm. in 6.* vel excommunicauit, non præmiſſa admonitione iuxta *cap. Sacro, de Sent. excom.* Habetur in dictis capitulis.

Quartum, contra conferentes, & recipientes Beneficia Officialium Papæ, aùt illorum, qui ad Curiam Romanam pro ſuis negotijs profecti ſunt; & quomodolibet in eis ſe intromittentes, *vt in Extrauag. tertia de Priuileg.*

De

De eadem ſecunda ſpecie.

IN Concil. Generalibus non inueni aliquod Interdictum ad noſtrum 19
inſtitutum ſpectans, & quod ſit in praxi, præter infra citatum perſonale generale, quod habetur *in Conc. Trid. ſeſſ. 7. c. 10. de Reform.* Et eſt

Contra Capitulum concedentem, Sede vacante, intra annum alicui Dimiſſorias ad Ordines ſuſcipiendos, non coarctato.

Verùm circa Interdicta hæc cenſeo duo eſſe notanda.

Primum, Epiſcopum non debere concedere abſolutionem ab Inter- 20
dictis recenſitis in ſecunda ſpecie, quando illa non ſunt occulta, niſi conſultis DD. eminentis ſcientiæ, ne in re tam graui, & difficili erretur (qualis eſt huiuſmodi abſolutio) ponendo falcem in meſſem alienam, contra *tex. in cap. venerabilem, de Elect.*

Secundum. Nullum Parochum, aut Confeſſarium debere quem- 21
quam abſoluere ab Interdicto ſine conſilio ſui Ordinarij, non obſtante allata doctrina in ſ. 7.

ſ. III.

Aſſignatur Regula generalis pro doctis, ex qua ſimul cum fundamen- 22
tis iactis in primo ſ. ſat ipſis conſtabit, qui incidunt, & qui non incidunt in prædictam cenſuram.

REGVLA.

Annodatur caſu illè, cui altera harum conditionum competit.

Prima, vel quia interdictus eſt per Ordinarium Bergomen. vel per eius ius, aùt edictum.

Secunda, vel quia eſt interdictus à iure communi in caſibus Epiſcopo reſeruatis.

Pro minus peritis practicatur regula cum fundamentis.

ſ. IV.
NON INCIDENTES.

Ex prædicta regula ſequitur primò, illos non irretiri caſu hoc, contra 23
quos lata ſunt tria monitoria, vt alicui præcepto ipſis facto obediant, ſi adhuc promulgatum non eſt Interdictum iam minitatum. Ratio eſt, tùm quia textus loquitur de his, qui ſunt actu interdicti à iure communi, vel à reſeruante, vt patet ex fundamentis §. 1. *num.* 10. & ſic in alijs lo-

cis ſimilibus; non autèm de interdicendis: tùm quia antè promulgationem reſeruatione cenſuræ, vel caſus nullus ligatur; cum lex humana neminem obſtringat, priuſquam ipſa promulgetur, ac publici iuris fiat, *cap. 1. extra, de Poſtulat. Prælat. Homobonus de Examine Eccleſiaſt. tom. 2. tract. 8. cap. 1. quæſt. 1. circ. finem*. Nec obſtat hunc iam cognouiſſe contra ſe formatum fuiſſe Interdictum, quia nullus incidit in reſeruationem, antequam Conſtitutiones Epiſcopi, aùt Ordinarij, in quibus alicuius peccati facta eſt reſeruatio, ſolemnitèr edantur. Et lz. antè abſolutionem Confeſſor noſſet reſeruationem publicandam; tamèn abſoluere poſſet, & pęnitens abſolutionem petere. *Ita Floron. de Caſ. reſer. par. 1. cap. 3. num. 16.*

24 Secundò, ſequitur illos non incidere, qui tantùm Interdicto largè ſumpto fuerunt obſtricti, velut ſunt illi, qui à Iudice tùm Seculari, tùm Eccleſiaſtico ſunt ſequeſtrati in eorum domibus, nè indè exeant. Cuius ratio eſt, quia textus fatur tantùm de Interdicto propriè ſumpto, quod eſt cenſura, vt ſupra attigi *§. 1. num. 13.*

25 Tertiò, ſequitur illos non incidere, qui ob mortale crimen per propriam conſcientiam extant interdicti à Sacramentorum ſuſceptione. Ratio eſt, quia nec de huiuſmodi Interdicto cantat textus, prout ſuperius in fundamentis viſum fuit.

26 Quartò, ſequitur non incidere in caſum aduenas illos, qui Paſchali tempore in aliena Dięceſi confitentur, aùt communicant (ſuppoſito, quòd in propria Dięceſi ſub pęna Interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ eo ipſo incurrendi, extet præceptum de communicando in Paſchate) Ratio eſt, quia iſti Eccleſiæ præcepto de annua confeſſione, & communione ſatisfaciunt; vt propterea ſatis ſit, ſi in patriam reuerſi de confeſſione, ac communione ab ipſis alibi facta, certiorem faciant eorum Rectorem: nec neceſſariò requiritur, vt fides ſuſceptæ Euchariſtiæ detur in ſcriptis, niſi aliter præcipiat Synodus Dięceſana, vel Ordinarius, vti apud nos præcipitur per vltimam Synodum *par. 3. tit. 7.* Ita *Homob. de Examine Eccleſiaſt. tom. 2. tract. 8. cap. 2 quaſt. 4.*

27 Quintò, ſequitur nec incidere Sacerdotes illos, qui (ſuppoſito, vt ſupra) in Paſchate celebrant extra Parochialem Eccleſiam, nec ibi recipiunt Chriſti Corpus. Ratio eſt, quia præcepto annuæ Euchariſtiæ ſumendæ, quouis in loco Paſchatis tempore ſint, ſatisfacere cenſentur, cum præceptum communicandi in propria Parochia, ex recepta conſuetudine, & ſtylo Vrbis, & Orbis, non ſe extendat ad Sacerdotes: ſed ad Laicos, & alios, qui de manu aliena Chriſti Corpus ſumunt. Ita docent *Homob. vbi ſupra. Emanuel Sà, verbo Euchariſtia, num. 11. & alij.*

28 Quinimmò nec aſſerere auderem, Laicum illum in hunc Interdicti caſum incidiſſe (ſuppoſito, vt ſupra,) qui abſq; debita licentia alibi ſumpſit

pſit Euchariſtiam; quia textus inuehit contra non ſumentes Sacram Euchariſtiam ſtatis temporibus; vt videre eſt ex contra tabella conceſſionis caſuum cum limitationibus: non autem contra ſumentes Sacram Synaxim extra propriam Parochiam. Verùm, nec tales à graui culpa, niſi ſufficiens adeſſet cauſa, excuſare auderem.

§. V.

ANNOTATIO I.

Ob erroneam conſcientiam nullus incidit in Interdictum, nec in aliam 29
cenſuram, ſi à parte rei non peccauit. Ratio eſt, quia nemo ſuper ſe talem ſententiam ferre valet, quamuis propter talem conſcientiam agens contra legis, vel hominis præceptum lethaliter peccet. DD. communiter.

ANNOTATIO II.

Generaliter loquendo cauſæ excuſantes nedum ab incurſu Interdicti, ſed etiam ab excommunicatione, & Suſpenſione, ſunt quatuor.

Prima eſt ignorantia probabilis tam iuris communis, quàm particu- 30
laris, & etiam ignorantia facti.

Altera eſt appellatio iuſta, & legitima, v. g. interpoſita ſuper aliquo Decreto Iudicis, qua ſtante, appellans non poteſt feriri excommunicatione, aut Interdicto, ſi cum probabili, ac ſufficienti cauſa, debito tempore fiat. Quod etiam locum habet, quando aliquis appellare neſciens, ſe Summo Pontifici protegendum tradit, vel Romam verſus iter ſuſcipiens eius iudicium poſtulat. *Cap. ad Audientiam, extra, de Appell.*

Tertia eſt voluntas, ſiuè conſenſus illius, in cuius fauorem cenſura conceſſa eſt. Illuſtro rem exemplo. Petrus creditor obtenta ab Apoſtolica Curia excommunicatione contra ſuos debitores intra ſex menſes non ſoluentes; ipſa autem Curia inſcia, terminum vſquè ad annum prorogat dictis ſuis debitoribus, elapſis primis ſex menſibus, excommunicatione, aùt Interdicto, &c. ipſi non afficiuntur, vt per *Suarez tom.* 5. de *Cenſ. citat. ab Homob. de Exam. Eccleſiaſt. tract.* 11. *cap.* 7. *tertium ſuppoſitum. Bonac. de Cenſ. diſp.* 1. *qu.* 2. *pun.* 3. *contra Sayr. & alios.*

Quarta eſt metus cadens in conſtantem virum, modò in contemptum Eccleſiaſticæ legis, vel poteſtatis non incutiatur. Idem ſimiliter de impotentia cenſendum eſt; quia impoſſibilium nulla eſt obligatio, *l. Impoſſibilium, ff. de Reg. iuris, cap. Nemo poteſt, de Reg. iuris in* 6. exempli gratia, ſi Interdictum, ſiuè excommunicatio, aùt Suſpenſio contra Clericum feratur, niſi debitum intra tale tempus ſoluat, ſi intra dictum

tempus

tempus non poteſt, à pęna harum cenſurarum excuſatur in foro conſcientiæ. Vide *DD. citatos locis citatis*.

§. VI.
INCIDENTES.

Ex regula prædicta ſequitur primò illos incidere, qui ſunt Interdicti ab Ordinario Bergomi. Claret per illa verba textus (*Siuè à Nobis*.)

Secundò, ſequitur illos hac vinciri cenſura, qui ſunt interdicti à iure
31 in caſibus ab eodem iure Epiſcopo reſeruatis. Patet per illa verba textualia, .s. (*Siuè à iure in caſibus tamen, &c. aſtricti tenentur*,) Qui itaq; in aliquo prædictorum caſuum, de quibus ſupra in §. 2. ligatus extiterit, non poterit abſolui per Confeſſarium facultate caſuum reſeruatorum carentem.

Tertiò, ſequitur illum quoq; caſu ligari, (ſuppoſito, vt ſup.) qui item
32 Paſchatis tempore, ſacra Synaxi ſictè refectus eſt: nam fraus, & dolus nemini patrocinari debet. Verùm ſequelam hanc alij admittunt, alij negant. Vide *Capreolum in 2. diſt. 41. quæſt. 1. art. 3. Durand. in 2. diſt. 28 quæſt. 4. Adrianum in 4. de Confeſs. quæſt. vlt.* negantes impleri poſſe præceptum per opus malum: at communis Theologorum ſchola ſentit contrarium, nimirùm hoc præceptum ſeruari, quàmuis lethalitèr peccet, qui indignè ſuſcipit Euchariſtiam. Ità *Naldus*, qui quamplures reddit rationes, *verb. Præceptum, num.* 12. *Corduba in Summ. Caſuum, qu.* 15. *Sotus de Iuſt. & iure qu.* 3. *art.* 10. *Azor. par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 41. *circa finem, qui teſtatur de communi*, & ſic ſequela procedit tantùm in ſententia negantium præceptum poſſe per opus malum impleri, non autèm ſimplicitèr.

ADDITIO.

F*vit valida diſputatione Theologorum ſpectabilis controuerſia, an per ſacrilegam Confeſſionem, & Communionem impleri poſſet præceptum Eccleſiaſticum confitendi ſemel in anno, & ſumendi Sacram Sinaxim in Paſchate, vel tempore Paſchali*. Lupus noſter num. 32. *voluit communiorem eſſe ſententiam affirmantium, per ſacrilegam ſumptionem Euchariſtiæ legem Eccleſiaſticam* cap. omnis vtriuſq; ſexus de pęnit. & remiſs. *impleri poſſe. Id etiam docuerant plures moderni magni nominis DD. apud* Cotonium tom. 1. controu. moralium lib. 1. cont. XV. cap. 2. n. 43.

Noſtris temporibus falſa eſt, & erronea præſens aſſertio; nam opinio de ſufficientia ſacrilegæ confeſſionis reprobata fuit à Sanctiſſimo P.P. Alex. VII. Die 24. Septembris 1665. in Congregatione generali Sanctiſſimæ Inquiſitionis opinione 14. *& alia de ſufficientia ſacrilegæ Communionis damnata*

Digitized by Google

damnata fuit à Sanctiſſimo P.P. Innocentio XI. die 2. Martij 1679. opinione 55. ſimiliter in Congregatione Sancti Officij.

§. VII.

ANNOTATIO VNICA.

Circa abſolutionem ab Interdicto *Toletus de Interdicto, l. 7. c. 5.* hanc tradit regulam ad dignoſcendum, quis poſſit abſoluere ab Interdicto à iure nemini reſeruato. Attende. Si aliquod Interdictum à iure non reſeruatum nec Papæ, nec alteri, ceſſante cauſa, propter quam poſitum eſt, poteſt Ordinarius illud auferre: ſecùs eſt non ceſſante cauſa, quia tunc nullus poteſt illud auferre, niſi Papa. Ex hac regula colligo ſupradicta Interdicta à iure communi, de quibus ſupra in §. 2. cum ibi non reſeruentur nec Papæ, nec alteri, ceſſante cauſa, ob quam poſita ſunt, Ordinarium poſſe illa auferre. 33

Verùm dices, à quibus itaq; Interdictis Parochus, vel alius Confeſſarius abſoluere poteſt, ſi illa, quæ in iure non nominantur reſeruata, ſpectant interdùm ad Summum Pontificem, interdùm ad Ordinarium, prout ſupra? Satisfacimus quæſito huic tribus concluſionibus, quarum prima, & ſecunda in ordine eſt negatiua, tertia verò affirmatiua. Prima, Parochus, nec alius Confeſſor poteſt abſoluere ab Interdicto locali. Ratio eſt, quia, cum locus non ſit materia fori Sacram. Pœnitentiæ, non pertinet ad Confeſſarium auferre illius Interdictum, ſed ad Epiſcopum habentem iuriſdictionem in foro externo. 34

Secunda, Parochus, nec alius Confeſſor poteſt abſoluere ab Interdicto perſonali generali. Ratio eſt, tùm quia Communitas interdicta, vt Communitas, non pertinet ad forum Sacram. Pœnitentiæ, in quo iudicatur ſolùm de eo particulari, quòd quis ſua ſponte illi ſubijcit: tùm quia ſequeretur Communitatem poſſe eſſe interdictam, & perſonas particulares non eſſe interdictas: non enim eſſent interdictæ perſonæ particulares, quatenùs ſingillatìm abſoluerentur, Communitas verò eſſet interdicta ex ſuppoſitione.

Tertia, Parochus licèt tantum habeat iuriſdictionem in foro Sacramenti Pœnitentiæ, poteſt tamẽ abſoluere ab Interdicto ſpeciali perſonali non reſeruato, dummodò præcedat iuſta pœnitentia, cum emendatione, & ſatisfactione, aùt aliqua ſufficienti cautione. Ratio eſt, quia perſona ſic interdicta tanquam particularis poteſt in Pœnitentiali foro ſe clauibus ſubmittere, nihilq; obſtat, quin, vt à peccatis, & alijs cenſuris, ſic ab Interdicto perſonali in eo abſoluatur; præſertìm cum inde minimè ſequatur abſurditas, quæ ſequeretur, ſi Parochus poſſet abſoluere ab Interdicto generali perſonali. Ita *Reginald. lib. 32. tract. 3. cap. 32. num. 56. qui* 35

56. qui refert *Suarez. Bonac. de Cenſ. diſput. 5. pun. vlt. prop. 3. num. 6.* Hæc Reginaldi doctrina ad literam collecta, loco citato, cum non ſatis videatur practicari (quòd nouerim ipſe,) idcircò attendendum erit, an ius Synodale, aùt praxis per Superiores canonizata aliud exigat. Addam attamèn caſum, qui communitèr in praxi recipitur, nempè quòd Parochi, alijq; Confeſſarij in foro Sacram. Pœnitentiæ ab Interdicto perſonali abſoluere poſſunt illos, qui nullatenùs cauſam, conſilium, aùt auxilium dederunt, vt imponeretur Interdictum generale locale, aùt perſonale. Legendus eſt *Comitolus in Reſponſionibus Moral. lib. 6. quæſ. 42. num. 4. Bizozerius, vbi de Relaxatione Interdicti. Reginaldus in Praxi Caſuum difficilium, tract. 3. cap. vlt.* Sunt tamèn aliqui DD. vt tradit *Homob. par. 1. Caſ. reſer. vbi, De forma abſoluendi ab Interdicto*, qui exiſtimant nullo modo opus eſſe abſolutione, ſed tutiùs eſt oppoſitum, ne gratis videatur fuiſſe impoſitum Interdictum reſpectu innocentium. Verùm not. Interdictum ab homine reſeruari duntaxat illi, qui illud tulit, vel eius Superiori, vt docet *Bonac. vbi ſuprà*, & antè eum *Toletus de Interdicto cap. 5. num. 1.*

ADDITIO.

RESolutio Lupi *præſenti* numer. 35. *ſtatuta poteſt illuſtrari, ſi hoc loco conſiderentur ſcripta ſupra in* addit. ad num. 18. ſecundæ partis huius primi caſus, pag. 339. *& vbi materiam interdicti non reſeruati, & ipſius relaxationis reſpectu Parochorum, & Confeſſariorum iunximus cum tractatu abſolutionis à ſuſpenſionibus non reſeruatis.*

§. VIII.

Modus obſeruandus per Pœnitentiarium priuſquam abſoluat Pœnitentem annodatum caſu.

36 TRia obſeruabit, quorum primum eſt, quòd Laici ſcienter Interdictum violantes, vt audiendo Sacrum, mortalitèr delinquunt. Ratio eſt, quia in re graui contra Eccleſiæ præceptum agunt. Clerici verò in Sacris Ordinibus conſtituti, vltra peccatum mortale, quod committunt, irregularitatem etiam incurrunt, ſupra quam ſolus Pontifex regulariter diſpenſat. *Cap. Is, qui, vbi DD. de ſent. excomm. l. 6.* immò, ſi exercendo proprij ordinis actum, violant locale Interdictum, nedum euádunt inhabiles ad acquirendum Beneficium, ſed etiam ad retinendum iam acquiſitum. *Regin. lib. 32. tract. 3. num. 49. Barboſa in cap. Tanta, de Exceſſib. Prælat. & alij apud Homob. de Caſib. reſer. par. 1. de*

forma

forma adhiben. in Interd. Dixi, ſcienter, quia bona fides, & iuſta credulitas excuſat. *Bal. l. 4. conſ. 211.*

Alterum, ſi delictum occultum ſit, etiam ſi Summo Pontifici Interdictum reſeruetur, ab Epiſcopo, & eius Vicario, auferri poteſt, per *cap. Liceat Conc. Trid. ſeſſ. 24.* ſed præuia ſatisfactione. *Henriquez de Interd. cap. 51. §. 3. Sayr. lib. 5. cap. 15. num. 16. & alij*; attamen hoc agendum eſt cum maxima prudentia, & circumſpectione, ne temerè ponatur falx in meſſem alienam. 37

Tertium, quando locus, vel Populus eſt interdictus, ille, qui non peccauit, abſolutione non indiget, vt aliqui volunt; quia rem, quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit, reſquè per alium geſta præiudicare non debet tertio, qui in illa nullam habet partem. Deniquè notandum, quòd ſicut vna cenſura ligatus, alterius quoquè non tantùm diuerſæ, ſed etiam eiuſdem rationis eſt capax; ita etiam vna manente alia auferri poteſt: quapropter petens abſolutionem ab vna cenſura, maximè extra Sacramentalem Confeſſionem, ab alijs abſolutus non remanet, *Cap. Cum pro cauſa, extra, de Sent. excom.* 38

Qui verſatur in dubio, an ſit irretitus aliqua cenſura conſulat par. 1. diſt. 13. art. 2. diff. vnica. 39



Digitized by Google

CASVS SECVNDVS

SVMMARIVM.

1 *Maſculinum in hoc textu concipit fœmininum.*
2 *Gradus quid ſit.*
3 *Intèr quas perſonas cadat gradus primus.*
4 *Intèr quas cadat ſecundus.*
5 *Conſanguinitas quid.*
6 *Inceſtus vndè dictus.*
7 *Inceſtus dupliciter ſumitur.*
8 *Inceſtus tàm propriè, quàm impropriè ſumptus, quid complectatur.*
9 *Inceſtus propriè quid.*
10 *Textus loquitur de inceſtu propriè.*
11 *Datur inceſtus ex natura rei, & ex legis humanæ inſtitutione.*
12 *Cur in reſeruatione huius caſus fit mentio de gradibus, ſcilicèt primo, & ſecundo.*
13 *Cognatio eſt genus reſpectu coniunctionis ſpiritualis, legalis, & naturalis.*
14 *De naturali cognatione loquitur textus.*
15 *Reperitur diſcrimen inter omittentem, ſeù permittentem, vt fieret inceſtus, & inter committentem inceſtum.*
16 *Traditur regula generalis demonſtrans incidentes, & non incidentes in caſum.*
17 *Ad incidendum in caſum tria copulatiuè requiruntur.*
18 *Ex defectu conſanguinitatis, qui, vel quæ non incidant in caſum.*
19 *Ex defectu primi, aùt ſecundi gradus, qui non incidant.*
20 *Ex defectu conſummationis copulæ, qui non incidant.*
21 *Ex defectu actus in vaſe debito, qui non incidant.*
22 *Ex carentia malitiæ mortalis, qui non incidant.*
23 *Aliud eſt neſcire caſum hunc eſſe reſeruatum, aliud neſcire conſanguinitatem cum perſona cognita.*
24 *Incidit, qui habet rem cum conſanguinea in primo, aùt ſecundo gradu.*
25 *Incidit etiamſi fœmina non ſeminet, dummodò maſc. ſeminet.*
26 *Incidit etiam, ſi tantùm intra vas debitum diſtillauerit ſemen.*
27 *An incidat abutens conſanguineo in dictis gradibus.*

28 *Facultas abſoluendi ab hoc caſu non extenditur ad abſoluendum delicti complicem.*
29 *An Confeſſarius complicem in alijs confeſſionibus poſſit audire, remiſſiuè.*
30 *Qui habet facultatem abſoluendi à gradibus inceſtus primo, & ſecundo; non tamen ſequitur habere facultatem diſpenſandi ſuper petitionem debiti.*
31 *Qualem prudentiam adhibere debeat Confeſſarius deprehendens impedimentum dirimens Matrimonium.*
32 *Per ſola Sponſalia non contrahitur affinitas.*

IN SECVNDVM CASVM RESERVATVM, s.

Qui primo, vel ſecundo cognationis gradu inceſtum commiſerint.

COMMENTARIA.

TExtus iſte in duas diuiditur partes, quarum altera eſt de his, qui in primo, vel ſecundo gradu conſanguinitatis inceſtum committunt. Altera de his, qui in primo, vel ſecundo gradu affinitatis item inceſtum committunt.

De prima parte agēdo ſeptem percurremus paragrapha.

Primum erit expoſitio terminorum in textu incluſorum.

Alterum erit quædam regula generalis demonſtrans Incidentes, & non Incidentes.

Tertium eſt de non Incidentibus in caſum.

Quartum eſt de annotationibus circa non Incidentes.

Quintum demonſtrat Incidentes in caſum.

Sextum verſatur circa annotationes Incidentium in caſum.

Septimum erit modus obſeruandus per Pęnitentiarium priuſquàm abſolutionis beneficium impendat annodato hoc caſu.

§. I.

Primus terminus in ordine textuali eſt (*Qui.*) Et quamuis terminus iſte in odioſis non comprehendat fęmininum, prout etiam ſupra cautum fuit; attamèn hoc in loco aſſerendum eſt fęminas quoq; comprehendere; quod ſatis conſtat ex contra tabella gratioſæ conceſſionis caſuum reſeruatorum cum ſuis limitationibus, quæ de fęminis mentionem facit, præſeferens quam facultatem concedat circa abſolutionem fęminarum. Verùm priuſquàm aggrediar ſecundum terminum, cum in hoc textu de lu- 1

 bricis

bricis rebus diſſerendum ſit, præmonendum cenſeo, ex his caſtas aures
non debere pollui: nam omnia munda mundis, & Sol latrinas, & loca
immunda lucis ſuæ radijs penetrat, nec tamen ipſe fędatur; ſic lector in-
ter legendum hæc immunda, & Confeſſarius illa audiendo, vt myſticus
Sol ſe debet habere.

Secundus terminus, .s. (*Gradu.*) Gradus eſt determinata diſtantia
2 vnius perſonæ ab altera, & non eiuſdem ad ſe, exempli gratia, patris
ad filiam. Dicitur, & non eiuſdem ad ſe, quia ad conſtituendum gra-
dum requiruntur neceſſariò duæ perſonæ. Hinc pater non diſtat à ſe vllo
gradu, & ſolummodò perſonæ in linea recta, & tranſuerſali faciunt gra-
dum inter ſe. Ita *Lucas Floronus de Caſib. reſer. par. 2. caſu 6.*

Tertius terminus .s. (*Primo, vel ſecundo, .s. gradu.*) Notandum gra-
dum primum de iure Canonico intercedere inter patrem, & filiam, inter
3 matrem, & filium, qui dicuntur in linea recta, ſeù aſcendentium, & de-
ſcendentium. Item notandum primum gradum intercedere inter fra-
trem, & ſororem, ſed dicuntur in linea tranſuerſali, cum alter non de-
ſcendat ab alio, ſed ambo ab eodem, .s. patre.

Secundus gradus in linea recta eſt inter auum, & nepotem, & inter
4 nepotem, & auiam. Secundus verò gradus in linea tranſuerſali eſt in-
ter conſobrinum, & conſobrinam, inter patruum, & filiam fratris, aut
ſororis ſuæ, & inter filium patrui & matertcram, &c.

Quartus eſt (*Conſanguinitas,*) quæ eſt attinentia, ſeù vinculum, vel
5 propinquitas perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium contracta
carnali coniunctione: & dicitur conſanguinitas, quaſi ſanguinis vnitas.

6 Quintus eſt (*Inceſtus.*) Circa terminum hunc ſciendum eſt inceſtum
deduci à ceſto Veneris cingulo, quo amor maritalis in legitimis nuptijs
conciliari putabatur, ita vt inceſtus dicatur concubitus ille, cui cingu-
lum iuſtarum nuptiarum non adhibetur. *Papin. in l. Si adulterium, ff.
Ad l. Iuliam de adult.*

Sciendum inſupèr inceſtum dupliciter ſumi, nimirùm propriè, & im-
7 propriè. Impropriè ſumptus comprehendit primò ſpiritualem cognatio-
nem, quæ contrahitur in Sacramentis Baptiſmi, & Confirmationis. Se-
cundò, cognationem legalem inter adoptantem, & adoptatum. Ter-
8 tiò, cognationem quoq; ſpiritualem, quæ eſt inter Confeſſarium; & fi-
liam ſpiritualem. Inceſtus verò propriè ſumptus comprehendit tantùm
concubitum illegitimum perſonarum conſanguinearum, vel affinium
9 vſq; ad quartum gradum incluſiuè; & hoc modo ſumptus, eſt abuſus
conſanguineorum, vel affinium intra gradus prohibitos per copulam
carnalem. Ita *Magiſt. Sent. 4. libr. diſtin. 41.* quem ſequitur *Lexicon*
10 *Theologicon in verb. Inceſtus. Lucas Floranus de Caſib. reſer. loc. cit.* Nunc
ad propoſitum noſtrum deueniendo Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Reſeruans

non

Digitized by Google

non loquitur niſi de inceſtu propriè accepto. Et ratio eſt, tum quia verba in ſtatutis, teſte *Gambarupta de Caſibus reſeruat. caſ.* 4. *num.* 21. non metaphoricè, ſed propriè ſunt intelligenda: inceſtus autem commiſſus inter patrem ſpiritualem, .s. Confeſſarium, & inter filiam ſpiritualem, .s. pęnitentem (quod abſit) non eſt niſi metaphoricus, vt videre eſt apud *Azorium Inſtitut. Moral. tom.* 3. *lib.* 3. *cap.* 9. *quaſt.* 5. tùm quia inceſtus, velut paulò ante attigimus, eſt abuſus inter conſanguineos, & affines; claret autem inter adoptantem, & adoptatam, & inter ſuſcipientem, & ſuſceptam in Baptiſmate, aut Chriſmate non oriri conſanguinitatem, aùt affinitatem, prout eſt in inceſtu proprio.

Verùm pro potiori intelligentia notandum eſt, inceſtum duplicem eſſe, 11 diuiditur .s. in inceſtum ex natura rei, & ex inſtitutione legis humanæ. Primus, quià eſt ex natura rei, ideò dicitur proprius. Alter verò, quia eſt ſolum ex inſtitutione humana, ideò dicitur improprius.

Item notandum in reſeruatione exprimi primum, aut ſecundum gradum cognationis, qui non reperiuntur inter coniunctos, ſpirituali, aut 12 legali cognatione, poſt *Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *de Reform. Matrim. cap.* 2. Poſſumus etiam addere, Reſeruatores caſuum ſolere exprimere cognationem ſpiritualem in eorum Indice reſeruatorum, cum volunt eam in eorum Diœceſi reſeruari, ſcientes appellatione inceſtus in ſenſu proprio, venire tantùm abuſum conſanguineorum, aut affinium. Hinc iure optimo in Indice Brixienſi, & Bononienſi, dum reſeruatur huiuſmodi caſus, additur etiam in cognatione ſpirituali; in noſtro verò Indice, cum non exprimatur cognatio legalis, aùt ſpiritualis, debet ſumi in ſenſu proprio, quia ſumus in odioſis: odia autē ſunt reſtringenda, *de Reg. iur. in* 6. *c. Odia.*

Sextus eſt (*Cognationis.*) Obſeruandum, cognationem eſſe genus ad 13 coniunctionem ſpiritualem, legalem, & naturalem, & proindè tanquam genus prædicari (vt logicalibus verbis vtar) de qualibet iſtarum, & conſequentèr coniunctio legalis eſt cognatio: coniunctio ſpiritualis eſt cognatio: coniunctio naturalis eſt cognatio. Vide *Toletum lib.* 7. *cap.* 4. 14 *num.* 3. de naturali autèm cognatione prçcisè intelligendus eſt textus. Cuius ratio eſt, quia lex humana odioſa, qualis eſt iſta caſuum reſeruatorum, explicanda, & extendenda eſt, quatenùs important verba iuxta proprietatem naturalem, cum homines ordinariè loquantur iuxtà huiuſmodi proprietatem verborum naturalem, prout obſeruat *Bonac. de Legib. diſp.* 1. *quaſt.* 1. *pun.* 8. *prop.* 2. *num.* 8. licèt *Lelius Zecchius de Caſib. reſer. caſ.* 15. contrarium teneat.

Septimus, & vltimus terminus eſt (*Commiſerint.*) Circa quod aduertendum eſt, diſcrimen eſſe inter committentem, & omittentem: nam pęna 15 lata contra facientem, ſeù committentem, non afficit omittentem, vt teſtatur *Bonac. de Clauſ. q.* 2. *pun.* 2. *num.* 2. Et ratio eſt, quia omitte-

re non

re non eſt facere: quapropter ad propoſitum noſtrum, non incidit in caſum iſtum pater ille familias, qui omittit prohibere filio ſuo concubitum cum meretrice, quam ipſe pater priùs cognouit: nam omittere non eſt committere; textus verò fatur de illis, qui commiſerint, nullam faciendo mentionem de omittentibus; ideò iſti non incidunt.

§. II.

16 Regula generalis pro doctis, ex qua ſimul cum fundamentis iactis in 1. §. ſatis planum eſt, qui incidant, & qui non incidant in caſum.

REGVLA.

17 *Ad incurrendum caſum hunc tria copulatiuè requiruntur. Primum eſt conſanguinitas, .s. in primo, aùt ſecundo gradu. Secundum eſt conſummatio copulæ ex parte viri in vaſe debito. Tertium eſt malitia mortalis.*

Prima particula regulæ conſtat ex textu.

Secunda, *ex l. Nomen filiarum*, §. *Habere*, *ff. de Verb. ſignific. cap. Perpetuo, de Elect. in 6.*

Tertia, *ex communi DD. doctrina*, cum reſeruatio ſit de grauioribus.

Pro minus peritis practicatur regula ſimul cum fundamentis.

§. III.

NON INCIDENTES.

18 Ex defectu primæ particulæ regulæ ſupradictæ, .s. conſanguinitas in primo, aùt ſecundo gradu, ſequitur primò illum non incidere, qui cognouit filiam ſuam ſpiritualem.

Secundò, nec illum, qui cognouit filiam adoptiuam.

Tertiò, ſequitur nec illum incidere, qui cognouit Sanctimonialem (quod Deus auertat;) incidit tamen in caſum tertium decimum tabellæ refer. Diæc. Berg. (ſupponitur, quòd non ſit ſibi conſanguinea, nec affinis in primo, vel ſecundo gradu.)

Quartò, nec illum, qui cognouit commatrem ſuam, hoc eſt patrinam. Et omnium iſtarum conſequentiarum vnica aſſignatur ratio, quia, .s. intèr iſtas perſonas non eſt conſanguinitas, quæ neceſſariò requiritur, vt quis caſu iſto obſtringatur.

Quintò,

Quintò, ſequitur, nec illum incidere, qui cognouit conſanguineam ſuam, quæ erat illi coniuncta ſolùm in tertio, aùt quarto gradu, qui non reſeruantur, vt patet in textu (*Qui primo, aùt ſecundo gradu*. 19

ADDITIO.

PEr textum reſeruationis patet veritas concluſionis, non reſeruari inceſtum in tertio, vel quarto gradu. Hac occaſione notari debet, variam eſſe controuerſiam inter Theologos, an circumſtantia gradus ſit neceſſario ſemper aperienda in confeſſione, ideoque, an omnes inceſtus differant ſpecie. Saytus, Bonacina, Valentia, Nauarrus, & alij, cum de Lugo diſp. 16. num. 312. *cenſent, neceſſario gradum exprimendum eſſe tanquam mutantem ſpeciem peccati. Ego cum communi dico, minimè aperiendum eſſe, niſi per accidens videatur Confeſſario, vel Penitenti neceſſaria expreſſio ad conſulendum ſaluti talis in indiuiduo conſcientiæ, vel ad dignoſcendum, an ſit inceſtus reſeruatus, vel liberæ abſolutionis cuicunque approbato Sacerdoti; quia variatio graduum non mutat ſpeciem inceſtus, ſed aggrauat tantum intra ſpeciem eamdem; vnde fœdior eſt inceſtus cum ſorore, quam cum filia ſororis, &c. & cum Matre quam cum conſanguinea remotiori, &c: Sic* Angelicus præceptor D. Thomas 2. 2. quæſt. 154. art. 9. Bart. à Sancto Fauſto de penit. tom. 1. lib. 4. quæſt. 96. Diana p. 1. tract. 7. reſol. 31. Lipitius de reſeruat. cap. 8. num. 5. Mazuchel diſput. 2. cap. 4. dif. 5. n. 29. Doctiſſimus Amadeus Guimenius com allegatis propoſit. 4. num. 3. de penitentia pag. mihi 192. edit. Lugdunenſis.

Ex defectu ſecundæ particulæ regulæ, nempè conſummatio copulæ in vaſe debito, ſequitur primò illum non incidere, qui cognouit ſororem, aùt conſobrinam, vel amitam, vel materteram, quia, cum adhùc eſſet in annis pupillaribus, nec emitteret ſemen, non conſummauit actum; quòd ſi per fœminam fuit conſummatus, ipſa duntaxat incidit. 20

Secundò, ſequitur, nec illum incidiſſe, qui ſolùm verenda tetigit, vel alia turpia peregit citra conſummationem, licèt talia commiſerit reſpectu conſanguinearum ſuarum in primo, aùt ſecundo gradu. Iſtarum ſequelarum vna eſt ratio, nimiùm, quia licèt extiterit inceptio actus, non tamen ſequuta eſt conſummatio, quæ in hoc caſu neceſſariò requiritur, vt ſupra dictum fuit; quod intelligendum eſt, niſi aliud habeatur ex Legiſlatoris diſpoſitione, quæ ſemper eſt attendenda.

Ex defectu illius particulæ (*in vaſe debito*) ſequitur primò illum non incidere, qui prepoſterè (quod abſit) cognouit conſanguineam, licèt in primo, aùt ſecundo gradu fuerit ei coniuncta, contra *Zecchium de Caſibus reſeru. caſ.* 15. *n.* 1. committit tamen quàm nefandiſſimum peccatum. 21

Ex de-

Digitized by Google

22 Ex defectu tertiæ particulæ, .s. (malitia mortalis) ſequitur primò illum non incidere, qui cognouit conſanguineam in gradibus reſeruatis, ſi detinebatur ebrietate. Idemq; dicitur de ſemiebrio, *Arg. tex. in ca. 1. de Delictis puerorum*.

Secundò, ſequitur, nec illum incidiſſe, qui inceſtum commiſit, ſi integro carebat iudicio, *Arg. tex. in Clem. vnica de Homicid.*

Tertiò, nec illum, qui, cum cognouit conſanguineam in dictis gradibus, dormiebat, vel ſemidormiebat.

Quartò, nec illum, qui exiſtimabat ſe cognoſcere propriam vxorem, cum eſſet conſanguinea in gradibus primo, vel ſecundo. Ratio autèm omnium iſtarum appendicum eſt, tùm quia in ſupradictis caſibus malitia mortalis non exiſtit: tùm quia talis ignorantia facti illos excuſat, *Clarus lib. 5. §. Inceſtus, verſ. Excuſatur. Sanchez lib. 7. de Matrim. diſp. 15. num. 9. Homob. de Caſib. reſer. par. 2. caſ. 4. de Inceſtu, exceptione 4.*

§. IV.
ANNOTATIO I.

23 Aliud eſt neſcire caſum hunc eſſe reſeruatam, & aliud eſt neſcire mulierem, cum qua quis habuit rem, eſſe ſuam conſanguineam, quam ſi noſceret, non cognoſceret. Prima neſcientia non excuſat à reſeruatione: nam ignorantia iuris non excuſat, *l. Iuris ignorantiam, C. Qui admitti.* Secunda verò excuſat: quia eſt ignorantia facti, *l. Regula, ff. de Iuris, & fact. ignor.* Hinc *Gambarupta de Caſib. reſ. caſu 4 num. 20. & Lelius Zecchius de Caſ. reſ. caſ. 1. num. 8. ad mentem Didaci Couarr.* inquiunt, peccantem cum duabus ſororibus probabilitèr ignorando eſſe ſorores, excuſari ab inceſtu .s. formalitèr, & proindè à reſeruatione, quam ſententiam minimè ſequimur, ſed (quidquid ſit de inceſtu) illam improbabilem exiſtimamus, quòad reſeruationem: nam peccantes contra præcepta naturalia diuina non excuſantur à reſeruatione ob ignorantiam, vt fuſiùs dictum fuit par. prima, diſt. 3. art. 2. diff. 2.

ADDITIO.

Qvam ſit probabilis aſſertio contraria, ſcilicet Ignorantiam reſeruationis excuſare ab ipſa reſeruatione, etiam ſi peccans cognoſcat ſe delinquere mortaliter cum conſanguinea conſiderauimus in additionib. ad primam operis partem diſt. 3. & diſt. 23. nempe pag. 42. & 295. *Ibi legitur idem iudicium etiã de inaduertentia, & obliuione, maximè* pag. 42.

Vice verſa ſi quis peccet peccato inceſtus non reſeruati, & falſo credat ſe incidere in reſeruationem, ipſa reſeruatione non ligabitur, quæ punit effectum,

Digitized by Google

ctum, non vero affectum; quapropter ſi quis credat rem habere cum conſanguinea in ſecundo gradu, & re vera poſt commiſſum crimen inueniat coniunctam eſſe in tertio poterit abſolui à quolibet Confeſſario, nam erit inceſtus reſeruatus formaliter, non vero materialiter. Si quis etiam peccet peccato inceſtus cum conſanguinea in ſecundo gradu, quam falsò credat ſibi tantum coniunctam eſſe in tertio, pari ratione vitabit reſeruationem, quia requiritur inceſtus non ſolum materialiter, vel ſolum formaliter, ſed copulatiuè materialiter, & formaliter lege reſeruatoria comprehenſus. Latè Mazuchellus de reſeruatis cap. 4. diſp. 2. quæſt. 3. num. 57. Ianuarius de caſib. reſer. reſol. 57. num. 2. & alij communiter.

ANNOTATIO II.

Frater, qui cum fratre ſuo carnali concubit, non incidit in hunc caſum, ſed in caſum ſodomiæ; ideò non eſt reſeruatus ratione inceſtus, ſed ratione ſodomiæ, cuius grauitas eſt tanta, vt nulla linguarum ſufficiat illam exprimere. *Ita Finellius de Caſib. reſeru. caſ.* 10. *num.* 1. *Floron. de Caſ. reſer. par.* 2. *caſ.* 6. *num.* 31. *contra Zecchium de Caſ. reſ. caſ.* 15. *n.* 1.

ANNOTATIO III.

Ille non incidit, qui accerſitus à conſanguinea, vel affine in primo, vel ſecundo gradu, & animo ei manifeſtato, recuſante ipſo, vti iam fecit Ioſeph in Egypto, iſta minetur clamare, ab illo ſibi vim inferri, niſi conſentiat, iſte ſi timore correptus, conſentiat, excuſatur à reſeruatione; quia, & ſi timor in conſtantem virum cadens non excuſet à toto, .s. à peccato, & à reſeruatione ſimul, quando præceptum eſt de iure diuino, ſicut contingit in propoſito; excuſat tamen ſaltèm à tanto, nimirum à reſeruatione, quæ fit ab Eccleſia. Faciunt allata per *Peirinum in Priuileg. Minim. tom.* 2. *in Conſtit.* 4. *Gregorij XV. num.* 9. *Freitam addit. Roderici à Cunha q.* 9. *num.* 9. *Sotum lib.* 7. *de Inſtit. quæſ.* 7. *D.Thom.* 2.2. *quæſt.* 147. *art.* 3. *ad* 2.

Item à fortiori non incidit mulier illa, cui per ſuum conſanguineum, aùt affinem incuſſus fuit timor grauis, v. g. vulneris, præſertim in facie, niſi eius voluptatibus acquieſceret, & ob timorem aſſentit. Dixi à fortiori, quia metus cadens in conſtantem virum attendendus eſt reſpectu patientis, vt doctè tradit *Sanchez de Matrim. lib.* 4. *diſp.* 3. *num.* 2. Excuſatq; fœminam minor metus, quàm virum, vti docet *Emanuel Sà, verb. Metus, num.* 1. Nam metus, qui terrebit virum quietum, pacificum, & inermen, non terrebit militem rixoſum, & aſſuetum armis, inquit *Peirinus, vbi ſuprà, num.* 28.

§. V.

INCIDENTES.

24 Ex regula ſequitur primò, illum incidere, qui rem habet cum ſua conſanguinea in primo, aut ſecundo gradu tàm reſpectu lineæ rectæ, quàm lateralis, vt patet tùm ex regula, tùm ex fundamentis: concurrentibus tamen alijs conditionibus regulæ, quam ſuppoſitionem obſeruabitis etiam in ſequentibus corrolarijs.

25 Secundò, ſequitur illum incidere, qui cognouit conſanguineam in dictis gradibus, licèt tantummodò ipſe maſculus ſeminet.

ADDITIO.

Certum eſt, inceſtum conſummatum perpetrari per maſculum ſeminantem, & per conſequens reſeruationem incurri; Sed quæſtio celebris eſt, an reſeruatione ligetur mulier, quæ non ſeminauit. Quidquid multi dicant cum Sanchez, & Quadrio diſp. 3. caſu 5. concl. 3. *reſoluo, ſeminam non incurrere, tum ex deciſione* Lupi *in caſu ſimili* num. 20. pag. ſuperiori, *tum ex ratione patentiſſima, quia ſine ſeminatione ex parte ſua inceſtus, nec copula perfecta fuit. Sic mecum doctè* Mazuchellus de reſeruat. diſp. 2. cap. 4. num. 48. quæſt. 3.

Effuſio ſeminis intra vas debitum ad verificandam copulam eſt adeo neceſſaria pro incurrenda reſeruatione, vt ex ea præcipuè pendeat deciſio in quolibet caſu, an locus ſit, nec ne reſeruationi. Hac de cauſa quicunque inceſtus Spadonum, vel Eunucorum immunis erit ſemper à reſeruatione, quia tales copulæ per ſeminationem perfici nequeunt. Sic Ledeſma de matrimonio quæſt. 58. artic. 1. dub. 3. & ex Sanchez, & pluribus *concludit* Quadrius de reſeruatis Comen. diſput. 3. caſu quinto concluſione ſexta per totam.

26 Tertiò, ſequitur illum incidere, qui in dictis gradibus cognouit conſanguineam, licèt non immiſerit pudenda intra mulieris clauſtra, dummodò ſemen diſtillauerit in eius debitum vas. Ita *Floronus par. 1. caſ. 6. n. 28. poſt Graffium lib. 2. deciſ. prima par. cap. 80. num. 5.* Iſtorum corrolariorum vnica datur ratio, .s. quia omnes conditiones requiſitæ ad conſtituendum hunc caſum reſeruatum reperiuntur, vt ſupponitur. Num verò impuberes hoc annodentur caſu alij affirmant, alij negant. Tu conſule par. 1. diſt. 4. art. 2. diffic. 2. vbi fuſiùs, & ex propoſito hæc enodatur difficultas.

ADDI-

ADDITIO.

EX *ipſa ratione* noſtri Auctoris hoc num. 26. *defendo, non incidere in reſeruationem, qui in prima, vel ſecundo conſanguinitatis, vel affinitatis legitimæ, aut illegitimæ gradu coniunctam cognoſcit, quotieſcunque non ſeminauerit intra vas; quia in tali hipoteſi non verificantur conditiones omnes requiſitæ ad conſtituendum inceſtum ad literam decreti reſeruatorij, etiam ſi ſemen diſtillet intra vas debitum. Sic in mea ſententia decidunt* Mazuchellus de reſeruatis diſp. 2. cap. 4. quæſt. 3. num. 43. Bonacina de matrim. quæſt. 4. pun. 16. num. 4. Belloch. par. 2. qu. 1. num. 111. *nouiſſimè, & exactiſſimè* Quadrius de reſeruatis Comen. diſp. 3. caſu 5. concluſ. 4. per totam cum pluribus citatis num. 572. *Addo, per talem ſeminationem extra vas, etiam ſi aliqua pars ſpermatis decidat intra, vel attraatur ab ipſa matrice non oriri affinitatem in ſententia valde probabili, quam ſuſtinet* Baſilius Pontius lib. 3. de matrim. cap. 33. numer. 6. cum Mazuchello diſp. 2. cap. 4. quæſt. 1. diff. 4. num. 20. *quia requiritur vera conſummatio copulæ intra vas naturale; licet contrarium doceat* Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 64. num. 8. cum alijs.

§. VI.
ANNOTATIO I.

Secundum plures DD. (*teſte Homob. de Caſib. reſer. par. 2. caſ. 4 comprehenſione 2.*) incidit in hunc caſum, qui nefandum crimen cum mare 27
conſanguineo in prædictis gradibus primo, vel ſecundo perpetrat. Et eorum ratio eſt, quia inceſtus, vt ſuperius retulimus, eſt abuſus conſanguineorum, vel affinium, & hic ad punctum ſolis eſt itidem abuſus conſanguinei. *Graffius de Arbitrar. Confeſſ. lib. 2. cap. 134. nu. 3. Azor. par. 3. lib. 3. cap. 18. quæſt. 5. D. Antonin. 2. par. tit. 5. cap. 1. 2. 3. vſque ad* 8. Verùm in praxi hæc ſententia non recipitur, vt teſtatur *Homob. vbi ſupra*.

ADDITIO.

INdubitati iuris eſt deciſio, non incidere in reſeruationem inceſtus, qui flagitioſam, & infandam copulam ſodomiticam habuerit cum affine, vel conſanguineo, ſiue maſculo, ſiue fœmina, vt benè videtur reſoluere* Lupus hoc §. 6. *num.* 27. *& clarius docuit ſupra* num. 21. hoc caſu ſecundo §. 3. Chapeauilla caſu 14. de reſeru. quæſt. 2. Mazuchel. diſp. 2. cap. 4. quæſt. 3. num. 44. Bonacina de matrim. quæſt. 3. pun. 12. n. 15. Diana

par. 3. tract. 4. de Sacramentis reſol. 101. Quadrius de reſeruatis diſp. 3. caſu 5. concluſ. 5. num. 579. & ſequent. Floronius p. 2. caſu 6. num. 31. de reſeruatis.

Controuertitur tamen, an abuſus iſte conſanguineorum maſculorum, aut feminarum in actu ſodomitico malitiam ſpecialem contineat neceſſario exprimendam in confeſſione, cum manifeſtatione gradus conſanguinitatis, vel affinitatis, an fuerit in primo, vel in ſecundo, aut in tertio, ſiue in 4. Azorius, Graffius, Siluius, & alij *voluerunt, pœnitentem hoc nefando peccato inquinatum teneri aperire in Confeſſione circumſtantiam conſanguinitatis, vel affinitatis, & deindè gradum etiam nominatim.*

Relictis aliorum diſtinctionibus dico, non teneri pęnitentem manifeſtare gradum cognationis, ſed ſatisfacere ſi exprimat peccaui ſodomiticè cum conſanguineo, vel affine*; & hoc ſufficiet pro explicanda terribili hac culpa, etiam ſi commiſſa fuerit in primo, vel ſecundo gradu, quia ſi in ſententia* D. Thomæ, & multorum citat. ſupra in addit. ad numerum 19. §. 3. hoc caſu ſecundo. *hæc formula ſufficiet etiam in explicatione inceſtus, non eſt vlla ratio dicendi, quod ibi hæc circumſtantia ſit tantum aggrauans, hic vero mutet ſpeciem. Sic* Auſon. in ſumma Dianæ verbo circumſtantia nu. 18. Floron. p. 2. caſu 6. num. 31. Diana p. 3. tract. 4. reſol. 101. Mazuchellus de reſeruat. diſp. 2. caſu 4. quæſt. 3. num. 47. iunctis illis, quæ notat diſp. 2. cap. 22. diff. 1. numer. 23. quæſt. 1. Bellochius, Homobonus, Macadus, Auerſa, cum Quadrio de reſeruat. Comen. diſp. 3. caſu 5. nu. 583. concl. 5. Trullench in decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 6. n. 5.

Similiter ſatis erit in Confeſſione exprimere peccaui ſodomiticè *cum perſona conſanguinea, non explicando, an cum maſculo, vel cum fęmina; quia copula prapoſtera cum fęmina eſt ſodomia, nec differt à copula cum maſculo, niſi per circumſtantiam magis aggrauantem. Excepto tamen caſu reſeruationis, nam per accidens pro cognoſcenda reſeruatione criminis erit aliquando manifeſtandum, an concubitus ſodomiticus fuerit cum mare, vel muliere. Ita* Caietanus quæſt. 3. de confeſ. Mazuchel. de reſeruatis diſp. 2. caſu 4. cap. 22. quæſt. 1. n. 24. difficult. 1. & alij contra Bonacinam.

Maior eſt difficultas, an manifeſtanda ſit circumſtantia coniunctionis, in ſodomia habita cum cognato, ſeu cognata cognatione ſpirituali, vel legali, ſcilicet per adoptionem, vel arrogationem. Communior eſt ſententia affirmatiua; ſed iudicio meo probabilior cernitur negatiua deobligans pęnitentem ab hac explicatione, quia nullum eſt præceptum poſitiuum, quo vetetur hic nefandus actus cum ſimilibus coniunctis, præter legem naturalem, & humanam generaliter ſodomiam damnantem. Sic Azor. & Bonacina cum Mazuchello loco proxime citato num. 25.

ANNO.

Digitized by Google

ANNOTATIO II.

Quamuis Confeſſario per Epiſcopum, vel eius Vicarium Generalem 28 ſibi impertita fuerit facultas abſoluendi à caſu inceſtus; attamèn non poterit abſoluere ſuam conſanguineam, vel affinem, nec in prædictis gradibus, nec in alijs, .s. tertio, & quarto, ſi fortè cum eiſdem commercium habuiſſet. Et ratio ea eſt, quia nullus poteſt abſoluere à mortalibus extra mortis articulum, niſi ab Ordinario pro excipiendis confeſſionibus 29 extiterit approbatus; Confeſſarius autèm culpæ ſocius, ad audiendam complicis confeſſionem non cenſetur approbatus; quinimmò poſitiuè ei adimitur facultas reſpectu talis, vt claret ex verbis Synodi vltimò Bergomi celebratæ, *par. 3. tit. 6. de Sacram. Pœnit.*; ideò facultas abſoluendi ab inceſtu non extenditur ad abſoluendum complicem.

An verò poſſit complicem in alijs confeſſionibus audire, & quid in articulo mortis poſſit fieri circa complicem, cum hæ difficultates in prima par. diſt. 14. artic. 2. diffic. 1. copioſiùs enodatæ fuerint, ad illas vos remitto.

Itidem caueat Confeſſarius, quòd ſibi impertita facultate abſoluendi 30 ab inceſtu, non per hoc ſibi impertitur facultas diſpenſandi ſuper petitionem debiti: nam à diuerſis non fit illatio, *L. Papinianus ff. de Minoribus*.

§. VII.

Modus obſeruandus per Pœnitentiarium, antequàm abſoluat Pœnitentem hoc caſu irretitum.

TRia præſtabit. Primum aduertet pęnitentem (ſi ei expediens viſum fuerit) quòd quamùis hoc caſu reſeruetur tantùm inceſtus in primo, & ſecundo gradu, non per hoc ſequitur, quin ſit inceſtus etiam in tertio, & quarto gradu.

Secundum, ſi Pęnitentiarius, dum coniugatorum confeſſiones audit, 31 aliquod impedimentum dirimens eorum matrim. deprehendat, circa quod ipſi in bona fide permaneant, nec aliquo ſcrupulo tangantur credens conſilium ſuum non profuturum, illos non admoneat, *Sotus in 4. Sent. diſt. 18. quæſt. 2. art. 4. Suarez tom. 4. diſp. 32. ſect. 4. Sanchez lib. 2. de Matrim. diſp. 38. & alij.*

Tertium non abſoluat pęnitentem, niſi amoueat priùs omnem occa- 32 ſionem recidiui. Caueat Confeſſarius, quòd ſi ſponſus, poſt ſponſalia de futuro, habeat rem cum ſorore, vel matre, vel cum alijs, quæ ſunt in primo, aùt in ſecundo gradu cum ſponſa ſibi promiſſa, non per hoc

com-

committit inceſtum, niſi alia de cauſa ſint conſanguinei, vel affines. Ratio, quia per ſola ſponſalia non contrahitur affinitas; attamèn non poteſt contrahere cum ſponſa propter orta impedimenta, niſi accedente diſpenſatione Pontificia.

ADDITIO.

INceſtuoſa copula eſſe non poteſt, quæ habeatur à ſponſo, poſt ſponſalia de futuro, cum ſorore, vel conſanguinea ſponſæ vt notat Auctor hoc num. 32. *Ego addo, parem eſſe deciſionem, ſi copula hęc interueniat cum conſanguinea ſponſæ poſt Matrimonium de præſenti in facie Eccleſiæ ratum, non tamen adhuc conſummatum. Ratio eſt, quia nequit adeſſe inceſtus, niſi praeexiſtat cognatio, vel ex conſanguinitate, vel ex affinitate; Conſanguinitas conſiderari nequit cum Maritus, & vxor non ſint ex eodem ſanguine; Affinitas vero non oritur ex matrimonio rato, ſed tantum ex copula maritali* cap. lex. 27. quæſt. 2., *& declarauit* Pius V. in ſua Bulla, quæ incipit ad Romanam, & S. Congreg. pluries, vt apud Pontium de matrimonio lib. 7. cap. 35. num. 1. *Impedimentum autem matrimonij, quod oritur ex matrimonio tantum rato reſpectu conſanguineorum ſponſi, & ſponſæ non eſt affinitatis, ſed publicæ honeſtatis* cap. ſi quis 3. 27. qu. 2. Alexander III. in apendice Concil. Lateranenſis p. 6. cap. 4. *& eſt textus* in cap. ad audientiam de ſponſalibus.

Circa occaſionem recidiui amouendam, Confeſſarij ſolicitudinis ſuæ primas partes impendere tenentur, maxime in hac materia inceſtus, in quo eximiæ prudentia opus eſt, vt medicamen ſit ſine ſcandalo, & infamia familiarum.

Huius animaduerſionis gratia quærebant D.D. an poſſet abſolui pęnitens, quamuis proximam occaſionem peccandi non amoueret, ſi concurreret dolor verus de peccatis, & propoſitum firmum abſtinendi à delicto omni poſſibili cautela, & adeſſet cauſa rationabilis non deſerendi occaſionem ipſam, ad vitandum proprium incommodum, vel afflictionem. Reſoluebant, concurrentibus talibus circumſtantijs, pęnitentem non eſſe obligandum ad ſe ſeparandum ab occaſione Nauar. in manuali c. 2. num. 15. Dian. p. 2. tr. 2. reſ. 45. cum cit. Laim. lib. 5. tr. 6. ca. 4. n. 9. & alij.

Modo dicta ſententia legitur reprobata à Sanctiſs. Innoc. XI. opin. 62. die 2. Martij 1679. *in his terminis.* Proxima occaſio peccandi non eſt fugienda, quando cauſa aliqua vtilis, aut honeſta non fugiendi occurrit. *Poſt præſentem reprobationem obligari debet pęnitens, tam in materia inceſtus, quam alia quacunq; ad ſe abdicandum ab occaſione proxima peccandi, etiam cum ſuo detrimento; niſi timeantur tot damna, aut ſcandala, quæ grauiſſimum generent incommodum, aut periculum, & nihilominus concurrant circumſtantiæ doloris, propoſiti, & cautelarum, de quibus ſupra.*

SECVN-

SECVNDI CASVS
PARS ALTERA.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas quid.*
2 *Affinitas vndè dicatur.*
3 *Affinitas tàm ex licita, quàm ex illicita copula ſequitur.*
4 *An cadat in caſum, qui per vim committit inceſtum cum affine, præbendo conſenſum in actum delectationis.*
5 *Affinitas in textu non excedit ſecundum gradum.*
6 *Qualis eſt gradus primus affinitatis ex copula licita.*
7 *Qualis eſt gradus ſecundus affinitatis ex copula licita.*
8 *Qualis eſt gradus primus, & ſecundus ex copula damnata.*
9 *Maritus, qui prius habuit rem cum conſanguinea vxoris ſuæ, poſteà nec vxorem cognoſcere poterit abſquè diſpenſatione petendi debitũ, vbi viget conſuetudo.*

IN SECVNDAM PARTEM
HVIVS SECVNDI CASVS, .s.

De committentibus inceſtum in primo, & ſecundo gradu affinitatis.

COMMENTARIA.

HÆc pars venit eodem modo, quo prima, exponenda, & quò ad terminos, & quò ad regulam generalem, & quò ad modum tenendum à Pœnitentiario, quibuſdam exceptis, quæ modò breuitèr tangam.

§. VNICVM.

Affinitas eſt proximitas, ſeù attinentia perſonarum, quarum vna 1 habuit carnalem copulam cum conſanguinea alterius, cumqua caret omni parentela ſanguinis. Ita colligitur ex *Concil. Trid. ſeſ. 24. de Refor. Matr. cap.4.* Sed

Digitized by Google

Sed vnde dicitur affinitas? Dicitur ex eo, quòd duæ diuerſæ cogna-
2 tiones per coitum copulātur altera ad alterius cognationis finem acce-
dente, *l. Non facilè, verſ. affines, ff. de Gradibus, & affinibus*. Hinc con-
ſequentèr affinis dicitur, qui accedit ad finem conſanguinitatis alterius
proptèr copulam, ob quam maſculus & fœmina efficiuntur vna caro,
iuxta illud *Geneſ. cap. 2. Erunt duo in carne vna*.

3 Affinitas ſequitur tàm ex copula licita, quàm illicita, quinimmò ſe-
quitur etiam, ſi coitus ſequatur per vim quamcunq; non ſequitur tamen
ex nuptijs tantummodò, vti aduertit ***Gambarupta de Caſ. reſer. caſ. 4. num. 14***.

4 An verò incidat in caſum, qui coactè per vim, & metum cadentem in
conſtantem virum, committit inceſtum cum affine, præbendo conſen-
ſum in actu delectationis? Non eſt vndequaq; certum; nam adhuc lis
vertitur ſub iudice. Alij inquam, affirmant, alij negant. Negantes
huic innituntur fundamento, quia vis, & metus minuunt pœnam, &
conſequentèr ſaltèm ab inceſtu auferunt reſeruationem. Ita ***Graff. in Praxi lib. 1. cap. 13. num. 33.*** Affirmantes verò huic adhærent rationi,
quia voluntas nunquam cogi poteſt, ideò voluntas, quæ dicitur coacta,
non eſt ſimplicitèr coacta, ſed tantùm inducta, & proindè videtur reſer-
uatio non auferri. Ita ***Floron. de Caſ. reſer. par. 2. caſ. 6. nu. 28.*** Verùm
in praxi ſententiam negatiuam cenſeo eſſe ſequendam.

5 Affinitas in impedimentis Matrimonij ſe extendit vſquè ad quartum
gradum in licita copula: in illicita verò, vſquè ad ſecundum, gradum
tantùm; ſed in textu non excedit ſecundum, tàm reſpectu copulæ licitæ,
quàm illicitæ.

6 Primus gradus affinitatis eſt, cum vir, ſ. maritus cognoſcit conſan-
guineam ſuæ vxoris in primo gradu, ſiuè in linea recta; vt cognoſcendo
eius matrem, vel in linea collaterali, vt cognoſcendo eius ſororem.

7 Secundus gradus erit, ſi maritus cognoſcat conſobrinas, vel amitam,
vel materteram vxoris ſuæ. Hi gradus ſe tenent reſpectu copulæ li-
citæ.

8 Ex illicita autem copula primus gradus in linea recta erit, ſi Amaſius
cognoſcat matrem ſuæ Amaſiæ, cum qua Amaſia prius habuit rem.
Primus gradus verò in linea collaterali erit, ſi Amaſius cognoſcat ſoro-
rem ſuæ Amaſiæ, cum qua Amaſia prius peccauit actum conſumman-
do. Secundus gradus erit, ſi Amaſius cognoſcat conſobrinam, vel ami-
tam, vel materteram ſuæ Amaſiæ, cum qua Amaſia completam habuit
copulam in debito vaſe. Hæc pauca annotaſſe ſufficiant de hac parte,
reliqua procedunt ſicut ea, quæ habentur in prima.

9 Aduertat Confeſſarius vnum, quod cenſeo nullo modo eſſe omitten-
dum, nempè poſtquam maritus habuit rem cum conſanguinea vxoris
ſuæ

ſuæ in primo, aut ſecundo gradu, non ſolùm incidere in hunc caſum habendo rem cum dicta conſanguinea vxoris, ſed etiam incidere, ſi habuerit deinde rem cum ſua vxore, quia ratione copulæ habitæ cum ſua conſanguinea, non tantùm eſt ſibi vxor, ſed etiam affinis in gradu, in quo exiſtit conſanguinea illa cum vxore mariti. Petat itaquè maritus diſpenſationem petendi debitum ab vxore, quem amiſit ob inceſtum. Verùm circa huiuſmodi petitionem attendat maritus, ſi in loco, vbi degit, viget conſuetudo petendi talem diſpenſationem.

Digitized by Google

CASVS TERTIVS

SVMMARIVM.

1 *Terminus* (Qui) *hoc in loco comprehendit ſeculares, Clericos, & Regulares etiam.*
2 *Regulares hoc caſu obſtringuntur in ſententia Bellochij.*
3 *Ob quas rationes Regulares non ligentur ad mentem Auctoris.*
4 *Fœminæ etiam comprehenduntur ſub hoc caſu.*
5 *Qualis pauperies requiratur, vt quis non incidat in caſum.*
6 *Duplex pauperies s. victus, & ſtatus.*
7 *Quid veniat nomine victus.*
8 *Neceſſitas ſtatus eſt duplex.*
9 *Neceſſitas Legatarij neceſſitati debitoris præponenda eſt.*
10 *Qui nunc excuſatur à ſolutione totius legati, non tamen excuſatur à ſolutione partis, ſi illam ſoluere poteſt.*
11 *Solutio dupliciter ſumi poteſt.*
12 *Non annodatur caſu, qui reipſa non eſt debitor.*
13 *Incidit in caſum, qui longius biennio prorogat ſolutionem legati pij, etiam quò ad partem, dummodò pars illa ſit tantæ quantitatis, vt mortale conſtituat peccatum.*
14 *Legatorum materia ſuam habet latitudinem, circa quam veniale, & mortale conſiſtit.*
15 *Dies anni biſſexti facit pro debitore legati pij.*
16 *Expoſitio huius termini* (Ex legato pio) *remiſſiuè.*
17 *Videtur pœnitens ille, qui ſolummodò ſatisfecit legato pio poſt elapſum tempus per ſimplicem Confeſſarium non poſſe abſolui.*
18 *Illæ particulæ contra tabellæ, s. ſatisfacta parte, non limitant Confeſſarij poteſtatem, ſed illum admonent, quid obſeruare debeat.*
19 *Vnde dignoſcatur, quòd prædictæ particulæ importent admonitionem.*
20 *Ablatiuus abſolutus hoc in loco ſignificat formam, quam Confeſſarius obſeruando, iuſtè abſoluit.*
21 *Illæ particulæ (ſatisfacta parte) deſignant formam ſequendam.*
22 *Qui priuilegio contra tabellæ caret, nec validè, nec iuſtè ab hoc caſu abſoluere poteſt, qui verò habet illud, poteſt quidem validè, ſed non iuſtè.*
23 *Non ſatisfacit conſcientiæ ſuæ, qui poteſt ſatisfacere legatis pijs, & non ſatisfacit.*

24 *Quam-*

Digitized by Google

24 *Quamprimùm legato pio ſatisfaciendum eſt.*
25 *Differre notabilitèr ſolutionem legatorum piorum peccatum mortale eſt.*
26 *Hæres reſpectu legati prophani intra annum cogi poteſt.*
27 *Pro ſoluendis legatis in foro interiori non datur cõmoditas temporis. ſi ſtatim ſolui poſſunt.*
28 *Ad incurrendum caſum hunc tria copulatiuè requiruntur.*
29 *Ex defectu primæ conditionis regulę multi non incidunt in caſum.*
30 *Ex defectu ſecundę conditionis regulę itèm pleriquè non incidunt.*
31 *Idem dicitur ex defectu tertię conditionis.*
32 *Incidit, qui protrahit ſolutionem legati pij vltra biennium, licèt hoc faciat, vt res defuncti cariùs vendantur.*
33 *Temporis dilati breuitas excuſari poteſt ab incidentia in caſum iſtum.*
34 *Non excuſat bonus finis.*
35 *Item non excuſat cautio iuratoria.*
36 *Itidem non excuſat defectus ſolemnitatis legati pij.*
37 *Nec Vicarius Generalis Epiſcopi eximitur ab hac reſeruatione, ſicut nec ab alijs caſibus.*
38 *Quid facere debeat, qui non poteſt ſatisfacere intra biennium.*
39 *Quando abſolui poſſit, qui non ſatisfecit legato pio.*
40 *Ex quo ſigno conijci poteſt obligatio ad ſoluendum legatum pium.*
41 *Legatum pium non fit caducum.*
42 *Legatum pauperibus in communi relictum dari poteſt fabricæ Eccleſię pauperis.*
43 *Priori loco ſoluenda ſunt debita teſtatoris, quàm eius legata.*

IN CASVM TERTIVM .ſ.

Qui pauperie non impediti ſolutionem ex legato pio debitam, longiùs biennio diſtulerit, id verò tamdiù tantùm, quandiù in mora fuerint ſolutionis.

COMMENTARIA.

Circa hunc textum ſeptem percurremus paragrapha, quorum primum erit declaratio terminorum intra textum incluſorum.

Alterum erit fundamentum reſeruationis præſentis caſus.

Tertium erit quædam regula generalis ad dignoſcendum incidentes, & non incidentes in caſum.

Quartum demonſtrat non incidentes.

Quintum Incidentes.

Sextum affert annotationes circa incidentes.

Septimum tandem tradit modum obſeruandum à Pœnitentiario ante abſolutionem annodati huius caſus.

§. I.

Quo ad primum §. ſunt ſex termini circa textum exponendi.

1 Primus eſt (*Qui.*) Hoc relatiuum (*Qui*) teſte *Graff. de Caſibus reſer. lib. 2. cap. 26. num. 1.* ſignificat vniuerſalitatem, includitq; ſub ſe nedum laicos, ſed etiã Clericos, & Regulares: de laicis, & Clericis nulli dubiũ eſt: de Religioſis verò, quia apud aliquem minus doctum poteſt verti in dubium; idcircò videndum eſt ob quam legem poſſint circa caſum

2 hunc ſubijci Diæceſano. Religioſi itaq; qui habita licentia à ſuis Superioribus officium executionis vltimarum voluntatum ſuſceperint, vt ſi reſpectu ſuorum conſanguineorum onus eis incumbat, non verò ratione Conuentus, & longiùs biennio legati pij ſolutionem diſtulerint, erunt ſubiecti huic caſui, quia Ordinarij tanquam delegati Sedis Apoſtolicæ tenentur curare iuris remedijs, vt adimpleatur circa legata pia defunctorum voluntas, vt patet ex *Conc. Trid. de Refor. ſeſſ. 22. cap. Epiſcopi, il 2.* Nec obſtat Religioſos exemptos eſſe ab Ordinarijs locorum, quia hoc proceditcantùm in caſibus Ordinarijs; non autem in his, in quibus Ordinarius eſt tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, vt in præſenti caſu. Ita *Petrus Bellocchius in Praxi Moralis Theologiæ*, & per clarum textum in *Clem. Religioſis, de Teſtament.*

3 Verùm, cum ex vna parte non videatur vſu receptum, vt Religioſi ligentur aliquo caſu Ordinariorum, & ex altera Epiſcopi, ſeù Ordinarij alia iuris remedia habeant, quibus poſſunt, vt dixi, compellere Religioſos ad exequendum onus ſuſceptum, vt per citatum caput *Religioſis*, mihi probatur ipſos non obſtringi caſu iſto. Faciunt, quæ habentur in *Cap. Præterea, extra, de Off. deleg. Gloſ. in cap. Ecce, diſt. 95.* concordat textus in *l. 2. ff. de Iuriſdict. omnium Iudic.*

ADDITIO.

PAtet, in noſtra Diæceſi Regulares, vel alios exemptos non comprehendi in reſeruatione caſuum tabellæ, quia editur ab Illuſtriſsimis Epiſcopis noſtris, ſine expreſſione particulari Delegationis Sanctæ Sedis; vnde cen-

ſetur

Digitized by Google

ſetur publicata ſolum auctoritate Ordinaria, vt multis citatis oſtendimus ſupra in addit. pag. 217., & 329.

Itidem iſte terminus (*Qui*) in propoſito noſtro complectitur etiam fęminas illas, quæ longius biennio legati pij ſolutionem differunt: quia, licèt in odioſis fęminæ non veniant comprehenſæ ſub relatiuo (*Qui*,) cũ odia, & pęnæ ſint reſtringendæ, tamen hoc fallit, cum ſequitur abſurdum, ſicut foret in propoſito, ſi non includerentur ſub relatiuo (*Qui*,) & ſubindè in caſu: nam aures ipſæ audire refugiunt, vt fęmina de iure valeat conſtitui hæres, ſicut vir; & iuris remedijs non valeat cogi ad pia legata ſoluenda, ſicut uir. 4

Secundus terminus (*Pauperie non impediti.*) Circa hunc terminum videndum eſt, quæ paupeties requiratur, vt hæres differendo ſolutionem legatij pij vltra biennium, non incidat in caſum. Sciendum itaq; non eſſe vndequaque certum quæ pauperies requiratur; vnum tamen pro certo aſſerere poſſumus, nimirùm paupertatem, ſeù pauperiem illam ſufficere, quæ etiam à mortali excuſat differentẽ aliorũ debitorũ ſolutionẽ. 5

Lelius Zecchius de Caſib. reſer. caſ. 6. num. 6. Procedit circa terminum hunc diſtinguendo de pauperie ſic: duplex eſt pauperies, nempè victus, & ſtatus. Prima eſt illius, qui habet tantum neceſſaria ad victum. Secunda eſt illius, qui ſolùm habet neceſſaria ad ſtatum. Qui habent tantum neceſſaria ad victum, dicuntur non poſſe; & proinde excuſari à peccato, & à reſeruatione, quæ peccatum mortale ſupponit. Cæterùm qui habet neceſſaria ad ſtatum non videtur excuſandus. Probatur in ſimili, nam ſicut debens alicui decem excuſatur ea tunc perſoluere, ſi habet tantùm neceſſaria ad victum; non autem ſi habet ſuperflua ad illum; quamuis ſint ſibi neceſſaria ad ſtatum, creditore exiſtente in pari neceſſitate, qui ſemper præponitur neceſſitati debitoris: ſic in propoſito dicendum eſt, excuſari quidem à ſoluendo legato pio pro illo tunc, quo quis habet tantùm, vnde poſſit neceſſariò viuere: quod ſecus eſt de habente tantùm neceſſaria ad ſtatum ſuum. 6

Lelius Zecchius, vbi ſupra. Verùm dices, quid veniat nomine victus in iure? Reſpondetur, quòd veniunt nedum cibaria, ſed etiam veſtitus, & habitatio, quia ſine his corpus ali non poteſt. Ita *Sum. Aſten. in tract. term. v. victus.* 7

Bonacina autem de Cenſuris diſp. 1. quæſt. 3. punct. 9. prop. 2. num. 3. plures allegans DD. relicta pauperie victus tanquam ab omnibus conceſſa, diſtinguit de neceſſitate ſtatus. Neceſſitas itaq; ſtatus ſecundum ipſum, eſt duplex, nimirùm grauis, & leuis: grauis ad iudicium boni viri ſpectatis omnibus circunſtantijs excuſat: leuis verò minimè. Verùm vnum aliud obſeruandum eſt, dum grauis eſt pauperies ſtatus debito- 8 9

bitoris legati pij, ne legatarius ſit in ſimili pauperie, patiaturq; æquale damnum ex defectu non ſoluentis, quia, vt ſupra retuli, ſemper neceſſitati debitoris præponendus eſt, quod ſatis perſpicuum eſt in ſimili de cauſis excuſantibus à reſtitutione.

Inſupèr obſeruandum, quòd licèt interdum legati pij debitor excu-
10 ſetur pro tunc, .s. dum manet illa grauis neceſſitas ſui ſtatus à ſolutione totali; non excuſatur tamèn à ſolutione partiali, ſi illam ſoluere poteſt, vt patet in ſimili debitore, qui ſaltèm partem debiti ſoluere poteſt, qui (inquam) non excuſatur illam non ſoluendo. Nunc deueniendo ad rem noſtram ex datis diſtinctionibus ſatis clarè colligitur, quomodò in textu ſumenda ſit pauperies, & quæ pauperies pro tunc excuſet.

ADDITIO.

C*onſultè admonuit* Lupus ſupra nu. 9., *pauperie impeditos non teneri ad ſolutionem legatorum piorum, etiam poſt biennium, dummodo tamen ſimili neceſſitate, vel pauperie non grauetur creditor, cui legatum pium ſoluendum eſt. Hinc ad praxim deduco, ſolam extremam, aut ferè extremã neceſſitatẽ debitoris, ſiue hæredis excuſare à ſolutione legati pij, quia ſemper pauperies, neceſſitas, & anguſtia animarum in purgatorio exiſtentium longè, & extra comparationis modos ægeſtates viuorum excedunt; cum certum ſit non adiuuari quo ad ſatisfactionem operibus, & legatis pijs, ab ipſis ordinatis, & ſtatutis, niſi quando ab hæredibus de facto executioni demandantur, vt docet* Angelicus S. Thomas 3. p. quæſt. 185. art. 6. ad 4. *Sic in terminis* Mazuchel. de reſeruat. diſp. 2. cap. 10. quæſt. 2. n. 38. Diana p. 7. tract. 10. Miſcell. reſol. 14.

Vti debent hac doctrina Parochi, & Confeſſarij ad tollendas moroſorum, & negligentiũ hæredũ vanas excuſationes, & multi eſſe debent in exponenda pœna accerbitate, quæ nulla poteſt humana indigentia compenſari, vt notat S. Cirillus Alexandrinus lib. 10. cap. 14. *his verbis* mallet quilibet viuentium vſque in finem mundi omnibus ſimul cruciari pęnis, quas omnes ab Adam huc uſque tulerũt, quam vno die in Purgatorio morari; *quod idem ſolidat* D. Auguſt. Serm. 41. de Sanctis *hac phraſi* ille Purgatorius ignis durior eſt, quam quidquid poteſt in hoc ſeculo pęnarum videri, cogitari, ſentiri, *& clarius alibi, nempe* de cura pro mortuis agẽda cap. 8. *dicit.* grauius eſſe in Purgatorio eſſe, quamdiu poſſet oculos quis claudere, & aperire, quam illa pœna, quam S. Laurentius ſuſtulit in Craticula.

11 Tertius terminus eſt (*Solutionem debitam.*) In huius gratiam obſeruandum eſt, quòd dupliciter ſumi poteſt ſolutio, nempè ſtrictè, & largè: ſolutio ſtrictè ſumpta ad propoſitum noſtrum eſt tradere legatario, quod ei à teſtatore relictum fuit; nam legare eſt in ultima uoluntate rem

aliquam

Digitized by Google

aliquam alicui relinquere, inquit *Aſtenſis in Tract. term. verbo Legare*:
largè verò ſumpta eſt ſolutio quoquomodò facta, itaut ſe extendat etiam
ad compenſationem, ſeruatis regulis compenſationis, quæ paſſim apud
Summiſtas habentur. Vtroquè modo poteſt ſumi in textu, quia etiam
vtroquè modo pro loco, & tempore poteſt eſſe iuſta. Additur (*Debi-* 12
tam,) quia ſi quis haberetur debitor alicuius legati pij, ſed re ipſa talis
non eſſet, non annodaretur peccato, nec reſeruatione, omittendo puta-
tum debitum: nam aliud eſt quis eſſe talis, & aliud haberi pro tali, *l. Si*
maritus, *§. legis Iuliæ, & ibi Bart. ff. ad Leg. Iul. de adult. cum ſimil.*

Quartus terminus (*Longius biennio.*) Hæc verba ſunt intelligenda; 13
tùm reſpectu totius quantitatis legati pij, tùm reſpectu etiam partis; dum-
modò pars illa ſit ſaltèm tantæ quantitatis, vt alicui ablata mortale con-
ſtituat peccatum; nam eadem eſt ratio totius, & partis; cum quælibet
pars ſit legatum pium. Hinc fit, vt qui tenetur ſoluere centum ſcuta intra
biennium, vt euitet peccatum, & reſeruationem, adhùc annodetur ca-
ſu, ſi ſolum nonaginta ſoluat; quia decem illa inſoluta ſunt ſufficiens
materia ad conſtituendum mortale, & ſubindè ad obſtringendum caſu; 14
ſi tamèn pars inſoluta non foret tantæ quantitatis, quantæ requiritur ad
mortale conſtituendum, non ligaretur; nam, & legatorum materiam
par eſt, ſuam habere latitudinem, circa quam mortale, & veniale con-
ſiſtit.

Itidem circa terminum hunc, ſ. (*Longius biennio*,) notandum eſt, 15
quòd ſi intra biennium obtigerit annus biſſextus, ſ. trecentorum ſexa-
ginta ſex dierum, etiam dies ille vltimus additus ratione biſſexti faciet
pro debitore legati pij, adeo vt ſoluens etiam tali die eximatur à reſer-
uatione: fauores enim oportet ampliari, odia verò reſtringi, *Cap. Odia*,
de Reg. iuris in 6.

Quintus terminus (*Ex legato pio.*) Expoſitio huiuſce termini habe- 16
tur infra caſu ſexto amplè declarata.

Sextus terminus (*Id verò tamdiù tantùm, quandiù fuerint in mora ſo-*
lutionis.) Circa hæc verba emergit dubium, ex cuius ſolutione pendet
explicatio huiuſce textus. Quæritur itaq;, ſi quis longiùs biennio pij le-
gati ſolutionem diſtulit, ſed poſteà, antequàm acceſſerit ad Confeſſarij
pedes, illam præſtitit, poſſit abſolui per Confeſſarium carentem facul-
tate reſeruationis huius. Circa dubium hoc dico in primis, quòd varij
ſunt ſenſus Confeſſariorum ob rationes validas, quæ pro vtraq; parte
poſſunt afferri in medium. Dico ſecundò, quòd potiùs mallem ab alio
expoſitionem habere, quam illam alteri tradere, quia pro certo melior
foret. Dico tertiò, quòd tota dubij reſolutio videtur pendere ex ſolis
coniecturis, cum nihil certi habeatur. Habetur autem coniectura men-
tis Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Noſtri Antiſtitis deſumpta ex contra

tabella

tabella conceſſionis caſuum cum limitationibus, quæ reſpondet alteri reſeruatorum tabellæ. Habet autem prædicta contratabella hæc formalia verba, (*.s. conceditur præuia ſatisfactione:*) ex quibus verbis ſignum ſatis clarum colligitur caſum remanere reſeruatum, licèt præſtita fuerit ſatisfactio, ſi fuit longius biennio dilata. Ratio autem eſt, tùm quia fruſtra talia apponerentur verba, quod nefas eſt dictu: nàm ibi nil gratis apponitur, ſed omnia matura diſcuſſione traduntur: tùm quia concederetur cum limitatione, quod priùs abſolutè fuiſſet conceſſum: tùm etiam quia verba ſemper intelligi debent, vt aliquid operentur *l. Si quando, in*
17 *princip. ff. de Legat.* 1. Et ſic has ſequendo rationes, videtur dicendum, talem pœnitentem non poſſe abſolui per ſimplicem Confeſſarium, quamuis iam ſatisfecerit.

18 His non obſtantibus videtur aliter probabiliter concludendum eſſe. Et ratio eſt, quia illæ particulæ (*Satisfacta parte,*) non limitant poteſtatem Confeſſarij, nec requirunt ſatisfactionem tanquam conditionem omninò neceſſariam ad validitatem poteſtatis, ſed tantùm tangunt præceptum, aut admonitionem, ne .s. Confeſſarius abſoluat prætermiſſa ſatisfactione, abſoluendo tamen valida eſt abſolutio data ante ſatisfactionem, ſed Confeſſarius grauiter peccat non obediendo præcepto ſui Superioris.

19 Sed vlterius inquires, vnde dignoſcam prædictas particulas potius importare præceptum, quàm limitare poteſtatem Confeſſarij? Reſpondetur dignoſci ex hoc, quia, quando priuilegium limitat poteſtatem Confeſſarij, traditur ſub hac forma, *ſatisfacta parte*, aliter non poſſit dari abſolutio, vel alitèr non poſſit abſolui, vel nullius ſit valoris, vel momenti abſolutio. Cæterùm quando priuilegium datur ſub iſta forma, ſatisfacta parte, vel de conſenſu partis, vel nullatenus detur abſolutio, imponitur tàntùm præceptum Confeſſori, vel admonetur de mente, & intentione Ordinarij, quæ eſt, vt pœnitens non abſoluatur, niſi ſatisfacta parte: quæ tamen abſolutio, ſi datur, tenet, cum per Ordinarium non fuerit decretum, vt eſſet irrita: multa enim prohibentur fieri, quæ facta tenent. *Auila 2. p. c. 7. diſp. 3. dub. 9. concl. 2. Sanchez lib. 2. de Matrim. diſt. 9. & lib. 3. diſt. 33. Rodriquez pr. par. cap. 83. num. 4. Bonacina de Cenſuris diſp. 1. quæſt. 3. pun. 3. prop. 2. num. 3. contra Caiet. verb. Abſolutio. Sayr. lib. 2. cap. 18. num. 10. & alios.*

20 Obijcies ablatiuus abſolutus importat conditionem, *l. In teſtamento ff. de Condit. & demonſtrat.* Sed conditio importat formam, *l. Qui hæredi ff. eodem*; ideò priuilegium conceſſum cum hoc ablatiuo abſoluto, .s. præmiſſa ſatisfactione, importat formam, quæ obſeruari debet. Reſpondet *Bonacina, vbi ſupra, cum Sanchez lib. 3. de Matrim. diſt. 5. num. 2. & 4.* ablatiuum abſolutum importare interdum formam, qua aliquid

validè,

validè, & interdum qua aliquid iuſtè fit; in propoſito autem importat formam, qua abſolutio iuſtè datur, ſi ſeruetur, quod fit obediendo Epiſcopo.

Nunc reſpondendo inſimul ad tres rationes, quæ afferuntur pro prima ſententia dico verba illa (*Satisfacta parte*) non fuiſſe gratis appoſita, ſed aliquid operari, quia admonent de forma ſequenda. Concluditur itaquè, quòd pęnitens, qui vltra biennium diſtulit ſatisfactionem, ſi illam præſtet prius, poterit abſolui per ſimplicem Confeſſarium. Et Pęnitentiarium, qui habet caſum, ſed ſub illa limitatione (*Satisfacta parte*) poterit illum validè abſoluere etiam omiſſa ſatisfactione, ſed grauitèr peccabit tranſgrediendo præceptum ſui Ordinarij. 21

Vrgebis, ſimplex Confeſſarius, .s. qui caret facultate reſeruatorum poteſt abſoluere pęnitentem, qui diſtulit ſolutionem debitam ex legato pio poſt biennium, facta tamen ſatisfactione, & Pęnitentiarius ſimilitèr, cui conceſſa eſt gratia contratabellæ cum limitationibus, non poteſt abſoluere pęnitentem, niſi facta ſatisfactione: ergo nulla intercedit differentia circa Confeſſorem, qui non habet talem tabellam, & illum, qui illam habet, reſpectu ſaltem iſtius caſus. Reſpondetur, adeſſe differentiam, quia ſimplex Confeſſarius, cum non habeat contra tabellam, non poteſt abſoluere validè, nec licitè. Cæterùm Pęnitentiarius poteſt validè abſoluere, ſed non licitè: grauitèr enim peccat contra obedientiam ſui Ordinarij, cui non parere, quaſi peccatum ariolandi eſt. Satìs de primo paragrapho. Ex parte tamèn pęnitentis obſeruandum eſt, quòd ſi poteſt, & renuit ſatisfacere, abſolutio nihil ei valet ad ſalutem: & idem dicitur de illo, qui fictè fingit, ſeù atteſtatur impoſſibilitatem. Et ratio eſt, quia ex tali fictione non debet reportare commodum: dolus enim, & fraus nulli patrocinari debet, *Cap. Sedes Apoſtolica de Reſcriptis*: fraus, & dolus prodeſſe non debent alicui, vel nocere ſimplicitati alterius, *ff. de dolo l. 1. & l. Si dolo*. 22 23

ADDITIO.

EX *ipſa litera reſeruationis patet, reſeruari caſum non ſoluentis poſt biennium legata pia, tamdiu tantum, quamdiu in mora fuerit ſolutionis; Nec refragatur contratabella, nam ibi ly* præuia ſatisfactione *ponitur tantum per modum modi, non conditionis, vt benè* auctor ſupra num. 18., *& in his terminis* Mazuchellus diſp. 2. cap. 20. quæſt. 2. diffic. 1. num. 43. *& pro hac reſolutione faciunt, quæ habet* Quadrius de reſeruat. Comen. diſp. 3. concl. 9. caſu 8.

Digitized by Google

§. II.

Quò ad ſecundum §. Fundamentum reſeruationis huius caſus eſt, quia
24 teſtatoris voluntas debet quàmprimum exequi, ideſt demandari ad effectum, iuxta illud axioma legis, in omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præſenti die debetur, *l. In omnibus obligationibus ff. de Reg. iur.* Verùm iſti termini, .s. præſenti die, videtur, quòd perindè valeant, ac iſti .s. quàmprimum.

Aduertatq; Confeſſor, quòd, quamuis reſeruatione ligentur tantùm,
25 qui longiùs biennio differunt ſolutionem debitam ex legato pio; tamèn quantùm ad mortale peccatum ligantur etiam ſi non protrahant ſolutionem vltra biennium, ſi notabilitèr differant ſoluere dicta legata, verbi gratia, ſi differant ad ſex menſes; quod patet ex hoc, quia hæres, ſeù executor teſtamenti poteſt cogi ad ſoluendum etiam per viam excommunicationis, *Cap. Si hæredes, & Cap. Tua nobis, & Cap. Ioannes, de Teſtamentis*, ſi non ſoluat intrà annum, *Ex cap. Nos quidem, de Teſtam.* Signum eſt, quòd peccat mortalitèr, nam excommunicatio maior ſuppoņit ſemper mortale; eſtquè conſonum rationi, quia dilatio anni eſt notabilis, & pęnæ, in quibus fortaſsè detinentur teſtatores ſunt intolerabiles.
26 Quò ad prophana verò legata, hæres, ſeù executor teſtamenti intrà annum cogi poteſt iuris remedijs, *C. de Fideicommiſſ. authent. Hoc amplius*, & incidet in pęnas. *Emanuel Sà, verb. Legatum num.* 22. eſtq; etiam rationi congruum, cum dilatio vnius anni cenſeatur notabilis. Sunt autèm prædicta intelligenda, ſuppoſito quòd hæredi, ſeù executori per teſtatorem nullus concedatur dilationis terminus.

Verùm occulatè obſeruandum eſt, quòd, quamuis legata pia habeant
27 ſex menſes à iure ciuili, intra quos implenda ſunt ab hæredibus, *Ex Authent. de Eccleſiaſt. titulis §. Si autem;* attamèn in foro interiori hoc non habet locum· nam ſi commodè per hæredem, ſiuè executorem impleri poſſunt, nullum patrocinium conſequi poteſt à prædicta lege, quia ipſa tantùm in foro exteriori loquitur. Ita *Nald.* qui teſtatur de communi, *verb. legatum, num.* 17. Hoc clarè habet *Petrus Nauar. lib. 3. cap. 4. nu.* 166. Faciunt, quæ habet *Armilla, verb. Tentare, num.* 2.

§. III.

28 Quò ad tertium paragraphum traditur regula generalis pro doctis, ex qua ſimul cum iactis fundamentis ipſis conſtabit, qui in caſu includantur, & qui non includantur.

Ad incurrendum in caſum hunc tria copulatiuè requiruntur.

RE-

REGVLA.

Primum eſt, quòd ſolutio vltra biennium protrahatur.
Secundum, quòd ſit legatum pium.
Tertium, quòd dilatio malitiam inuoluat mortalem.

Prima conditio regulæ, & itèm ſecunda conſtat ex textu, vt patet intuenti. Tertia verò colligitur ex communi DD. placito, quia reſeruatio regularitèr eſt mortalium, & grauiorum mortalium.

Pro minùs doctis practicatur regula cum fundamentis.

§. IV.

NON INCIDENTES.

Ex defectu primæ particulæ regulæ, .s. *Quòd ſolutio vltra, &c.* ſequitur primò, illum non incidere, qui intra biennium compenſat cum lega- 29
to pecuniam ſibi debitam à legatario, v. g. à tali Eccleſia: quia legata non debentur, niſi deducto ære alieno, & compenſatio eſt licita, ſeruatis conditionibus compenſationis.

Secundò ſequitur, nec illum incidere, qui intra biennium legatum pium, quod, v. g. Petrus debet Eccleſiæ, compenſat cum Eccleſia ipſa, quæ ei debitrix exiſtit; quia iſte faciens compenſationem hanc, nil aliud facit, niſi quòd recipit in ſe debitum Petri, & ſoluit Eccleſiæ, contribuendo creditum ſuum cum debito Petri.

Tertiò ſequitur, nec illum incidere, qui intra biennium, quamuis non ſoluat legatum pium, conuenit tamèn cum legatario præſtita cautione cum pollicitatione. Ratio eſt, quia ſolutio & promiſſio in hoc caſu habentur pares: paria enim ſunt eſſe, vel de proximo ſperari, *L. penult. ff. de Milit. teſtam.* nihilq; refert quid ex æquipollentibus fiat, *l. Si mater, C. de Inſtit. l. Iulianus ff. de Cond. & demon.* volenti autem, & conſentienti non fit iniuria.

Quartò ſequitur, nec illum incidere, qui vltra biennium protraxit ſolutionem debitam ex legato pio, ſi ipſi per teſtatorem conceſſum fuit, vt illud ſolueret, quando ſibi viſum fuerit. Ratio eſt, quia textus militat tantummodò contra illum, qui differendo ſolutionem occurrit voluntati teſtatoris, cuius piam voluntatem tenentur Ordinarij pro eorum poſſe coadiuuare: non ſupponitur autèm in legatis talis conditio, ſed requiritur, vt omninò appareat, cum vergat in damnum teſtatoris; nullus verò præſumitur contra ſe dicere.

30 Ex defectu ſecundæ particulæ, .s. (*Legatum pium*) ſequitur primò illum non incidere, qui aliquid Eccleſiæ ſoluere debet, cauſa donationis inter viuos, vel cauſa mortis. Ratio eſt, quia legatum eſt quid diuerſum ab iſtis donationibus. Concordant Doctores.

Secundò ſequitur, non incidere illum, qui longiùs biennio differt ſolutionem legati diuiti facti, quia iuxta probabiliorem ſententiam ad legatum pium duo requiruntur copulatiuè .s. vt pietas ſit in legante, vt .s. faciat legatum amoris Dei gratia, aut alia conſimili cauſa, & paupertas in recipiente, *L. 1. C. de Sacroſanctis Eccleſijs. Graff. de Caſ. reſer. cap. 26. num. 36. allegans Bartolum, & Sanchez de Matrim. lib. 1. diſp. 4. num. 9. contra Syluesſt. verb. Legatum 4. num. 1. Angelum verb. Legatum num. 2. & 3.* & alios aſſerentes ſufficere ad legatum pium, vt fiat ob amorem Dei, vel in ſalutem animæ, quamuis fiat diuiti.

Tertiò ſequitur, non incidere, qui diſtulit longiùs biennio ſolutionem debiti realis contracti ratione hæreditatis aditæ, licèt erga pauperem, vel Eccleſiam. Ratio eſt, tum quia à diuerſis non fit illatio; diuerſa autèm ſunt debita, & legata pia: tum quia in materia reſeruationis non valet argumentum à ſimili ad æquipollens: à minori ad maius, nec è contra. Et quamuis debita realia poſſint dici quodammodò legata, cum hæredi ſaltèm tacitè ordinentur, ſiuè legentur per teſtatorem, vt illa ſoluat creditoribus, ſi vult ſentire commodum hæreditatis; attamèn non ſunt legata in rigore, de quibus cantat Textus: nam debita ſunt legatis anteriora, & ab hærede creditoribus debentur, etiamſi per teſtatorem ipſi hæredi non fuerint ordinata, quòd ſecùs eſt de legatis, quæ non debentur niſi per teſtatorem fuerint ordinata.

ADDITIO.

HIc quæri poteſt, an legatum factum conſanguineo, aut cuicunque coniunctæ perſonæ pauperi, & miſerabili cenſeatur factum intuitu pietatis, & amoris Dei, an vero intuitu conſanguinitatis, & coniunctionis; ad effectum decidendi, an hæredes ſimile legatum poſt biennium non ſoluentes incidant in reſeruationem. Voluerunt celebres D.D. præſumendum eſſe legatum intuitu pietatis, & amoris Dei factum, cum debeat ſemper ſumi ea interpretatio, quæ reddat actum vtiliorem agenti. Sic Tiraquel. de priuil. piæ cauſæ verſiculo ſed ſi hoc omnino. Nal. verbo Legatum 7. nu. 20. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 5. & alij cum Quadrio de reſer. diſp. 3. caſu 8. concl. 3. *At probabilior, & communior fuit ſemper negatiua, nempe, tale legatum præſumendum eſſe ſcriptum naturali affectu magis erga coniunctam perſonam, quam intuitu pietatis. Sic* Baldus in auth. ex teſtamento C. de collat. Decius conſ. 120. Silueſt. verb. Legat. 4. n. 4.

multis

Digitized by Google

multis citatis doctiſſimè Menochius de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 115. à num. 6. ad 10. Thom. Sanchez de matrim. lib. 1. diſp. 4. num. 9. cum allegatis. *Quia præſumitur, prevalere ſanguinis affectionem, cum ea naturalis ſit. Hinc quamuis tale legatum poſt biennium non ſoluant hæredes, nihilominus vitabunt reſeruationem, qua non afficitur niſi negligens in ſolutione legatorum piorum.*

Similiter ſi factum fuerit legatum moniali non erit præſumendum pium, ſed intuitu tantum ipſius Monialis, non Religionis, vel Monaſterij; ſicuti legatum factum Epiſcopo ſuponitur factum intuitu perſonæ, non Eccleſiæ cap. requiſiſti de teſtam. Cardinalis Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 6. tit. 14. num. 16. & lib. 5. quæſt. 6. num. 8. *Qua de cauſa non ſoluens Monaſterio quod debet relictum intuitu Monialis reſeruatione non ligabitur, ex ſupradictis.*

Ex defectu tertiæ particulæ, .s. quòd *dilatio malitiam inuoluat mortalem*, ſequitur primò illum non incidere, qui ob ignorantiam facti, vel 31
inculpatam obliuionem legati pij longiùs biennio diſtulit eius ſolutionem.

Secundò; nec illum incidere, qui abſquè graui damno, quale non ſentit legatarius, non poteſt pium legatum ſoluere intra biennium.

Tertiò, nec illum incidere, qui abſente legatario, cui ſatisfaciendum eſt, depoſuit antè finem biennij apud aliquem, quod ſoluendum eſt legatario.

Quartò, nec illum tandèm incidere, per quem non ſtat quominùs fiat ſolutio, ſed potiùs per legatarium, qui, v. g. non vult ſatisfactionem acceptare. Ita *Caiet. verb. Abſolutio, cap. 4. Henriquez lib. 13. cap. 38. n. 4. Bonac. de Cenſur. diſp 1. q. 3. pun. 9. prop. 2. num.* 8. Et omnium iſtarum conſequentiarum vna aſſignatur ratio, .s. quia in his non interuenit culpa mortalis, prout ſupponimus.

ADDITIO.

VNum addo pro coronide obſeruationum circa non incidentes, quod ab Auctore indictum eſt; ſcilicet in præſentem reſeruationem incidere heredem. ſolutionem ex legato pio debitam non implentem; non vero incidere Executorem, Tutorem, Curatorem, aut alium, qui ex obligatione aſſumpta, vel contractu, aut Teſtatoris, vel Iudicis deputatione curam habeat hæreditatis, & implementi voluntatis vltimæ Teſtatoris. Ratio eſt, quia Legatum eſt donatio à defuncto relicta, ab hærede præſtanda §. legatum inſtit. de legat. & L. 1. ff. de donat. & L. Legatum ff. de Legat. 2. *Vnde ſequitur*

quitur, verum debitorem legati eſſe hæredem, & per conſequens reſeruatorium decretum ligare tantum principalem debitorem, nec extendendum eſſe, vt pote odioſum, ad alios debitores minus principales, niſi expreſsè ſub litera comprehendantur. Deciſioni ſubſcribit Mazuchel. diſp. 2. capit. 10. quæſt. 2. num. 26. & 27. *Quidquid ſine conuincenti ratione contradicat* Quadrius de reſeruat. Comen. diſp. 3. cap. 8. concl. 2.

§. V.

INCIDENTES.

32 Ex regula prædicta ſequitur primò, illum incidere, qui protrahit ſolutionem legati pij vltrà biennium, quamuis hoc faciat, vt res defuncti maiori vendantur pretio, & ijs venditis copioſiorem præſtet eleemoſynam, quam defunctus ſtatuerat.

Ratio eſt primò, quia talis ſolutio eſt nimis protracta, & proindè mortalitèr peccaminoſa ob detrimentum graue teſtatori præſtitum.

33 Si dicas Doctorem Angelicum *quolib. 6. art.* 14. dictam executoris induſtriam approbare? Reſpondetur primo non eſſe verum, quòd illam approbet excepto caſu .s. cum breui temporis ſpatio poteſt fieri. Reſpondetur ſecundò minimè illum excuſare, quando præcipitur fieri ſtatuto tempore; quia vbi lex aliquid fieri certo tempore requirit, non ſufficit poſteriori tempore celebrare, *l. Si quis mihi bona*, §. *Iuſſum*, *ff. de Acquir. hæred.*

34 Secundò ſequitur, illum incidiſſe, qui longiùs biennio legati pij ſolutionem diſtulit, quamuis ob bonum finem hoc præſtiterit, v. g. vt conſuleret vtilitati ſuorum filiorum. Ratio eſt plana: nam non eſt integrum cuiquam nocere mortuis, vt proſit viuis, maximè cum conſtet maiorem eſſe neceſſitatem in Purgatorio exiſtentium, quàm in hac lachrymarum valle degentium.

35 Tertiò ſequitur, illum incidere, qui data cautione iuratoria ſoluendi legatum intra ſex menſes primos protraxit ſolutionem vltra biennium; quia ſicut proteſtatio contraria facto non releuat proteſtantem, *cap. Sollicitudinem, extrà de Appellat.* vt qui alterum improperando dicit, tu habes cornua ſaluo honore tuæ mulieris: ſic cautio iuratoria contraria facto non releuat iurantem, quò minùs non ligetur caſu, ſi cum poſſit, non ſoluit, quinimmò aggrauat.

36 Quartò ſequitur, illum incidere, qui longiùs biennio differt legati pij ſolutionem debitam, licèt legatum factum fuerit in teſtamento minùs ſolemni. Ratio eſt, quia legata ad pias cauſas, de quibus proloquitur textus, valent, tametſi non fuerit in ipſis obſeruata iuris ſolemnitas, vt

quando

quando fiunt nudis verbis, vel abſque ſcriptura, & per teſtes minus idoneos, vti per fœminas.

ADDITIO.

R*Ecipitur communiter à Iuriſconſultis, & Theologis deciſio, quod legata pia, ſi reperiantur in teſtamento ad pias cauſas ſine ſolemnitatibus ſcripto valida ſint, & debeantur* cap. relatum de teſtam. Couar. in ſuis lect. de teſtam. ibidem num. 1. Tho. Sanchez in ſuis conſil. moral. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 7. num. 1. & 2. Anania conſ. 28. col. 3. Leſſius de iuſt. & iure lib. 2. cap. 19. dub. 2. & alij communiter; *quod adeo verum eſt vt ſecundum iura Canonica, & Ciuilia valeat idem teſtamentum non ſolemne, etiam quò ad legata profana in eo ſcripta, quando principaliter pia cauſa legitur in illo inſtituta.* Auth. quod ſine C. de teſtam. Couaru. l. cit. num. 2. Tho. Sanchez in conſilijs allegatis num. 2.

Maior eſt diſcrepantia in caſu, in quo teſtamentum ſit inualidum ex defectu ſolemnitatum iuris ciuilis, & inſtitutio hæredis profani in eo ſcripti nulla ſit, an tunc valeant, & ſolui debeant legata pia in ipſo deſcripta, & mandata. Dubitant de hac obligatione pauci D.D. ex ciuilibus; ſed communiſſima, receptiſſima, & indubitabilis eſt aſſertio, talia legata pia præſtanda eſſe, etiam ſi teſtamentum, cum heredis inſtitutione omninò corruant; Quia vtile per inutile vitiari non debet, & quod ſine ſolemnitate ſtare de ſe poteſt, non debet ex deffectibus inſtitutionis, & hæreditatis inquinari; cum maximè poſſint condi legata pia, etiam nullo inſtituto hærede, vt eſt ſenſus communis Iuriſtarum, cum Didaco Couarunia in cap. Rainal. §. 3. n. 11. *Sic meam ſuſtinent theſim* Sanchez, in conſilijs citatis dub. 7. num. 3. cum allegatis. Fagundez, de iuſtitia lib. 6. cap. 3. num. 35. Lugo de iuſt. to. 2. diſp. 22. ſect. 9. num. 273. Ciarlin. in controu. forens. to. 10. cap. 21. nu. 8. Imola in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtit. Digna p. 7. tr. 6. reſol. 3.

Valent, & ſuſtinentur legata pia, etiam ſi ſola voce teſtatoris condita fuerint, & quamuis in foro fori conſtare nequeant, tamen in foro poli obligabunt hæredem, qui talia ſibi nota non ſoluens poſt biennium euolutum incidet in reſeruationem. Dicaſtillo de iuſtitia, & iure l. 2. tract. 19. diſput. 1. dub. 10. num. 127. Paulus Layman lib. 3. tract. 5. c. 2. num. 5. Fagundez de iuſtitia lib. 6. cap. 3. num. 2. Quadrius de reſeruatis cum Beccano caſu octauo diſput. 3. num. 1102.

Imo non ſolum verbo, ſed etiam nutu, conſenſum plenè explicante poſſunt mandari legata pia hęredibus per Teſtatorem, quę ſimiliter obligent, & reſeruationem inducant, niſi intra biennium ſoluantur, quia nutus explicat conſenſum, & eſt iuxta Quintilianum *muta locutio. Sic* Quadrius de reſeru. Comen. concluſ. vltima nu. 1106. diſput. 3. *& conſtare poteſt*

ex L.

Digitized by Google

ex L. nutu ff. de legat. 3. Couar. in cap. cum tibi de teſtam. n. 4. & 5. Tiraquel, Villalobos, Clarus, & alij cum Diana reſol. 21. tr. 6. part. 7.

§. VI.
ANNOTATIO I.

37 In hunc caſum incidet etiam Vicarius Generalis Epiſcopi reſeruantis, ſi longiùs biennio ſolutionem ex legato pio debitam protraxerit. Et ratio ea eſſe videtur, quia cenſetur delinquere vti priuata perſona; poterit tamèn Confeſſario impertire facultatem pro ſe, ſicut pro alijs, vt ipſum abſoluat. Quemadmodum poteſt Epiſcopus, quò ad caſus reſeruatos Sedi Apoſtolicæ ex vi Conc. Trid. In alios quoq; caſus Epiſcopales incidere poteſt Vicarius Generalis, licèt exemplificatio fiat in hoc vno. Vide *Naldum, ver. Caſus, num. 7.*

ANNOTATIO II.

38 Si quis ſine graui incommodo ſtatus ſui non poteſt ſatisfacere, pro tunc adibit Superiorem, qui maturè conſiderata incommodi grauitate tempus protrahere poterit, iuxtà tradita per *Nauar. cap. 17. in Manuali, num. 117. Syluest. verb. Reſtit. per totum.* Nec incongruum erit, ſi Superior præ manibus habeat, quæ tradit *Tiraquellus in Proœmio tract. de Priuilegijs piæ cauſæ, & Menoch. de Arbitr. iud.* nimirùm illum pro paupere habendum eſſe, qui, quamùis ſatis bonorum habeat, vt poſſit viuere, non tamen ſecundùm conditionem, & qualitatem ſuæ perſonæ. Veruntamèn miſerabilioribus, quales ſunt, qui in Purgatorij pœnis detinentur, fauere debet.

ANNOTATIO III.

Exiſtimo etiam illum incidiſſe, qui intra biennium non ſoluit legatum pium factum per Monachum, antequam profeſſionem emitteret. Ducor, quia mors ciuilis æquiparatur morti naturali in his, quę concernunt effectum iuris, vt eſt teſtamentum condere, *L. 1. §. fin. ff. de Bon. poſſeſ.* quòd elegantèr tradit *Angelus Aret. in §. Cum autem, num. 5. Inſtit. Quib. modis ius pat. poteſt.* & ſemper dicimus, mortem ciuilem æquiparari naturali, quando operatur eundem effectum. vti notant communitèr Doctores, *in l. Gallus §. Et quid ſi tantum, ff. de Liber. & poſth. Pariſius conſ. 65. num. 9. vol. 2.* Quare cum Religionis ingreſſus operetur, vt Monachus moriatur mundo, & ciuilitèr in totum, vt aiunt DD. *in l. Deo nobis, Cod. de Epiſcopis, & Cleric. & in Auth. Ingreſſi. Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* & ex pro-

ex profeſſione teſtamentum ſumat vires irreuocabilitèr, ſemper mors ciuilis æquiparatur naturali. *Bart. in l. 1. nu. 7. ff. de Teſtam.* Ideò quemadmodùm ſub pęna reſeruationis tenetur ſoluere legata pia intra biennium, qui ſucceſſit teſtatori mortuo morte naturali; ita intra idem tempus ſub eadem reſeruationis pęna tenetur ſoluere legata pia, qui ſucceſſit mortuo in totum mundo, & ciuilitèr.

Si dicas, fictionem iuris non habere locum in ſtatutis, vt notat *Gambarup. de Caſib. reſer. caſ. 7. num.* 11. Monachum autem iſtum non eſſe mortuum, niſi fictè, .i. ciuilitèr. Reſpondetur, quòd licèt non ſit mortuus, niſi ciuilitèr; tamèn, cum teſtamentum (quod in propoſito eſt principale) ſumpſerit vires irreuocabilitèr, conſequentèr etiam legatum eandem vim ſumpſit; ideò ſicut teſtamentum iſtius æquiparatur teſtamento illius, qui naturalitèr mortuus eſt, ita legatum pium illud conſequens eandem habet virtutem.

Vrges, caſum reſeruatum habere ſtrictam interpretationem, & proindè non extendi ad mortem ciuilem. Reſpondeo, extenſionem in lege pęnali tunc fieri poſſe, quando lata eſt ad euitanda animarum pericula; vti teſtatur *Abbas in cap. Ex tenore num. 5. in fin. Qui fil. ſint legitimi, & Gemin. in cap. Pro humani §. 2. num. 6. de Homicid. lib. 6.* quod notat *Floronus de Caſib. reſer. par. 1. cap. 1. num. 46.* Ad talem autem finem cenſeo eſſe reſeruationem hanc, ideò incidit ille, de quo ſupra.

ADDITIO.

PRobabilis eſt Auctoris *reſolutio circa legatum factum à Monaco, vel regulari ante profeſſionem emiſſam; Mihi tamèn ſemper probabilius fuit contrarium aſſerere, quia ſtrictè ſumi debet reſeruatorium ius, & ly* Legatum pium *debet verè, & proprie intelligi de ordinatione Defuncti; neque extendi debet tabella de morte naturali, ad mortem ciuilem, quæ ſola iuris fictione mors dici poteſt; cum maximè lex pęnalis nullam extenſionem recipiat, neq; ex maioritate rationis, ne dum ex paritate.* Carocius ſingul. 409. pag. mihi 132. tergo cum allegatis. *Sic in terminis* Mazuchellus de reſeruatis diſp. 2. cap. 20. quæſt. 2. num. 29.

§. VII.

Modus obſeruandus per Pœnitentiarium, antequàm abſoluat Pœnitentem hoc caſu irretitum.

TRia præſtabit. Primum obſeruabit, quòd non paſſim, nec ſtatìm abſoluendus erit Pęnitens, qui omiſit debitam ſolutionem legati

pij, quamuis aſſerat fuiſſe omninò ſibi impoſſibilem; ſed tunc videtur poſſe abſolui, quando ex vna parte ipſe pęnitens atteſtatur ſuam impoſſibilitatem, & ex altera apparet, quòd abſolutio non poteſt ei differri, niſi cum graui damno eius animæ. Ita *Bonac. in ſimili de Cenſ. diſp. 1. q. 3. punct. 9. propoſit. 2. num. 3.*

40 Secundum, quandò pęnitens dubitat ſe teneri ad ſatisfactionem alicuius legati pij, quidquid ſit de dubio in foro externo, in foro pęnitentiali, & interno loquendo, dico cum *Nauarro in Manuali, cap. 26.* reſolutionem deſumendam eſſe ex verbis pœnitentis, itaut ſi Confeſſor ex verbis ipſius iudicet ipſum teneri ad ſatisfactionem, illum non abſoluat, niſi velit ſatisfacere, & de facto ſatisfaciat, ſecùs verò ſi aliter ſentit.

41 Tertium, animaduertat, legatum pium nunquam fieri caducum, vti contingit in prophano. Vnde ſi aliquid Eccleſiæ, vel puellæ pauperi ad ipſam dotandam relictum fuerit amoris Dei gratia, ſi deſtruatur Eccleſia, vel puella, priuſquam alteri nubat, moriatur, alteri pio loco, vel puellæ egenæ perſoluendum erit. *Nald. v. Legatum, & v. votum n. 12.* ſed *Emanuel Sà, verbo Legatum num. 8.* habet, quòd mortuo legatario ante legatum, nihil debetur; verùm obſeruandum eſt, ipſum loqui de legatis profanis. Obſeruabit deniq; Confeſſarius, legatum pauperibus in communi poſſe dari fabricæ Eccleſiæ pauperis. *Emanuel Sà, vbi ſupra num. 50.*

42 Itidemq; obſeruandum eſt, quod debita per hæredem contracta ſolui prius debent, quam legata per teſtatorem, & idem dicitur de debitis ab hærede contractis intuitu defuncti, vt ſunt impenſæ funeris, & impenſæ factæ ad defendendas, vel conſeruandas res ad teſtamentum, vel inuentarium pertinentes, & hæc (inquam) priùs ſunt ſoluenda, quam legata pia. Ratio eſt, quia talia debita ſunt obnoxia reſtitutioni ex iuſtitia; legata verò reſpectu teſtatoris ſolùm ſunt ex conſilio: hinc præcepta non ſunt ob conſilia prætermittenda. Ita *ex Claui Reg. lib. 10. tract. 5. c. 10. num. 25. Angel. verb. Reſtitutio 2. §. 17. & Syluеſ. verb. Reſtit. 6. qu. 6.*

Denique not. quod ea, quæ ſuperiùs dixi circa legata pia, intelligi debent ſaluis Ordinationibus, Conſtitutionibus, & Edictis Curiæ Epiſcopalis Bergomi, & potiſſimùm illo nouiſſimè edito de non admittendis ad Sacramenta illis, qui legatis pijs priùs non ſatisfecerint. Idemquè Confeſſarij, qui degunt in alijs Diœceſibus attendent reſpectiuè.

CASVS

CASVS QVARTVS

SVMMARIVM.

1 *In hoc textu maſculinum fœmininum minimè concipit.*
2 (Statim) *duobus modis ſumi poteſt, ſed hic ſumitur moralitèr.*
3 *Dies additus anno, ratione biſſexti, facit prò adminiſtratore.*
4 *Adminiſtrationis officium genus eſt ad plura officia.*
5 *Expoſitio huius termini* (locorum piorum) *remiſſiuè.*
6 *Verba illa* (redditis rationibus) *quantùm valeant.*
7 *Senſus iſtius termini* (non dimiſerint.)
8 *Itèm ſenſus iſtius termini,* (& quod debent.)
9 *Non cuiq; adminiſtrationis loci pij reddenda eſt ratio.*
10 *Quando non ſufficiat propoſitum perſoluendi.*
11 *Qualis pars appelletur inconſiderabilis.*
12 *Huius caſus fundamentum ex Conc. Trid. colligitur.*
13 *Cur reddendo rationem adminiſtrationis loci pij alijs ab Ordinario, ſatiſfiat etiam Ordinario.*
14 *An ſuperſtites pij loci, vel ſaltèm Confeſſarius debitori legati pij concedere poſſint priuilegium, vt ipſe non incidat in caſum hunc.*
15 *Regula generalis incidentes, & non incidentes deſignans.*
16 *Qui non incidant in caſum iſtum.*
17 *Qui incidant.*
18 *Bona eccleſiaſtica occupans incidit in excommunicationem reſeruatam.*
19 *Adminiſtratores bonorum eccleſiaſticorum non recipientes ſtipendium ob adminiſtrationem, ex qua culpa teneantur.*
20 *Indigno adminiſtrationem pij loci committens ſcientèr, ad quid teneatur.*
21 *An bona Confratria Diſciplinatorum ſint Eccleſiaſtica.*
22 *Bona Eccleſiæ, licèt relicta à Laico, non ſunt alienanda ſine ſolemnitate.*

Digitized by Google

IN QVARTVM CASVM .s.

Qui ſtatim, elapſo biennio, officium admini-ſtrationis locorum piorum, redditis ratio-nibus, non dimiſerint, &, quod de-bent, ſucceſſoribus in officio re ipſa non perſoluerint.

COMMENTARIA.

TExtus iſte diligentèr inſpectus agnoſcitur in duas ſecari partes. Quarum altera eſt de non dimittentibus officium adminiſtrationis. Altera verò eſt de non perſoluentibus, quod debent, ſucceſſoribus. Pro ſatisfactione vtriuſquè partis in vnum collectæ, ſex percurremus paragrapha.

Primum eſt declaratio terminorum textus.

Alterum eſt aſſignatio fundamenti huiuſce textus.

Tertium eſt regula generalis ad dignoſcendum incidentes, & non incidentes in caſum.

Quartum demonſtrat non incidentes in caſum.

Quintum oſtendit incidentes.

Sextum deniquè tradit modum obſeruandum per Pęnitentiarum, priuſquam abſoluat obſtrictum hoc caſu.

Verùm antequàm aggrediamur primum, ſupponendum eſt, ſermonem eſſe de illis officijs piorum locorum, quę ſecundo quoquè anno vacare ſolent ex antiqua, ac recepta conſuetudine; quod notandum eſt ad differentiam officiorum non vacantium, vt officium piſtoris, coquinarij, caneparij, & huiuſmodi, & hoc ſatis claret per illa textus verba, .s. (*&, quod debent, ſucceſſoribus in officio re ipſa non perſoluerint*.

§. I.

1 Quò ad primum paragraphum ſeſe offert terminus (*Qui*,) circa quem videtur dicendum, in hoc textu maſculinum non concipere fęmininum: nam attenta conſuetudine, quæ eſt legum optima interpres, officia, de quibus textus, non ſolent demandari fęminis; ideò facta ſuppoſitione, quòd non ſit vſu receptum, vt loca per mulieres adminiſtrentur; dicendum eſt conſequentèr ipſas non comprehendi ſub hoc nomine (*Qui:*)

quod

quod præcipuè claret *ex l. Fœminæ ff. de Reg. iuris*, vbi officia publica ſunt interdicta fœminis proptèr honeſtatem.

Secundus terminus eſt (*Statim.*) Notandum terminum hunc duobus accipi modis, nempè phyſicè, & moralitèr: phyſicè acceptus perindè valet, ac iſti termini, in eodem inſtanti, & hoc modo non accipitur in textu: tùm quia ſumus in habentibus rationem pœnæ, in quibus non debemus eſſe nimis rigoroſi: tùm quia nimis difficile foret, ſi in eodem inſtanti, in quo biennium tranſit, deberet quis rationem reddere. Alio modo accipitur moralitèr, & ſic non habet eſſe in inſtanti, ideſt in indiuiſibili tempore, vel quaſi indiuiſibili, ſed ſuam habet latitudinem iuxta ſubiectam materiam, interdum vnius diei, interdum duorum, interdum trium, &c. *Naldus dictione Verba, num.* 15. *& dictione Facere, num.* 7. 2

ADDITIO.

Dictio illa ſtatim *variè poteſt explicari. Significat aliquando, intra triduum.* L. fin. C. de iudicijs. *Interdum infra octo dies* Gloſſa verbo eodem cap. prudentiam §. ſexta, de officio deleg. *vel etiam intra menſem, vt per* Surdum conſ. 550. num. 6. Alex. in L. diuortio num. 10. ff. ſoluto matrimonio. *Nulla tamen melior explicatio proponi poteſt, quam illa, quod quando actio iniuncta explenda ſtatim requirit temporis, & modi opportunitatem, nec poteſt expediri breuiſſimo tempore, vel momento, tunc ly* ſtatim *recipit extenſionem prudentiali iudicio conſonam, & aptam pro expediendo negotio moraliter, & prudenter.* L. quod dicimus ff. de ſolut. L. fin. C. de iudic. gloſſa, verbo ſtatim in cap. quicunque 77. diſt. Tiraquel in L. ſi vnquam verbo reuertatur num. 109. Cod. de reuocand. donat. Steffan. Gratian. diſcept. forens. cap. 41. num. 12.

Attento igitur, quod redditio rationum, & ſolutiones debitorum poſt dimiſſam adminiſtrationem pij loci requirunt commodum temporis tractum, nec regulariter expediri poſſunt momentaneè, & hic agitur de capienda laxiori interpretatione ad effectum odij excludendi, & reſtringendæ reſeruationis, dico ly ſtatim *explicandum eſſe* intra duos menſes, *ideoque, qui intra ſpatium duorum menſium, officio adminiſtrationis dimiſſo, rationes non reddiderit, & quod debet ſucceſſoribus in officio re ipſa non perſoluerit incidet in caſum hunc quartum reſeruatum noſtræ Tabellæ. Quod autem dictio* ſtatim *poſſit extendi etiam ad duos menſes notant D.D. apud* Barboſam in tract. varijs dictione 384. Tiraquellus in L. ſi vnquam verbo reuertatur Cod. de reuoc. donat. num. 120. *facit* Graffius lib. 2. de arbitrarijs cap. fin. n. 6. *& expreſsè* P. Bordonus deciſ. Miſcellanearum, deciſ. 29. in fine.

Neque opponatur, quod in pluribus agri Bergomenſis opidis Schola, & loca

loca pia tenuiſſimi redditus, & breuiſſimarum rationum reperiantur, quibus ſpatium duorum menſium ſit ampliſſimum, & ſuperuacaneum pro perficiendis rationibus ipſis, & ſolutionibus.

Quia hoc non variat propoſitam reſolutionem, & interpretationem verbi ſtatim in ſubiecta materia; Nam regulariter neceſſaria eſt opportunitas, de qua ſupra, & iura ad ea, quæ vniuerſaliter accidunt ſe adaptant. L. nam ad ea ff. de legibus. L. iura Cod. de poſtul. Tomaſct. in flor. leg. regula 14. Menoch. remed. 2. adipiſc. poſſeſſionis num. 111.

Tertius eſt (*Elapſo biennio.*) Obſeruandum eſt, contingente biſſexto in ſecundo anno, .i. prorogatione vnius diei ad annum, adminiſtratorem poſſe facere pro ſe etiam diem illum illi anno additum, ſeù contingentem. Ratio eſt, tùm quia fauores ſunt ampliandi: tùm quia non obligatur reddere rationem adminiſtrationis intra biennium, ſed ſtatim elapſo biennio; at biennium non eſt adhùc elapſum, cum ſuperſit dies.

4 Quartus eſt (*Officium adminiſtrationis.*) Sciendum eſt, quòd terminus iſte (*Officium, &c.*) eſt genus prædicabile (logicè loquendo) de officio ſindici, depoſitarij, & aliorum officialium quocunquè nomine nuncupatorum, qui tam pecunias, quàm poſſeſſiones, animalia, fruges, fructus, redditus, ac cetera bona locorum piorum, Eccleſiarum, Hoſpitalium, Confraternitatum, Montium pietatis quocunque modo adminiſtrant.

5 Quintus eſt (*Locorum piorum.*) Iſte terminus fuſiùs declaratur infra caſu 6. ideò meritò hoc in loco omittitur eius expoſitio.

6 Sextus eſt (*Redditis rationibus.*) Pro eo, ac valent hæ duæ dictiones, ac ſi diceretur, factis computationibus dati, & accepti de pecunijs, frugibus, prouentibus, &c. quæ inter adminiſtrandum talia officia obtigerunt ſibi.

7 Septimus eſt (*Non dimiſerint,*) Talia .s. officia depoſitarij, ſindici, &c. quatenus ad ipſos ſpectat.

8 Octauus (*Et, quod debent*) .s. ratione officij adminiſtrati. Dicitur ſignantèr adminiſtrati, quia ſi tales adminiſtratores loco pio aliquid deberent, non ratione officij adminiſtrati, ſed ob aliam cauſam, vt ratione rei emptæ à loco pio, iam aliàs, v.g. cum adhùc non eſſent adminiſtratores, non inciderent.

9 Nonus (*Succeſſoribus in officio;*) in officio .s. adminiſtrationis velut in officio ſindici, depoſitarij, &c. Nec ſufficit ſi talis ratio cuiq; reddatur, ſed operæ pretium eſt illam ſucceſſoribus in officio adminiſtrationis locorum piorum reddere.

10 Decimus (*Re ipſa,*) .i. actualitèr perſoluenda ſunt, quæ debent ratione admi-

ne admi-

næ adminiſtrationis, eo quòd non ſufficit ad ipſos liberandos ab incurſione peccati mortalis, aut reſeruationis propoſitum perſoluendi in futurum, ſi adeſt poſſibilitas actualitèr perſoluendi, quæ debent. Itidem dicitur, (*Reipſa,*) ad deſignandum, quòd nec ſat eſt cautio iuratoria, vel pignoratitia, aut alia quæcunque, ſi actualitèr poſſunt; nec eſt in poteſtate Confeſſarij protrahere tempus pro reddendis huiuſmodi rationibus, ob rationem infra aſſignandam.

Vndecimus tandem eſt (*Perſoluerint,*) .i. fecerint ſolutionem eorum, ad quæ tenentur, quòd intelligi debet nedum quò ad totum debitum, 11
ſed etiam quò ad partem; idcircò annodantur caſu iſto omittentes perſoluere partem, dummodò non ſit leuis, ſeù inconſiderabilis, qualis eſt illa, quæ ablata non conſtituit mortale peccatum. Hactenus de primo paragrapho.

§. II.

Quò ad ſecundum paragraphum, Fundamentum huius textus, ſeu reſeruationis huiuſce caſus eſt, quia ex tradita per *Conc. Trident. ſeſſ. 22.* 12
de Reform. cap. 9. & ſeſſ. 24. cap. 16. de Reformat. ſingulis annis Ordinario rerum Eccleſiarum, Hoſpitalium, Confraternitatum, Montium pietatis, & aliorum piorum locorum adminiſtratores tenentur reddere rationem: & vbi lex aliquid fieri certò tempore requirit, non ſufficit poſteriori tempore illud facere, *l. Siquis mihi bona, §. Iuſsum, ff. de acquirend. hæredit.*

In hoc itaq; decreto fundatur reſeruatio huius caſus, & dum rationum redditio fit ſucceſſoribus in officio, ipſimet Ordinario fieri videtur, cum 13
ita ratam habeat rationem ipſis redditam, ac ſi ſibi immediatè redderetur, vt ſatis colligi poteſt per textum implicitè præcipientem, vt prædictis reddatur alioquin mortalitèr peccabunt, & obſtringentur caſu reſeruato. Per hoc tamen decretum Ordinarij non ſibi adimunt facultatem, quominùs etiam ipſis reddatur ratio bonorum piorum locorum, ſi voluerint. Nec ſuperſtites loci pij, nec etiam Confeſſarius poſſunt facere, quominùs incidant in caſum tranſgredientes, quæ præſtare iubentur in 14
textu, quia non ad ipſos, ſed ad Epiſcopum ſpectat auferre reſeruationem, vt de ſe patet. Si vis autèm dignoſcere, quæ loca non ſunt obnoxia redditioni rationum Ordinario, conſule *Nald. verb. Bona num. 19.*

§. III.

Quò ad tertium paragraphum traditur regula generalis pro doctis, ex qua vna cum iactis fundamentis ipſis conſtabit, qui, inuoluantur, & qui non inuoluantur hoc caſu.

REGV-

Digitized by Google

REGVLA.

Ad incurrendum in hunc caſum ſufficit defectus cuiuſlibet iſtarum quinquè conditionum concurrente mortali malitia.

Prima, vel vt ſtatìm elapſo biennio non dimittatur officium, .s. adminiſtrationis.

Secunda, vel non reddatur ratio bonorum loci pij adminiſtratorum.

Tertia, vel reddatur ratio prædictorum bonorum, ſed non dimittatur officium.

Quarta, vel quod debetur loco pio, perſoluatur alijs à deſignatis, .s. ſucceſſoribus in officio.

Quinta, vel re ipſa non perſoluatur, quod debetur.

Regula de ſe patet, quia tota colligitur ex textu, addita tantum particula cum mortali malitia, quæ per Doctores patet.

Pro minus doctis practicatur regula vnà cum iactis fundamentis.

§. IV.
NON INCIDENTES.

16 Ex regula ſequitur primò, illum non incidiſſe, qui ſtatìm moralitèr elapſo biennio obſeruauit, quæ per textum mandantur fieri.

Secundò, ſequitur nec illum incidiſſe, qui reddidit rationem bonorum loci pij adminiſtratorum, nulla tamen aliarum quatuor conditionum carente.

Tertiò, nec illum incidiſſe, qui reddidit rationem bonorum pij loci adminiſtratorum, & ſimul dimiſit officium, non deficientibus alijs conditionibus.

Quartò, nec illum, qui, quod debet loco pio, perſoluit ſucceſſoribus in officio, interueniente tamèn etiam obſeruantia aliarum ſupradictarum conditionum.

Quintò, nec qui actualitèr perſoluit, quod debet loco pio, additis inſimul alijs conditionibus. Vnaq; aſſignatur ratio harum quinq; conſequentiarum, nimirùm, quia concurrunt omnes conditiones requiſitæ ad plenam obſeruantiam huius præcepti.

Conſequentia ex fundamentis deducta.

Sextò, nec illum ſequitur incidiſſe, qui in ſecundo anno concurrente biſſexto

biſſexto prorogauit dimiſſionem adminiſtrationis officij, aut aliud in textu præceptum, per totam diem vltimam dicti anni. Patet per ea, quæ habentur ſupra §. 1. num. 3.

Septimò, nec illum, qui omiſit reddere rationem alicuius debiti, quod habet cum loco pio à multis annis, ſuppoſito quòd non pertineat ad adminiſtrationem per ipſum geſtam: à diuerſis enim non fit illatio, & claruit ſupra §. 1. num. 8.

Conſequentia ex regulis generalibus reſeruationis.

Octauo ſequitur, nec illum incidere, qui moralitèr non potuit ſtatim præſtare, quæ præcipiuntur in textu: nam moralitèr impoſſibilium nulla eſt obligatio, cum nec præcepta Eccleſiæ obligent cum graui incommodo, vt DD. communitèr ferunt: neceſſitas quippè nulli legi eſt ſubiecta; *Cap. Quod non eſt, de Reg. iur.* & neceſſitate vrgente multa licent, quæ aliàs non licerent, *Cap. Diſcipulos, de Conſecrat. diſt.* 5. quod procedit, quando neceſſitas adeò grauis eſt, vt iudicio boni viri ad excuſandum ab opere ſufficiat, vt per *Nauar. in Man. cap.* 17. *num.* 5. *&* *Menſtrenſem in reg.* 203.

Nonò, nec illum, qui ſtatim poſt biennium iterùm reeligitur, ſi vſu receptum ſit, non inſcio Ordinario, vt reelecti non reddant rationem præcedentis adminiſtrationis. Ratio eſt, quia textus non cantat de reelectis: niſi in fraudem loci pij faciant ſe reeligere.

Decimò, nec attinentes adminiſtratorum, .s. fratres, filios, nepotes, vxores, cognatos, &c. quia alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri, *de Reg. iur. in 6.* Tandem ſequitur nec illum incidere, qui non reddidit rationem alicuius rei adeò tenuis valoris, quæ furto ablata non conſtitueret mortale.

Idem videtur dicendum de ignorante huiuſmodi reſeruationem inuincibilitèr. Idem de conſulente, mandante, palpante, credente homini ſcientia, & conſcientia prædito, &c.

§. V.
INCIDENTES.

Ex regula, & fundamentis ſequitur primò, illum incidere, qui ſtatìm moralitèr non præſtat, quæ per textum mandantur, quamuis obſeruet alia requiſita per textum. Ratio eſt, tùm quia, cum plura neceſſariò requiruntur ad obſeruationem alicuius præcepti, deficiente aliquo illorum, illud non ſeruatur: bonum enim conſtat ex integra cauſa: tum quia ad veritatem diſiunctiuæ propoſitionis ſufficit alteram partem verificari. *l. Si ita quis, ff. de verb. Obligat.* tùm etiam quia, vbi lex aliquid fieri certo tempore requirit, non ſufficit illud facere poſteriori tempo- 17

re, *L. Si quis mihi bona ff. de Aquir. hæredit.*

Secundò ſequitur, illum incidere, qui non reddit rationem officij adminiſtrati, licet obſeruet alia requiſita.

Tertiò ſequitur, etiam illum incidere, qui re ipſa non perſoluit, quæ debet, & ſi habeat cętera requiſita.

Quartò ſequitur, illum etiam incidere, qui perſoluit tantùm partem eorum, quæ debet, quamuis habeat alias conditiones, vt ſuperius claruit *ſ. 1.* Omniumq; iſtarum appendicum vna redditur ratio, quia nimirùm bonum conſtat ex integra cauſa, & hic deficit modò vna, modò altera conditio.

Quintò ſequitur, illum etiam incidere, qui abſq; cauſa legitima approbanda per Epiſcopum, non reddit rationem adminiſtrati officij ſucceſſoribus in officio, ſed ſolum alijs; nam textus exigit; vt tales adminiſtratores perſoluant, quod debent, ſucceſſoribus in officio, quales non ſunt illi, quibus reddit rationem, vt ſupponitur. Dices, modum non curamus, dummodò effectum habeamus, *l. Si mater C. de Inſtit. & ſubſtit.* nihil enim refert, quid ex æquipollentibus fiat *d. l. Si mater.* Reſpondetur, quòd procedit, niſi modus ſit à lege reſtrictus, & limitatus, vti eſt in propoſito. *Arg. l. Cum hi, ſ. Si prætor ff de Tranſact.* vel procedit niſi ex variatione modi varientur effectus, vt not. in *d. l. Si mater,* & certè ſæpè ſæpius variaretur effectus intentus ab Ordinario, ſi poſſet adminiſtrator reddere rationem adminiſtrati officij, quibus ipſe vellet.

§. VI.

Modus obſeruandus per Confeſſorem Pænitentiarium, antequàm abſoluat annodatum hoc caſu.

TRia obſeruabit. Primum, quòd occupans bona Eccleſiaſtica incurrit excommunicationem reſeruatam per *Conc. Trid. ſeſſ. 22. de Reform. cap. 11.* comprehenditq; etiam rectores piorum locorum cædentes arbores frugiferas, ſi in proprios vſus illas conuertant. Ita declarauit *Sacra Congregatio* teſte *Nald. ver. Bona, num.* 10.

Alterum, quòd adminiſtratores bonorum Eccleſiaſticorum temporalium non accipientes ſtipendium ab Eccleſia ob huiuſmodi officium, tenentur tantum de lata culpa. Ita docet *Petrus Nauar. lib. 3. cap. 4. nu. 125.* vt refert *Nald. loc. cit. num. 13. Armilla verb. Adminiſtrator, nu. 2.* Cęterùm illi, quibus demandatur adminiſtratio bonorum Eccleſiaſticorum temporalium Eccleſiarum, tenentur nedum de lata culpa, ſed de leui etiam; cum pro his adminiſtrandis accipiant ſtipendium; & proindè faciliùs ruunt in peccata, niſi multùm inuigilent circà ſibi concredita. Fa-

Digitized by Google

ta. Paciunt, quæ habet *Nald. vbi ſupra.*

Tertium, aduertat, quòd committens adminiſtrationem indigno ſcientèr tenetur de mala adminiſtratione ſecundum *Innoc. in cap. Ex ratione, de Aetat. & qualit. Armilla v. Adminiſtrator*. Et, ne Confeſſor labatur in errorem circa bona Eccleſiaſtica, aduertat, bona Eccleſiaſtica non eſſe dicenda, ſecundùm communem DD. opinionem, teſte *Nald. verb. Bona, num.* 15. bona Confràternitatum, vulgò Confratriæ Diſciplinatorum: quòd ſecùs eſſet, ſi talia bona eſſent deſtinata in alimenta pauperum. Caueat etiam, ne erret in conſulendo circa bona relicta Eccleſiæ ex manu Laici, quia ſi ex neceſſitate talia bona ſint alienanda, non ideò, quia à Laico ſunt relicta ſine ſolemnitate conſueta, alienari poſſunt, vt notat *Naldus, ver. Bona, num.* 7.

CASVS QVINTVS

SVMMARIVM.

1 (Qui) hoc in loco non comprehendit fœminas.
2 Quæ dicantur pia loca, remiſſiuè.
3 Bona piorum locorum alia mobilia, alia immobilia.
4 Adminiſtrans ab adminiſtratore differt.
5 Conductio eſt duplex, nimirùm perſonæ, & rei.
6 Locatio itèm eſt duplex, nempe perſonæ, & rei.
7 De locatione rerum præcisè loquitur textus.
8 Fraus duobus modis contingere poteſt.
9 Itèm duobus alijs modis.
10 Huius caſus reſeruatio vbi fundetur.
11 Duplex eſt præſumptio, .ſ. potentiæ, & actus, ſeù periculi, & facti.
12 Quo pacto inter ſe differant huiuſmodi præſumptiones.
13 Præſumptio periculi ab illa facti vndè ſecernatur.
14 In præſumptione periculi fundatur textus præſens.
15 Traditur regula generalis præſeferens incidentes in caſum, & non incidentes.
16 Qui non incidunt in caſum.
17 Qui incidunt in caſum.
18 Confeſſarius loca pia adminiſtrantem interroget, num aliquid de bonis piorum locorum ſibi retinuerit.
19 Si illud, quod ſibi retinuit, conſtituat mortale peccatum, examinet.
20 Semel Deo dicatum an ad vſum prophanum conuerti poſſit.
21 Iuxta ſententiam nonnullorum DD. vaſa ſacra, & itèm veſtes ſacræ conuerti poſſunt ad vſus prophanos, ſed quomodò.

IN

Digitized by Google

IN CASVM QVINTVM, .ſ.

Qui piorum locorum bona, quæ adminiſtrant, conduxerint; vel alijs, adhibita fraude, locauerint.

COMMENTARIA.

QVi linceis oculis proſpexerit textum hunc, protinus intelliget, in duas diuidi partes, quarum prima eſt contra conducentes bona piorum locorum, quæ adminiſtrant.

Secunda verò eſt contra locantes dicta bona, adhibita fraude.

Circa vtramq; partem huiuſce textus agentes inſimul ſex percurremus paragrapha, quorum

Primum erit declaratio terminorum.

Alterum, fert fundamentum textus circa reſeruationem huius caſus.

Tertium, erit quædam regula generalis demonſtrans, qui annodentur hoc caſu, qui verò non annodentur.

Quartum, deſignat non incidentes in caſum.

Quintum, demonſtrat incidentes.

Sextum verò erit modus obſeruandus per Penitentiarium priuſquàm abſoluat hoc caſu obſtrictum.

§. I.

Quò ad primum paragraphum ſe offert immediatè videndus terminus (*Qui*) Notandum itaq; terminum iſtum hoc in loco non complecti ſub ſe feminas: nam ipſis adminiſtratio bonorum alicuius pij loci non demandatur, vt etiam in expoſitione præcedentis caſus retuli. 1

Secundus eſt (*Piorum locorum.*) Quæ dicantur pia loca, pro nunc non exponitur, ſed declaratur ſequenti caſu. Ad ibi dicta vos remitto. 2

Tertius eſt (*Bona.*) Notandum autèm, bona eſſe in duplici differentia: nam alia ſunt mobilia, immobilia alia: de immobilibus propriè cenſeo loqui; non enim videtur adeò vſu receptum, vt locentur bona Eccleſiæ mobilia. 3

Quartus eſt (*Quæ adminiſtrant.*) Hæ dictiones idem perindè valent, ac iſtud participium adminiſtrantes. Notandum eſt autèm non modicam eſſe differentiam intèr participium adminiſtrans, & verbale, .ſ. adminiſtrator; nam primum inuoluit in ſe adminiſtrationem actualem: al- 4

terum

Digitized by Google

terum verò ſolum habitualem; velut etiam nomina hæc legens, & lector, fabricans, & fabricator: prima enim deſignant actum, alia verò habitum; non prohibetur autèm hic, quin adminiſtratores illi, qui iam adminiſtrauerunt pia loca, poſſint ea conducere, cùm iam adminiſtrationis officium depoſuerint, ſed tantùm hic inhibetur, ne illi, qui actualem ſuſtinent adminiſtrationem bonorum alicuius pij loci, dum illam habent, poſſint talia conducere bona per ſe, vel per alium.

5 Quintus eſt (*Conduxerint.*) In huius gratiam ſciendum, conductionem eſſe duplicem; alteram perſonæ, rei alteram: conductio perſonæ eſt acceptio viri, aùt mulieris ad vſum, interuentu pecuniariæ, aùt alterius generis mercedis: conductio verò rei eſt ſimilitèr acceptio alicuius rei, vt alicuius vineæ ad vſum mediante pecunia, aùt alia mercede. Ita *Syluestr. verb. Locatio, num.* 1. quaſi ad literam. Modò ad rem noſtram deueniendo cenſeo, textum loqui duntaxat de conductione rei; quod liquidò colligi poteſt ex ipſomet textu, ibi, *Qui bona, &c.*

6 Sextus eſt (*Vel alijs locauerint.*) Locatio itidem duplex eſt, nempè rerum, & perſonarum: de locatione rerum ſolummodò exiſtimo loqui textum, vt conijci poteſt ex ſubiecta materia, & ex præmiſſis in textu: refertur enim verbum (*locauerint*) ad bona, de quibus ſupra.

7 Septimus eſt (*Adhibita fraude.*) Aduertendum, fraudem duobus precipuè modis in propoſito contingere poſſe: alter eſt alicui locando bona,
8 hoc pacto, vt iterùm conductor illa ſibi locet, ſeù ſupponendo aliquem, qui illa ſuo nomine conducat, licèt in locationis ſcriptura alius nominetur: alter eſt locando alicui talia bona minùs debito pretio ſcientèr. Iti-
9 dem fraus duobus alijs modis obtingere poteſt, ſ. implicitè, & explicitè: implicitè in propoſito eſt illa, quam ſolummodò nouit locans, vt ſi adminiſtrator domum loci pij minùs iuſto pretio locaret, conſulendo vtilitati conſanguinei, aùt amici: explicita verò eſt illa, quam vterq; ſ. locans, & conducens nouit, & dicitur conuentionalis. De vtraque intelligendus eſt textus, cum etiam vtraq; grauis, & valdè nociua pijs locis exiſtat.

§. II.

10 Quò ad ſecundum paragraphum. Quæritur, in quo fundetur reſeruatio huius caſus. Et ratio quærendi hinc oritur, quia conductio bonorum loci pij per eos, qui illa adminiſtrant, non videtur de ſe malum, nec videtur conſentaneum, vt iſti, qui fatigantur circa talia bona, ſint deterioris conditionis alijs, qui non adminiſtrant. Reſpondetur, textum iſtum fundari in præcepto adminiſtrantibus facto non conducendi talia bona, inuoluto in ipſo textu. Et præceptum fundatur in præſumptione periculi defraudationis bonorum pij loci, ſi per eos, qui talia adminiſtrant

Digitized by Google

ſtrant bona, conducerentur. Nec obſtat, talium bonorum conductionem non eſſe de ſe malam, aut adminiſtrantes non debere fieri deterioris conditionis, quia textus, velut ſupra retuli, fundatur in præſumptione periculi defraudationis, quæ leuiori negotio valet contingere in adminiſtrantibus, quàm in alijs, cum ipſi non habeant tot ſuperſtites, qui circa talia inuigilent, quot habent non adminiſtrantes; vbi autèm maius periculum, ibi cautius eſt agendum, *l. 1. verſ. Nam, ff. de Carbo. edic.*

Verùm pro intelligentia termini (*Præſumptio*) notandum eſt, præſumptionem duplicem eſſe, nimirum potentiæ, & actus, ſeù, vt alijs placet, periculi, & facti. Præſumptio potentiæ, ſeu periculi contingit, cum legislator non præſumit fraudem in ſingulis caſibus, ſed iudicat circa rem per ipſum vetitam, frequentèr contingere fraudes, vel aliquod incommodum. Cęterùm præſumptio actus, ſeù facti contingit, quando legislator præſumit fraudem in quolibet ſingulari caſu circa rem ab ipſo prohibitam. Et huiuſmodi præſumptiones hoc pacto intèr ſe differunt: quòd lex reſpectu præſumptionis potentiæ, ſeù periculi ſemper obligat, etiamſi circa rem præceptam nulla intercedat fraus. Exempli gratia, conſtitutum eſt in Trident. Conc. vt clandeſtinum matrimonium ſit irritum; ex quo fit, vt tale matrimonium exiſtat irritum, quamùis nulla interceſſerit fraus. Porrò lex reſpectu præſumptionis actus, ſeù facti non obligat in conſcientia, ſi agens circa rem præceptam nullam interpoſuit fraudem. Illuſtro rem exemplo. Lex præcipit, vt intrà ſpatium duorùm menſium à morte teſtatoris hæres conficiat inuentarium rerum teſtatoris, alioquin habeatur, vt defraudator hæreditatis, & proindè obſtrictus ad ſatisfaciendum creditoribus, quamùis bona teſtatoris non ſufficiant; modò eſto hæredem non confeciſſe inuentarium intra taxatum ſpatium, obligabitur ne per hoc in foro conſcientiæ ad ſoluendum creditoribus teſtatoris vltra vires hæreditatis? Minimè. Et ratio eſt, quia lex in foro externo cogens hæredem ad ſoluendum creditoribus vltra vires hæreditatis non confecto inuentario fundatur in præſumptione facti, pręſumens hæredem bona defuncti ſurripuiſſe; talis autèm lex non obligat, ſi veritas eſt in oppoſitum. Ita *Sylueſt. verb. Lex. quæſt. 9. Angelus eodem verbo, num. 4. Salas diſp. 10. de Legibus ſect. 4. num. 19. Sanchez in Opere moral. lib. 4. cap. 15. num. 37. apud Bonac. de Leg. diſp. 1. quæſt. 1. pun. 7. §. 3. vnica prop. num. 10.*

Dices, vndè dignoſci ſolet præſumptio periculi ab illa facti? Dignoſcitur ex hoc ſigno præcipuè, quòd lex fundata in præſumptione periculi regularitèr videtur irritare attentatum contra præceptum, vt patet in exemplo ſupra allato de Matrimonio clandeſtino abſque fraude inito, quod irritum redditur; quamùis abfuerit, vt dixi, omnis fraus. Quod ſecùs eſt in præſumptione facti, ſaltèm quò ad forum internum, in quo

nos

14 nos ſumus. Modò applicando doctrinam ad propoſitum noſtrum, dico, textum hunc fundari in præſumptione periculi. Hinc fit, vt ſi, qui adminiſtrant bona locorum piorum, illa conducerent de facto contra præceptum, quamùis in tali conductione per ipſos nulla adhibita fuiſſet fraus; attamèn in foro conſcientiæ irrita, & nulla eſſet talis conductio ex parte conducentium. De hac re conſului viros doctos, qui in hac erant ſententia. Dices, ceſſat ne vnquam huiuſmodi periculi præſumptio? Reſpondetur non ceſſare, quouſq; in totum ceſſet periculum. Quod neſcio, quando hoc erit: non enim ſufficit abeſſe periculum reſpectu huius perſonæ, ſed debet abeſſe reſpectu vniuſcuiuſquè alterius.

ADDITIO.

S*vbtilis eſt, & difficilis diſtinctio* facti, & periculi *propoſita ab* Auctore hoc ſ. 2. per totum, *quare, pro reſolutione breuiori dubij huius ſæpiſſimè practicabilis, dico, quæſtionem, an ſubſiſtat in conſcientia foro locatio, vel conductio bonorum loci pij facta ab adminiſtratore ſine fraude, & dolo, iuſtè, & æquo pratio, pendere ab illa agitatiſſima theſi, an ceſſante fine adæquato legis poſitiuæ in aliquo particulari caſu, ceſſet pro eo etiam lex ipſa. Agentes de hac vniuerſali controuerſia DD. mirè diſſident. Negat legem ceſſare in particulari, ceſſante ipſius fine* Suarez, Vaſquez, Sanchez, Coninch, Sotus, Couaruuias, Bonacina, & alij apud Dianam p. 1. tract. 10. reſol. 28. Coton. controuer. to. 1. l. 1. ca. 6. Palaus cum allegatis to. 1. de ceſſatione legis punc. 1. diſp. 5. tract. 3. num. 10. *& eorum eſt potiſſima ratio, quia Lex fertur ob finem vniuerſalem, & generalem, non ob particularem; ideoque perſeuerabit ipſa lex, quo vſque finis durabit vniuerſaliter.*

È contra docent frequentiſſimi, legem ceſſare, ipſius fine ceſſante, etiam in indiuiduo; quam ſuſtinent Henriquez, Comitolus, Sa, Granadus, Nauarrus, Angelus, Loſa, Megala cum Diana l. c., & p. 5. tra. 14. reſol. 96. Mendoza in 2. 2. tom. 1. diſp. 74. ſect. 3. §. 26. Tambur. in Decal. lib. 2. cap. 1. num. 38. & ſeq. Illuſtriſs. Caramuel in Theol. fundament. editione 1. num. 434. & 2. num. 636. Abbas ipſe Panormitan. in capit. quoniam de probat. num. 6. & in cap. quia inſulis de Regularibus, & Silueſter quæſt. 8. & 9. verbo lex. *Et iſtius ſecundæ aſſectionis fundamentum eſt; quia ſi Lex ceſſat in totum, ceſſante in totum eius vtilitate, ſic ceſſabit in caſu, ſi in caſu ceſſet vtilitas; nam à toto ad partem valet arguere* L. quæ de tota ff. de rei vindicat.

His præmiſſis, cum ſit valde probabilis ſecunda concluſio, & ex intrinſeca ratione, & ex magno DD. extrinſeco plauſu, de quo teſtatur Diana p. 5. t. 24. reſol. 96. *Dico locationem factam amico adminiſtratoris, vel conductionem*

Digitized by Google

ctionem bonorum pij loci factam ab ipſomet adminiſtratore iuſto prætio in foro conſcientiæ validam eſſe, & legitimam, ſicque per conſequens, non peccare ipſum adminiſtratorem, ſaltem lethaliter, nec affici reſeruatione huius quinti caſus. Ratio eſt, quia, vt patet ex ipſo textu tabellæ, ſupponit Illuſtriſſimus reſeruans, conductorem loci pij, ſi ſit etiam adminiſtrator, fraudare in prætio, & ſibi, & ſuis, cum præiudicio cauſæ piæ, nimium indulgere; ideoque ad finem vitandi locorum piorum detrimenta vetat, adminiſtratorem poſſe in facto proprio diſponere, vel in cauſa conſanguineorum, ſiue amicorum. Qui finis ſi adequatè ceſſet in aliquo caſu, in quo inueniatur adminiſtrator, conducens iuſto prætio, vel alijs coniunctis locans iuſta penſione actus erit legitimus, & à lege reſeruante pro foro conſcientiæ non vetitus, nec comprehenſus.

Neque mouet argumentum ab Auctore adductum ex Conciliari decreto contra clandeſtina matrimonia; In illis enim finis legis ceſſare nequit in quolibet caſu; nam niſi adſint duo teſtes nunquam contractus matrimonij poterit plenè probari, & niſi adſit Parochus nunquam poterit in libris Parochialibus conſtare ad memoriam perpetuam de nuptijs ritè ſtabilitis. Accedit, quod ibi intereſſentia Parochi, & teſtium inducitur verbis expreſſis, tanquam pro forma, & de ſubſtantia, ita vt rotondè ſe exprimat Concilium, quæcumque connubia ſecus facta irrita eſſe, & nulla; ex quibus patet, non fundari Concilium in aliqua præſumptione, quæ ceſſare poſſit, nec dari poſſe epicheiam in caſu particulari, quæ validet actum ommiſſis conditionibus à Tridentino præſcriptis, vt latè Nauarrus conſ. 44. de ſponſal. Coninch diſput. 27. dub. 1. Baſil. Pont. de matrim. lib. 5. cap. 6. Barboſa in collect. ad Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 1. num. 140. Rota Romana deciſ. *646.* num. 1. par. 1. diuerſorum.

Minus officit, quod conſiderat Lupus num. 14. *periculum, ſeu finem legis ceſſare debere non ſolum reſpectu perſonæ particularis, ſed vniuſcuiuſq; alterius, nam in hac noſtra adittione, contrarium reſoluendo, nitimur fundamento oppoſito; nempe legem ceſſare, ceſſante ipſius fine adequatè in indiuiduo, reſpectu fori conſcientiæ, cum* Nauarro, Mendo, Tamburino, Sà, Caramuele, & alijs ſupracitatis.

§. III.

Quò ad tertium paragraphum. Traditur regula generalis pro doctis, ex qua vnà cum fundamentis ſatis colligere poſſunt, qui incidunt, & qui non incidunt in caſum. 15

REGVLA.

Ad incurrendum caſum ſufficit altera iſtarum conditionum.

Prima, vel vt adminiſtrantes bona piorum locorum, illa conducant, licèt ſine fraude, ſiuè per ſe, ſiue per tertiam perſonam.

Secunda, vel vt locent dicta bona adhibita fraude. Claret regula perſpecto textu.

Pro minus peritis practicatur regula ſimul cum fundamentis.

§. IV.

NON INCIDENTES.

16 Ex regula ſequitur primò illum non incidere, qui actualitèr talia bona non adminiſtrat illa conducendo, quamùis aliàs adminiſtrauerit; quia textus, vt ſupra notatum fuit, loquitur de adminiſtrantibus impræſentiarum, non autèm de alijs.

Secundò ſequitur, adminiſtrantem non incidere conducendo perſonas ſiuè mares, ſiuè fęminas talium locorum: nam, vt ſupra allatum fuit in primo paragrapho num. 5. textus non cantat de conducentibus perſonas, ſed bona. Condiſtinguuntur autèm bona à perſonis, vt claret apud *Benedictum Canophylum in Compend. iur. canon. & ciuil. tit. de Perſonis, & tit. de Rebus, lib.* 1.

Tertiò ſequitur, nec illum incidere, qui locat operas alicuius perſonæ talium locorum, quamùis adhibita fraude: quia textus loquitur tantùm de locantibus bona, prout ſupra *§. 1. num. 6.*

Quartò ſequitur, nec illum incidere, qui, conſulto viro docto, ac fide digno, talia conduxit bona. Ratio eſt, tùm quia conſulens virum doctum, ac fide dignum excuſatur à mortali, & proindè à reſeruatione: tùm quia conductio bonorum loci pij per adminiſtrantem talia bona, non eſt de ſe malum. Faciunt, quæ habet *Zanardus in Directorio Theologorum par. 2. tract. de pęnis minu. cap.* 4. Et idem dicitur de illo adminiſtrante prædicta bona, qui credebat ſibi licere talia conducere bona. Ratio eſt, tùm quia ad conſummandum delictum requiritur cognitio mali in intellectu, .s. quòd cognoſcat tale quid per legem humanam ſub reſeruatione vetitum eſſe; & malitia in voluntate, vti teſtatur *Zanardus*

par. 2.

Digitized by Google

par. 2. *Directorij Theologorum tract. de pœnis minuend. cap.* 2. tùm quia *in leg. Igitùr, verſ. Et generalitèr, ff. de Liberali cauſa*, habetur, quòd quælibet credulitatis cauſa, etiamſi ſit leuis, à dolo excuſat, & conſequentèr à pęna, ſaltèm, dico ipſe, in parte: quæ tamen regula fallit primò in his, quæ ſunt notoria iure diuino: ſecundò vbi ſtatutum decernit ad pęnam infligendam ſufficere latam culpam, etiam ſine malitia, & dolo. Sed hæ fallentiæ non militant in propoſito huius textus, quia hoc ius non eſt diuinum, ſed humanum, nec apud ſingulos ſeculares videtur eſſe notorium.

Quintò ſequitur, nec illum incidiſſe, qui adminiſtrando bona piorum locorum conduxit alia bona pia. Ratio eſt, quia textus prohibet tantùm conductionem bonorum pij loci, quæ ipſi actualitèr adminiſtrant.

Sextò ſequitur, nec illum incidiſſe, qui piorum locorum bona, quæ adminiſtrat, conduxit, ſi tunc detinebatur ignorantia inuincibili huius reſeruationis caſus: nam dicta ignorantia reſpectu iuris humani excuſat à peccato, & proindè a reſeruatione, quæ ſupponit mortale. Idem dicitur de illo, qui cogitationem aliquam, vel aduertentiam reſeruationis huius textus habuit, & adhibita morali diligentia non cognouit veritatem rei, & ob id non abſtinuit à conductione bonorum pij loci, quæ adminiſtrabat. Et ratio eſt, quia talis ſupponitur probabili ignorantia detineri. *Ita Azorius par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 12. *quæſt.* 1. *Rodriquez in Sum. par.* 1. *cap.* 23. *concl.* 7. *Bonac. de Legib. diſp.* 2. *quæſt.* 8. *punct.* 3. *prop.* 1. *num.* 12. *&* 15.

ADDITIO.

IN ſententiâ probabili non ſolum excuſat ignorantia culpæ, ſed etiam ipſius reſeruationis; ideoque neſciens conductionem bonorum, de qua caſus, prohiberi, non peccabit; quod ſi ſciat prohiberi ſub mortali, ignoret tamen reſeruatum eſſe tale peccatum, adhuc vitabit reſeruationem ex notatis par. 1. in addit. ad diſtinct. 23. num. 5. art. 1. pag. 295. *& Latius* in addit. ad diffic. 1. art. 2. diſt. 3. pag. 42. *Quod maximè procedit in quæſtione caſus quinti Tabellæ, ex conceſſis ab ipſomet* Lupo dict. par. 1. diſt. 3. art. 2. difficultate 2. pag. 41.

Septimò ſequitur, non incidiſſe, adminiſtrantes dicta bona, vtendo interdum aliquo bono mobili, vt aliqua ſuppellectili, aut ſtrato loci pij, quia in hoc non debent eſſe deterioris conditionis non adminiſtrantibus, cum huiuſmodi rerum mobilium vſus non ſit conductio, nec locatio: à diuerſis autèm non ſit illatio, *l. Papinianus ff. de Minorib.* Ideò ſi vſu re-

ceptum ſit, vt talia mobilia interdum vſu accommodentur extraneis, cur non erit integrum eademmet bona adminiſtrantibus comodati nomine concedere?

Octauò, nec illum incidiſſe, qui adminiſtrando bona piorum locorum locauit bona ſua patrimonialia, ſeù alia ſua bona, vt aduentitia, profectitia, caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia, licèt etiam adhibita fraude. Ratio eſt, quia textus loquitur duntaxat de locatione bonorum pij loci, vt de ſe patet intuenti literam textualem.

§. V.

INCIDENTES.

17 Ex regula generali ſequitur primò incidere adminiſtrantes conducendo bona piorum locorum, quæ adminiſtrant, tametſi hoc præſtent abſq; fraude. Ratio eſt, quia textus directè militat contra eos, nec ſuffragatur illis bona fides, ſeù innocentia, quam ſeruant in tali conductione: quia præceptum non conducendi per ipſos talia bona non fundatur in præſumptione actus, ſeù facti, ſed in præſumptione periculi, quod veriſimilitèr per tales poſſet obtingere, cum non habeant iſti æqualem numerum ſuperſtitum, ac illi, qui bona piorum locorum conducendo, actualitèr illa non adminiſtrant.

ADDITIO.

P*Robabilitas contrariæ ſententiæ naſcitur ex dictis ſupra in* additione ad numerum 14. ad finem §. 2.

Secundò ſequitur, illum adminiſtratorem dictorum bonorum incidere, qui alteri locat piorum locorum bona, conditione, vt denuò ab ipſo ſtatìm ac fuerit electus adminiſtrator talis loci pij ſibi locentur, ſi ſaltem implicita ſit fraus. Patet ex textu, & ex iactis fundamentis §. 1. n. 9.

Tertiò ſequitur, incidere adminiſtrantem dicta bona, conducendo illa, licèt hoc faciat tantùm per alium, & in ſcriptura alius nominetur. Claret tùm ex iactis fundamentis: tùm quia ad regulam diſiunctiuam ſufficit altera pars verificari, *l. Si ita quis, ff. de verb. oblig.*

Quartò ſequitur, incidere adminiſtrantem dicta bona, ſi alicui illa locat minoris, quàm par eſt, vt ſupra claruit ex fundamentis, §. 1. n. 9.

Modus

§. VI.

Modus obſeruandus per Pœnitentiarium, priuſquàm abſoluat hoc caſu irretitum.

TRia obſeruabit. Primum interrogabit, num de bonis piorum lo- 18
corum adminiſtratis aliquid mala fide ſibi retinuerit, quia facien-
da eſt reſtitutio iuxta regulas paſſim traditas à DD. de poſſeſſore malæ fi-
dei, admonebitq; obligationis ſtatìm faciendæ, ne mora temporis deli-
ctum pariat iuxta *Regulam iuris in 6.* Mora ſua cuilibet eſt nociua.

Alterum, interrogabit vlterius, ſuppoſito quòd de dictis bonis faſſus 19
ſit ſe aliquid retinuiſſe, an bona retenta ſint in magna, vel parua quanti-
tate. Si in magna pertingente ad quantitatem mortale conſtituentem,
vrgebit de reſtitutione: tùm quia non dimittitur peccatum, niſi reſtitua-
tur malè ablatum: tùm etiam quia peccati venia non datur niſi corre-
cto; nec poteſt dici correctus, qui cum poſſit, renuit reſtituere malè
ablatum. Sumus in claris.

Cæterum, ſi res, quas adminiſtrans dicta bona ſibi retinuit, ſunt in
parua quantitate, attendet, an ex huiuſmodi furtis paucæ quantitatis
conſurgat quantitas conſtituens mortale obligans ad reſtitutionem.

Tertium, admonebit illum, res ſemel Deo dicatas ad vſum ſui, vel
ſuorum conuertere non poſſe, iuxta *Regulam iuris in 6.* Semel Deo dica- 20
tum, &c. vt patet ex *Cap. Ligna, de Conſecr. diſt.* 1. *& Cap. Quæ ſemel,* 21
19.*quæſt.* 3. ſunt tamen nonnulli Doctores ſentientes, vaſa & veſtes con-
uerti poſſe in vſus prophanos, dummodò prius ipſa vaſa frangantur, &
veſtium formæ auferantur, vt habet *S. Thomas* 22.*quæſt.* 100. *art.* 4. *&*
Tolet. poſt ipſum lib. 5. *cap.* 89. *num.* 11.

CASVS

CASVS SEXTVS

SVMMARIVM.

1 *Terminus* (Qui,) *hoc in loco minimè comprehendit fœminas.*
2 *Notariorum duplex eſt differentia.*
3 *De primis Notarijs textum loqui probabilitèr reor.*
4 *In ſententia Gambarupta in legatis pijs nomen Notarij extenditur, ſed ad quos.*
5 *Intra duos menſes facienda eſt denunciatio legatorum piorum.*
6 *A die ſcientiæ mortis teſtatoris tempus denunciandi legata pia percurrere incipit.*
7 *Legatum pium quid ſit.*
8 *Nomine piæ cauſæ quæ veniant.*
9 *An legatum à donatione cauſa mortis differat.*
10 *Quid ſit denunciatio iuxtà ſubiectam materiam.*
11 *Sat eſt, ſi Notarius denunciet, ſeù notificet illis, quibus de iure, Capitulum vbi legitur legatum pium.*
12 *Huius caſus reſeruatio vbi fundetur.*
13 *Regula generalis demonſtrans incidentes, & non incidentes in caſum.*
14 *Non incidentes ex defectu primæ conditionis regula generalis.*
15 *Non incidentes ex defectu ſecundæ conditionis regulæ.*
16 *Non incidentes ex defectu tertiæ particulæ.*
17 *Itèm non incidit, qui decreuit differre denunciationem vltra duos menſes, ſi re ipſa poſteà ita minimè ſe habuerit.*
18 *In caſum hunc incidentes qui.*
19 *Notarius, qui fraudolentèr ſe abſentat, quando incidat.*
20 *Pœnitens ſequitur forum Confeſſarij.*
21 *Notarius, qui antè reſeruationem diſtulit per duos menſes denunciationem legati pij, ſi poſteà ſequatur reſeruatio, per ſimplicem Confeſſarium minimè abſolui poterit.*
22 *Diſcrimen intèr caſum hunc, & excommunicationem.*
23 *Toties Notarius incidit in caſum hunc, quoties intrà duos menſes non denunciat: ſed quando incipiat decurrere tempus.*
24 *Graue peccatum eſt defectus denunciationis.*
25 *Notarius omittens denunciationem cauſat damna, & lites.*
26 *Notarij admonendi ſunt, vt extendant teſtamenta.*
27 *Conſilium dandum teſtatori per Notarium, vel Confeſſarium.*

IN CASVM SEXTVM

Qui Notarij intrà duos menſes à morte Teſtatoris legata pia non denunciauerint.

COMMENTARIA.

Circa hunc caſum 7. percurremus paragrapha, quorum Primum erit expoſitio terminorum textus.
Alterum, fundamentum reſeruationis huiuſce caſus.
Tertium, quædam regula generalis demonſtrans incidentes, & non incidentes in caſum.
Quartum oſtendit non incidentes in caſum.
Quintum demonſtrat incidentes.
Sextum fert annotationem circa incidentes.
Septimum denique docet modum obſeruandum per Pęnitentiarium circa alligatum caſu iſto.

§. I.

Quo ad primum paragraphum, primus terminus, qui ſe offert declarandus, eſt *(Qui,)* circa quem dicimus hoc in loco non comprehendere feminas, cum notarij officio fęminæ non fungantur, vt conſtat ex praxi ſufficientèr inolita. 1

Secundus terminus eſt *(Notarij.)* Circa quem obſeruandum eſt Notarios in duplici eſſe differentia, quidam vocantur primi iuxta multorum locorum ſtatuta, & quidam ſecundi. Primi ſunt, qui conficiunt, extendunt ſiuè per ſe, ſiuè per alium teſtamenta, ſe ſubſcribentes cum ſui notariatus publici ſigno, vti ab eis ſtipulata; apud quos etiam manent ea teſtamenta. Secundi ſunt, qui rogantur à primis, vt poſt eos ſe ſubſcribant adhoc, vt teſtamentum ſit factum cum ſolemnitate à iure municipali præſcripta. De primis tantùm cenſeo, loqui textum, quia ex recepta conſuetudine iſtis prorſus relinquitur onus talia denunciandi legata; & proinde etiam iſti ſolummodò incidunt in caſum, omittendo denunciationem dictorum legatorum intra tempus à iure textuali decretum. 2 3

Verùm ſi volumus eſſe cum *Gambarupta de Caſib. reſer. caſu* 14. extendendum eſt nomen Notarij in legatis pijs ad quoslibet, etiamſi Notarij non ſint, dummodò teſtatoris mentem ſcribant, vel notent præſentibus teſtibus in defectum Notarij, vult .n., quòd iſti quoquè teneantur. 4

Tertius terminus eſt *(intra duos menſes.)* In gratiam huius termini 5
notan-

notandum eſt, quòd licèt ſpatium duorum menſium in alijs iuribus poſſet fortaſſe intelligi tàm excluſiuè, quàm incluſiuè; verùmtamen hic cogimur dicere dumtaxat incluſiuè eſſe intelligendum, quod liquidò colligitur ex dictione illa (*intra*,) quæ nullum relinquit locum dubitandi.

6 Quartus terminus eſt (*à morte teſtatoris*,) ideſt à die ſcientiæ mortis teſtatoris, velut iam expoſuit *Lelius Zecchius de Caſib. reſeru. in Diœceſi Brixienſi caſ.* 7. quæ ſanè expoſitio admodùm conſona eſt rationi; quia non debet percurrere tempus inuincibilitèr ignoranti, alioquin Notarius interdum incideret abſq; vlla prorſus culpa, quod abſurdum eſt. Notandum itaq; cum *Graff. lib.* 2. *Caſuum reſeruatorum cap.* 21. *num.* 9. diuerſa iura citante, ſpatium hoc duorum menſium non currere ignoranti; & addit, quòd nec currit Notario diebus feriatis, in quibus non eſt copia agendi. Verùm hæc additio videtur potius deſeruire foro externo, quàm interno, in quo nos ſumus.

7 Quintus terminus eſt (*Legata pia*.) Pro intelligentia ſciendum eſt legata pia eſſe quaſdam donationes à teſtatore relictas pro anima ſua pauperibus, Eccleſijs, vel alijs pijs locis ab hæredibus, vel fideicommiſſarijs poſt mortem teſtatoris, & aditam hæreditatem præſtandas. Ita *Bellochius de Caſib. reſer. par.* 2. *q.* 1. *nu.* 307. *poſt Angelum verb. Legatum* 2. verùm *Lelius Zecchius loc. cit.* addit legata pia relinqui etiam pro Dei, & Sanctorum honore, quod profectò verum eſt.

8 Dices nomine piæ cauſæ quæ veniunt in iure? Satisfacit quæſito *Tiraquellus in Proœmio tract. de priuil. piæ cauſæ*, ſimili modo proloquens. Dicitur pia cauſa.

1 Eccleſia, & Monaſterium.
2 Monachus etiam particularis, ſi fiat ei legatum intuitu pietatis, non autèm ſi fiat tantùm ratione conſanguinitatis, aut amicitiæ.
3 Hoſpitale ſiuè fuerit conſtructum auctoritate Epiſcopi, ſiuè non.
4 Oratorium, vbi congregantur confratres, ſiuè ſit dicatum Deo, ſiuè alicui Sancto; ipſi tamen confratres non veniunt nomine cauſę pię.
5 Pauperes.
6 Viduæ, & pupilli, ſi ſint pauperes.
7 Miſerabiles perſonæ.
8 Legata ad redimendos captiuos.
9 Legatum in cauſam alimentorum, ſi fiat pauperi, vel indigenti.
10 Dos pro maritandis virginibus pauperibus.
11 Legatum pro imagine pingenda.
12 Legatum cauſa ſtudij Theologiæ.
13 Constructio, & reparatio, ſiuè refectio pontium, & viarum: item fortificatio Patriæ, & quod fit in publicam vtilitatem.
14 Conſtructio monumenti neceſſarij, dempta parte ad pompam tendente.

15 Le-

15 Legatum relictum meretrici, vt ad meliorem frugem redeat.
16 Legatum pro reſtitutione incertorum, & malè ablatorum.
17 Legatum deniq; vt ſemel finiam, pro ornamentis Eccleſiæ, pro fabrica illius, pro oleo lampadis, &c.
18 Ceterùm legatum conſanguineo diuiti, vel amico itidem diuiti, licèt in teſtamento dicatur legatum pro anima; attamèn non eſt pium. Ita *Tiraquellus loc. cit. apud Gambaruptam de Caſib. reſer. caſu* 14.

ADDITIO.

Qvamuis legata ad publicam vtilitatem æquiparentur in iure ciuili legatis pijs, & illorum priuilegijs ſæpe decorentur, vt l.c. Tiraquellus; *tamen in ſtricta interpretatione nomine legati pij venire nequeunt, & per conſequens, neque ſub reſeruatione præſenti comprehendi. Ideo inter ſpecies legatorum piorum* ab Auctore *noſtro hic enumeratas* duodecimam, decimam tertiam, & decimam quartam *excipio, quæ niſi fiant amore Dei, vel in ſuffragium animæ, in ſtricta appellatione legata pia nequeunt nuncupari. Notarius igitur in tempore ſtatuto non reuelans talia legata pro ſtudio, pontibus, vijs, publica vtilitate, vel monumento, &c. reſeruatione non ligabitur: quia in propria ſignificatione illud eſt tantum legatum pium, quod ad Dei, aut Sanctorum honorem, vel animæ ſalutem, Eccleſiæ, Capellæ, Monaſterio, Confraternitati, Hoſpitali, Monti pietatis, in Eleemoſinarum largitionem, ſatisfactionem peccatorum, vel ſuffragium animarum in Purgatorio exiſtentium ſcribitur, vel mandatur.* Molina de iuſt. & iure tom. 1. tract. 2. diſput. 134. Syluester verbo Legatum 5. quæſt. 1. & 2. Graffius in praxi lib. 2. cap. 26. num. 10. & cap. 22. num. 3. Laiman lib. 3. tract. 4. cap. 2. num. 1.

Quæres, an legatum differat à donatione cauſæ mortis? Cui quæſito affirmatiuè reſpondet *Angelus, verb. Donatio* 11. & ratio eſt, tùm quia legatum fit etiam nolenti; donatio verò cauſa mortis minimè: tùm quia legatum non traditur à legante legatario: donatum verò cauſa mortis ſæpiùs traditur à donante donatario: tùm præterea quia filius familias non legat, donat verò cauſa mortis, de conſenſu tamèn patris. Alias etiam aſſignat differentias, quas breuitati conſulendo omitto. *Roſella* verò *verb. Donatio, 2. num.* 7. addit accuſantem teſtamentum, legatum perdere, non autèm donationem. 9

Sextus terminus eſt (*Denunciauerint.*) Denunciatio ad propoſitum noſtrum (relictis alijs modis non ſpectantibus ad hanc facultatem) eſt manifeſtatio legati relicti per teſtatorem delata per Notarium; qui teſta- 10

Digitized by Google

mentum confecit, coram Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Epiſcopo, vel eius Vicario Generali, vel Cancellario; vel coram illis, quibus relictum fuit tale legatum, iuxta locorum conſuetudinem. Ita *Lelius Zecchius, vbi*
11 *ſupra*. Et ſufficit, ſi Notarius manifeſtet capitulum continentem legatum piæ diſpoſitionis, iuxta notata per *Abbatem in cap. 1. de Probat.*

§. II.

12 Quò ad ſecundum paragraphum, in quo quæritur, vbi fundetur reſeruatio huius caſus. Reſpondetur fundari in hoc, quòd tàm omiſſio denunciationis piorum legatorum, quàm notabilis dilatio eſt admodum grauis culpa, quæ ſanè grauitas dignoſcitur nedum ex hac reſeruatione, & grauiſſimo damno, quod ex omiſſione denunciationis euenit teſtatoribus in Purgatorio degentibus, ſed etiam ex excommunicatione, qua dicti Notarij ligari poſſunt ob hoc delictum, vt conſtat *ex cap. Qui oblationes*, 13. q. 2.

ADDITIO.

Excommunicatione ligari poſſunt Notarij, legata pia non denunciantes de iure communi. At in noſtra Prouincia ſi differant ſcienter denunciationem ipſam legati pij vltra tres menſes à morte teſtatoris ſententiam excommunicationis ipſo facto incurrent, vt patet ex Concilio Prouinciali primo D. Caroli p. tert. tit. pr. de piorum locorum adminiſtratione §. pœnam, *quæ conſtitutio melius innouatur, & explicatur in* Concilio pariter prouinciali ſecundo tit. 3. Quæ ad bona, & iura Eccleſiarum, & piorum locorum attinent. decr. 17.

Animaduerto tamen, hanc Conciliarem excommunicationem non eſſe reſeruatam, ſicque tolli poſſe à Parocho, vel à Confeſſario ſimplici iuxta tradita par. 1. in addit. pag. 79. *& vt docet* Gibalinus in ſuis diſquiſitionibus Canonicis, de ſacra iuriſdictione in pœnis ferendis diſquiſit. 9. qu. 3. conſectario XV. num. 31. & alibi *iuxta textum in* cap. Nuper de ſent. excom.

§. III.

13 Quò ad tertium paragraphum traditur regula generalis pro doctis, quæ vnà cum iactis fundamentis in expoſitione terminorum textus ſat ipſis claret, qui incidant, & qui non incidant in hunc caſum.

REGVLA.

Ad incurrendum hunc caſum tria copulatiuè requiruntur.

Primum,

Digitized by Google

Primum, vt Notarij ſint ex primis.

Alterùm, vt dicti Notarij habuerint ſcientiam mortis teſtatoris.

Tertium, vt item dicti Notarij ſpontaneè, aùt fraudolenter legata pia intra præfixum tempus denunciare noluerint.

Conſtat regula ex iactis fundamentis.

Pro minus peritis practicatur regula cum fundamentis.

§. IV.
NON INCIDENTES.

Ex defectu primæ conditionis regulæ, (*ſ. vt Notarij ſint ex primis*) ſequitur primò illum Notarium non incidere, qui fuit rogatus pro ſecundo notario, quia, vt ſupra retulimus, textus intendit tantùm de primis Notarijs, qui conficiunt teſtamentum cum legatis pijs. 14

Secundò ſequitur non incidere illos cuiuſcunq; conditionis ſint, ſiuè mares, ſiuè fœminæ, ſiuè ſeculares, ſiuè Regulares, ſiuè Clerici in minoribus, aùt maioribus, ſiuè Sacerdotes, qui teſtatoris mentem ſcribunt, licèt præſentibus teſtibus, omittendo denunciationem legati pij. Ratio eſt, quia non ſunt comprehenſi ſub litera textus, contra *Gambaruptum, loc. cit.* leges .n. maximè odioſæ non ſunt explicandæ vltra proprietatem verborum naturalem, & ciuilem; quia homines per ſe loquendo loqui conſueuerunt iuxta proprietatem verborum vſu receptam; idcircò, & legislatores cenſentur talitèr locuti, vt communi hominum intelligentiæ ſeſe accommodarent. Nomine autèm Notariorum non veniunt, niſi illi, de quibus ſupra in ſeptima ſequela dictum eſt, *Emanuel Sà, ver. Interpretatio, num. 1. Clauis Regia lib. 5. cap. 8. Bonac. de Legib. diſp. 1. qu. 1. punct. 8. num. 14. & alij.* Hæ conſequentiæ patent etiam ex defectu primæ conditionis regulæ.

Ex defectu ſecundæ conditionis regulæ, ſ. vt dicti (*Notarij habuerint ſcientiam mortis teſtatoris,*) ſequitur non incidere Notarium denunciantem legata pia ſolummodò ſexageſima prima die à die ſcientiæ mortis teſtatoris, quia illa propoſitio grammaticalis (*à*) poſita in textu accipienda eſt excluſiuè, præterquàm in caſibus iure expreſſis, vel vbi abſurdum, vel inconueniens ſequeretur. Non incidit itaq; prædictus Notarius, quia non computatur in termino dies, in qua obijt teſtator, iuxta axioma illud legale, Dies termini non computantur in termino. Quapropter *Antonius Naldus, ver. A. Ab.* dicit, quòd, ſi in aliqua lege, aùt ſtatuto ponatur ſpatium duorum menſium ad aliquid peragendum, qui ſexageſima prima die compleuerit actum illum, obligationem ſuam impleuiſſe cenſebitur. 15

 Idem

Idem ſequitur de illo Notario, qui facit pro ſe diem additum ratione anni Biſſextilis menſis Februarij.

16 Quartò, ex defectu conditionis tertiæ particulæ regulæ, *.ſ. vt ſpontaneè, aùt fraudolentèr noluerit, &c.* ſequitur non incidere, Notarium non denunciantem legatum prophanum, vel donationem cauſa mortis, quia hæc ſunt diuerſa à legatis pijs, vt ſupra notatum fuit, & à diuerſis non fit illatio, *l. Papinianus, ff. de Minoribus.*

Quintò ſequitur, non incidere Notarium, qui intrà duos menſes à morte teſtatoris non denunciat eius legata pia, ſi omittat, vt priùs conſequatur pecuniam ſibi debitam ab ipſo teſtatore, quam probabiliſſimè timet non eſſe ſibi ſoluendam, ſi priùs legata pia ſoluerentur. Et ratio eſt, tùm quia huiuſmodi denunciationis omiſſio non procedit ex fraude, aùt dolo, ſed vt ſeruet ſe indemnem: tùm quia legata pia non debentur cauſæ piæ, niſi deducto ære alieno.

Sextò ſequitur, Notarium illum non incidere, qui legata pia non denunciat perterritus minis alicuius, qui conſueuit illas executioni demandare. Et ratio eſt, tum quia hìc deficit omnis fraus, vt ſupponitur, tùm quia Eccleſiæ præceptum non obligat cum tanto incommodo. Ita *Graff. lib. 2. Caſ. reſer. cap. 21. num. 39.*

Septimò ſequitur, non incidere Notarium illum, qui ignorabat omiſſionem denunciationis eſſe peccatum reſeruatum. Ratio eſt, tùm quia deficit fraus: tùm quia, quamuis reſeruatio afficiat ignorantes ius diuinum naturale, .ſ. decem decalogi præcepta, cum de ſe nota ſint; attamèn non afficit ignorantes ius poſitiuum, quale eſt præceptum Notarijs impoſitum denunciandi legata pia intra ſpatium duorum menſium, *Say. de Cenſ. lib. 1. cap. 18. Azorius Inſtitut. Moral. lib. 1. cap. 15. qu. 3. Sanchez de Matrim. lib. 9. diſput. 32. quæſt. 3. Homob. de Caſib. reſer. par. 1. de cauſa efficiente caſ. reſeru. aſſert. 2.* Et nos ſupra par. 1. diſtin. 3. artic. 2. diffic. 2. idem & ob eandem rationem dicitur de illo, qui per obliuionem, aùt inconſiderationem omiſit denunciationem dictorum legatorum.

Octauò ſequitur, illum Notarium non incidere, cui à teſtatore commiſſum fuit, vt non denunciaret legata pia à ſe facta, niſi poſt tantum temporis ſpatium, vt poſt ſex menſes. Ratio? Quia hìc non eſt culpa, nec fraus. Hæ quinq; vltimæ conſequentiæ deducuntur ex defectu fraudis, vt patet.

Ex regulis generalibus reſeruationis.

17 Nonò ſequitur, non incidere Notarium, qui decreuit denunciationem vltrà duos menſes differre, vt amici ſui vtilitati conſuleret, ſed tamen non diſtulit. Ratio eſt, quia, quamuis iſte peccauerit grauitèr ratione talis propoſiti; attamèn non incidit in caſum: tùm quia reſeruatio intelligi debet de actibus exterioribus cum effectu, vt tradit *Naldus ver. Caſus, num. 3.*

num. 3. & 4. poſt Henriquez de Pœnit. lib. 3. cap. 14. num. 6. & communitèr Doctores: tùm quia mens retenta nihil operatur, *l. Si repetendi*, *C. de Condit. ob cauſam*, *l. Si maiores*, *C. de Tranſact.*

ADDITIO.

D*Ecimò ſequitur, non ligari reſeruatione Notarium, qui legata pia in teſtamento ſolemni*, (vulgo ſigillato) *contenta non denunciat, quia ſcire non debet, quæ in ipſo teſtamento ſolemni contineantur, iuxta formam traditam per* L. hac conſultiſſima C. de teſtam. ſ. ſed cum paulatim, *quam explicant* Laiman lib. 3. tract. 5. cap. 1. num. 3 Picard. in inſtit. ad tit. de teſt. ordinand. & Card. de Lugo to. 2. de iuſt. diſp. 24. *Quod ſi per accidens ſciat vel quia furtiuè legerit teſtamentum tempore, quò ſigillis muniebatur, vel quia audiuerit ab ipſo teſtatore, aut ab eius domeſticis, quænam legata pia in tabulis teſtamentarijs comprehendantur, id non cognoſcit tamquam notarius, ſed tamquam perſona priuata; Et publicare voluntatem teſtatoris in teſtamento ſolemni clauſam pertinet ad Magiſtratum, præmiſſa legitima aperitione, iuxta ius commune, & particularia locorum ſtatuta.*

Notandum eſt tamen, quod à die aperitionis intra duos menſes incumbet obligatio Notario manifeſtandi legata Curiæ Epiſcopali, vel locis pijs, quibus debentur, iuxta loci conſuetudinem; nam teſtamentum apertum, æquiparari debet nuncupatiuo, quo ad obligationem Notarij in materia denunciationis, vt patet de mente ſuperioris reſeruantis ad vitandum piæ cauſæ, & animæ teſtatoris præiudicium; cui legiſlatoris voluntati, potius quam verbis ſtandum eſt L. 17. ff. de legibus, & l. ſcire ff. de excuſat. Nauarrus lib. 5. conſ. 6. Laiman lib. 1. tract. 4. cap. 18. num. 4.

ſ. V.
INCIDENTES.

Ex generali regula ſupra allata ſequitur primò, Notarios illos incidere, (loquor hîc, & in ſequentibus corrolarijs de primis Notarijs,) qui conficiunt teſtamentum cum legatis pijs, ſi ſpontè omittant denunciationem intrà tempus præfixum: nam vbi lex aliquid fieri certo tempore requirit, non ſufficit illud facere poſteriori tempore, *l. Si quis mihi bona, ſ. Iuſſum, ff. de Acquir. hæredit.* 18

Secundò ſequitur, Notarium illum incidere, qui poſt habitam notitiam mortis teſtatoris, volens præſtare gratiam hæredi, aut teſtamenti commiſſario, qui tali tempore nollet compelli talia ſoluere legata, illa non denunciat intra duos menſes. Ratio eſt, quia ſpontè, & ſcientèr talem differt denunciationem.

Tertiò

Digitized by Google

Tertiò ſequitur, incidere Notarium illum, qui verè doloſè, aùt ſaltèm apparentèr ſe abſentat tempore denunciandi legata pia, differendo vltrà taxatum tempus denunciationem. Ratio patet, tùm ex regula: tùm quia fraus, & dolus nulli patrocinari debet: tùm etiam quia, vbi lex aliquid fieri certo tempore requirit, non ſufficit illud facere poſteriori tempore, vti ſupra dictum fuit.

19 Quæres, à quo tempore Notarius, qui fraudolentèr ſe abſentat, dicatur annodari caſu iſto, an poſt duos menſes à die ſcientiæ mortis teſtatoris, an verò à die, in qua ſe reddit impotentem illa denunciandi, vt ſupponitur. *Graſſius de Caſib. reſeru. cap.* 21. circa difficultatem hanc duas affert ſententias, quarum altera tenet, quòd annodatur ſtatìm, ac ſe poſuit ſponte ſub malitioſa impoſſibilitate denunciandi. Sententia hæc pluribus innititur iuribus, & maximè iuri, ſeù legi, *Si ità ſtipulatus*, 14, *ff. de Verb. oblig.* vbi quidam promittens facere inſulam infrà certum tempus, ſub certa pęna temporali, obligatur ad illam ab illa die, ex qua ſpontè cęperat fieri impotens ad exequendam promiſſionem. Altera tenet, Notarium non annodari caſu iſto, niſi poſt duos menſes à die ſcientiæ mortis teſtatoris, huicq; innititur fundamento, quia quando ſumus in pęna legali, .s. poſita à lege, velut eſt in propoſito denunciatio legati pij intra præfixum tempus, operæ pretium eſt adhoc, vt quis pęnam incurrat, vt totum finiatur tempus. Ita *Graſſius, vbi ſupra, nu.* 41. *&* 42. Et huic ſententiæ me ſubſcribo, cenſeoq; eſſe de mente Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Reſeruantis.

Ex regulis generalibus reſeruationis.

Quartò ſequitur, etiam Notarium illum incidere, qui non denunciat dicta legata intra duos menſes à die ſcientiæ mortis teſtatoris, quamuis exiſteret in Diœceſi, vbi non erat talis reſeruatio, dummodò ſe transferat, vbi talis exiſtit reſeruatio, ibiq; confiteatur talem omiſſionem, quæ eſt grauis etiam abſque reſeruatione, vti claruit ſupra per rationes in ſecundo paragrapho. Et ratio eſt, quia pęnitens confitetur in loco, vbi

20 reſeruatur, vt ſupponitur, omiſſio denunciationis legatorum piorum, & adit Confeſſarium, vt item ſuppono, qui non habet auctoritatem ſuper caſus reſeruatos. Ita *Nald. ver. Caſus, num.* 8.

ADDITIO.

Quia Epiſcopi iuriſdictio non extenditur extra ipſius territorium arg. textus in L. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. & cap. fin. de conſt. lib. 6. *diximus in* additione ad diſtinct. 23. par. 1. art. 1. pag. 293. *non comprehendi ſub reſeruatione peccatum expreſſum in tabella, quod commiſſum fuit à pęnitente extra Diœceſim reſeruantis, licet accedat ad recipiendam abſolutio-*

ſolutionem eius à ſimplici confeſſario intra Diœceſim, in qua ſimile delictum eſt reſeruatum. Probauimus pag. 193. cit. *fundamentis ſufficientibus reſolutionem generalē ex qua deduco, Notarium, qui confitetur in Diœceſi noſtra peccatum dilatæ denunciationis poſſe abſolui à ſimplici Confeſſario, nam quando peccauit non erat ſubditus reſeruanti, nec factus fuit obnoxius reſeruationi, quæ licet reſpiciat Confeſſarium, eſt tamen in pęnam pęnitentis*. Belloch. de reſeruat. p. 2. quæſt. 10. Graffius p. 1. lib. 4. cap. 2. numer. 18. Ioſeph de Ianuario de caſibus reſeru. reſol. 8. num. 1.

Quintò ſequitur, Notarium illum incidere, qui nondum facta reſeruatione iſtius caſus, diſtulit vltra duos menſes à die mortis teſtatoris pij legati denunciationem, ſi poſteà vbi facta eſt reſeruatio talis caſus, confitetur peccatum ſuæ dilationis. Ratio eſt, quia pœnitens ſequitur forum Confeſſarij, qui non habet facultatem ſuper caſus reſeruatos. Ita *Nald. v. Caſ. num. 7.* 21

Verùm hic ſupponimus pœnitenti, qui vltrà duos menſes omiſit denunciationem legati pij, priùs notum fuiſſe huiuſmodi dilationem vltra duos menſes eſſe peccatum mortale, cum per talem dilationem anima teſtatoris, qui fecit legata pia abſq; conceſſione temporis, interim grauitèr damnificari poſſit. Et quòd non ignorauerit hanc omiſſionem ob ſuam grauitatem, ſaltem in aliquibus locis reſeruari; quia, vt ſupra in prima parte dictum eſt, ignoratio legis humanæ excuſat ſaltem à reſeruatione. Dices, excommunicatio non ligat illum, qui delictum antè latàm excommunicationem perpetrauit: ergò nec omiſſio denunciationis legati pij intra præfixum tempus ligat illum, qui delictum commiſit antè reſeruationem. Reſpondetur, quòd non valet ſimilitudo, quia in excommunicatione conſideratur contumacia, quæ non eſt reſpectu præteriti delicti: at in reſeruatione conſideratur delictum ipſum, & eius intuitu reſtringitur facultas Confeſſarij. Ita *Nal. vbi ſupra*. 22

ADDITIO.

E*X eadem ratione in* ſuperiori Additione *tacitā contrarium placet reſoluere; nam reſeruatio, licet reſpiciat Confeſſarium, eſt tamen in pęnam pęnitentis; Ideoque Notarius, qui nondum facta reſeruatione diſtulit vltra duos menſes denunciationem legati pij poteſt abſq; culpa etiam poſt editum decretum reſeruatorium à quolibet ſimplici Confeſſario abſolui, quia lex trahi non debet ad delicta præterita, niſi ſpecialiter in illa exprimantur* Malderus, Laiman, & alij cum Mendo in Epitome morali verbo Lex num. 9. Palaus tom. 1. tract. 3. diſp. 5. num. 1. & 2. pun. 3. §. 5. cum allegatis.

Patet

Patet inſuper, ex verbis tabella noſtra, reſeruari caſum Notariorum, qui legata pia non denuntiauerint, non vero illorum, qui euoluto tempore non denunciauerunt.

§. VI.

ANNOTATIO I.

23 Si Notarius antè duos menſes expletos ſibi taxatos ad denunciandum legata pia à die mortis teſtatoris incipiendos, denuò rogetur ad aliud teſtamentum, in quo item ſint legata pia, non expectatur impleri tempus duorum priorum mēſium reſpectu legatorum piorum prioris teſtamenti, ſed ſtatim incipit etiam reſpectu huius teſtamenti decurrere tempus aliorum duorum menſium reſpectu legatorum piorum incipiendo ſimilitèr à die mortis iſtius alterius teſtatoris. Videndus eſt *Naldus in ſimili de Suſpenſione, verb. Suſpenſio, 12.*

§. VII.

Modus obſeruandus per Confeſſorem Pœnitentiarium, antequàm abſoluat annodatum hoc caſu.

24 TRia præſtabit Pęnitentiarius. Primùm, oſtendet Pœnitenti quàm graui ſcelere ſe obſtringat, quando conſultò, vel craſſa negligentia omittit denunciare legata pia ijs, quibus ex recepta conſuetudine debet; nam hac eorum negligentia impeditur executio vltimarum voluntatum, cum grauiſſimo damno teſtatorum in igne Purgatorij degentium, qui licèt non ſit æternus, diro tamen modo animas excruciat, *c. Qui in aliud, diſt. 25. c. Nullus, de Pœnit. diſt. 7.*

25 Alterum oſtendet inſupèr Notariorum dolum, imperitiam, & incuriam plurima damna, & lites importare, & multorum conſcientias in magno diſcrimine conſtituere, *Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 10. de Reform.*

26 Tertium, admoneat Notarium, vt extendat teſtamenta, quæ apud ſe habet, ne hæres ipſius Notarij poſt eius mortem teneatur ad intereſſe partis, quæ fuit offenſa, cauſa illius, cum reliquerit poſt ſe ſcripturam tum obſcuram, tum confuſam, quæ non probat, niſi ſit publica cum
27 ſigno Notarij, & ſubſcripta. Ita *Nal. ver. Notarij n. 8.* Demùm ipſum inſtruat, vt cum vocatus fuerit ad conficiendum teſtamentum, in quo videt per teſtatorem fieri legata pia, ipſum admoneat, quòd ſi exiſtit in peccato mortali, adiungat confeſſionem, & deindè illa iterum ratificet, alioquìn non ei proderunt pro vita æterna conſequenda. At ſi Notarius

hanc

hanc omiſerit admonitionem, illam nullo modo omittat Confeſſor, prout ei ſuadet *Ant. Nald. verb. Teſtamentum, num.* 16. Nam Confeſſarij partes id exigunt. Interrogabit itaq; pœnitentem, quomodò ſe geſſerit, & in quo ſtatu erat, quando talia condidit legata.

ADDITIO.

Duo ſunt addenda munus Confeſſarij, vel Pœnitentiarij circa caſum notariorum maximè reſpicientia.

Primum, debere Confeſſarium conſulere Notario pœnitenti denunciationem legati pij cum omnibus conditionibus, & qualitatibus ipſius; etiam ſi ſciat adminiſtratores loci, cui debetur iam aliundè, notitiam ipſius habuiſſe, quia forſan non erit adeo expreſſa, qualis à Notario, cui ex officio pertinet haberi poterit.

Si vero conſtet ipſi Notario, locum pium legatarium plenam iam habuiſſe legati notitiam, vel ex relatione teſtatoris, vel familiarium eius, aut teſtium in teſtamento rogatorum ad nihil vltra tenebitur, nec obligandus erit ad ſupererogatoriam, & otioſam denunciationem; Inutilium enim nulla eſt obligatio, & ſuperfluitas euitanda eſt in omni diſpoſitione; nec ſuperfluis actibus vti debemus. L. hæc ſtipulatio §. diui ff. vt legatorum nomine caueatur. L. fin. C. qui admitti ad bonorum poſſeſ. Clem. exiui §. quamuis. vbi Card. num. 230. de verb. ſignificat. Tuſchus lit. S. concluſ. 894. nu. 6.

Secundum, attendere teneri confeſſarium quid mandetur ab Illuſtriſſimo Domino Reſeruante in contra tabella huius caſus, ſcilicet Conceditur prævia denunciatione, & non aliter. *vnde ſequitur, vel præmittendam eſſe abſolutioni denunciationem actualem, vel impetrandam ab Illuſtriſſimo Ordinario facultatem abſoluendi, etiam non præmiſſa dicta denunciatione; nam ſine tali facultate ſpeciali nulla eſſet abſolutio, cum apponatur præceptum per ablatiuum abſolutum, qui conditionem impertat, qua non ſeruata corruit actus.* Latè Sanchez lib. 3. de matrim. diſp. 5. num. 2.

Hic dubitari poteſt, an Notarius de licentia ſuperioris abſolutus ante denunciationem, ſi poſtea obligationi propriæ non ſatisfaciat denunciando legata pia intra duos menſes recepta abſolutioni immediatè ſubſequentes incurrat denuo delictum reſeruatum.

Probabilis eſt negatiua, cum non conſtet ex tabella, reſeruationem durare quouſque fiat actualis denunciatio; ſicuti patet viceuerſa in caſu tertio contra non ſoluentes legata pia, qui afficiuntur dicta reſeruatione, quouſque in mora fuerint ſolutionis. *Accedit, quod in materia odioſa capi debet ſtrictior interpretatio* cap. odia de reg. iuris in 6. *Sic docet*

Hhh *apud*

Digitized by Google

apud Quadrium infracitandum, cum Sayro, Fagundez præcepto 8. cap. 52. num. 3. *& fauet in caſu ferè ſimili* cum Nauarro, & Suario Naldus in ſumma verbo reuelare num. 2. circa finem.

Nihilominus probabiliorem credo ſententiam ſeueriorem, ſcilicet, Notarios non denunciantes legata pia poſt elapſum tempus duorum menſium, & receptam abſolutionem primi peccati reſeruati iterum affici eadem reſeruatione, niſi in termino duorum menſium à die abſolutionis numerando denunciationem ipſam perficiant. Quia tempus illud aſſignatum à reſeruante non ſtat ad finiendam, ſed ad ſolicitandam obligationem. Sic cum iuribus fuſè allegatis Quadrius de reſeruat. Comen. diſp. 3. caſu 9. concluſione octaua num. 1181.

CASVS

Digitized by Google

CASVS SEPTIMVS

SVMMARIVM.

1 *Viros, ac fœminas complectitur terminus (* Qui *) in hoc loco.*
2 *Mulier ad deponendum teſtimonium quando admittatur.*
3 *Falſum teſtimonium duobus modis ſumi poteſt.*
4 *Falſum teſtimonium in textu quomodo ſumatur.*
5 *De falſo teſtimonio in iudicio depoſito præcisè loquitur textus.*
6 *Grauius eſt falſum teſtimonium in iudicio depoſitum, quàm quod deponitur extra.*
7 *Deponens falſum coram Gabellarijs, minimè caſu hoc annodatur.*
8 *Falſum coram iſtis deponens grauiter peccat.*
9 *Sumitur hic iudicium generalitèr.*
10 *Tot modis ſumitur iudicium, quod ſumitur iudex.*
11 *Falſi depoſitio duplicitèr accipi poteſt, & quid vtroq́, modo.*
12 *Pœna contra facientes lata, omittentes facere minimè afficit.*
13 *Falſum teſtimonium in iudicio deponens, & peierans item in iudicio valdè differunt.*
14 *Nec reus, nec actor dicitur teſtis, ſed ab eo contra diſtinguntur.*
15 *Ad incidendum in hunc caſum ſufficit, quòd damnum per teſtem allatum ſit poſſibile.*
16 *Deponere falſum, & falſum aſterere differunt.*
17 *Deponere falſum teſtimonium, & producere falſos teſtes differunt.*
18 *Textus non militat contra reum actorem, ſed contra falſum teſtimonium deponentem.*
19 *Fertur regula generalis incidentes, & non incidentes in caſum præmonſtrans.*
20 *Non incidentes ex defectu primæ conditionis regulæ generalis.*
21 *Quidam non incidunt ex carentia illius particulæ,* (In iudicio.)
22 *Corrolaria ex carentia illius particulæ, contra iuſtitiam.*
23 *Duplex eſt iuſtitia, nimirùm legalis, & commutatiua.*
24 *Quando reticens veritatem non ligetur caſu.*
25 *Non incidit, qui abſquè dolo, & ſcientia deponit falſum.*
26 *Caſus, in quibus licitum eſt vti æquiuocatione.*
27 *In Caſum qui incidant.*
28 *Qualia obſeruabit Pœnitentiarius ante abſolutionem pœnitentis prædicto crimine annodati.*

Hhh 2 IN

IN CASVM SEPTIMVM, S.

Qui falſum teſtimonium in iudicio depoſuerint; quiuè ad illud, incùſſo timore, compulerint, preceuè, aut pretio perſuaſerint, vel corruperint.

COMMENTARIA.

Circa textum hunc quatuor enucleanda proponuntur. Quorum primum eſt de deponentibus in iudicio falſum teſtimonium.

Alterum eſt de compellentibus ad illud.

Tertium eſt de perſuadentibus.

Quartum demum eſt de corrumpentibus.

Textum hunc totum non proponemus infimul, ne ingerat obſcuritatem, pariatq; faſtidium, ſed in duas diuidemus partes; in quarum prima, cum ſit prolixior, dicemus tantùm de deponentibus falſum teſtimonium in iudicio; in altera verò, cum ſit breuior, in vnum congeremus reliquas textus partes.

Exordiendo itaq; à prima, ſeptem percurremus paragrapha.

Primum erit declaratio terminorum textus.

Secundum erit aſſignatio diſcriminis intèr deponentes falſum teſtimonium, & peierantes ſolemnitèr; & itidem intèr producentes falſos teſtes, & deponentes falſum teſtimonium.

Tertium erit quædam regula generalis demonſtrans incidentes, & non incidentes in caſum.

Quartum deſignat non incidentes in caſum.

Quintum fert quandam annotationem circa non incidentes.

Sextum demonſtrat incidentes in caſum.

Septimum docet formam tenendam per Pęnitentiarium, priuſquam abſoluat pęnitentem.

§. I.

Quò ad primum paragraphum, primus terminus exponendus eſt
1 (*Qui.*) Pro cuius intelligentia ſciendum eſt terminum hunc in hoc textu nedum viros, ſed etiam fęminas ſub ſe complecti; nã, quamuis

ſimus

ſimus in odioſis, in quibus maſculinum non concipit fœmininum, *cap. Odia, de Reg. iur. in 6.* attamèn hoc in loco ſecùs dicendum eſt, teſte experientia eximia veritatis magiſtra, optimaq; legum interprete.

Si dicas, mulierem non teſtificari, *cap. Forus, de verb. ſignific.* Reſpondetur, quòd etſi mulier de iure canonico non admittatur, niſi in criminalibus exceptis, v. g. in ſimonia, *cap. Tanta, de Simon.* ſecus tamèn eſt, quando de crimine ciuilitèr agitur; nam tunc mulier admittitur, non quidem ad effectum plenæ probationis, ſed in ſubſidium, vt iudex ex ea aliqualem eligat præſumptionem, *cap. Quoniam aliqua, de Teſt. & atteſt.* 2

Secundus terminus eſt (*Falſum teſtimonium.*) Notandum autèm falſum teſtimonium duobus modis ſumi poſſe, nimirùm materialiter, & formalitèr. Materialitèr, vt quando alitèr enunciatur res, quam ipſa ſit in ſe. Ex. gr. Si quis teſtificetur, Petrum non percuſſiſſe Malchum, exiſtimans verum deponere. Formalitèr, vt cum alitèr enunciatur res, quàm deponens exiſtimat, vt ſi exiſtimans Petrum percuſſiſſe Malchũ, alitèr deponat. Modò ad rem noſtram deueniendo dicendum eſt, falſum teſtimonium in textu non ſumi præcisè formalitèr, nec præcisè materialitèr, ſed inſimùl materialitèr, & formalitèr. Ratio eſt, quia ibi nulla interueniet reſeruatio, vbi nulla malitia, nec falſitas, vt de ſe conſtat. 3 4

Verùm hoc intelligendum eſt, niſi in aliquo caſu ſtatutum Epiſcopale alitèr decerneret. Peccat tamèn mortalitèr, qui intendit deponere falſum, deponendo verum præter intentionem. 5

Tertius terminus eſt (*In iudicio.*) Hoc termino clarè, & perſpicuè manifeſtat textus, de quo teſtimonio intendit: non .n. loquitur de omni falſo teſtimonio quouis loco depoſito, ſed duntaxat de depoſito in iudicio. Et quamuìs falſum teſtimonium in iudicio, & extra illud non differant ſpecie; tamèn longè grauius eſt falſum teſtimonium depoſitum in iudicio: tùm ratione maioris deliberationis, cum depoſitor habeat tempus ad deliberandum: tùm ratione maioris ſcandali, ſi contigeret detegi veritatem: tùm etiam quia actus iudicialis potentior eſt non iudiciali, ſiue extra iudiciali, *l. Pacta noviſſima, C. de Pactis*, reſeruatur tantùm in textu falſum teſtimonium depoſitum in iudicio; nam illud aliud extra iudicium depoſitum non eſt vſu receptum, vt per Ordinarios reſeruetur. Faciunt, quæ habet *D. Thomas 2. 2. quæſt. 89. art. 3. ad ſecundum*, & quæ habet *Capeauilla de Caſib. reſer. caſ. 19. quæſt. 1.* 6

Ex dictis colligitur, deponentem falſum teſtimonium coram Gabellario, vel Cauſidico non irretiri caſu hoc; nam deponens coram iſtis non dicitur eſſe in iudicio, accepto iudicio ſecundum communiorem modum accipiendi iudicium, ſicut accipi debet in hac reſeruationis ma- 7

teria,

teria, quæ non eſt extendenda. Item iudicium conſtat tribus perſonis Actore, Reo, & Iudice, quarum, vna dempta, reſoluitur iudicium, *l. Inter litigantes, ff. de Iudicijs, §. Retinendæ, Inſtitut. de Interdictis*; hic autèm deficit vna perſona, ideò non eſt iudicium.

Dices, ſi res ita ſe habet, gratis itaq; Gabellarius, ſeu Gabellæ offi-
8 cialis, vel vulgò Eques de Communi, exigunt iuramentum. Reſpondetur primò, quod non fruſtrà illud exigunt, quia ſemper iuramentum falſum in ſe inuoluit mortale peccatum. Dico ſecundò, literam loqui de falſo teſtimonio, vt patet; falſum autèm teſtimonium deriuatur à falſo teſte, prout de ſe conſtat: at ille, cui à Gabellario, vel ab Equite de Communi exigitur iuramentum, non eſt teſtis, ſed habens intereſſe; quaproptèr, cum ei non conueniant verba textus, ideò nec eius diſpoſitio conuenire debet, *l. 1. verſ. Offilius, ff. Ne quis eum.*

9 Præterea magnoperè notandum eſt terminum iſtum (*In iudicio*) ſumi generalitèr, quatenus .ſ. omne proprium iudicium tàm ſeculare, quàm eccleſiaſticum, tàm ciuile, quàm criminale ſub ſe complectitur, DD. communitèr, ſed præcipuè *Bellochius in Praxi moralis Theologiæ par. 2. quæſt. 1. num. 320.*

10 Demùm notandum eſt ab hoc termino (*iudicium*) deriuari terminum iſtum (*index*,) & conſequentèr ſumi tot modis, quot ſumitur iudex, adeò vt extendat ſe ad omnem iudicem, qui habet poteſtatem cogendi ad deponendum, quiq; interrogat reum, & actorem, aſſumendo teſtimonia deponentia circa ſubiectam materiam, ſiuè ſit Ordinarius, ſiuè delegatus iudex ad prædicta. Dixi, aſſumendo teſtimonia deponentia, quia ſi aliquod datur iudicium, in quo non aſſumantur teſtimonia de reo, ſeù contra reum, non facit ad propoſitum textus, cum loquatur de teſtimonio depoſito in iudicio, hoc eſt de teſtibus deponentibus in iudicio.

ADDITIO.

AD incurrendam præſentem reſeruationem requiritur falſum teſtimonium in iudicio, non tamen coram iudice; ſed ſufficit, examen haberi coram Notario de mandato iudicis teſtimonium aſſumente; nam tunc, & eo caſu ſupponitur præſens iudex, cum delegat auctoritatem Cancellario ſuo nomine interrogandi teſtes à partibus productos, vel à ſe citatos; ex ſtylo vniuerſali Curiarum ſic docent Maranta de ordine iudiciario parte 6. de teſt. produc. ſextus actus num. 21. Graffius de reſeruat. lib. 1. cap. 17. num. 3. verſic. in iudicio Mazuchellus de reſeru. diſp. 2. cap. 19. quæſt. 3. num. 47. Quadr. de reſeru. diſp. 3. caſu 10. num. 1230.

Quod ſi Notarius ſimplex aſſumat teſtimonia, etiam iurata, ſine delegatione, & mandato iudicis reſeruatione non ligabitur teſtis eo examine falſum

aſſerens,

aſſerens, vel deponens, cum non ſit in iudicio. Sic in terminis Mazuchell. & Graffius l. c. & latè Quadrius diſp. 3. caſu decimo num. 1317. collectione 1. pag. mihi 536.

Iudex, coram quo pendet lis ſupponitur, in præſenti reſeruatione (vt benè notat Lupus) *quod ſit iudex in foro contentioſo iuriſdictionem exercens. Hinc deduces, teſtem deponentem falſum teſtimonium coram Arbitratore, vel arbitro à partibus electo reſeruationem non incurrere; Quia iudicium Arbitrorum non eſt iudicium propriè, nec vlla de iure illis competit iuriſdictio, prçter eam, quam priuata partium auctoritate recipiunt* L. 1. C. de arbitr. Albericus de Roxiate in ſuo dictionario verbo Iudex, *& patet* toto titulo de iuriſdict. omnium Iudicum.

Quartus terminus eſt (*Depoſuerint.*) Depoſitio falſi ſumitur dupliciter, nimirùm ſtrictè, & largè. Strictè eſt dicere in iudicio verum eſſe falſum, & falſum eſſe verum: itèm ſtrictè eſt tacere veritatem, de qua in ſpecie, & particularitèr quis interrogatur, v. g. quando teſtis legitimè interrogatur in iudicio. Hinc teſtis à iudice interrogatus de veritate dicenda ſuper aliquem articulum, non ſolùm eſt falſus teſtis deponendo falſitatem, ſed etiam falsè deponendo ſe neſcire articulum illum, ſuper quo in ſpecie interrogatur. Quod ſatis clarum eſt, quia alioquin omne deperiret iudicium, & gratis aſſumerentur teſtimonia pro veritate enucleanda: quoties enim iudex legitimè interrogat, toties etiam teſtis tenetur legitimè reſpondere ad interrogata, *Lelius Zecchius caſ. 12. de teſt. falſ. num. 3.* 11

Cęterùm depoſitio falſi largè eſt ſubticere veritatem, quam intendit iudex, de qua tamèn ipſe iudex non format ſpecialem articulum, nec interrogat, vel ob inſcitiam, vel inconſiderationem, aùt ob aliam cauſam; & talitèr ſubticens veritatem cenſeo non incidere in caſum hunc: tùm quia ſumus in odioſis: tùm quia verba tabellæ ſunt propriè accipienda, ſicut teſtatur *Floronus de Caſ. reſer. par. 2. caſ. 6. num. 32. in ſimili de ſtatutis Epiſcop.* tùm etiam quia longè diſtat deponere falſum teſtimonium, & ſubticere veritatem, eo modo, quo ſupra. Quapropter ſciendum eſt pęnam latam contra facientes, non afficere omittentes facere, vti obſeruat *Bonac. de clauſ. q. 2. §. 2. num. 2.* nam omittere non eſt facere. Hinc qui ſe abdit, vel recedit è loco, vbi aſſumuntur teſtes, nè aliquid deponat, non obſtringitur reſeruatione; tametſi interdùm peccet grauitèr, ita ſe habendo. Faciunt, quæ habet *Angelicus Doctor 2. 2. art. 4. & Panormitanus in cap. 1. de Crim. falſi. apud Lelium Zecchium, loco ſupra cit.* Notandum demum, quod differt etiam ſubterfugere iudicium, & negare verum in iudicio; nam primum eſt a ctus priuatiuus, ſecundum verò eſt 12

actus

actus poſitiuus, qualis videtur requiri ad reſeruationem huius caſus Bergomi factam; ideò ſubterfugiens non incidit, ſicut negans verum, de quo teſtis interrogatur in ſpecie, & formatus eſt particularis articulus, vti ſuprà dixi.

§. II.

13 Quò ad ſecundum paragraphum. Magnum intereſſe diſcrimen tradunt DD. intèr deponentes falſum teſtimonium in iudicio, & ſolemnitèr peierantes: nam deponentes falſum teſtimonium in iudicio ſunt neceſſario tantùm teſtes: teſtimonium .n. dicitur à teſte, vt de ſe conſtat: peierantes verò ſolemnitèr, .i. in iudicio poſſunt eſſe nedum teſtes, ſed etiam aliæ perſonæ, quæ interueniunt in iudicio, vt reus, actor, &c. vbi viget
14 conſuetudo, vt ipſis quoq; detur iuramentum. Itidem differunt, quia in depoſitione falſi teſtimonij requiritur, vt talis depoſitio ſit contra iuſtitiam, .i. in damnum tertij, vt patet *ex Synodo vltimò Berg. celebrata par. 3. tit. 6.* Cęterùm peieratio rei, aùt actoris, quamuis ſit in damnum tertij, & exigat omnium damnorum ſtrictam, & exactam reſtitutionem; tamèn non reſeruatur hìc, quia nec reus, nec actor dicuntur teſtimonia, ſeù teſtes, ſed contradiſtinguuntur ab eis, vt de ſe conſtat. Faciunt, quæ habet *Bartholomæus Gyptius de Caſib. reſer. caſu* 7. *num.* 24. *Graff. de Caſ. reſ. caſu de falſo teſtimonio lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 1.

15 Magnoperè tamèn mihi probatur, quod addit *Bartholomæus Gyptius, vbi ſuprà*, nimirùm, quòd ad incidendum in hunc caſum ſufficiat damnum tertij ratione depoſitionis falſi teſtimonij eſſe probabilitèr poſſibile: ſupponit enim equiparari falſitatem præiudicare, & poſſe præiudicare ſaltèm in propoſito, *l. Si falſos, & l. Qui veluti, & l. Damus, C. ad l. Cornel. de falſis*. Quod maximè attendere debent Confeſſarij, cum apud quoſdam iam multum increuerit abuſus deponendi falſum ſub prætextu, quòd eorum depoſitio nulli afferat præiudicium.

ADDITIO.

Conclusio Gyptij *approbata* numero 14. ab Auctore, *nouo iure noſtræ Diœceſis abrogatur, ex dicendis infra* in addit. ad numerum 23. §. 4. huius ſeptimi caſus.

16 Itidem diſtinguuntur ab inuicem duo hæc, nimirùm falſum teſtimonium deponere, & aſſerere falſum: nam primum eſt ſolummodò teſtis falſi, vt conſtat ex ipſamet natura terminorum, .s. falſum teſtimonium: alterum verò, .s. aſſerere falſum eſt commune etiam actori, & reo. Quapropter

proptèr multum animaduertendum eſt circa has terminorum differentias, ne error nos capiat.

Amplìùs notandum eſt inter producentem teſtes, quos probabilitèr quis iudicat depoſituros eſſe falſum in iudicio, & inter deponentem falſum teſtimonium item in iudicio eſſe ſimilitèr diſcrimen non paruum: nam producens in iudicio tales teſtes, dummodò eos non compellat timore, nec prece perſuadeat, nec pretio corrumpat, non incidit: deponens autèm falſum teſtimonium in iudicio incidit. Et ratio diſcriminis eſt, quia textus reſeruat Superiori abſolutionem deponentium falſum teſtimonium in iudicio, quod non facit de producentibus falſos teſtes. Et ratio fortaſsè, quia noſtri prouidiſſimi Superiores iam experientia nouerunt, quòd, qui nimis emungit, elicit ſanguinem. Verùm, quamuis illi, qui tales producunt teſtes, non vinciantur caſu, attamèn quàm grauiſſimè peccant. Non (inquam) vinciuntur caſu iſto, niſi, vt dixi, & vt afferemus in alijs partibus huius caſus, teſtes ad falſum teſtimonium incuſſo timore compulerint, prece uè, aùt pretio perſuaſerint, vel corruperint, quod vt plurimum contingere ſolet, idcircò notent Confeſſarij, quòd nunquàm ſatis inuigilant, niſi iterùm, atque iterum examinent tùm producentes, tùm deponentes, qui eis ſe ſubijciunt in actu confeſſionis. 17

Inſupèr notandum eſt, depoſitionem falſi teſtimonij, ſeù teſtis eſſe reſeruatam, vt claret per textum, non autèm dictum falſi actoris, aùt falſi rei. Et hoc fortaſſe, quia maior detegitur malitia in teſte falſum deponente, quàm in actore, aùt reo, cęteris paribus.

Demum obſeruandum eſt, caſum iſtum non procedere contra reum, licèt in iudicio interrogatum, ſed ſolummodò contra deponentes falſum teſtimonium, & contra illos, qui teſtes compellunt timore incuſſo, aùt prece perſuadent, aùt pretio corrumpunt, eo modo, quo afferemus in altera parte huius caſus. Ratio autem cur contra reos prouidiſſimi Antiſtites, ac Paſtores noluerunt hunc militare textum, fortaſſe fuit ſola eorum benignitas, & humanitas, ne .s. in manifeſto perditionis diſcrimine ſuas conſtituerent oues, cum iam apprimè nouerint, quantum prçualeat humana fragilitas ex vna parte, & deſiderium immunitatis, ſeù impunitatis ex altera. Non procedit itaq; textus contra reum, vt patet ipſum intuenti ſolummodò mentionem faciendo de falſum teſtimonium deponentibus; teſtimonium autem falſum dictum eſt à falſo teſte, vt ſupra notatum fuit; at reus non eſt vnum cum teſte, ſed ab illo condiſtinctus. 18

ſ. III.

Quò ad tertium paragraphum, traditur regula generalis pro doctis, ex qua ſimul cum fundamentis iactis, poteſt ipſis ſufficienter patere, qui incidant in caſum, & qui non incidant. 19

Digitized by Google

REGVLA.

Ad incurrendum caſum duæ conditiones copulatiuè requiruntur, quarum.

Altera eſt depoſitio falſi teſtimonij in iuditio contra iuſtitiam, vel negatio veritatis, de qua quis in ſpecie interrogatur.

Altera eſt doloſitas, vel ſcientia, cum ſeruatur iuris ordo.

Vtraquè conditio claret, tùm ex textu, tùm ex iactis fundamentis, in primo paragrapho.

Pro minus peritis practicatur regula vnà cum fundamentis.

§. IV.
NON INCIDENTES.

20 Ex defectu primæ conditionis regulæ .s. (*Depoſitio falſi teſtimonij in iuditio, &c.*) ſequitur primò, illum non incidere qui depoſuit verum, credens deponere falſum. Ratio eſt, quia textus loquitur de verè deponentibus falſum, non autem de habentibus tantùm propoſitum illud deponendi; peccauit tamèn mortiferè ob prauam intentionem. Ita *Homob. de Caſib. reſer. p. 3. cap. 4.* qui teſtatur de communi. *Graff. deciſ. aurear. cap. 130. num. 22.*

Secundò ſequitur, nec illum incidere, qui è conuerſo falſum exiſtimans deponere, verùm depoſuit. Ratio eſt, quia talis depoſitio innititur veritati, vt ſuppono; peccauit tamèn mortalitèr ob prauitatem animi; *D. Thom. 2. 2. quæſt. 70. art. 4. Nauar. in Man. cap. 25. num. 4. Lelius Zecchius de Caſib. reſer. caſ. 12. num. 4.*

21 Tertiò ſequitur, ex defectu illius particulæ (*In iudicio*) illum non incidere, qui falſum depoſuit teſtimonium coram Gabellario, ſeù vectigalium exactore. Ratio eſt, quia requiritur, vt teſtimonij falſi depoſitio ſit facta in iudicio: at deponere coram tali, non eſt deponere in iudicio, prout etiam ſupra cautum eſt §. 1. nu. 8. Ita *Lelius Zecchius de Caſib. reſer. caſ. 12.* Ad ibi dicta vos remitto.

Idem, & ob eandem rationem infertur de illo teſte, qui depoſuit falſum coram Notario, mandatum Iudicis non habente ſuſcipiendi teſtimonia. Idem, & eadem cauſa infertur de illo, qui falſum teſtimonium deponit coram ſimplice Cauſidico.

22 Quartò ſequitur, ex defectu illius particulæ (*contra iuſtitiam*) teſtem illum non incidere, qui deponit falſum in cauſa, vbi non agitur de alterius damno, vt quando agitur de pęna imponenda illi, qui inuentus eſt

cum

cum armis vetitis. Ratio eſt, quia talis depoſitio non eſt contra iuſtitiam, .ſ. in damnum tertij; peccant tamèn mortalitèr omnes iſti.

Dices, quomodo talis depoſitor falſi teſtimonij non peccat contra iuſtitiam, ſi infert damnum Fiſco; cum ex tali falſa depoſitione liberetur 23
reus à mulcta pecuniaria, quę erat illi applicanda ſtatim poſt condemnationem, ſi teſtis ipſe non depoſuiſſet falſum? Reſpondetur, duplicem eſſe iuſtitiam, .ſ. legalem, & commutatiuam: textus autèm loquitur de illo, ex cuius depoſitione falſa ſequitur violatio iuſtitiæ commutatiuæ, qualis non eſt iſta. Si vrgeas ſubinferendo, poterit igitùr quis inferre damnum Fiſco abſque obligatione reſtitutionis? Reſpondetur cum diſtinctione, duplicitèr poteſt contingere, vt quis inferat damnum Fiſco, vel reſpectu iam acquiſitorum, vel reſpectu acquirendorum. Si inferatur damnum Fiſco reſpectu acquiſitorum inſurgit obligatio reſtitutionis, quod ſecus eſt reſpectu acquirendorum; at in propoſito reſpectu caſus propoſiti, talis depoſitor intulit damnum Fiſco reſpectu rei acquirendæ tantùm, .i. reſpectu rei, ad quam adhùc non habet ius in re, nec ad rem proximum, & ſtrictum, quale habet poſt condemnationem Rei; ideò non incidit. Faciunt ea, quæ habet *Suarez lib. 4. de Teſte. Bonac. de Reſtit. diſp. 1. quæſ. 1. pun. 1. num. 13. Clau. reg. lib. 10. tract. 2. cap. 15. num. 7. & alij*. Ratio eſt, quia hæc eſt pęna Rei, non damnum Fiſci (ſtrictè loquendo.) Verùm notandum eſt, quòd quando defraudatur Fiſcus circa rem, in qua habet ius in re, .i. quam iam poſſidet, defraudatur iuſtitia commutatiua, non legalis.

Quintò ſequitùr, illum non incidere, qui deponit falſum cum modico intereſſe partis, excuſando delinquentem à pęna. Ratio eſt, quia cum dicitùr hoc in loco, ad falſitatem requiri intereſſe partis, ſeù vt teſtis deponat contra iuſtitiam, intelligendum eſt de intereſſe conſiderabili, .ſ. vt ſaltèm tale ſit, vt ſufficiat ad mortale conſtituendum: ſuper eo .n. fundatur reſeruatio. Illuſtro rem exemplo. Decretatum eſt in iure municipali talis loci, vt, qui cum iumento tranſit per alterius agrum, quamuis ſeminatum tantùm fęno, ſoluat duodecim ſolidos. Petrus delinquit, Paulus verò, vt Petrus liberetur, deponit in iudicio falſum: talis depoſitor, quamuis peccet mortalitèr, ratione periurij, non tamen ligatur caſu, cum tale intereſſe non ſit conſiderabile, iuxta illud, de minimis non curat Prætor. Et textus intelligendus ſit de illatione damni conſtituente mortale peccatum.

ADDITIO.

EX conditione, *ſeu particula* (contra iuſtitiam) *deducebat* Lupus, *falſũ teſtimoniũ in iudicio reſeruatione minimè ligari, niſi inuolueret dam-* 1

num, ſiuè præiudicium alterius; ideoque ſi quis teſtis in criminali cauſa, in qua veniret imponenda pœna tranſgreſſori alicuius legis, falsò negaſſet delictum, ex qua depoſitione abſolutio rei penderet (Lupo *auctore*) *abſoluebatur à reſeruatione, ex eo, quod teſtimonium non eſſet contra iuſtitiam, nec in damnum tertij. Huic deciſioni ſubſcribunt* Graffius lib. 1. de falſis teſtibus cap. 17. num. 12. Belloch. de reſeruat p. 2. qu. 9. n. 98. & alij.

Probabilius repugnant multi, quia reſeruatio, contra falſum in iudicio deponentes generalis eſt, & indefinita, & ideò indefinitè capienda capit. ſi Romanorum diſt. 19. cap. quia circa de priuileg. & cap. relatum de teſtament. & L. 1. §. generalitèr ff. de legat. præſt. *& in terminis docent, incurri reſeruationem à falſo teſte, tam cum damno tertij, quam ſine* Mazuchellus de reſeruat. diſp. 2. cap. 19. quæſt. 2. num. 19. Quadrius de reſeruat. Comen. diſp. 3. caſu decimo concl. 10. per totam, *& fauet doctrina* Iacobi Menochij de arbitrarijs lib. 2. cent. 4. caſu 306. n. 15.

Pendet adhuc controuerſia in alijs Diœceſibus, in quibus falſum iudiciale teſtimonium in genere reſeruatur, neque poteſt negari probabilitas tam primæ, quam poſteriori ſententiæ.

In noſtra vero ditione Bergomenſi lis dirimitur per Synodum Iuſtinianam primam, decr. 2. de pertinentibus ad Sacrament. Pœnitentiæ pag. 8. *vbi deciditur, falſum teſtimonium in iudicio reſeruatum eſſe, ſiue ſit iudicium criminale, ſiue ciuile, & quamuis ſuffragetur innocenti, nec occurrat damnum, aut præiudicium alterius. Hoc etiam patet per nouam Tabellam reſeruatorum vltimò impreſſam, & ad calcem præſentis operis editam, à ſuperiore noſtro reſeruante reformatam, his verbis, caſu ſeptimo.* Qui falſum teſtimonium, etiam ſine damno, vel titulo defenſionis in iudicio depoſuerint, quiue ad illud incuſſo timore compulerint, preceue, aut prætio perſuaſerint, vel corruperint.

Sextò ſequitur, illum non incidere, qui contra ſe deponit falſum: tùm quia non deponit in damnum tertij: tùm quia, cum quis aliquid contra ſe deponit in iudicio, non dicitur falſus teſtis, cum in hoc ſit actor; actor autem, & teſtis in eadem cauſa reſpectu eiuſdem articuli non eſt actor, & teſtis, niſi eſſemus in caſibus iure expreſſis.

Septimò, ex defectu illius particulæ. *.s. vel negatio veritatis, de qua quis in ſpecie interrogatur*, ſequitur, illum non incidere, qui ſubticet veritatem articuli, de quo in particulari non interrogatur, quamùis teſtis
24 fortaſſe dignoſcat mentem Iudicis eſſe, vt deponat etiam alia, ſuper quæ non interrogatur in particulari.

Idem dicitur de illo, qui abdidit ſe in aliquo loco, ne vocetur ad deponendum.

Idem,

Idem, & ob eandem cauſam dicitur de illo, qui aufugit, ne contra aliquem quid deponeret.

Octauò, ex defectu illius conditionis, (*ſ. doloſitas, vel ſcientia*,) ſequitur teſtem illum non incidiſſe, qui non depoſuit veritatem in iudicio, ſi certè credidit hoc potuiſſe præſtare abſq; peccato; quod tamen mihi difficile intellectu videtur. 25

Idem dicitur de illo, qui ſubticet veritatem æquiuocando ob graue damnum, quod ſibi euenturum timebat admodum probabiliter, ſi in iudicio verum aperiebat, iuxta *Baldi* receptam ſententiam in *cap. Cum nuncius, extra de Teſtibus, & atteſt. Nau. cap. 25. nu. 50. Leſſ. lib. 2. cap. 30. dub. 6. num. 50. Reginal. lib. 24. num. 48. apud Homob. de Caſ. reſ. p. 3. c. 4.* Notandum tamen, quòd, licèt ob dictam cauſam poſſit quis veritatem ſubticere, æquiuocando, cum non agatur de damno Reipublicæ, vel tertij pendente in futurum; attamen nunquam in aliquo caſu, neque ad euitandam mortem, licet contra aliquem falſum deponere teſtimonium, tùm quia non ſunt facienda mala, vt eueniant bona, *Roman.* 3. tùm quia à diuerſis non fit illatio, *l. Papinian. ff. de Minor.*

§. V.

ANNOTATIO.

Notandi ſunt duo caſus, in quibus poteſt teſtis æquiuocare ſubticendo veritatem, nec incidet in caſum.

Primus eſt cum auctor delicti eſt omninò occultus, quamuis delictum ſit notum, dummodò tamen delictum non vergat in damnum Reipublicæ, vel tertij. Ita *Petrus Nauarra lib. 2. de Reſtit. cap. 4. num. 167. & Reginal. lib. 24. cap. 3. ſect. 4. num. 38.* 16

ADDITIO.

Nono, & vltimò ſequitur, Teſtem illum non incidere in præſentis caſus reſeruationem, ex ſententia certò probabili, qui legitimè interrogatus reſpondet abſolutè aſſerendo, vel negando cum iuramento id, de quo internè dubitat, nec certam habet, & determinatam notitiam; etiam ſi de facto crimen illud, de quo in dubio deponit, vt de vero, ſit à parte rei falſum, vel è contra. Ratio eſt, quia iuramentum cum conſcientia, & cognitione dubia prolatum non eſt propriè periurium, ſed vocatur à Theologis iuramentum incautum, nec continet malitiam propriè dicti periurij, quia omne periurium habet pro fundamento mendacium, vt definit S. Thomas quæſt. 98. 2. 2. art. 2. *Ita docet in terminis caſus noſtri diſertiſſimus* Vaſquez prima 2. diſp. 127. cap. 3. Turrianus 2. 2. diſput. 58. dub. 2. *Egregiè* Laiman lib. 4. tract. 3. cap. 14. num. 4. *cum adductis.*

Secun-

Secundus. Non tenetur quis deponere veritatem, quando non poteſt illam deponere, niſi ſeipſum prodat apud Iudicem: nemo enim poteſt obligari ad prodendum ſeipſum apud Iudicem fori exterioris. *Simanca in Catholic. inſtit. tit. 29. num. 40. & c.* Idem dicitur de illo, cui ſub ſigillo ſecreto fuit ſibi aliquod delictum concreditum; quia quod tali via nouit, idem eſt, ac ſi non nouiſſet, niſi tamen vergat in damnum Reipublicæ, aut tertij in futurum pendens. Ita *Zecchius de Caſib. reſer. cap. 12. num. 3.* alij ſimiles caſus poſſunt in medium afferri, ſed conſultò omittuntur, ne prolixitate ingeram faſtidium.

§. VI.

INCIDENTES.

27 Ex regula prædicta ſequitur primò, illum incidere, qui deponit falſum, ſiuè negando verum, ſiuè affirmando falſum, dummodò concurrant aliæ conditiones in regula relatæ, nimirùm, quòd talis depoſitio falſi teſtimonij ſit in iudicio contra iuſtitiam ſcienter, dum ſeruatur iuris ordo; & huiuſmodi conditiones copulatiuè requiruntur ſemper, ideò in omni alia conſequentia, quàm ex regula ſubinferemus, ſupponentur adeſſe. Ratio autem huius primæ ſequelæ, ſeù conſequentiæ eſt, quia concurrunt omnia requiſita per textum ad incurrendum caſum.

Secundò ſequitur, illum incidere, qui neſciens quomodò res ſe haberet, depoſuit falſum, affirmans eſſe verum, quod non erat, vel è contra affirmans eſſe falſum, quod non erat; concurrentibus tamèn alijs conditionibus, de quibus ſupra in prima ſequela. Si autèm deponeret verum, licèt contra ſuam intentionem, non annodaretur caſu, vt conſtat ex fundamentis §. 1. num. 3. Verùm iſte admodùm grauitèr peccaret, vt notat *Nauar. cap. 25. num. 40.*

Idem aſſeritur etiam de teſtibus regularitèr inhabilibus ſecundũ iura ad teſtificandum, concurrentibus tamèn copulatiuè conditionibus, de quibus ſupra: nam, cum textus non diſtinguat de teſtimonium falſum deponentibus, nec nos diſtinguere debemus, iuxta regulam, lex generalitèr loquens generalitèr eſt intelligenda, *l. De pretio, ff. de Pub. in rem act.*

Tertiò, idem ſequitur de illo, qui depoſuit falſum teſtimonium concurrentibus prædictis conditionibus, quamuis iſti non fuerit delatum iuramentum de veritate dicenda. Ratio eſt, quia iuramentum non eſt de eſſentia depoſitionis falſæ, aut veræ, cum poſſit remitti de conſenſu partium, *l. Nullum, C. de Teſtibus, Barthol. Gyptius de Caſ. reſer. caſ. 7.* afferens pro ſe *Bartolum, & Iulium Clarum;* cui tamèn diſſentiunt nonnulli, & præcipuè *Aretinus in Praxi criminali, de Teſtibus, & Graff. in Praxi quinq; Caſuum, in caſu de iuramento falſo, per l. Iuritiurandi, C. de Teſtib.*

A D-

ADDITIO.

C*Ontra* Lupum, *& relatos ab ipſo* hoc verſiculo *dico, certum eſſe in iure, non incidere in caſum reſeruatum teſtem, vel teſtes, qui falſum in iudicio quolibet depoſuerunt, dummodo non iurauerint, nec fuerit illis iuramentum delatum; quia iuramentum eſt adeo de eſſentia iudicialis depoſitionis, vt ſine illo ſubſiſtere nequeat, & vocanda ſit potius extraiudicialis informatio, quam examen teſtium iudiciale. Patet ex* cap. Nuper de teſt. & L. ius iurandum C. de teſt. & cap. fraternitatis, & cap. tuis de teſtibus, Abbas ibi. Syluester verbo Teſtis quæſt. 6. verſic. 3. Couaruuias lib. 2. variarum reſolut. cap. 2. num. 3. *& in his terminis reſoluunt* Mazuchellus diſp. 2. cap. 19. quæſt. 2. num. 27. Graffius de reſeruatis lib. 1. cap. 17. num 27. *Nouiſſimè multis adductis* Quadrius de reſeru. Comen. diſp. 3. caſu 10. concl. 1. num. 1245. *& fauet* Laiman lib. 3. tract. 6. cap. 4. num. 6. & Ancharanus, cum Socino in cap. 1. num. 8. de crimine falſi.

Quartò ſequitur, illum incidere, qui deponit falſum teſtimonium, ſi inſimul concurrant aliæ conditiones, de quibus ſupra, licèt hoc præſtet, vt alterum iuuet.

Quintò ſequitur, illum incidere, qui deponit falſum teſtimonium in iudicio, alijs conditionibus præſuppoſitis, quamuis extra iudicium apud aliquem priuatum, velut apud Cauſidicum iurauerit ſe depoſiturum falſum teſtimonium. Ratio eſt, tum quia adſunt conditiones requiſitæ ad incidendum in caſum: tùm quia iuramentum non eſt vinculum iniquitatis; ideò non tenetur ad illud ſeruandum: tùm etiam, quia in malis promiſſis ſcindenda eſt fides. Ita *Zanardus in Direct. Theolog. par. 2. tract. de Teſtibus c. 95.*

Sextò ſequitur, illum incidere, qui deponit falſum teſtimonium in iudicio in damnum tertij, ſuppoſitis reliquis conditionibus, licèt hoc præſtet pro defenſione vitæ alterius, etiam ſpiritualis. Ratio eſt, tùm quia concurrunt conditiones requiſitæ ad incidendum in caſum: tùm quia ad ſempiternam ſalutem nemo ducendus eſt, opitulante mendacio, vt ait *D. Auguſtinus de Mendacio c. 14.* aùt ſuffragante falſi teſtimonij depoſitione: tùm etiam quia non ſunt facienda mala, vt eueniant bona alicui. Ita *Franc. Soarez tract. de Contrac. lib. 3. v. Mendacium.*

Septimò ſequitur, illum incidere, qui iuridicè interrogatus accepto iuramento veritatem occultat, ſiuè in damnum rei, ſiuè actoris. Vide *Fernandez in exam. Theol. moral. par. 1. cap. 19. num. 7. Leſſium de Iuſt. & iure lib. 2. cap. 30. dubit. 8. num. 59. & 60. Barboſam de Officio, & poteſt. Epiſc. allegat. 51. num. 24.*

AD-

ADDITIO.

ASſerit, præſenti verſiculo, Auctor, *occultantem veritatem, accepto iuramento, in reſeruationem incidere, vt ſtatuerat etiam ſupra* §. 1. num. 11. hoc caſu ſeptimo.

Hanc admitto reſolutionem, ſuppoſito, quod teſtis expreſsè delictum, vel factum, ſuper quo legitimè examinatur falsò neget, vel affirmet; Non autem caſu, quo reſpondeat ſe neſcire, etiam ſi de facto ſciat, & cognoſcat crimen, & reum; quia hoc non eſt directè falſum deponere, ſed potius veritatem non fateri, & occultare, vel fugere manifeſtationem veritatis; & licet ſuſpectus habeatur in iure teſtis veritatem occultans, & obſcurè loquens, vel ſimulatè, non tamen de falſo punitur Bald. in L. data oper. C. de his, qui accuſare non poſſunt. Socin. in cap. 1. num. 66. de crim. falſ. *Idcircò, niſi falſum directè aſſerat reſeruationem non incurret, quæ tamquam odioſa reſtringi debet ad directum falſum teſtimonium; cum plus ſit mentiri, quàm veritatem tacere, vt probat* Innocent. in cap. ſi proponente de reſcript. arg. cap. poſtulaſti eodem titulo. *Sic in his terminis* Graffius de reſeruatis cap. 17. num. 19. lib. 1. Mazuchellus eodem titulo diſp. 2. cap. 19. quæſt. 3. num. 31. Quadrius ſimili tractatu diſp. 3. caſu decimo, concl. 5. num. 1257. & ſequent. vſq; ad 1261.

Octauò ſequitur, illum incidere, qui deponit falſum teſtimonium in iudicio contra iuſtitiam aduertentèr, quando ſeruatur iuris ordo, licèt in deponendo in mente ſua æquiuocet. Ratio eſt, quia quando ſeruatur iuris ordo, non poteſt quis vti æquiuocatione, ſed reſpondendum eſt ſecundum petitionem interrogantis. *DD. communitèr.*

§. VII.

Modus obſeruandus per Confeſſarium Pænitentiarium, antequàm abſoluat annodatum hoc caſu.

28 TRia præſtabit Pęnitentiarius. Primum interroget Pęnitentem, an induxerit alium ad deponendum falſum teſtimonium in iudicio in damnum tertij, cum grauius peccatum ratione culpæ alterius admiſerit, *Cap. Noli, de Pænit. diſt.* 1.

Alterum, an reus, contra quem depoſuit falſum teſtimonium, remanſerit læſus, quia ſic pęnitens ad omnia damna reſarcienda tenetur, vti ferunt communitèr Doctores.

Tertium

Tertium interroget, an pluries depoſuerit falſum teſtimonium, modò reſpectu vnius articuli, modò reſpectu alterius, quia ſunt plura etiam peccata, vti conſtat ex communi DD. placito. Hæc dicta ſunt ſaluis Ordinationibus, Conſtitutionibus, aut Edictis huiuſce Epiſcopatus Bergomi, vel aliorum.

CASVS SEPTIMI PARS ALTERA.

De compellentibus ad deponendum falſum teſtimonium, preceuè perſuadentibus, vel pretio corrumpentibus.

SVMMARIVM.

1 *Duplex eſt timor.*
2 *De quo timore fiat ſermo in ſubiecta materia.*
3 *Ille, cui incutitur timor grauis excuſari poteſt à reſtitutione damni, & à reſeruatione, ſed non à peccato mortali.*
4 *Perſuaſio duplex eſſe poteſt, nuda, .s. & veſtita.*
5 *De qua loquatur textus.*
6 *Corruptio propriè eſt rei corporalis.*
7 *Corruptio duplex, nempè actiua, & paſſiua.*
8 *De corruptione actiua morali loquitur textus.*
9 *Corruptio violenta quomodò fiat.*
10 *Depoſitio per ſordes tribus modis fit.*
11 *An, qui alicui timorem incuſſit grauem, non ſequuto effectu, depoſitionis falſi teſtimonij, in caſum inciderit.*
12 *Soluitur obiectionis vinculum.*
13 *Item aliud enodatur vinculum.*
14 *Non incidunt mandantes, conſulentes, auxilium dantes, quando de eis non fit mentio in iure.*

Digitized by Google

IN SECVNDAM PARTEM TEXTVS CASVS SEPTIMI, .s.

Quiuè incuſſo timore compulerint, preceuè, aùt pretio perſuaſerint, aùt corruperint.

COMMENTARIA.

HÆc ſecunda ſeptimi caſus pars diligentiùs inſpecta, videtur per ſe diuiſa: nam in tres diſtinguitur particulas, iuxta tria verba in textu relata, .s. *Compulerint*, *perſuaſerint*, *& corruperint*. Iſtam itaq; proſequendo partem duo tantùm paragrapha percurremus, quorum primum erit terminorum declaratio. Alterum verò erit quarundam obſeruationum annotatio.

§. I.

Quò ad primum paragraphum, nobis ſe ſe offerunt immediatè termini illi (*Incuſſo timore compulerint*.). Notandum itaquè eſt, quòd diſtinctio, quæ per DD. affertur de metu, .s. leui, & cadente in conſtantem virum; eadem etiam prorsùs affertur de timore. Eſt itaq; duplex timor, nimirùm leuis, & cadens in conſtantem virum. Timor leuis eſt potius timor acceptus, quam incuſſus procedens ex carentia debitæ fortitudinis. Timor verò cadens in conſtantem virum eſt ille, qui, attenta infirmitate humana, poteſt officere in virum conſtantia præditum. Suppoſita hac diſtinctione cenſeo, textum loqui non de leui timore, ſed de cadente in conſtantem virum. Et ratio eſt, tùm quia, cum reſeruatio habeat rationem pęnæ, exiſtimo textum intelligendum eſſe de illo timore præcisè, de quo in iure habetur conſideratio; in iure autèm nulla habetur conſideratio metus leuis, ſed ſolummoùò grauis, *l. Nec timorem*, *ff. de Eo, quod metus cauſa*: tùm quia pœna conſtituta contra eos, qui metum inferunt, incurritur tantùm ob illum metum, qui ſufficit ad reuocanda geſta, quæ fiunt per metum, vt ait *Sanchez lib. 4. ſummæ cap. 4. & alij*, qualis eſt metus, .s. cadens in conſtantem virum: & in hoc loco metus, & timor ſunt equipollentes, idcirco incidet in caſum tantùm ille, qui incutit timorem cadentem in conſtantem virum: ille verò, cui incutitur, ſi tali timore perterritus, falſum deponat teſtimonium in iudicio in damnum tertij, licèt mortalitèr peccet, tamen non incidet in caſum: quia textus non loquitur de illis, qui coactè, ſed de illis, qui ſpontè, aùt doloſè deponunt falſum. Faciunt ea, quæ habet *Baldus in cap. Cum nuncius*,

extrà, de Teſtib. & atteſt. Nauar. in Manual. cap. 2. *n.* 50. *Leſſ. lib.* 2. *c.* 30.

Secundus terminus eſt (*Prece perſuaſerint.*) Pro intelligentia obſeruandum eſt, perſuaſionem eſſe quoq; duplicem, nempè nudam, & veſtitam. Nuda eſt illa, quæ fit ab aliquo abſquè prece, repreſentando tantummodò, quid vellet fieri, vel quomodo ipſe ſe haberet in tali caſu: vt ſi differens cum amicis illius, cui imminet depoſitio, diceret, ego tale præberem conſilium amico veſtro, vel aliud quid ſimile. Veſtita verò eſt illa, quæ fit exortatione, vel exoratione immediatè directa ad perſonam inducendam. Exempli gratia, ſi quis in hunc modum ſuum interpellaret amicum, oro, ac obſecro te etiam atq; etiam per illam neceſſitudinem, quæ inter domum tuam, & meam iugiter interceſſit, vt mihi in hoc caſu deſeruias, tale deponendo teſtimonium. De prece veſtita 4
vtiquè ſolummodò intelligit textus, quod liquidò colligitur per illas dictiones textus nempè (*prece,*) & per illam (*perſuaſerint.*) Fruſtra quippè adderentur huiuſmodi dictiones, ſi ad incidendum in caſum ſatis eſſet nuda perſuaſio. Loquitur itaq; textus de precibus, de quibus *Baldus in l.* 1. *C. de Raptu virg.* cum inquit, preces, vis, & metus æquiparantur. 5

Tertius terminus eſt (*Pretio corruperint.*) In primis notandum eſt corruptionem propriè eſſe rei corporalis, iuxta illud Philoſophi, Corruptio vnius eſt generatio alterius; transfertur autem in textu ad corruptionem morum. 6

Notandum inſupèr, duplicem eſſe corruptionem, nempè actiuam, & paſſiuam. Et quia hæ corruptiones ſunt correlatiuæ, ideò poſitæ ſe ponunt, & peremptæ ſe perimunt: quod idem eſt ac dicere, quod ſi eſt corruptio actiua in actu, eſt etiam corruptio paſſiua in actu, nec datur actu corrupens, quin detur actu corruptum ſimplicitèr, vel ſecundum quid, loquendo de actiuis, & paſſiuis merè naturalibus: quod ſecùs eſſe poteſt in moralibus, quia poteſt quis, quantum eſt ex parte ſui, niti, vt alteriùs animum corrumpat, & nihil corruptionis ſequatur ex parte ſe habentis per modum paſſiui. In hoc loco textus loquitur de corrumpente actiuè moralitèr. 7

Prætereà ſciendum eſt corruptionem actiuam moralem duplicem eſſe, 8
vlz. leuem, & violentam: illa nuncupatur leuis, quæ fit inſinuatione alicuius pretij, vt ſi quis dicat, nunquam extiti ingratus mihi benefacientibus, & de tali corruptione reor non loqui textum, quia lippis, ac tonſoribus iam notum eſt mendaces eſſe filios hominum in ſtateris, ac vanas eſſe eorum voces, *l. Decurionum, C. de Pœnis.*

Ceterùm illa appellatur violenta, quæ fit pretio dato, vel promiſſo expreſſis verbis, vt contingit, cum quis præbet alteri tantum pecuniæ, aùt 9
cum pollicetur hoc, vel illud ſe illi præſtiturum, ſi falſum pro ſe, aùt pro alio depoſuerit teſtimonium, & de hac loquitur textus, quia iſta eſt ſuf-

ficiens ad inferendam vim, iuxta illud Virgilianum, *Quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames?* & iuxta illud *Arioſti, cantu* 34. pugnant enim, & vim inferunt haſtis argenteis, apud *Manut. Adag.* 643.

10 Demùm obſeruandum, quòd ille, qui aliquo horum trium modorum mouetur ad deponendum falſum teſtimonium in iudicio contra iuſtitiam, dicitur facere per ſordes, vt teſtatur *Gambarupta de Caſibus reſeru. caſ. vlt. Diœceſis Aquenſis, num.* 8. cuius ſunt iſta verba, *Ille per ſordes dicitur facere, quidquid facit prece, timore, aùt odio corruptus.*

§. II.
ANNOTATIO I.

11 Quò ad ſecundum, qui quantum eſt ex parte ſui alteri incuſſit timorem cadentem in conſtantem virum, vel prece armata, ſiuè veſtita ſua fit, aùt pretio violento corrupit, non per hoc incidit in caſum, niſi ſequutus fuerit effectus, ſcilicet depoſitio falſi teſtimonij in iudicio in damnum tertij. Ratio eſt, tùm quia verba textus ſunt intelligenda cum effectu, iuxta *l. Nomen filiarum, ff. de verb. ſignif. cap. Cum in cunctis, de Elect. & cap. Perpetuò, eodem tit. in 6.* Vbi dicitur, quòd, quandò pęna apponitur à iure ipſo facto ob aliquod delictum, nunquam eſt locus illi pęnæ, niſi delictum ſit conſummatum; quod regularitèr verum eſt, niſi ius aliter diſponat: tùm quia propoſitum in mente retentum parit abortum, *l. Si repetendi, C. de Cond. ob cauſam.*

12 Dices cum *Ioanne Altenſtaig in Lexicon, ver. Concupiſcentia,* quod omnis completa voluntas, ſiuè bona, ſiuè mala pro facto reputatur. Dices vlteriùs cum DD. communitèr, velle peccare peccatum eſſe. Reſpondetur huiuſmodi auctoritatibus, voluntatem quidem peccandi reputari pro facto quò ad peccatum, ſed non quò ad grauitatem, vel quò ad reſeruationem: non quo ad grauitatem, quia cęteris paribus, grauiùs eſt peccatum conſummatum à parte effectus extrinſeci, quam tantùm volitum: itèm non quò ad reſeruationem, quia verba reſeruationis ſtrictè veniunt interpretanda, niſi ratio in aliquo ſpeciali caſu alitèr ſuadeat, vt ſi ſequeretur abſurdum ex reſtrictione. Ita communitèr DD.

13 Dices prætereà affectus tantùm punitur ſicut effectus, *l. Is, qui cum telo, C. ad l. Cornel. de ſicar.* Reſpondetur huiuſmodi regulam pati exceptionem in multis, ſed ſpecialitèr in materia reſeruationis caſuum, vbi facienda eſt ſtricta interpretatio, cum habeat quandam rationem pęnæ, vt teſtatur *Naldus, ver. Caſus, num. 3. Fagundez lib. 5. cap. 1. numer.* 28. qui ponit duplicem eſſe reſeruationem, ſ. perſonalem, & legalem, & vtramq; vult eſſe pęnalem. Legalis eſt ſtrictè pęna, ſed perſonalis latè.

AN-

Digitized by Google

ANNOTATIO II.

An verò ſequuto effectu incidant in caſum ſolum incutientes timorem, prece perſuadentes, aùt pretio corrumpentes, an etiam incidant mandan- 14
tes, & conſilium dantes, &c. Cui difficultati reſpondetur negatiuè, quia in textu nulla fit mentio de mandantibus, aùt conſilium dantibus, &c. & verba non veniunt extendenda in hac materia, vt ſæpè ſæpiùs me dixiſſe memini. Vide *Nau. c. 27. de Excommunicat. à iure latis Papæ reſeruatis, num.* 51. quem in ſimili ſequor.

ANNOTATIO III.

In foro Eccleſiæ iuramentum coactum non eſt obligatorium: tùm quia Eccleſia præſumit, illum, qui coactè iurauit, non iuraſſe voluntate implendi iuramentum, ſed potiùs euadendi periculum: tùm quia ille, qui iurare compulit, cum malitioſè, & doloſè proceſſerit, nullum ius acquiſiuit, nec de malitia commodum reportare debet: in foro tantum Dei iuramentum coactum eſt obligatorium, quia, cum Deus aſpiciat voluntatem, quæ minimè cogi poteſt actione ſufficienti, ſed ſolummodò induci, iudicat talem hominem obligari; ideò in foro conſcientiæ ſecundum Theologos conſulendum eſt ei, qui ſic iurauit, niſi prius relaxationem obtinuerit, vt iuramentum impleat. Verùm hoc intelligi debet, ſi iuramentum illud fuit reſpectu rei licitæ, quia reſpectu illicitæ non tenet: iuramentum enim non eſt vinculum iniquitatis. Ita *S. Bonau. in 3. ſent. diſt. 39. art. 3. qu.* 2. eximit tamen coactio à reſeruatione.

Verùm hìc obſeruandum, quia ſi homo iſte coactus, extrinſecè finxit ſe obligare, ſed intrinſecè noluit ſe obligare, nec in foro Dei promiſſum illud adimplere tenetur. Ita *D. Bonau. vbi ſupra, qu.* 1.

ANNOTATIO IV.

Meretrix, quæ coacta ab Amaſio ſuo iurauit ſe ei ſeruaturam fidem, .s. non cognoſcendi alium præter ipſum; tametſi cum illo nec poſt iuramentum teneatur commiſceri, quia nunquam obligamur iniquitatis vinculo, tantum obligatur ad hoc promiſſum non commiſcendi ſe cum alio, quia hoc habet quandam rationem boni, & honeſti, licèt non ſatìs, nec ſufficiat pro conſequenda ſalute animæ. Ita *S. Bonau in 3. ſentent. diſt. 39. art. 2. qu. 3.* Hinc *S. Augu. de Bono coniugij cap. 4. tom. 6.* dicit; quia meretrix iurans ſe ſeruaturam fidem ſuo locatori peior eſt, ſi non ſeruet fidem, quam ſi obſeruet.

CA-

Digitized by Google

CASVS OCTAVI
PARS PRIMA.
SVMMARIVM.

1 (Qui) *complectitur hoc in loco tàm mares, quàm fœminas.*
2 *Homicidium duplex eſſe conſtat, vz. impropriè ſumptum, & propriè.*
3 *De homicidio propriè ſumpto loquitur Textus.*
4 *Homicidium propriè ſumptum diuiditur in immediatum, & mediatum.*
5 *Homicidium eſt dupliciter voluntarium.*
6 *Homicidium itèm eſt duplex nimirùm directum, & indirectum.*
7 *Homicidij cauſa duplex eſſe poteſt.*
8 *De quo voluntario loquatur Textus.*
9 *Aliqui ſentiunt, homicidium in cauſa propinqua minimè comprehendi ſub homicidio voluntario.*
10 *In ſententia aliquorum dicta doctrina minimè improbabilis videtur.*
11 *Quæ opinio cenſeatur probabilior.*
12 *Traditur regula generalis demonſtrans incidentes, & non incidentes in caſum.*
13 *Non incidentes ex carentia conditionis contra iuſtitiam.*
14 *Non incidentes ex carentia voluntarij.*
15 *Non incidentes ex carentia voluntarij propinqui.*
16 *Non incidentes ex alijs cauſis generalioribus.*
17 *In dubio, an mors ſequuta ſit ex vulneribus per percuſſorem inflictis, quid præſumendum ſit.*
18 *Doctrina Comitoli notabilis.*
19 *Incidentes ratione homicidij contra iuſtitiam.*
20 *Incidentes itèm rationè homicidij contra iuſtitiam voluntariè in cauſa propinqua.*
21 *Doctrina Gambaruptæ.*
22 *Obſeruatio circa legem ciuilem.*
23 *Item alia obſeruatio circa legem ciuilem.*
24 *An ſit excuſandus à pœna faciens, quod ſolitum eſt fieri iure ciuili.*
25 *Quomodo licitũ ſit ob defenſionẽ vitæ propriæ corporalis alterũ occidere.*
26 *In dubio, an occiſio fuerit ex neceſſitate, vel voluntaria, quid iudicandum erit.*
27 *An pro tuenda vita ſpirituali liceat Aggreſſori inferre necem.*
28 *An bonum ſit interdum omittendum.*
29 *Modus per Pænitentiarium tenendus.*
30 *Satisfaciendum eſt offenſis.*

IN

Qui homicidium voluntarium commiſerint, vel committi mandauerint, aùt conſuluerint.

COMMENTARIA.

Textus iſte in tres diuiditur partes, vt conſtat intuentibus tria verba ipſius. Prima tangitur ibi, *Qui homicidium voluntarium commiſerint*, Altera ibi, *vel committi mandauerint*. Tertia ibi, *aut conſuluerint*.

Circa primam partem ſeptem percurremus paragraphs, quorum primum erit terminorum expoſitio.

Alterum eſt regula generalis ad dignoſcendum incidentes in caſum, & non incidentes.

Tertium oſtendit non incidentes in caſum.

Quartum fert annotationes circa non incidentes.

Quintum deſignat incidentes.

Sextum affert annotationes circa incidentes.

Septimum deniquè tradit modum obſeruandum per Pęnitentiarium priuſquam abſoluat annodatum hoc caſu.

§. I.

Quò ad primum paragraphum, immediatè ſe offert nobis terminus (*Qui*,) circa quem breuitèr me expediendo, dico ſolummodò, quòd in hoc loco complectitur ſub ſe nedum viros, ſed fęminas etiam, vt ex vſu, ac ſenſu omnium Confeſſorum conſtat, cum nulla ſufficiens poſſit aſſignari ratio, cur fęminæ non debeant hoc affici caſu. 1

Secundus terminus eſt (*Homicidium*.) Obſeruandum eſt duplex eſſe homicidium, nempè impropriè ſumptum, & propriè. Nomine homicidij impropriè ſumpti venit omnis occiſio hominis quoquomodo obtigerit ei, ſiuè à ruina murorum ſuper ipſum ruente, ſiuè ab aqua, ſiuè ab igne, ſiuè ab animali irrationali, ſiuè à rationali abſque peccato. 2

Cæterùm nomine homicidij propriè ſumpti, venit ſolummodò occiſio hominis per hominem iniuſtè perpetrata, ſiuè ſtatim ſequatur, ſiuè poſt temporis ſpatium. Nunc deueniendo ad propoſitum noſtrum, dicendum eſt, textum loqui non de homicidio impropriè, ſed propriè. Et ratio eſt, 3

quia

quia reſeruatio regulariter non eſt niſi mortalium, vti communitèr tra-
dunt Doctores.

Notandum eſt autèm, quòd homicidium propriè ſumptum diuiditur
4 in immediatum, & mediatum: immediatum eſt, vbi quis per ſe ipſum
alterùm vita priuat: mediatum verò eſt, vbi quis per alium alterum oc-
cidit. De vtroq; loquitur textus integralitèr ſumptus, .s. quatenus com-
plectitur tres partes, de quibus ſupra dictum eſt: nam vtrumq; eſt vo-
luntarium propriè ſumptum cum peccato mortali. Dixi integraliter ſum-
ptum, quia in hac prima parte loquimur tantùm de homicidio, quod
quis per ſe patrat. In ſecunda verò loquemur de illo, qui per alium illud
committit.

Tertius terminus eſt (*voluntarium.*) In huius gratiam notandum eſt
5 homicidium tàm immediatum, quàm mediatum poſſe exiſtere duplici-
tèr voluntarium .s. in ſe, vel in ſua cauſa: voluntarium in ſe eſt illud,
quod committitur dolo, & intentione occidendi, *l. prima ff. ad l. Corne-
liam de ſicar.* Voluntarium verò in ſua cauſa eſt, quando voluntas non
fertur in homicidium, ſed in aliud, ex quo nouit ſequi regularitèr homi-
6 cidium. Primo modo ſumptum vocatur à *D. Thom. prim. 2. qu. 6. art. 3.*
homicidium directum, & per ſe, quia procedit à voluntate ad hoc dire-
cta, vt cum quis habet animum occidendi aliquem, & de facto illum oc-
cidit, & iſta eſt propria homicidij malitia, *l. 1. C. eodem.* Altero autèm
modo vocatur homicidium indirectum, & quaſi per accidens, quia vo-
luntas non fertur immediatè in homicidium, ſed in aliud, quod eſt cauſa
homicidij.

7 Verùm hìc ſummoperè notandum eſt, cauſam homicidij duplicem eſſe
poſſe, nimirùm propinquam, & remotam. Si eſt propinqua iudicatur
voluntarium homicidium, vt ſi cognoſcens ex tali actione ſequi regula-
ritèr mortem, velit illam. Exempli gratia, Petrus nouit, quòd ex pro-
pinatione veneni regularitèr ſequitur mors, & tamen inimico ſuo vult
illud propinare, attendens, quid eueniat. Iſte quamuis in propinatione
veneni non intenderit, vt ſuppono, mortem inimici; tamen ſi mors ſe-
quatur, dicetur homicidium voluntarium. Ratio eſt, quia ferè impoſſi-
bile eſt velle inducentia regularitèr mortem, & nolle ipſam mortem.
Ceterùm, ſi cauſa huiuſmodi eſt remota, cenſetur homicidium tantum
caſuale, vt ſi quis animo ſolummodò vulnerandi percutiat inimicum in
parte, ex qua regularitèr non ſolet ſequi mors, vt illum vulnerando in
dorſo, vel brachio, licèt poſtea fortè fortuna ſequatur.

8 Nunc deueniendo ad intentum noſtrum cenſeo, Textum reſeruare
ſolummodò homicidium voluntarium propriè, & voluntarium in cauſa
propinqua. *Floronus de Caſibus reſeru. caſu 4. §. 1. num. 10. Gambarupta
de Caſibus reſeruatis caſ. 7. num. 4. & 5. Syluest. verb. Homicidium, num. 2.*

Nauar.

Digitized by Google

Nauar. in Manuali capit. 27. num. 238. Azorius par. 3. lib. 2. in præfatione.

9 Sunt tamen nonnulli DD., qui nolunt homicidium in cauſa propinquia comprehendi ſub voluntario homicidio, & proindè ſecundùm iſtorum ſententiam homicidium tale non foret reſeruatum in noſtra Diœceſi. Rationes eorum ſunt præcipuę: tùm quia in occidente deficit voluntas occidendi, voluntas autem diſtinguit delictum à non delicto: tùm quia illud ſolum appellatur homicidium voluntarium in iure Canonico, quòd fit ex propoſito, per ſe, & directè intentum, licèt fiat ſine animo occidendi, & fiat talis actio, ex qua, vt plurimùm, ſequatur mors, verbi gratia, ſi quis grandi ligno, aut lapide volens ſolum percutere occidat. Ita *Emanuel Sà, verb. Homicidium numer.* 4. qui citat *Baſil. ad Amphil. cap.* 8. *&* 11. Hæc opinio, vt notat *Bonacina de Cenſuris diſp.* 7. *quæſt.* 4. *pun.* 8. *num.* 1. *&* 2. non videtur improbabilis aliquibus DD. loquentibus de diſpenſatione, quam circa irregularitatem homicidij non voluntarij concedere poteſt Epiſcopus, iuxta *Tridentini Decretum ſeſſ.* 14. *de Reform. cap.* 7. Qui hanc ſequuntur ſententiam dicunt conſequentèr, mandantem ſolummodò incidere in caſum, quando verè intendit homicidium, non verò quando ſequitur ex actione, ex qua vt plurimùm ſolet obtingere. 10

11 Prima opinio cenſetur probabilior, ac ſecurior, reſpondetquè alteri dicens, falſum eſſe, quod ſupponitur, nempè deficere voluntatem in homicidio in cauſa propinqua, quia quamùis non ſit ibi propria, & perfecta homicidij malitia, eſt tamen ibi voluntas ſaltèm interpretatiua; quia, qui vult antecedens, ex quo ſolet regularitèr ſequi tale conſequens, dicitur velle etiam conſequens. Ad illam verò rationem, .s. quòd in iure dicitur præcisè voluntarium, quod eſt intentum, dicendum eſt, Doctores addidiſſe voluntarium quoque eſſe homicidium illud, quod ſequitur ex cauſa propinqua, quod cognoſcens Eccleſia admiſit.

Afferuntur à DD. quædam aliæ diſtinctiones de voluntario homicidio, ac etiam de caſuali, ſed cum viderim illas coincidere cum prædictis conſultò eas prætermitto.

§. II.

Quò ad ſecundum paragraphum traditur regula generalis pro doctis, ex qua vnà cum iactis fundamentis, ſatis illis conſtat, qui incidunt in caſum, & qui non incidunt. 12

REGVLA.

Ad incurrendum caſum hunc duo copulatiuè requiruntur, quorum

Primum eſt, vt homicidium iniuſtè .ſ. contra iuſtitiam committatur.

Alterum eſt, vt ſit voluntarium in ſe, aut ſaltem in cauſa propinqua, ſequuto tamen effectu.

Et vtraq; conditio conſtat ex iactis fundamentis declarando terminos §. 1.

Pro minus peritis practicatur regula ſimul cum fundamentis.

§. III.

NON INCIDENTES.

Ex defectu primæ conditionis regulæ .ſ. (*vt homicidium iniuſtè, ſiuè*
13 *contra Iuſtitiam committatur*) ſequitur primò Iudicem illum non incidere, qui ſua ſententia occidit innocentem, qui tamen probatur in iudicio nocens, ſi ipſe non valet eius probare innocentiam, nec excludere ſe à ferenda ſententia: ſeruatis tamen, quæ paſſim apud Summiſtas ſeruanda traduntur. Vid. *Toletum lib. 5. cap. 6. num.* 15.

Secundò ſequitur, nec illum Iudicem incidere, qui vindictæ liuore, aliauè peccaminoſa paſſione motus, verè conuictum, mortis pęna mulctat. Ita *Comitolus in ſuis Moralib. reſponſ. lib. 4. de Criminibus, & Criminoſis, qu. 10. num.* 4.

Tertiò ſequitur, nec illum Carnificem, ſeù Iuſtitiæ Miniſtrum incidere occidendo condemnatum; licèt libentèr hoc præſtet aliquo odio motus.

Quartò ſequitur, nec illum incidere, qui occidit Bannitum intra terminum, ſeù dominium Iudicis, qui fecit ſententiam, ſi eius mors nedum permittatur, ſed approbetur publico Edicto magno propoſito præmio, vti fit contra ſicarios regularitèr omnibus infeſtos. Ita *Lucas Floronus de Caſibus reſeruatis par. 2. cap. 4. num. 26.*

Quintò ſequitur, nec illum incidere, qui zelo iuſtitiæ ſanctæ Matris Eccleſiæ excommunicatum, incorrigibilem, ac publicum perſecutorem ipſius Eccleſiæ occidit, *Cap. Excommunicatorum 23. quæſt. 5.*

Sextò ſequitur, nec illum incidere, qui omiſit tribuere eleemoſinam pau-

paupeři, ex cuius omiſſione obijt iuxta Ambroſij Sancti dictum, *Si non pauiſti, occidiſti*.

Septimò ſequitur, nec militem illum incidere, qui in bello iuſto occidit aliquem ex aduerſarijs, quamuis intenderet aliquem occidere in particulari, & de facto occiderit. Ita *Flor. tract. de Caſib. reſ. par. 2. caſ. 4.*

Octauò ſequitur, nec illum incidere, qui in bello iuſto occidit innocentes indirectè, & abſque intentione, cum non poſſet alitèr hoſtes debellare.

Nonò ſequitur, nec illum incidere, qui in publico bello de ordine ſui Ducis occidit aduerſarios ad vindicandam iniuriam acceptam, vel ad maiorem ſecuritatem, licèt iam habita ſit victoria, dummodò hoc faciat, vt dixi, auctoritate Principis, ſeù belli Ducis.

Decimò ſequitur, nec militem illum incidere, qui ex praua intentione, .s. occidendi inimicum fecit ſe adſcribi Militiæ iuſtæ, ſi de facto in illa ipſum occidit.

Vndecimò ſequitur, nec illum incidere, qui occidit Tyrannum iniuſtè vſurpantem dominium, quod non habet, ſi non adeſt aliud remedium liberandi ſe, nec populum ab illius oppreſſione, vti contingit, cum non adeſt recurſus ad Superiorem; quòd ſanè procedit, etiam ſi intercesſerit promiſſio habendi illum pro Rege, Duce, &c. ſuppoſito quòd talis promiſſio fuerit omninò extorta metu cadente in conſtantem virum, & quòd populus non ſe adſtrinxerit iuramento animo ſe obligandi.

Omnium iſtarum vndecim conſequentiarum prædictarum, ſtudendo pro poſſe breuitati, vna affertur ratio omnibus communis, ſed tamèn eſſentialis, & eſt quia nullus ex nominatis in dictis conſequentijs peccat contra iuſtitiam, quæ eſt conditio ex neceſſarijs ad incidendum in caſum. Verùm licet ſupradicti non peccent contra iuſtitiam, aliqui tamen peccant contra charitatem occidendo, vt patet de Iudice, qui fecit ſententiam iuſtam, ſed libentèr liuore vindictæ illam tulit; & de Carnifice, qui itèm liuore vindictæ aliquem libentèr ſuſpendit, &c.

12. Ex defectu ſecundæ conditionis regulæ, .s. (*Quod homicidium ſit voluntarium in ſe.*) ſequitur, illum non incidiſſe, qui caſu fortuito aliquem interemit. 14

ADDITIO.

AD hoc nota, quod ſi Titius deliberaſſet occidere Antonium, & credens, ſe in Antonium ipſum incidiſſe, occidat Caium ſibi obuium peccabit vtique lætaliter; at reſeruationem vitabit; quia homicidium Caij non eſt Titio vndique voluntarium, & ideo non clauſum ſub decreto reſeruante, cuius termini plenè debent verificari. Ita Graſſius lib. 1. capit. 14.

num. 64. Nald. verbo excommun. Mazuchellus diſp. 2. cap. 7. nu. 116. quæſt. 3. Quadrius de reſeru. diſp. 3. caſu 7. concluſ. 6.

13 Sequitur nec ſeruulum illum incidiſſe, qui coactus, metu cadente in conſtantem virum, Dominum ſuum interfecit, vt è manibus eius ſe eriperet, ne ab ipſo occideretur. *Floron. de Caſ. reſer. p. 2. c. 4. num. 17.*

14 Sequitur, nec Virginem illam incidere, quæ verè timens nè aſſentiat peccato ſtupri, cum alia via non ei ſuppetat ad euadendum ſuæ pudicitiæ aggreſſorem, zelo illius tuendæ, ipſum occidit, ſuppoſito, quod non intenderit eius mortem, ſed ſuam defenſionem tantum. Ita *S. Antoninus par. 2. tit. 7. cap. 8.*

15 Sequitur, nec illum incidere, qui vocatus à patiente iniuſtè iniuriam oppreſſionis vitæ, occidit oppreſſorem, cum à morte oppreſſum alio modo minimè liberare potuerit, vt ſupponitur, nec ipſe oppreſſus ab oppreſſore itèm alio modo liberari poſſet. *Sayrus cap. 10. num. 36. verſ. Quia licèt.*

16 Sequitur, nec illum incidere, qui ſubita ira proximum occidit, facta hypotheſi, .i. ſuppoſito, quòd tanta, ac talis extiterit ira, animiq; perturbatio, vt quid ageret, minimè aduerterit. *Hoſtienſis in Sum. tit. de Maled. §. qualitèr, col. 2. Lazarius can. qq; quæſt. 1. n. 36.* Obſerua tamèn cum *Lazario loco dicto*, homicidium regularitèr non fieri ita repente, quin homo poſſit deliberatione vti.

ADDITIO.

Notabilior ſequela, indicio meo, eſt, quod in reſeruationem homicidij voluntarij nullus incidet, qui perpetrauerit homicidium in ſubita rixa, ita vt dici non poſſit, quod vulgò pronunciatur à Caſo penſato, *etiam ſi percuſſio, & ſubita illa deliberatio percutiendi fuerit mortalitèr mala. Ratio eſt, quia Concil. Trid.* ſeſs. 24. cap. 6. *negat Epiſcopis facultatem abſoluendi ab irregularitate incurſa ob voluntarium homicidium; & tamen ex probabiliſſima ſententia licet Epiſcopis homicidas abſoluere, dummodo non fuerit homicidium* à Caſo penſato, *vel* per inſidiàs, *vt docent* Diana p. 1. tract. 11. reſol. 121. & 2. p. 7. tract. 2. reſol. 29. 31. & 32. p. 10. trac. 11. reſ. 19. & par. 12. in Miſcell. reſol. 6. Cotonius tom. 1 lib. 3. Controuer. 7. cap. 5. num. 159. *cum allegatis. Qua propter ſi in ſenſu Concilij homicidium voluntarium eſt tale, ita & in ſenſu tabellæ reſeruantis erit intelligendum, cum maximè facultas abſoluendi, & diſpenſandi latè ſit explicanda.* Coton. cum citat. ibid. n. 160. *Sic theſim meam in terminis ſuſtinent* Auila, Henriquez, Coninch. cum Mazuchello num. 130. & 131. cap. 7. diſp. 2. quæſt. 3. *contra* Gambaruptam.

17 Sequi-

17 Sequitur nec illum incidere, qui adhibito moderamine inculpatę tutelæ alterum ad vitę propriæ defenſionem occidit. Iſtarum conſequentiarum à numero duodecimo, vſq; ad decimum ſeptimum incluſiuè vnica itidem aſſignatur ratio, nimirum, quod homicidium in nullo prædictorum caſuum, vt ſuppono, fuit voluntarium propriè, & in ſe, nec in cauſa propinqua, velut paulò ſupra explicatum fuit; quapropter, cum deficiat conditio eſſentialis ad incidendum, nullus ex ſupradictis remanet caſu annodatus.

18 Ex defectu prædictæ particulæ ſecundæ conditionis regulæ, nempè (*Quod homicidium ſit voluntarium ſaltèm in cauſa propinqua.*) ſequitur 15
illum non incidere, qui actionem aliquam exercet de ſe inſufficientem ad homicidium. Exempli gratia, Petrus vulnerat Paulum non lethali vulnere; & Paulus vulneratus perijt ob aliquam cauſam contingentèr occurrentem, velut quia magnam vini generoſi quantitatem ſumpſerit.

Idemq; ſequitur, quamuis Paulus non perijſſet ob ſolam immoderatam ſumptionem vini, niſi prius Petrus intuliſſet illi vulnus. Ita *Bonac. de Cenſ. diſp. 1. quaeſt. 1. punc. 3. prop. 4. num. 10.*

19 Sequitur, illum non incidere, ſi verberante leuitèr mulierem pregnantem ſequutus eſt abortus fętus animati.

20 Sequitur, nec Clericum illum incidere, qui dum exerceret actum ſibi illicitum, ſed ex ſui natura minimè mortis inductiuum, ſequitur occiſio, vt ſi dum miſit ſclopum amico ſuo, delator in via à fulmine fuerit occiſus.

21 Sequitur, nec illum incidere, qui non eſt ſolitus, dum dormit, arma ſumere, ſi fortè dormiendo aliquem occidat, tametſi occidat illum, quem die antecedenti in vigilia conatus eſt occidere, ac ſic affectum dormitum iuerit, & ea phantaſia motus, in ſomno ſurgens eundem interfecerit.

22 Sequitur, illum non incidere, qui in ebrietate aliquem occidit, ſuppoſito, quod non eſſet ſolitus talia facere, licèt ebrietate oppreſſus.

Iſtius conſequentiæ, & omnium prædictarum à numero decimo octauo incluſiuè, vſq; ad vigeſimum ſecundum itèm incluſiuè, vna redditur ratio nempè, quòd prædicta homicidia non fuerunt voluntaria nec in ſe, nec in cauſa propinqua, vt patet conſideranti dictas conſequentias.

Ex cauſis generalibus reſeruationis.

23 Sequitur, illum non incidere, qui decreuit aliquem interficere, ſed tamèn id non præſtitit, vel quia poſtea noluit, vel quia non valuit; quia 16
reſeruatio regularitèr eſt ſolummodò de actibus exterioribus, vt *communitèr ferunt DD. & præcipuè Nal. ver. Caſus num. 4.*; iſta autèm occiſio eſt tantum interior, ideò textus non militat contra.

24 Sequitur, illum non incidiſſe, qui dubitat mortuum eſſe inimicum ſuum,

ſuum, quem grauitèr à ſe vulneratum reliquit. Ratio eſt, tùm quia in dubio facti melior eſt conditio poſſidentis libertatem; Confeſſarius autem, licèt ſimplex, .i. carens facultate ſuper caſu iſto eſt in poſſeſſione ſuæ iuriſdictionis: tum quia reſeruatio eſt odioſa, & proindè non ampliandа: tùm etiam, quia in foro externo in dubio talis non iudicabitur homicida, idcircò nec in foro Sacramenti Pęnitentiæ in dubio facti ſequutæ mortis iudicandum eſt pęnitentem incidiſſe in caſum: idem.n. eſt iudicium fori externi, & interni, quando forum externum non innititur falſæ præſumptioni.

17 Dices, in dubio tutior pars eſt eligenda, ergò iſte, qui dubitat, an inimicus ſuus mortuus ſit ex vulneribus illi à ſe inflictis, præſumere debet ex illis ipſum eſſe mortuum, vt tutiorem eligat partem. Reſpondeo ex obligatione non ſemper eligendam eſſe partem tutiorem, vt doctè notat *Bonac. de Sacram. diſp. 5. quæſ. 7. punc. 5. §. 4. num. 2.*

Vrgebit fortaſsè, qui dubitat aliquod peccatum eſſe mortale, tenetur illud confiteri Confeſſario approbato ad excipiendas confeſſiones, ergò, & qui dubitat aliquod peccatum eſſe reſeruatum, tenetur illud confiteri Confeſſario pro reſeruatis approbato. Satisfacit obiectioni *Bonac.* negando ſimilitudinem. Ratio autèm diſſimilitudinis eſt, quia reſeruatio, cum ſit odioſa, & pęnalis, non extenditur ad caſus dubios. Confeſſio verò eſt fauorabilis, & conſequentèr facienda, nedum pro mortalibus certis, ſed etiam pro dubijs. Hæc quæ dicta ſunt, de dubio facti procedunt, quod dico, quia in dubio iuriſdictionis ſecùs eſt dicendum; nam ſi Confeſſor ex vna parte certò nouit peccatum eſſe reſeruatum, & ex altera dubitat habere iuriſdictionem circa tale peccatum, non poteſt abſoluere.

25 Sequitur, Militem illum non incidere, qui in dubio de iuſtitia belli ad imperium Domini ſui ad illud pergit occidendo hoſtes. Ratio eſt, quia ſubditus in dubio, poteſt tuta conſcientia præſumere præceptum Dominorum ſuorum fore iuſtum, cum non conueniat ſubditis Dominorum ſuorum conſilia diſcutere.

Idem infertur de Iudice, qui tantum eſt executor ſententiæ mortis alterius Iudicis ſuperioris. Ratio eſt, quia ad ipſum non ſpectat velle per teſtes, & indicia examinare, an illa ſententia iuſtè, vel iniuſtè ſit lata; nam ipſi datur executio ſententiæ, non cognitio cauſæ. Faciunt, quæ habet *Zanardus in Directorio Theologorum par. 2. tract. de Pœnis minuen. capit. 11.*

ADDITIO.

Sequitur ex dictis, non incidere Medicum ob cuius culpam, etiam craſſam, & latam ægrotus aliquis decedat, licèt ipſe Medicus mortaliter

liter delinquat, & efficiatur irregularis. Quia non commiſit homicidium dolo malo animo occidendi; & potius debet mors infirmi numerari inter caſualia mixta homicidia, quam inter directa voluntaria. Facit Leſſius lib. 2. cap. 13. dub. 10. num. 69. Bellochius cum Mazuchello caſu 7. diſp. 2. num. 121. quæſt. 1.

Item ſequitur reſolutio generalis, per præſentem reſeruationem homicidij voluntarij, reſeruari homicidia poſitiuè patrata, non permiſſiuè; & ideò ſi quis ſinat proximum mori in aliqua anguſtia, vel ægeſtate extrema cum poſsit ſubuenire ſi velit, charitas Dei vtique non erit in illo; vitabit tamen reſeruationem, quæ ſupponit voluntarium homicidium per actum poſitiuum, influxum habentem in illam mortem, dolo, & malo animo, non verò negatiuam tantum permiſſionem. Sic Mazuchellus cit. quæſt. 3. diff. 1. n. 145. Graffius in praxi lib. 1. cap. 14. num. 66.

§. IV.

ANNOTATIO I.

In generali obſeruandum eſt cum *Comitolo in ſuis Reſponſionibus Moralibus lib. 4. quæſt. 10. num. 2.* quòd in Edicto reſeruationis homicidium 18
ſumitur pro iniuſta hominis interfectione, excludente neceſſitatem, ſeù defenſionem vitæ, aùt ſui honoris, aùt ſuorum bonorum, non autèm, vt etiam ſupra notatum eſt, pro homicidio, quod accidit caſu, .i. præter ſcientiam, ac animum occidentis. Quapropter non incidit, qui alterum occidit ob aliquam dictarum trium cauſarum, .s. vel pro iniuſta ablatione vitæ, honoris, vel bonorum, nec itèm qui caſu occidit, vt dixi.

ANNOTATIO II.

Hæ duæ difficultates nempè, an liceat occidere pro tuenda vita corporali, & ſpirituali propria, abſq; hoc quòd occidens incidat in caſum, fuſiùs infra videbitur, quamuis locus proprius eſſet iſte, ſed conſultò omittuntur, ne prolixitate circa hunc paragraphum, ingeram faſtidium; nam appetitus animi nouo cibo ſpirituali excitatur, velut appetitus corporis nouo corporali.

§. V.

INCIDENTES.

Ex regula generali ſupradicta ſequitur primò, priuatum illum hominem incidere, qui ſuum occidit inimicum, licèt foret vita indignus, & 19
ab ipſo

ab ipſo iniuſtè, grauitèr, ac multotiès extitiſſet offenſus.

2 Sequitur, Iudicem illum incidere, qui non ſeruato iuſto, ac neceſſario iuris ordine in ijs, quæ pertinent ad ſubſtantiam iudicij legitimi, velut eſt numerus teſtium, aliquem ad mortem dijudicat. Ita *Comitol. in Reſponſionibus Moral. lib. 4. qu. 10. num. 3.*

3 Sequitur, illum incidere, qui propria auctoritate tyrannum interemit (loquor hìc de tyranno, qui tantum tyrannicè ſubditos tractat, non de illo, qui vſurpat dominium, quod non habet, de quo ſupra §. 3.) *Concil. Conſtantienſe, ità deffiniente*, vt refert *Floron. de Caſib. reſer. par. 2. caſ. 4. num. 10.*

4 Sequitur, reum illum ad mortem damnatum incidere, ſi occidit iuſtitiæ miniſtrum, quamuis hoc præſtiterit, vt ſe à morte erueret, *Nauar. cap. 15. num. 8.*

5 Sequitur, incidere, qui interfecit aliquem, licet volentem, & conſentientem, *l. Liber. hom. ff. ad l. Aquiliam.*

6 Sequitur, virum illum incidere, qui priuata auctoritate interfecit reum in carcere detentum, quamuis luce ſequenti in foro occidendus eſſet, *cap. Cum miniſter. 23. quæſt. 5.*

7 Sequitur, ſingulos illos incidere, qui priuata auctoritate aggreſſi, aliquem interemerunt, tametſi aggreſſus ex vno tantum ictu obierit, & ignoretur, cuius ictu ſit mortuus. *Bartol in l. Si in rixa ff. ad l. Corn. de ſicar.* quem ſequitur *Floron. de Caſibus reſeru. par. 2. caſ. 4. §. 1. n. 42.*

ADDITIO.

EX *fundamentis iactis à* Lupo diſtinct. 2. art. 3. pag. 25. par. 1. & in additione ad eumdem locum pag. 27. *contrarium decidendum eſt circa quæſtionem ab* Auctore *reſolutam* hoc num. 7. *Si enim in dubio tam iuris, quam facti nemo debet ſupponi reſeruatione ligatus* Sanchez lib. 1. moral. cap. 10. Diana p. 4. tract. 3. reſol. 4. Tambur. in Method. Confeſ. lib. 2. cap. 2. §. 4. num. 27. & lib. 5. iuris Diuini de Caſ. reſer. cap. 4. num. 7. *Sequitur, plures correos homicidij non incidiſſe in preſentem caſum reſeruatum quotieſcumque ignoretur, vel dubium ſit à quonam ipſorum defunctus fuerit interfectus. Neque opponi poteſt, quod conſtet de homicidio; nam licet de corpore delicti appareat, non tamen liquet, qui nam fuerit homicida, & in hoc dubio nemo debet talis cenſeri ad effectum ſubeundi odioſam reſeruationem, nec vnus debet eſſe minus priuilegiatus quam alius. Nihil refragantur auctoritates, & iura adducta* per Floronum l. c. *nam ibi ex* Bartoli, & Couarru. *auctoritate probat, de iure ciuili, omnes correos in ſimili delicto præſumendos eſſe homicidas; quæ præſumptio, & deciſio fori externi reſeruationem inducere nequit, nec dubij priuilegia ſubuertere, vt docuimus*

mus in terminis cum Quadrio, Lugone, Gobat, & alijs in citata additione diſ. 2. pag. 29.

Fateor, iure Pontificio cautum eſſe in cap. Significaſti 1. de homicid. *correos homicidij in ſimilibus dubijs facti omnes irregularitatem incurrere, & pro irregularibus habendos. At illa eſt particularis exceptio in materia Irregularitatis, quæ non eſt extendenda ad caſum reſeruationis* c. quæ exorbitant de reg. iuris in 6. *nec in pœnis fieri debet extenſio de caſu ad caſum, etiam ob maioritatem rationis. Latè cum allegatis* Vincent. Carocius in ſuis ſingul. ſing. 409. pag. mihi 132.

8 Sequitur, illum incidere, qui occidit latronem, licet nouerit veniſſe domum ſuam non ad occidendum, ſed ad furandum, ſi potuit impedire furtum abſq; occiſione.

ADDITIO.

Conſtat, ex communi ſenſu, licere occidere furem pro defenſione temporalis ſubſtantiæ, quando nulla alia via furtum poteſt impediri Caiet. 2. 2. quæſt. 64. art. 7. Valent. to. 3. diſp. 5. quæſt. 8. punc. 4. Molina de iuſt. & iure tract. 3. diſp. 16. Leſſius cap. 9. dub. 11. num. 66. Quadrius cum citatis de reſeru. diſp. 3. concluſ. 12. Bonacina de contract. diſp. 2. quæſt. vlt. ſect. 1. pun. 10. num. 1.

Hoc certum eſt, at dubitatur cuius nam valoris eſſe debeant bona temporalia, quæ per furtum perduntur ad hoc, vt liceat ipſarum iacturam auertere per occiſionem capientis. Senſerunt aliqui, valorem etiam vnius auri conſtituere iacturam grauem ad hoc, vt liceat occidere rapientem, quæ tamen ſententia reprobata fuit nuper à Sanctiſſimo Innocentio XI. die 2. Martij Anno 1679. opin. 31. Bonac. de contract. l. c. *aſſerit, valorem vnius auri ablatum cum dedecore, & contumelia ſufficere pro legitima cauſa occiſionis, quod admittit etiam* Quadrius l. c. num. 776. *Probabilius tamen iudicium eſt, quamlibet quantitatem non aſcendentem ad valorem ſaltem quinque aureorum iuſtam cauſam non præbere interficiendi furem auferre tentantem, qui nullo alio pacto arceri poſſit* Sotus de iuſt. lib. 5. qu. 1. art. 8. Aragon. in 2. 2. quæſt. 64. art. 7. Diana par. 5. tract. 4. de homicid. reſol. 18. *Fateor quidẽ, in conſtituenda tali quantitate penſandas eſſe circumſtantias locorum, temporum, perſonarum, iniuriæ, & ſimiles. Ita* Mazuchellus diſp. 2. cap. 7. diffic. 11. quæſt. 1. num. 61. Quadrius loco allegato n. 776.

Ius dictũ defendẽdi etiam per occiſionem bona temporalia non ſolum competit, ſeruato debito moderamine, Laicis, ſed etiam Clericis, & Regularibus; patet ex cap. interfeciſti 2. de homicid. & cap. olim. pr. de reſt. ſpol.

Digitized by Google

&ex cap. dilecto 6. de ſent. excom. in 6. Mazuchellus l. c. Tannerus to. 3. diſp. 4. quæſt. 8. dub. 4. art. 7. qu. 8. Malderus in 2. 2. D. Thomæ tr. 3. cap. 1. dub. 13. *cum iure naturali defenſionis in nihilo religioſi inferiores ſint ſecularibus.*

Addo contra ſenſum Lupi hoc num. *Si quis in defendendis bonis temporalibus proprijs exceſſerit inculpatæ tutelæ moderamen, & occiderit, quando aliquo ſtudio, vel via mitiori poterat ſine occiſione res ſuas ſeruare, & furem fugare in reſeruationem præſentis caſus non incidiſſe, licet peccauerit mortaliter; quia non quodlibet homicidium iniuſtum eſt obnoxium reſeruationi, ſed illud ſolum, quod vero inſidioſo, & doloſo animo per poſitiuum influxum committitur.* *Sic* Graffius in praxi lib. 1. cap. 14. de homicid. num. 4.

9 Sequitur, virum illum incidere, qui ſuam interfecit vxorem quam deprehendit in flagranti crimine adulterij, niſi coactus eſſet ob neceſſariam ſui honoris defenſionem, vt ſi in flagranti crimine coram teſtibus, illam inueniſſet, *Comitol. in ſuis Reſponſionibus Moralib. lib. 4. quæſt. 10. num. 2.* quem tamen à mortali non ideò excuſo.

ADDITIO.

Reſeruatum homicidium non committit, non ſolum qui occidit vxorem in adulterio deprehenſam coram teſtibus, vt inquit Lupus hoc num., *verum etiam, qui ſine teſtibus illam in Crimine repertam mactat, quia in vtroque caſu homicidium, licet ſit lætale peccatum; tamen ſi fiat incontinenti in illo iræ maximo fremitu non erit deliberatum plenè, eo ſenſu, quo requiritur ad hoc, vt ſit plenè voluntarium, & vt vocant* caſo deliberato.

Quod dicitur de marito quo ad vxorẽ, idem repetendum eſt de Patre reſpectu filiarum; & hoc non ſolum ſi occidatur adultera, vel filia fornicans, ſed etiam ſi interficiatur adulter, & fornicator; quia in omnibus currit eadem paritas. *Sic* Graffius in praxi de homicidio cap. 14. à nu. 42. vſque ad 45. Mazuchellus diſp. 2. cap. 7. difficult. 1. quæſt. 3. nu. 132. & 133. cum alijs.

10 Sequitur, milites illos incidere, qui in bello declarato iniuſto occidunt; ſuppoſito tamen, quod abſque vlla Principis coactione bellum adierint.

11 Sequitur, hominem illum incidere, qui ſimulans ſe eſſe furioſum, nè pęnam delicti luat, inimicum occidit.

12 Sequitur, Iudicem illum incidere, qui exequitur ſententiam Iudicis inferioris, quam nouit certò eſſe iniuſtam iuxta allegata, & probata.

bata. Dicitur inferioris ad differentiam exequentis ſententiam Superioris, vt ſupra ſ. 3.

Omnium iſtarum conſequentiarum vna aſſignatur ratio, nimirùm, quia homicidium à prædictis patratum, habet neceſſarias conditiones ad ipſum conſtituendum peccatum reſeruatum, quia .ſ. fuit commiſſum contra iuſtitiam, & fuit voluntarium propriè.

Conſequentia ex concurſu conditionum requiſitarum ad caſum reſeruatum, .ſ. (Quod homicidium ſit contra iuſtitiam, & voluntarium ſaltèm in cauſa propinqua.

13 Sequitur, illum incidere, qui ex propoſito inimico præbendo venenum illum occidit, licèt non intenderet eius mortem. *Luc. Flor. par.* 2. 20
cap. 4 *num.* 12.

14 Sequitur, illum incidere, qui grauitèr ventrem pregnantis percutiendo occidit fœtum iam animatum rationali anima.

15 Sequitur, illum incidere, qui, cum iam nouerit ex multiplici experientia, noctis tempore ſurgere, & condormientes occidere, nullam poſuit cautelam, vt tale euitaret periculum, ſi condormiendo ſurrexerit, & de facto conſocios occiderit.

16 Idem videtur eſſe concludendum de occidente aliquem, in pugna, vulgò *Battagliola*, in qua, vt plurimùm, vt ſuppono, ſequitur occiſio. *Zanard. in Direct. Theolog. par.* 2. *tract. de Pœnis minu. c.* 9. Harum quatuor conſequentiarum vna communis, ſed eſſentialis traditur ratio, nempè, quia huiuſmodi homicidia ſunt contra iuſtitiam, vt de ſe conſtat, & ſunt voluntaria ſaltèm in cauſa .ſ. propinqua.

Horatius Gambarupta de Caſib. reſeru. caſ. 7. *num.* 5. ſentit, illum quoq; 21
incidere, qui indiſtinctè percutit animo nocendi, non excludendo mortem vniuerſaliter. Et eius ratio eſt, quia talis eſt voluntarius homicida, ſi ex percuſſione in facto mors ſequatur.

Verum, nè quis circa prædicta labatur errore, obſeruandum eſt, quod 22
licèt homicidium apud Ius Ciuile in multis caſibus reperiatur permiſſum, vt patet in *l. Patri ff. ad l. Iuliam de Adulterijs, & alibi*, tamèn contrarium prædicat Ius Diuinum, & Canonicum, cui ſtandum eſt. Quinimmò per Ius Canon. abrogatæ reperiuntur tales leges, quæ huiuſmodi homicidium non puniunt, nec à peccato mortali vxoricidas liberant.

Obſeruandum vlteriùs, tunc Ciuilem legem excuſare à peccato, quando nè dum permittit actum, ſed etiam illum approbat, exempli gratia, 23
taxando præmium occiſori: quandò verò tantùm permittit actum omit-

 tendo

Digitized by Google

ſendo eius punitionem ex aliqua cauſa, vti facit permittendo, vt maritus poſſit impunè occidere vxorem, ſi illam inuenerit actualitèr in flagranti crimine, non excuſat à peccato. *D. Thomæ eſt ſententia in 4. diſtin. 37. quæſt. 2. Emanuel Sà, verſ. Homicidium, num. 15.*

24 Præterea notandum eſt, dictum illud commune .s. excuſandum eſſe illum à pœna, qui facit, quod ſolitum eſt fieri Iure Ciuili, fallere in his, quæ ſunt contra ius Diuinum, vel naturale, nam contra hæc iura nulla valet conſuetudo. *Zanar. in Direct. Theol. par. 2. tr. de pœn. minu. c. 9.*

§. VI.

ANNOTATIO I.

25 Explicatur hìc fuſiùs, ſi ad defenſionem vitæ propriæ corporalis integrum ſit cuique alterùm occidere, ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, & proindè non peccet, nec annodetur caſu.

Ante immediatam reſponſionem præmittendum cenſeo, quis .s. dicatur vim vi repuliſſe cum moderatione inculpatæ tutelæ. Notandum itaq; tria neceſſariò eſſe conſideranda. Quorum primum eſt qualitas, qua quis ſe defendit; quia ſi verberes me cum pugno, non debeo me defendere cum enſe, vel gladio. Alterum eſt qualitas temporis, quia ſi verberaſti me hodie cultello, non poſſum craſtina die te cum alio cultello, vel enſe aggredi; quia hoc foret ad vnidictam, non ad defenſionem. Tertiò, quod vis inferatur ob neceſſariam tutelam ſui corporis, quia ſi me aggrediaris, & abſq; dedecore poſſum arripere fugam, non debeo, nec poſſum occidere, ſed alitèr euadere, *l. Scientiam §. qui cum alitèr, ff. ad l. Aquiliam. Doct. in l. vt vim, infra citandum.*

Modò ad rem deueniendo dicendum eſt, cuiq; fas eſſe pro defenſione vitæ corporalis alterum occidere: nam vim vi repellere omnes leges, & omnia iura permittunt, *l. vt vim ff. de Iuſt. & iure, c. Significaſti, de Homicid.*

Dices, non licet fornicari ad euadendam mortem, ergò nec occidere licitum erit: vtrumquè enim eſt præceptum Dei. Reſpondetur parem non eſſe rationem hinc, & indè; quia fornicatio non ordinatur ad conſeruationem propriæ vitæ ex neceſſitate, ſicut ordinatur homicidium in tali caſu; nam morbus poteſt curari alio modo, quàm per ſeminis effuſionem, vt per ſudores, labores, abſtinentias, &c. vita verò hic, & nunc ſaluari omninò non poteſt abſquè aggreſſoris occiſione, vt ſuppono.

Sed eſto, quod infirmo non daretur alius modus euadendi mortem, quàm per fornicationem, aut ſeminis effuſionem, ſicut in propoſito non datur alius modus euadendi mortem, quam occidendo aggreſſorem.

Reſpon-

Digitized by Google

Reſpondetur adhùc non eſſe parem rationem; quia longè difficilius eſt ſuſtinere mortem, quæ procedit ex imminenti homicidio aggredientis, quàm illam, quæ procedit ex negata fornicatione, vel ſeminatione, cum non poſſit inuaſus in imminenti aggredientis caſu ita citò præparare animum pro ferenda illa morte, ſicut poteſt infirmus pro tolleranda morte procedente ex infirmitate, cum multum temporis interuallum habeat; Hinc non eſt mirum, ſi lex maiora permittit ad repellendum mortem prioris generis, quam ſecundi. Ita *Ricard. in 4. diſt. 37. art. 5. quaſt. 2. in reſponſione ad tertium.*

Si iterùm contendas ſupponendo exiſtere parem temporis dilationem hinc, & indè; tamèn adhùc non erit par ratio, cum leuiùs valeat ferri mors procedens à Deo Bened. qui eſt Deus miſericordiarum, &c. quàm illa, quæ procedit ab aggreſſore, verbi gratia, iniuriarum vindicatore.

Vrgebis dicens, Paulum Apoſt. inhibere defenſionem etiam propriæ perſonæ, *Non voſmet ipſos defendentes chariſſimi, &c.* & proindè nobis vetitum eſt (etiam adhibito moderamine inculpatæ tutelæ) poſſe quempiam occidere. Reſpondetur, quòd Apoſtolus in his verbis non prohibet defenſionem, ſed vindictam; quòd ſatis claret ex verbis ſubſequentibus, .s. *Scriptum eſt .n. Mihi vindicta: ego retribuam. Rom. cap. 2.*

Inſtabis, ſalutem animæ proximi noſtri anteponendam eſſe in caſu neceſſitatis ſaluti corporis noſtri, vt patet ex Theologis ponentibus ordinem in gradibus charitatis; ſed iniuſtè inuadens detinetur in mortali; ideò tunc temporis non debet ab vllo occidi, neq; ad euitandam mortem corporalem, ne ipſe ex hac vita in mortali peccato emigret. Occurrunt Theologi inſtantiæ dicentes inuaſum, neq; ex charitate teneri permittere occiſionem ſui: tùm quia neſcit certitudinalitèr, vtrum odio, vel amore dignus ſit, .s. an habeat gratiam gratum facientem, tùm quia tantùm in extrema neceſſitate animæ proximi noſtri tenemur præferre vitam ſpiritualem proximi corpori noſtro; inuaſor autèm iſte non eſt in extrema neceſſitate, cum non cogatur ad peccatum, & poſſit pro libito ſuo deſiſtere ab inuaſione.

Inculcabis, quòd nemini fas eſt intendere occiſionem proximi ſui; at ille, qui occidit aggreſſorem, licèt hoc faciat ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, eius tamen mortem intendit. Reſpondeo, quòd inuaſus non intendit occiſionem inuadentis, ſed defenſionem proprij corporis, & licèt ſequatur occiſio, ſequitur tamèn ſolum per accidens, & præter intentionem occidentis, cum non valuerit alitèr ſe liberare à morte. Iterùm inculcabis, difficile fore, vt inuaſus non intendat mortem aggreſſoris. Reſpondetur, quòd duplicitèr poteſt inuaſus intendere mortem inuadentis, vel vt finem, ad quem cętera diriguntur, vel vt medium euadendi mortem. Concedo, quòd inuaſus non poteſt intendere mortem

inua-

Digitized by Google

inuadentis, vt finẽ; poteſt tamen illam intendere, vt medium. Quinimmò ſunt nonnulli DD. teſt. *Nauar. in Manual. cap.* 15. *num.* 3. aſſerentes, inuaſum poſſe licitè intendere mortem inuadentis per ſe, & directè ob hanc rationem, quia quod licet facere, licet intendere, ſed inuaſo licet occidere, ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ; ergo ei quoquè licet intendere mortem inuadentis. Faciunt allata in ſimili per *S. Bonauenturam in* 3. *ſent. diſt.* 18. *quæſt.* 6. *ad* 4. 5. *&* 6. *argum.*

Verùm circa hoc moderamen inculpatæ tutelæ admonenda eſt quoq; charitas veſtra, non eſſe neceſſarium, vt inuaſus expectet omnimodam inuaſionem, ne nimis ſera ſit defenſio, ſed ſat eſt ſufficiens inuaſio. Quapropter poterit quis aggreſſorem illum occidere, à quo videt moralitèr (conſideratis circunſtantijs) ſe eſſe occidendum, niſi illum præueniat. Ex his omnibus ſatis colligitur ad defenſionem vitæ corporalis integrum eſſe cuiquè inuaſo inuaſorem occidere, ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ; & proindè in tali actu non peccare, & conſequentèr nec irretiri caſu iſto.

26 In dubio autem, an occiſio fuerit facta potiùs ex cauſa neceſſaria, quàm voluntaria; cenſetur potiùs ex cauſa neceſſaria; actus enim in dubio cenſentur loco, & tempore licito exerciti.

ANNOTATIO II.

27 Explicatur quoq; an pro tuenda vita ſpirituali liceat aggreſſæ, ne peccet aſſenſu in congreſſu viri aggreſſori inferre necem, & proindè non annodetur caſu illum occidendo. Exempli gratia, an virgini liceat occidere aggreſſorem ſuæ pudicitiæ, quando ex altera parte timet, ne aſſentiat peccato, & ex altera non datur ei aditus pro illo tempore ad aliud remedium. Reſpondetur cum *Syluestr. verbo Homicidium, primò, qu.* 5. quòd, rebus ita ſe habentibus, licitum erit ei pudicitiam ſeruare, mortem aggreſſori inferendo.

Dices, non coinquinatur quis niſi libero arbitrio conſentiente: liberum autem arbitrium à nullo cogi poteſt, vt ex communi Theologorum placito conſtat, & præcipuè ex *Seraphico Doctore in* 2. *diſt.* 25. *quæſt.* 4. *art.* 1. *& Scoto item in* 2. *diſt.* 25. *q.* 1. Ideò videtur virginem iſtam iniuſtè occidere aggreſſorem, cùm per illum non poſſit cogi ad peccatum. Reſpondet *Syluestr. loc. cit.* quòd, quamuis liberum arbitrium à nullo cogi poſſit; tamen quia virgo timet periculum aſſentiendi, ideò poteſt, ac debet, potiùs quàm aſſentire peccato, tali modò ſe tueri. Debet itaq; prorsùs vitare peccatum.

28 Quinimmò paruum bonum eſt vitandum, ſi ex illo poteſt deſcendere graue malum. *Abbas in cap. Cum ab omni, de vita, & honeſt. Clericor.* & ſe-

& ſecundum hunc ſenſum malum in potentia excludit bonum in actu, & bonum prohibetur ratione mali conſequentis, *Cap. Ita ergo, & ibi gloſſ.* 1. 22. *qu.* 1. & minus malum comparatum ad maius habet rationem boni, *Cap. Iurauit*, 22. *queſt.* 4.

ADDITIO.

Non ſolum licet Virgini per occiſionem aggreſſoris tueri propriam virginitatem, ſi timeat periculum conſenſus in actu copulæ; verum etiam, ſuppoſita firmitate animi, & ſecuritate morali non peccandi per actum delectationis, nihilominus poteſt ſe defendere interficiendo oppreſſorem; quia amiſſio virginitatis etiam materialis, eſt iactura grauis maior longè, quam amiſſio quinque, vel ſex aureorum, pro quibus conſeruandis diximus ſupra in addit. ad n. 8. §. 5. pag. 457. *permiſſum eſſe homicidium. Hęc ex conſequentia doctrina benè admittunt* Mazuch. de reſer. qu. 1. diff. 12. cap. 7. diſp. 2. num. 69. Leſſius l. 2. cap. 9. dub. 12. & alij.

Modus obſeruandus per Confeſſorem Pęnitentiarium, antequàm abſoluat annodatum hoc caſu.

Tria ſaltèm obſeruabit, quorum primum eſt, interrogabit pęnitentem, qualis perſona ſit occiſa, quia ſi eſt Religioſus, aùt Clericus 29 ſecularis, pręter caſum reſeruatum incidit etiam in excommunicationem Papæ reſeruatam, *cap. Si quis ſuadente diabolo*, 17. *q.* 4.

Alterum, interrogabit de quantitate temporis, quo permanſit in tali odio; item de ſocijs, quos induxit, de loco, in quo interemit inimicum, an, verbi gratia, in Eccleſia.

Tertium, magnoperè curabit, vt ſatisfaciat offenſis, & damnis cuilibet illatis. Itèm vrgeat, quòd tenetur etiam de iniuria, licet eius hæres 30 in eius defectu teneatur ſolùm de damno: ad quod quidem tenetur, etiam ſi homicida ob accuſationem aduerſarij morte damnatus ſit. Ita *Emanuel Sà, verb. Homicidium, num.* 19.

CASVS OCTAVI

PARS SECVNDA.

De mandantibus homicidium.

SVMMARIVM.

1 *Dupliciter ſumitur mandatum, s. latè, & ſtrictè, & quid ſit vtroquè modo.*
2 *Mandatum in textu quomodò accipiatur.*
3 *Homicidij mandatum duplex eſſe conſtat, nempè iuſtum, & iniuſtùm, & quid vtroque modo.*
4 *De mandato contra iuſtitiam pręcisè loquitur textus.*
5 *Mandatum aliud manifeſtum, aliud tacitum.*
6 *De mandato ſequuto effectu intelligendus eſt textus.*
7 *Regula tàm incidentes, quàm non incidentes in caſum deſignans.*
8 *Deficiente iniuſtitia, aùt voluntate nullus incidit in caſum.*
9 *Itidem deficiente effectu homicidij.*
10 *Reuocans mandatum re adhùc integra, non incidit.*
11 *Non ligatur caſu iſto, qui ſolummodo ratum habet homicidium nomine ſuo factum.*
12 *Mandans quando non obſtringatur caſu.*
13 *Itèm alius caſus aſſignatur, in quo mandans non incidit.*
14 *Itidèm non incidit, qui mandat aliquid, ex quo non ſolet ſequi mors.*
15 *Incidentes.*
16 *Incidit mandans, licèt mandatarius non ſeruet accidentalia circa mandatum.*
17 *In quo caſu mandans, aùt conſulens incidat in caſum non ſequuto effectu homicidij.*
18 *Qua ratione ſecernatur principale ab acceſſorio.*
19 *In dubio, an mandatum, vel conſilium principalitèr probibeatur; quid præſumere poſſimus.*
20 *Conſentientes non ſemper puniuntur eadem pęna, qua agentes.*

IN

IN SECVNDAM PARTEM TEXTVS CASVS OCTAVI, .ſ.

Vel committi mandauerint.

COMMENTARIA.

Circa partem hanc ſex percurremus paragrapha, quorum
Primum eſt, quomodo ſumatur mandatum in textu.
Alterum eſt quędam regula generalis deſignans incidentes, & non incidentes in caſum.
Tertium demonſtrat non incidentes.
Quartum oſtendit annotationes circa non incidentes.
Quintum notat incidentes.
Sextum deniq; tradit annotationes in incidentes.

§. I.

Quò ad primum paragraphum aſſignabimus nonnullas diſtinctiones de mandato, ex quibus ſatis liquidò colligitur, quomodò ſumatur in textu; quarum prima eſt.

Mandatum ſumitur dupliciter, nimirùm largè, & ſtrictè: ſtrictè ſumptum diſtinguitur contra iuſſionem, & præceptum; nam mandatum iniuſti homicidij liberum eſt quò ad ſuſcipientem, .ſ. non tenetur illud 1
exequi. Iuſſio verò continet in ſe quandam neceſſitatem reſpectu ſuſcipientis; nam propriè eſt dominorum reſpectu ſeruorum, & parentum reſpectu filiorum. Præceptum itèm propriè eſt habentium auctoritatem, ſeù iuriſdictionem reſpectu eorum, circa quos illam exercent, vt Epiſcoporum reſpectu Clericorum. Ceterùm mandatum largè ſumptum non diſtinguitur ab illis, ſed vſurpatur vnum pro alio.

Hoc ſecundo modo ſumitur in textu. Quapropter quicumq; mandat, 2
iubet, vel præcipit homicidium fieri, annodatur caſu. Ita *Floron. tract. de Caſibus reſeruatis par. 2. caſ. 4. §. 6. num. 2.*

Secunda. Mandatum homicidij eſt duplex, alterum iuſtum, iniuſtum
alterum. Iuſtum eſt, quando fit auctoritate publica: iniuſtum verò, 3
cum fit auctoritate priuata.

Textus quippè loquitur duntaxat de mandato facto auctoritate priua- 4
ta, quod admodum peccaminoſum eſt; ſecùs eſt de altero auctoritate publica impoſito, cum in executione illius ſeruetur iuſtitia.

Tertia. Mandatum peccaminoſum, de quo textus, duplici ex cauſa

poteſt eſſe tale, vel quia datum, vel exequutum contra charitatem, quale eſt mandatum Iudicis ſuſpendendi reum mortis datum libenter ratione odij contra reum concepti, vel exequutum à miniſtro Iuſtitiæ liuore vindictæ: vel quia datum, & exequutum contra Iuſtitiam, quale eſt mandatum Iudicis, qui non ſeruato iuris ordine eſſentiali mandat aliquem occidi, & tale quoq; eſt mandatum priuatæ perſonæ mandantis alicuius necem. De mandato ſolummodò contra Iuſtitiam loquitur textus, vt patet per ea, quæ habuimus ſupra prima parte in primo §. huius caſus.

5 Quarta. Mandatum, de quo ſupra, latè ſumptum itidem eſt duplex; nam aliud eſt manifeſtum, & aliud eſt tacitum. Manifeſtum eſt, quod claris datur verbis, vt ſi dominus dicat ſeruo, occide hominem illum. Tacitum eſt, quod imponitur obſcuris verbis, vt ſi dominus dicat ſeruis ſuis, noſtis inimicum meum iniuria me affeciſſe, & neminem habeo, qui honorem meum recuperet. De mandato tantummodò expreſsè cenſeo probabilitèr debere intelligi textum. Et ratio ea eſſe videtur, quia cum caſuum reſeruatio habeat quandam rationem pœnę, velut teſtatur *Nald. verb. Caſus num. 3.* non debet extendi, ſed potiùs reſtringi; odia enim ſunt reſtringenda, *De Reg. iur. in 6. Cap. Odia.*

6 Itidem videtur, eſſe intelligendum textum tantùm de mandato ſequuto effectu, ideò mandans aliquem interficere, non incidit in caſum, niſi ſequuta interfectione. Quoties .n. principalis agens .s. mandatarius non incidit in caſum, niſi effectu ſequuto; nec agens minus principalis, .s. mandans incidit niſi ſequuto effectu. Liquidò colligitur in ſimili ex reſeruatione excommunicationum Bullæ Cęnæ, vbi plures reſeruantur excommunicationes, in quibus agens minus principalis .s. mandans, aut conſulens non incidit, niſi priùs incidat agens principalis. Patet ex ſecunda excommunicatione dictæ Bullæ, quæ eſt contra appellantes à Papa ad futurum vniuerſale Concilium, vbi auxiliantes, aut dantes fauorem non incidunt in excommunicationem, niſi appellans, qui eſt principalis in facto, interponat appellationem. Et hoc idem colligitur ex tertia decima, & duodecima, vt patet percurrenti *Memoriale ſciendorum à Clericis, in appendice ad Catalogum excommunicationum.*

§. II.

8 Quò ad ſecundum paragraphum affertur regula generalis pro doctis, ex qua ſimul cum fundamentis ipſis liquidò conſtat, quinam incidant in caſum, quinam verò non.

R I.

REGVLA.

Ad incidendum in caſum hunc duo copulatiuè requiruntur, quorum

Primum eſt, vt mandatum ſit contra iuſtitiam, ac voluntarium in ſe, vel in cauſa proxima. 7

Alterum eſt, vt ſequutus ſit effectus.

Pateq; regula ex iactis fundamentis in primò paragrapho.

Pro minus peritis practicatur regula ſimul cum fundamentis.

§. III.

NON INCIDENTES.

Ex defectu primæ conditionis regulæ .s. *vt mandatum ſit contra Iuſtitiam, &c.* 8

Primò ſequitur, illum non incidere, qui mandauit occidere reum mortis; licèt etiam ad hoc aliqua paſſione traheretur.

Secundò ſequitur, nec militem illum occidendo incidere, cui in bello iuſto per Ducem ſuum, vt aduerſarios occideret, mandatum fuit. Et ratio harum conſequentiarum vna eſt, quia mandatum non eſt contra Iuſtitiam.

Ex defectu ſecundæ conditionis .s. (*vt ſequutus ſit effectus*. 9

Tertiò ſequitur, illum mandantem non incidere, ſi impoſito mandato de homicidio patrando; mandatarius tantùm verberauit, vel mutilauit.

Quartò ſequitur, nec illum mandantem incidere, qui dedit mandatum de homicidio, ſed mandatarius poſtea noluit, vel nòn potuit. Harum conſequentiarum vnica redditur ratio, nimirùm, quia non eſt ſequutus effectus. Plures aliæ conſequentiæ poſſent afferri in medium, ſed conſultò omittuntur, vt vacemus breuitati.

§. IV.

ANNOTATIO I.

Qui re adhuc integra exiſtente reuocat mandatum expreſsè, & ſine 10
fictione, operando, vt reuocatio perueniat ad mandatarium, non incidit in caſum, quamuis poſtea mandatarius minimè obediendo reuocationi ipſum occidat. Ratio eſt, quia mandati natura hæc eſt, vt reuocatione (re integra) mandatum auferatur, *L. Si verò §. ſi mandauero ff. Mandat.* Nam, ſi tunc mandatarius mandatum compleat non vi mandati, quod ſublatum eſt reuocatione, ſed ſponte id facere intelligitur. Quin-

immò ſufficeret, ſi tacitè reuocaſſet mandatum, non inſcio mandatario, velut ſi mandans contraxit matrimonium cum filia eius aduerſarij, aut pacem cum illo iniit. Ita *Tolet. lib. 1. cap. 80. num. 4. & 5. poſt Panormitan. in cap. Petrus de Homicidio*; qui enim certus eſt amplius certiorari non debet, *de Reg. iur. in 6. cap. Eum, qui.*

ANNOTATIO II.

11 Licèt ratihabitio, quò ad peccatum, æquiparetur mandato per *Textum in cap. Ratihabitationem, de Reg. iuris in 6.*, vt *Floren. de Caſib. reſer. caſ. 4. §. 7. num. 9.* innuit, non tamen quo ad pęnas æquiparatur; ideò, cum reſeruatio rationem quandam pęnæ habeat, vt teſtatur *Nald. verb. Caſus num. 3.* dicendum eſt non irretiri caſu, qui ratum habuit homicidium, nomine ſuo perpetratum.

ANNOTATIO III.

12 Ille non eſt ſubiectus reſeruationi huic, qui mandauit alteri, vt ſuum occideret inimicum, ſi iſte, cui datur mandatum, illum non occidat nomine mandantis, ſed nomine ſuo proprio; v. g. quia ſuus etiam erat aduerſarius. Ratio eſt, quia non eſt cooperatus efficacitèr ad homicidium, cum iam omninò decreuiſſet hoc præſtare etiam abſq; mandato; ſecus tamen foret concludendum, ſi nomine vtriuſquè id præſtitiſſet. Faciunt allata per *Tolet. lib. 1. cap. 80. num. 4. 6. poſt Andr. & Anch. in cap. Ad audientiam, de Homic.*

ANNOTATIO IV.

13 Ille non detinetur in caſu iſto, qui mandauit aliquem occidi intra tantùm ſpatiũ temporis, vt potè intra menſem, ſubdens, quod ſi intra præfixum tempus non occiderit, poſtea nullo modo occidat. Si itaq; poſt taxatum tempus illum occidat, non incidit, qui mandauit, ſed tantùm, qui occidit. Ratio eſt, quia pro tali tempore extat manifeſta reuocatio mandantis. Faciunt allata per *Tolet. vbi ſupra.*

ANNOTATIO V.

14 Ille non incidit, qui mandauit aliquid, ex quo non potuit veriſimilitèr cogitare mortem alicuius inde oriri, quamuis deinceps mors ſequatur. Exempli gratia, pater mandauit præceptori, qui conſueuit eſſe diſcretus, vt filium ſuum verberaret, ſed hic modum correctionis excedens occidit.

occidit. Ratio eſt, quia verberatio non ſolet eſſe cauſa propinqua mortis; & ideò cum talis occiſio non extiterit voluntaria, nec in ſe, ſ. propriè, nec in cauſa proxima; dicendum eſt talem patrem non obſtringi reſeruatione.

ſ. V.

INCIDENTES.

Ex regula primò ſequitur, illum incidere, qui auctoritate priuata man- 15
dauit occidi aliquem, concurrentibus alijs conditionibus, quæ ſupponuntur, ſ. quòd effectus ſit ſequutus, & mandatum ſit voluntarium propriè, vel ſaltem in cauſa propinqua, vt ſupra etiam in prima parte huius caſus paragrapho primo notatum fuit.

Secundò ſequitur, illum incidere, qui dedit mandatum occidendi hominem, ſi tantum ficte illud reuocet, & ſequatur homicidium, concurrentibus alijs conditionibus, de quibus ſupra, &c.

Tertiò ſequitur, mandantem incidere, licèt mandatarius per ſe non fuerit exequutus mandatum, ſed alteri mandauerit exequendum, iuxta regulam illam, qui eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati.

Quartò ſequitur, illum incidere, qui mandauit homicidium, etiam ſi mandatarius tempore mandati illud recuſauerit, ſed poſtea mutata voluntate illud exequutus eſt; modò quando mandatarius illud recuſauit, mandans non addiderit, nolo ergò, vt id facias, vel quid ſimile, ſed tacuerit. Omnium iſtarum conſequentiarum, & ſimilium, quæ ex regula deduci poſſunt, vna eſt ratio principalis, & eſſentialis, quia ſ. huiuſmodi mandata ſunt contra iuſtitiam, ſuppoſito tamen, quòd concurrant etiã aliæ conditiones neceſſariæ ad incurrendum caſum, de quibus ſupra.

ſ. VI.

ANNOTATIO I.

Mandans incidit in caſum, dummodò obſeruentur conditiones eſſen- 16
tialitèr requiſitæ ad incurrendum, de quibus regula cantat, licèt mandatarius non ſeruauerit accidentalia circa mandatum ſibi ab ipſo præcepta. Exempli gratia, ſi mandauit occidi inimicum ſuum de nocte, & occiderit de die; vel vt occideret veneno, & occidit gladio. Ratio eſt, quia tunc non deficit in ſubſtantialibus ipſius mandati: tùm etiam quia modus non curatur, dummodò effectus habeatur, *l. Si mater, C. de Inſtit. & ſubſt.* nihil enim refert, quid ex æquipollentibus fiat *d. l. Si mater, &* *ibi Gloſſ. & l. Iulianus ait, ff. de Condit. & demonſtrat.*

Ex hoc

Ex hoc fundamento colligitur, illum incidere, qui dedit mandatum de homicidio, licèt mandatarius poſt mandatum ſuſceptum per multum temporis ſpatium diſtulerit ad illud exequendum, vt per ſex menſes, & mandatum non fuerit reuocatum.

Idem dicitur de illo Iudice, qui mandauit aliquem detrudi in arctum, & tenebroſum carcerem, quem nouit innocentem, lz. non ſequatur mors, niſi poſt aliquos annos: quod intellige dummodò veriſimilitèr conijci poſſit, innocentem illum mortuum eſſe ex tali arctatione mandantis. Et ratio harum conſequentiarum eſt, nempè quia adſunt conditiones eſſentiales caſus, vt ſuppono, & parum refert ad propoſitum, quòd ſtatìm, vel poſt multum temporis fuerit exequutum mandatum; vel quòd mors ſubitò, vel proceſſu temporis ſequatur, modò ſequuta fuerit ob exequutionem talis mandati, tanquam ex cauſa propinqua.

ANNOTATIO II.

17 Quandò mandatum, vel conſilium principalitèr prohibetur, tunc mandans, vel conſulens ligatur nondum ſequuto effectu. Patet in ſimili de excommunicatione lata contra mandantes homicidium per aſſaſſinos; mandantes enim per aſſaſſinos homicidium incidunt in excommunicationem ante ſequutum effectum; eo quòd cenſura æquè principalitèr prohibeatur mandatum, *cap. 1. de Homicidio in 6. Valentia tom. 4. diſt. 7. quæſt. 17. pun. 9. ad finem, & alij.*

Cæterùm mandantes, vel conſulentes non ligantur nondùm ſequuto effectu, quandò effectus fuit principalitèr prohibitus: mandatum verò, vel conſilium tantùm acceſſoriè. Claret in ſimili de Excommunicatione contra percuſſores Clerici, in qua principalitèr prohibetur percuſſio, & acceſſoriè prohibetur mandatum, vel conſilium percutiendi. Quaproptèr, qui mandauit percuti Clericum, non labitur in excommunicationem, ante ſequutam percuſſionem.

18 Dices, quo ſigno dignoſcitur illud, quod principalitèr prohibetur ab illo, quod tantùm acceſſoriè? Hoc dignoſcetur ex diſpoſitione verborum, quibus lex prohibet vnum, vel alterum. Illud (prout mihi videtur) quod primo loco in ordine, & ſerie verborum ponitur, videtur eſſe principalitèr prohibitum; illud verò quod ſubſequitur, videtur acceſſoriè prohiberi. Illuſtro rem exemplo. In Bulla Cœnæ in prima excommunicatione principalitèr excommunicantur Hæretici, & acceſſoriè fautores, & conſiliarij. Et hoc colligitur ex ipſomet contextu Bullæ, vbi primo loco ponitur Hæreſis, & poſtea in eius deteſtationem acceſſoriè ponuntur fautores, & conſiliarij, &c.

19 Verùm, quandò dubitatur, an mandatum, vel conſilium æquè principalitèr,

palitèr, ac homicidium, hæreſis, vel quid ſimile, prohibeatur, præſumendum eſt prohiberi tantùm acceſſoriè; eo quod odia ſint reſtringenda, & in pęnis mitior, ac benignior pars ſit accipienda. Ita *Nauar. lib. 5. Conſiliorum, de Sent. excomm. conſ. 5. Auila 2 par. c. 5. diſt. 3. dub. 6. & alij communitèr*, vt obſeruat *Bonac. de Cenſ. diſp. 1. quæſt. 1. pun. 3. prop. 4. num. 15.*

Obijcies fortaſsè, quòd mandantes, & conſulentes ſemper debeant 20
ligari caſu, quo principalis ligatur. Exempli gratia, quo homicida. Sic arguendo agentes, & conſentientes pari pęna puniuntur: ſed mandans, & conſulens, vt per ſe patet, eſt conſentiens; ergò vterque ligatur eodem caſu, quo ligatur etiam committens homicidium. Reſpondetur, conſentientes non ſemper puniri eadem pęna, qua puniuntur agentes, niſi in iure conſentientium fiat mentio: pęnæ enim ſunt reſtringendæ, vt ſuperius retuli.

ADDITIO.

B*Enè reſoluit* Lupus, *mandatum, vel conſilium datum homicidij perpetrandi non inducere reſeruationem, niſi actus ſequatur, vt reſoluunt* Nauarrus in Manuali cap. 27. num. 233. Syluest. verbo homicidium. Tolet. lib. 1. c. 88. Leſſius cap. 12. dub. 3. num. 17. Layman lib. 3. tr. 3. par. 3. cap. 4. num. 5.

Addo ego pro praxi notanda Confeſſarijs, quod ſi mandans, aut conſulens homicidium, poſt datum mandatum, aut conſilium, non potens amplius reuocare, confiteatur facti pęnitens antequam homicidium ſequatur vitabit reſeruationem, & abſolui poterit à quolibet Confeſſario, quamuis poſtea mandatarius exequatur, & occidat. Ratio patet, quia abſolutio annullari non poteſt per actum ſubſequentem, & tempore quo conceditur nondum materia eſt reſeruata, nec deinde poteſt reſeruari, quia peccatum quo innititur non perdurat, ſed abolitum fuit per pęnitentiam. Hæc probant Azor. to. 1. lib. 1. cap. 7. ad finem. Bonac. Franciſ. Lugo cum Ianuario de reſeruat. reſol. 66. num. 6. Fagundez, Henriquez, & Mazuchellus cum Quadrio *latiſſimè* de reſeruat. Comen. diſput. 3. concl. 9. caſu 7.

CASVS OCTAVI
PARS TERTIA.
De conſulentibus homicidium.

SVMMARIVM.

1 *Nomine conſulentis quis veniat.*
2 *Terminus iſte,* (Conſuluerint,) *quid ſignificet.*
3 *Conſilium ad homicidium patrandum duobus modis obtingere poteſt.*
4 *Conſilium duplex, directum .s. & indirectum.*
5 *Conſilium diſtinguitur in efficax, & ſimplex, & quid vno, & altero modo.*
6 *Conſilium efficax aliud iuſtum, iniuſtum aliud.*
7 *Conſilium aliud in gratiam dantis conſilium, aliud in gratiam petentis conſilium.*
8 *Conſilium in gratiam dantis an coincidat cum mandato.*
9 *Diſcrimen inter reuocationem conſilij falſi, & reuocationem conſilij veri.*
10 *Regula oſtendens incidentes, & non incidentes in caſum.*
11 *Deficiente iniuſtitia dans conſilium non incidit.*
12 *Idem non incidit, qui inefficaciter conſuluit.*
13 *Vt idem non incidit alicui iniuſtum conſulens, ſi effectus minimè ſequatur.*
14 *Incidentes ex concurſu conditionum regulę generalis.*
15 *Incidit, qui conſulit homicidium, licet alter etiam idem illi conſuluiſſet.*
16 *Qui aliquem percuſſit mortiferè abſolui poteſt per non habentem facultatem ſuper hunc caſum reſeruatum, ſi ad illum accedat, antequam ſequatur illius mors, ſed hic non eſt ſermo de percutiente Clericum.*
17 *An talis percuſſor, ſequuto homicidio, incidat, vel teneatur ſe præſentare.*
18 *In dubio de efficacia conſilij quid ſentiendum ſit.*

IN

Digitized by Google

IN TERTIAM PARTEM TEXTVS

CASVS OCTAVI, .s.

Aût conſuluerint, &c.

COMMENTARIA.

Circa partem hanc de conſulentibus homicidium ſex videbimus paragrapha.

Primum eſt, quid in textu propriè veniat nomine conſilij.

Alterum eſt, quomodo ſumatur conſilium in textu.

Tertium eſt quædam regula generalis deſignans incidentes, & non incidentes in caſum.

Quartum deſignat non incidentes in caſum.

Quintum oſtendit incidentes.

Sextum deniq; demonſtrat quaſdam annotationes circa incidentes.

§. I.

Quò ad primum paragraphum notandum eſt nomine conſulentis non ſolùm intelligi eum, qui conſilium præbet, ſed etiam, qui hortatur, & rogat; dummodò eius conſilium quouis modo ſumptum moueat ad patrandum homicidium, quod quis alioquin non erat patraturus, vt infra notabitur. Ita *Rebellus in ſimili de Reſtitut. qu. 14. num. 7. Azor. lib. 4. cap. 11. in principio. Bonac. de Reſtitut. qu. 2. pun. 7. num. 1.* 1

Verùm quæres, quid ſignificet terminus iſte (*Conſuluerint,*) de quo textus, Tibi ſatisfacit *Floronus de Caſibus reſeru. par. 2. caſ. 4. §. 6. n. 3.* dicens, quòd idem ſignificat conſulere, ac ſuadere, monere, inſtigare, ſuggerereq;, ver. gratia, homicidium, vel modum (ad propoſitum noſtrum) illud patrandi abſquè periculo propriæ vitæ, aût incidendi in manus Iudicum. Verùm in textu non cenſeo comprehendi illum, qui ſolummodò inſtruit de modo; quia à diuerſis non fit illatio, *L. Papinianus, ff. de Minorib.* Poteſtq; eſſe abſquè peccato, vt ſi inſtruat de modo, quo quis non offendatur ab inimicis, aût quo caueat ab eorum inſidijs; secùs tamèn dicendum eſt (ſtante capitali inimicitia) ſi doceat homicidàm modum faciliorem occidendi; ſuppoſito tamèn quod ex cauſa huius conſilij ſequatur homicidium. 2

§. II.

Quò ad ſecundum paragraphum afferendæ ſunt nonnullæ diſtinctiones de conſilio.

Prima. Duobus modis contingit conſulere alicui homicidium. Pri-
3 mo, vt homicidium fiat, quod eſt, vbi quis nititur rationibus aliquem mouere ad homicidium patrandum. Secundo, facilitando illi ſua inſtructione modum patrandi illud, ſi ex conſilio ſequatur effectus. Ita *Floron. de Caſib. reſeru. par. 1. caſ. 4. §. 6. num. 4.* Vtroq; modo ſentio accipi (*Conſulere*) in textu. Textus .n. loquitur de illo, qui conſuluerit, non diſtinguendo, ideò nec nos diſtinguere debemus iuxtà regulam legalem, vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *Argum. l. De pretio, ff. de Publiciana in rem actione.*

Secunda. Conſilium diſtinguitur, .s. in directè datum, & indirectè;
4 Conſilium directè datum in propoſito noſtro eſt, quod alicui datur de homicidio patrando: indirectè verò eſt, quando alicui illud conſulitur, ex quo, vt ex cauſa proxima ſequitur homicidium, velut ſi quis ſuadeat alicui, vt comburat domum, in qua detinetur eius inimicus, ex qua ſequitur eius occiſio. De vtroq; conſilio mihi probatur intelligendum eſſe textum; De directo, non ambigitur; cum verba textus debeant intelligi de principali, & ordinario ſignificato. De indirecto verò ſatis claret in ſimili apud *Floron. vbi ſupra, num. 11.*

Tertia. Conſilium diſtinguitur in efficax, & ſimplex: efficax eſt, vbi
5 quis rationibus alicuius voluntatem ad homicidium patrandum mouet: ſimplex verò eſt, vbi quis ſuadendo, vel monendo non mouet. Textus quippè intelligendus eſt tantum de efficaci; quia non incidit quis in caſum, niſi ex tali conſilio ſequatur homicidium, verba .n. ſunt intelligenda cum effectu. *Nal. ver. Statutum, n. 9* & debent eſſe cauſa delicti.

Quarta. Conſilium efficax reſpectu materiæ homicidij eſt duplex, ni-
6 mirùm iuſtum, & iniuſtum: Iuſtum eſt, vbi quis efficacibus rationibus mouet Iudicem, vt, ſeruato iuris ordine, occidat reum mortis. Iniuſtum verò eſt, vbi quis efficacitèr mouet aliquem ad occidendum inimicum ſuum. De iniuſto vtiq; conſilio præcisè fatur textus; nam caſuum reſeruationem ſolummodò mortalium eſſe conſtat; qui autèm conſulit Iudici, quod iam tenetur ex iuſtitia præſtare, non peccat. *DD. communitèr.*

Quinta. Duplex eſt conſilium, nimirùm, aliud in gratiam conſulen-
7 tis, & aliud in gratiam illius, cui datur conſilium. In gratiam conſulentis, vt ſi dans conſilium ſuadeat efficacitèr alicui, vt occidat illum, quem etiam ipſe quærit occidere. In gratiam illius, cui datur conſilium, vt ſi quis alicui det conſilium, vt ſuum occidat inimicum. De vtroq; conſilio

pro

pro certo intendit litera textualis, dummodò conſilium ſit efficax, & ſequatur effectus, .s. occiſio, cum vbi eadem eſt ratio, ibi idem ius ſit ſtatuendum; & lege, vel Doctore aliquo non decidente occurrentem caſum, ab aliquo ſimili reſolutio deſumenda ſit, *l. Non poßunt, ff. de legibus. Euerardus in Topic. legal. in loco à ſimili. Naldus verb. Lex. n. 4.*

Verùm obſeruandum eſt, .s. conſilium in gratiam conſulentis coincidere cum mandato: quapropter in reuocatione talis conſilij, cum non tangantur niſi iura, ſeù intereſſe conſulentis, ſimplici verbo reuocari poterit, prout etiam reuocatur mandatum. Cęterùm conſilium in gratiam illius, cui datur conſilium, validis rationibus contrarium probantibus reuocandum eſt, vt habet *Innoc. de Homicidio, in cap. ad Audientiam, num. 3. & Mar. Socin. ibid. num. 317.* qui de communi teſtatur. 8

Itidem obſeruandum eſt, quòd in reuocatione conſilij falſi ſat eſt, ſi dans conſilium dicat ſe fuiſſe deceptum in conſilio, dicendo eſſe licitum, quod eſt illicitum. In reuocatione verò conſilij veri non ſufficit dicere ſe modò aliud ſentire, ſed requiritur vlterius, vt validis rationibus probet, ſuadeatq; contrarium. Videto *Bonac. in ſimili, vbi de Reſtit. diſp. 1. queſt. 2. punct. 7. prop. 2. num. 6.* 9

§. III.

Quò ad tertium paragraphum traditur regula generalis pro doctis, ex qua vnà cum fundamentis ſatis ipſis apparet, qui incidunt in caſum, & qui non incidunt.

REGVLA.

Ad incurrendum caſum hunc tria copulatiuè requiruntur:

Primum, vt conſilium ſit contra iuſtitiam, & voluntarium.
Alterum, vt conſilium ſit efficax. 10
Tertium, vt ſequatur homicidium.

Patet regula ex iactis fundamentis.
Pro minus peritis practicatur regula ſimul cum fundamentis.

§. IV.

NON INCIDENTES.

Primò, ex defectu primæ conditionis regulæ .s. (*vt conſilium ſit contra iuſtitiam*) ſequitur, illum non incidere, qui valens liberare ſuo conſilio iniuſtè condemnatum ad mortem, illum non liberat; peccat tamen contra illud, quod per Sacram Scripturam perſuadetur, *Prouer. 24. Erue eos,* 11

 qui

qui ducuntur ad mortem. Ratio eſt, quia non peccat contra iuſtitiam tale omittendo conſilium, cum hoc non habeat ex officio, vt ſupponitur; omittere .n. conſilium non eſt conſilium dare: actioque poſitiua, non autem priuatiua requiritur ad incidendum in caſum, requiritur .s. vt quis efficacitèr alicui det conſilium ad homicidium contra iuſtitiam.

Secundò, ex defectu ſecundæ particulæ, .s. (*vt conſilium ſit efficax*)
12 ſequitur, illum non incidere, qui dedit conſilium alicui ad homicidium, ad quod iam ſufficientèr erat diſpoſitus, adeò vt nihil præſtiterit ſuo conſilio. Ratio eſt, quia conſulens non fuit cauſa efficax. Ita *Emanuel Sà, in ſimili verb. Reſtitutio num.* 38. *Leſ. lib.* 2. *cap.* 13. *dub.* 2. *num.* 5. *& alij contra Lopez* 1. *par. cap.* 28. *Medinam de reſtit. q.* 7. *& alios*. quos, vt ſolitam complectar breuitatem, omitto.

Addo in ſententia quorundam DD., dantem conſilium alicui ad homicidium non incidere etiam ſi cauſa exequens, quæ alioquin parata erat ad exequendum homicidium, libentiùs, ac liberiùs ratione illius conſilij illud commiſerit. Quibus tamen Doctoribus, cum *Bonac. de Reſtit. diſp.* 1. *quæſt.* 2. *pun.* 7. *prop.* 1. *num.* 4. *& alijs.* (ſalua pace) diſſentio, cum tale conſilium fuerit cauſa efficax ſaltèm ſecundum partem, vt ſuppono; ſicut .n. ſe habet totum reſpectu totius, ſic pars reſpectu partis.

Ex defectu tertiæ particulæ .s. (*vt ſequatur homicidium*) ſequitur, illum
13 non incidere, qui, &ſi validiſſimis rationibus ſuaſerit alicui homicidium, tamen illud non fuit per ipſum, nec per alium commiſſum. Ratio eſt, quia requiritur, vt ſequatur effectus .s. homicidium, vt dans alicui conſilium huiuſmodi caſu annodetur, iuxta regulam illam legalem, verba ſunt intelligenda cum effectu, *l. Nomen filiarum, ff. de verb. ſignif. c. Perpetuo, de Elect. in* 6. vbi colligitur, quòd, quando pęna apponitur à iure ipſo facto proptèr aliquod delictum, nunquam eſt locus illi pęnæ, niſi delictum ſit conſummatum, nihil obſtans inchoatum fuiſſe.

§. V.

ANNOTATIO VNICA.

Non incidit in caſum ille, qui animo occidendi aliquem, tantùm mor-
14 tiferè illum percuſſit, ſi poſtea confiteatur, antequam ſequatur illius mors, lz. peracta confeſſione ſtatìm ſequatur; quia ſanè illud peccatum tunc temporis non erat reſeruatum, vt ex veriori, & probabiliori ſententia reſoluit *Fagundez de Præceptis Eccleſiæ lib.* 8. *cap.* 7. *nu.* 18. *& Hómob. poſt ipſum de Caſib. reſer. par.* 2. *caſ.* 3. 11. *exceptio*.

Hoc idem mihi probatur dicendum de illo, qui dedit mandatum, aùt conſilium efficax de occidendo aliquem, ſi perſona contra quam fuit

datum

Digitized by Google

datum mandatum, aut conſilium per mandatarium fuerit tantummodò vulnerata ad mortem, adhuc etiam viuens, cenſeo, inquam, quòd ſi ille, qui mandauit, conſuluit, & item qui occidit confiteatur ſuum peccatum ante ſequutum mortis effectum, quòd poſſit abſolui per Confeſſarium non habentem facultatem ſuper hunc reſeruatum: tùm quia adhuc non extat homicidium: tùm quia, vbi eadem eſt ratio, idem ius eſt conſtituendum: & lege, vel Doctore aliquo non decidente occurrentem caſum, ab aliquo ſimili reſolutio deſumenda eſt, *l. Non poſſunt, ff. de Legib. Euerard. in Topic. legali in loco à ſimili. Nal. verb. Lex, num. 4. vbi ſupra.*

An autem in his caſibus, ſequuto homicidio, prædicti reincidant in eaſum, aut ſaltèm teneantur ſe præſentare Superiori reſeruanti; Reſpondetur negatiuè. Et ratio eſt, quia iam peccatum fuit ritè confeſſum, & directè abſolutum per habentem tunc temporis facultatem. 15

ADDITIO.

S*Equitur vltimo ex defectu regularum ab* Auctore *diſtinctè propoſitarum* n. 10. *non incidere in reſeruationem præſentem* Octaui *caſus eum vel eos, qui quocumque modo operam, & auxilium præſtiterunt homicidio, dummodo non fuerint mandantes, vel conſulentes, aut actuales homicidæ, quia ſolum iſti tres comprehenduntur ſub litera decreti reſeruantis. Ideo, v. G. Si quis falſus teſtis fuit cauſa in iudicio criminali, vt quis capitè plecteretur non incidit in reſeruationem homicidij, ſed in ſuperiorem falſi teſtimonij. Sic* Mazuchellus cap. 7. diffic. 1. num. 145. diſp. 2. quæſt. 3. Graffius in praxi lib. 1. cap. 14. num. 66. *& deduci poteſt ex admiſſis ab* Auctore Lupo ſupra annot. 2. §. 6. in Commentarijs ad partem ſecundam huius Caſus Octaui.

§. VI.

INCIDENTES.

Ex regula ſequitur, primò illum incidere, qui alicui priuato conſuluit homicidium, nec conſilium reuocauit tempeſtiuè, concurrentibus alijs conditionibus neceſſarijs ad incurrendum caſum, de quibus regula conſtat, *l. Si mandaſſem, ff. Mandati.* 16

Secundò ſequitur, illum incidere, qui in bello iniuſto efficacitèr alicui contra aliquem iactum bombardæ conſuluit, ex quo ille, contra quem fuit datum conſilium, remanſit occiſus. *Archi. in cap. De cętero. Innoc. Hoſtienſ., & Ioan. Andr. in cap. Ad audientiam, de Homicidio.*

Tertiò ſequitur, illum incidere, qui conſuluit in bello iniuſto, vt proditoriè

Digitized by Google

ditoriè capiatur Caſtellum, ex quo tanquam ex propinqua cauſa nonnulli fuerunt interfecti. *Innoc. Ioan. Andr. & Archi. in eodem cap. Ad audientiam, de Homicidio*.

Quartò ſequitur, illum incidere, qui dedit conſilium efficax homicidij, licèt ſuceptor conſilij illud exequutus fuerit tantùm poſt multū tēporis.

Quintò, idem infertur de illo, qui dedit conſilium alicui, vt combureret domum ſui inimici, in qua nouerat ipſum detineri, ſi ſequuta eſt eius mors. Ratio harum quinq; conſequentiarum vna eſt, .s. quia concurrunt omnes conditiones eſſentiales ad incurrendum in caſum.

§. VII.

ANNOTATIO I.

17 Qui conſuluit alicui homicidium, quod alter idem etiam conſuluiſſet, exempli gratia, Paulus conſuluit Petro, vt ſuum occideret inimicum, quod quidem conſilium in defectu Pauli ab alio datum fuiſſet Petro, incidit in caſum, cum efficacitèr influxerit in homicidium. Nec obſtat, quòd alter idem conſilium dediſſet: nam ſicut alter, qui conſuluiſſet irretitus fuiſſet caſu iſto; ita irretitur iſte, qui ſuo conſilio alium præuenit; quod communitèr obſeruant DD. in ſimili de reſtitutione.

ANNOTATIO II.

18 Quando dubitatur, an conſilium fuerit efficax tenendum eſt fuiſſe tale. Ratio eſt, quia nullus eſt præſumendus malus, & quòd ſit perpetraturus delictum, niſi ad hoc efficaci conſilio impulſus fuiſſet: & proindè exiſtimare poſſumus, diſpoſitionem ad delictum perpetrandum à malo conſilio proceſſiſſe, poſt *Couar. tenet Leſſ. lib. 2. cap. 26. num. 13. Nald. verb. Conſil. num. 13. contra Emanuel Sà, verbo Reſtitutio num. 34. & c.*

ADDITIO.

Ontrarium probabilius eſt, nam in dubio ſupponendus eſt caſus minimè reſeruatus ex traditis à me ſupra in addit. ad art. 3. diſt. 2. par. 1. huius operis pag. 27. *tum quia odia reſeruationis extendenda non ſunt, & præualet in dubio poſſeſſio propriè immunitatis, & libertatis, & quo ad Confeſſarium poſſeſſio Iuriſdictionis. Sic in terminis* Henriq. lib. 14. num. 3. Latè Tambur. in Decal. lib. 1. cap. 3. de conſcientia litera D. num. 1. 2. 3. & 4. verb. Damnum §. 7. in indiculo regularum, cum Sayro in Claui Regia lib. 10. capit. 8. num. 1. Rebellus par. 1. lib. 2. quæſt. 14. ſect. 2. num. 5. & 7.

CASVS

CASVS NONI
PARS PRIMA.

SVMMARIVM.

1 (Qui) *hoc in loco ſub ſe continet non modo viros, ſed fœminas etiam.*
2 *Terminus iſte* (ſtudioſè) *quanti valeat.*
3 *Duplex eſt abortus, videlicet fœtus animati, & inanimati, & quid vtroquè modo.*
4 *Quando infundatur anima rationalis.*
5 *In dubio, an fetus ſit maſculini, vel fœminini generis, quid ſentiendum?*
6 *De vtroque fœtu loquitur textus.*
7 *In dubio, ſi fœtus erat animatus, quid præſumendum eſt.*
8 *Differt abortus ab aborſu.*
9 *Procurare abortum quid ſit.*
10 *Obſeruatio notabilis.*
11 *Diſtat procuratio abortus à procuratione ſterilitatis.*
12 *Termino iſto, .s. conſuluerit, veniunt etiam æquipollentia.*
13 *Duplex contingit effectus circa abortum, .s. actualis attentatio eijciendi fœtum, & ipſa fœtus eiectio.*
14 *Qualis effectus requiratur ad incidendum in hunc caſum.*
15 *Quid ſit præſtare operam.*
16 *Regula generalis.*
17 *Qui caret intentione cauſandi abortum, non ligatur caſu iſto.*
18 *Itèm ille non obſtringitur caſu iſto, qui ſterilitatem ſolummodò procurauit.*
19 *Itidem ille non irretitur caſu, cuius procuratio, vel conſilium fuit inefficax.*
20 *Metus cadens in conſtantem virum excuſat quidem à reſeruatione, quæ habetur per legem humanam, ſed non à peccato mortali.*
21 *Metus cadens in conſtantem virum quid.*
22 *Minor metus excuſat fœminam, quam virum.*
23 *An, qui procurauit abortum nondum ſequuto effectu, interdum abſolui poſſit per quemlibet Confeſſarium.*
24 *Non incidit, qui procurat, conſulit, vt fœtus iam maturus eijciatur à corpore.*

25 Nota-

Digitized by Google

25 *Notabilis doctrina*.
26 *Incidentes*.
27 *Non excuſat bonus finis ab incidentia in hunc caſum.*
28 *Item non excuſat procuratio ſalutis prægnantis.*
29 *Incidit, qui efficax præbuit conſilium.*
30 *Incidit mulier fœta, quæ ſuſcipit pharmaca ad patiendum abortum.*
31 *Item incidit, licèt fœtus eiectus ſuſceperit Baptiſmum.*
32 *Item incidit, licèt è contra fœtus non potuerit eiici.*
33 *Modus per Pœnitentiarium obſeruandus, priuſquàm abſoluat hoc caſu annodatum.*

IN PRIMAM PARTEM TEXTVS CASVS NONI, .s.

Qui ſtudioſè abortum procurauerint, conſuluerint, operamque præſtiterint: quiuè filios ex negligentia oppreſſerint.

COMMENTARIA.

TExtum huiuſce caſus in duas diuidi partes ipſum contemplanti apparet, quarum altera verſatur circa abortum, & circa oppreſſionem filiorum altera. Prima pertingit incluſiuè vſq; ad verbum illud (*Præſtiterint*.) Secunda verò amplectitur alia ſubſequentia verba.

Prima ſubdiuiditur in tres particulas, quarum prima ordine textuali eſt de abortum procurantibus.

Altera de dantibus conſilium ad ipſum.

Tertia verò de abortum operantibus, ſeù facientibus.

Circa primam partem, & eius particulas diſſerendo inſimul ſeptem percurremus paragrapha.

Primum erit declaratio terminorum intra textum incluſorum.

Alterum erit quædam regula generalis deſignans incidentes, & non incidentes in caſum.

Tertium oſtendit non incidentes in caſum.

Quartum ſignat annotationes circa non incidentes.

Quintum demonſtrat incidentes.

Sextum ponit annotationem circa incidentes.

Septi-

Septimum deniq; erit modus obſeruandus per Pęnitentiarium, priuſquam abſoluat annodatum hoc caſu.

§. I.

Quo ad primum paragraphum immediatè habemus terminum, (*Qui,*) circa quem breuitati ſtudendo non immorabor. Dicam duntaxat hoc in loco complecti ſub ſe nedum viros, ſed fęminas etiam, quamuis ſimus in odioſis, vbi maſculinum non concipit fęmininum, vt aliàs me dixiſſe memini. Et hoc patet ex dictis; dum enim ſumus in claris, non indigemus expoſitione. Quod patet expreſsè, probare non eſt neceſſe, vt tradit *Bald. Conſ.* 370. *col.* 2. *vol.* 3. 1

Secundus terminus eſt, (*ſtudioſè.*) Notandum, quòd iſte terminus idem valet, ac iſtæ dictiones, .s. data opera, voluntariè, & ex animo. Quapropter ſi quis, vel ſi quæ caſu, aut inſcientèr, hoc eſt abſq; malitia, præberet potionem, aut pharmacum mulieri prægnanti, & ex eo ſequeretur abortus, non incideret in caſum; cum Textus ſolummodò militet contra illum, vel illam, quæ ſtudioſè, .s. ad finem faciendi abortum, illud præbuerit. 2

Tertius terminus eſt (*Abortum.*) In gratiam huius termini obſeruandum eſt duplicem eſſe abortum, nimirùm fętus inanimati, & animati. Abortus fętus inanimati eſt eiectio fętus immaturi ex vtero, cum nondum à Deo anima rationalis eſt illi infuſa. Cęterum Abortus fętus animati eſt itidem eiectio fętus immaturi ex vtero, ſed poſtquam anima rationalis à Deo illi fœtui eſt infuſa; quæ vtiq; in maſculis, iuxta tradita ab *Ariſt. lib.* 5. *Inſtit. animalium cap.* 3. & 9. eſt poſt ſpatium quadraginta dierum incluſiuè à die ſuſcepti, & retenti ſeminis à muliere in matrice; in fœminis verò eſt poſt ſpatium octoginta dierum, vt tradit, *Nauar. in Manual. cap.* 15. *num.* 14. *verſ. Fœtui.* Diuus tamen Auguſtinus dilatat ſpatium infuſionis animæ rationalis reſpectu fęminæ vſq; ad octuageſimum ſextum diem. Verùm prior ſententia, teſte *Florono, & Capeauilla*, eſt ferè communis, & præcipuè DD. Scholaſticorum in 3. *ſent. diſt.* 3.5. 3

Quæres, quando vertitur in dubium, an fętus ſit maſculini, an verò fœminini generis, quid præſumendum ſit? Præſumendum erit eſſe generis maſculini; & proindè fuiſſe immediatè animatum poſt quadraginta dies: nam in dubio tutior pars eſt eligenda: hancquè ſententiam approbat *Floron. de Caſib. reſeru. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 2. & addit eſſe ad mentem *Sixti V. in Bulla de Abortu*, debereq; ſequi in foro conſcientiæ, *Emanuel Sà, ver. Homicidium num.* 2. *Barboſa de Officio, & poteſtate Epiſcopi, allegat.* 51. *num.* 137. & *alij*. 5

His habitis, deueniendo ad rem noſtram cenſeo, textum hunc loqui de vtroq; abortu: nam lex generalitèr loquens, generalitèr eſt intelligenda, 6

Digitized by Google

l. De pretio, ff. de Publici. in rem act. niſi ratio cogat ad diſtinguendum. Hic autem non apparet ratio ad hoc cogens, cum vtraquè eiectio fętus ſtudiosè perpetrata ſit mortale admodùm graue: multum tamen refert ſcire, an fętus eſſet animatus; nam ſi talis erat, qui abortui volens, vel aduertens cauſam dedit, ſiuè fieri procurauit, eſt profectò irregularis, excommunicatus excommunicatione Epiſcopo reſeruata; ſi verò nondùm erat animatus, ſecùs dicendum eſt.

7 Quæres, in dubio quid credere debeas? Satisfacit tibi *Gambacurta de Caſibus reſeruat. caſ. 3. num. 5. & 6. allegans Nauar. in cap. Si quis necandi, num. 2. de Pœnit. diſt. 1.* dicens, quòd credere debes te eſſe irregularem, & quod perindè debes te habere, ac ſi eſſes irregularis, loquendo in foro interiori; in foro autem exteriori ſecùs eſt iudicandum, vt docet *Megal. verb. Abortus*.

ADDITIO.

N*On obſtante conſtitutione* cap. ad audientiam, & cap. Significaſti 1. & 2. de homicidio *ſuſtineri poteſt vt probabilis ſententia negans, irregularitatem ex abortu prouenire poſſe quando dubitatur, an fuerit animatus vel inanimatus; quia non eſt caſus in terminis Canonum citatorum, qui diſponunt de dubia reitate in homicidio certè ſequuto, non vero in homicidio de cuius exiſtentia dubitetur, vt explicant* Sanchez in ſumma lib. 1. cap. 10. nu. 44. Gobat Theol. Sacramental. tract. 8. nu. 701. Giballinus, & alij ibidem cumulati, *& in terminis abortus* Diana par. 4. tract. 2. reſol. 16. Præpoſitus 3. p. quæſt. 5. de irregularit. dub. 8. num. 58.

Nihilominus ex voto communiſſimo D. D. in hac ſpeciali materia reſoluendum eſt, in dubio Auctorem abortus debere ſe gerere tanquam irregularem, & ſupponere teneri fętum fuiſſe animatum, Sic Nouar. in ſumma Bullarum to. 2. tit. de abortu num. 20. Bannius in Theol. moral. tom. 2. tract. 11. quæſt. 32. Molina de iuſt. to. 3. tract. 3. diſp. 27. num. 4. Coriolan. de caſ. reſeru. p. 2. caſu 6. num. 3. Merolla in diſput. Theol. to. 1. diſp. 3. cap. 3. num. 237. *Sayrus* lib. 6. cap. 15. num. 9. Farinac. in fragment. criminal. p. 2. num. 244. Quadrius de reſeruat. Comen. diſp. 3. caſu ſept. concluſ. 20. *Quam partem probabiliorem putat etiam* Diana par. 4. tr. 2. reſol. 16. cum allegatis.

Notandum tamen eſt, reſolutionem procedere, ſi abortus ſequatur, & dubitetur an fuerit fętus animati vel inanimi; Nam ſi dubium ſit, an ipſe abortus qualiſcumque effectum habuerit vel non, tunc auctor, vel conſulens ipſius dubij abortus irregularis non erit, quia non irrogantur pęnæ, niſi conſtet de corpore delicti L. 1. §. item illud ff. ad Syllan. *Sic in terminis* Sanchez in Decal. to. 1. lib. 1. cap. 10. num. 44. Nauarr. to. 2. conſ. lib. 5. de homicid.

homicid. conſ. 47. Quaranta verbo abortus ſ. nota per hanc num. 5. in fine, Barboſa de poteſtate Epiſc. allegat. 51. num. 139. Quadrius lo. cit. num. 832. & fauet Iacobus Menoch. de arbitrarijs Iudicum lib. 2. caſu 352. centur. 4. n. 20. *vbi dicit hæc omni dubitatione carere.*

Inſuper circa hunc terminum eſt animaduertendum *Calepin. in verb. Abortum* ponere diſcrimen inter aborſum, & abortum, dicendo, aborſum eſſe in primis menſibus; abortum verò eſſe propè tempus pariendi. Verùm ad propoſitum noſtrum in textu exiſtimo huiuſmodi nomina confundi, adeò vt accipiatur vnum pro alio, teſte immemorabili conſuetudine. 8

Quartus terminus eſt (*Procurauerint.*) Procurare abortum eſt agere ſtudioſè, voluntariè, & ex animo, ſiuè per ſe, ſiuè per alium, vt fœtus ex vtero præmaturè eijciatur. Dicitur inquam, ſtudioſè agere; quia procuratio excludit caſualem abortum, & coniunguntur inſimul hi duo termini .s. procurare, & ſtudioſè; quamùis idem ſignificent ad deſignandum expreſsè, quia non reſeruatur in textu, niſi abortus data opera procuratus. 9

Vlteriùſq; notandum, ac prænotandum circa hunc terminum (*Procurauerint,*) vt quis incidat in caſum, non eſſe neceſſarium, vt ſequatur abortus; ſed ſat eſſe, vt procuratus fuerit; nam quamùis verba ſint intelligenda cum effectu; tamen ſatìs dicitur effeciſſe, qui procurauit, nam effecit, quod propriè verba ſignificant. Ita *Gambarupta de Caſib. reſer. cap. 3. ad mentem Nauar. in cap. Hæc autem verba, nu. 11. de Pœnit. diſt. 1.* hoc idem colligitur ex contraria bella conceſſionis caſuum reſeruatorum cum limitationibus, vbi conceditur Caſus, non ſequuto effectu. Si itaq; aliquid conceditur, operę pretium eſt, vt etiam procuratio ipſa ſit per ſe reſeruata, etiam abſque effectu abortus. 10

Præterea obſeruandum, circa terminum hunc non paruum eſſe diſcrimen inter procurationem abortus, & procurationem ſterilitatis; nam abortus ſupponit conceptionem; ſterilitas verò minimè; à diuerſis autèm non fit illatio, *l. Papinianus exul. ff. de Minor.* ideò, qui procurauit ſterilitatem non incidit, quòd ſecus eſt de illo, qui abortum procurauit. 11

Quintus terminus eſt (*Conſuluerint.*) Pro intelligentia huius termini ſciendum eſt conſilium duplex eſſe, .s. efficax, & inefficax. Efficax eſt illud, ſine quo in propoſito noſtro non fuiſſet attentatus abortus. Inefficax verò poteſt dici eſſe illud, quod non fuit ſufficiens ad mouendum animum ad procurandum abortum in facto eſſe. Hac ſuppoſita diſtinctione mihi probatur, textum loqui tantummodò de conſilio efficaci. Sumus enim in odioſis, in quibus niſi neceſſitate cogente, non debemus

facere extenſionem, vt paſſim tradunt DD.

12 Veruntamèn notandum eſt, quòd hoc verbo (*Conſuluerint*,) veniunt etiam alia æquipollentia verba, vt hortari, rogare, inſtruere, dummodò, qui hortatur, rogat, vel inſtruit, efficacitèr hoc faciat. Hæc enim videntur includi in hoc verbo (*Conſuluerint*.) Dico efficacitèr; nam quemadmodum, cum non reſeruatur caſus, niſi ſequuto abortu, non incidit quis in ipſum, niſi ſequuto effectu .i. eiectione fetus præmatura; ita cũ proponatur caſus per procurationem actualem, vt patet ex verbo (*Procuraue-*
13 *rint*,) non videtur, quòd ille, qui conſuluit ad abortum procurandum, annodetur caſu, niſi ſequatur procuratio. Pro potiori intelligentia notandum eſt duplicem eſſe effectum, nimirùm effectus abortus, qui, vt attigi paulò ante, eſt ipſa eiectio fœtus ex vtero, & ecce primus.

14 Alter eſt effectus procurationis, & conſilij, quæ eſt actualis attentatio diſſoluendi, vel emittendi præmaturè fetum. Licèt itaq; hìc non requiratur primus effectus, requiritur tamen ſecundus neceſſariò; nam, vt obſeruatum eſt, niſi quis ſuo conſilio efficacitèr induxerit ad attentandum abortum .i. niſi de facto fuerit procuratus per perſonam, cui fuit datum conſilium, non incidit, qui conſilium dedit; & ex hac procuratione actuali dignoſcimus conſilium fuiſſe efficax.

15 Sextus terminus (*Operamq; præſtiterint*.) Sciendum eſt, quòd præſtare operam ad abortum, prout diſtinguitur à procuratione, & à conſilio, cum de facto ad inuicem diſtinguantur in textu illa tria genera perſonarum, ſcilicèt procuratores, conſultores, & exequentes, vt patet ipſum textum intuenti, nihil aliud videtur ſignificare, niſi executionem, ſeù applicationem medicamentorum, quouiſmodo factam, ſiuè bibendo, ſiuè edendo, &c. Exempli gratia. Mater filiæ prægnantis, ſi à medico quæſierit aliquod pharmacum ad abortum faciendum, dicitur procuratrix; ſi medicus ſuaſerit illi tale pharmacum, dicetur, dans conſilium. Filia verò prægnans tale ſuſcipiens pharmacum, potu, vel eſu, ſeù alio modo dicetur operam præſtare, ſeu eſſe executrix abortus procurati per matrem, & ſuaſi per Medicum.

§. II.

16 Quò ad ſecundum paragraphum traditur regula generalis pro doctis, ex qua ſimul cum fundamentis iactis ſatis conſtat, qui incidunt in caſum, & qui non.

Digitized by Google

REGVLA.

Ad incurrendum in hunc caſum tria copulatiuè requiruntur, .ſ.

Primum eſt intentio cauſandi abortum, ſiuè procuratione, ſiuè conſilio, ſiuè executione.

Alterum eſt grauidantia in muliere.

Tertium eſt effectus, ſeù applicatio rei procuratæ, ſiuè ſuaſæ.

Conſtat regula ex fundamentis.

Pro minus peritis practicatur regula ſimul cum fundamentis.

§. III.

NON INCIDENTES.

Ex defectu primæ conditionis regulæ, .ſ. (*Intentio cauſandi abortum*) ſequitur primò nec virum illum, nec mulierem illam incidere, qui, & 17
quæ ad inuicem moti libidine, adeò ſe agitarunt corpore, vt ſequutus fuerit abortus, ſi intentione abortum cauſandi carebant, non ſunt tamen ſine culpa, cum potuerint, ac debuerint talem præuidere abortum. Ita *Lucas Floronus de Caſ. reſer. par. 2. caſ 5.*

Secundò ſequitur, nec virum illum incidere, qui animo irato vxorem prægnantem indiſcretè percuſſit, vel nimis grauibus onerauit ponderibus, quamùis ex talibus immediatè ſequutus ſit abortus fętus; peccauit tamèn grauitèr, cum potuerit, ac debuerit aduertere periculum, cui illam exponebat.

Tertiò ſequitur, mulierem illam non incidere, quæ ignorantèr, & abſq; malitia ſumpſit aliquam potionem, ex qua ſequutus eſt abortus.

Quartò ſequitur, nec Medicum illum incidere, qui propinauit mulieri in partu laboranti aliquod pharmacum, vt fętus prodiret faciliùs in lucem, quamùis poſtea ſequutus ſit abortus.

Quintò ſequitur, non incidere virum illum, qui abſquè malitia ſuam cognoſcens vxorem, eamq; nimis grauans fecit abortire.

Sextò ſequitur, nec mulierem illam incidere, quæ abſq; malitia graue ſuſcipiens pondus abortiuit.

Idem dicitur de muliere illa prægnante, quæ ob metum cadentem in conſtantem virum adducta fuit ad ſumendum poculum, vel permittendum aliquid, vnde pateretur abortum, quem paſſa eſt.

Idem

Digitized by Google

Idem de illo, qui ratum habuit, vel approbauit abortum procuratum. Omniumq; iſtarum conſequentiarum, & ſimilium, quæ conſultò breuitatis gratia omittuntur, vna eſt ratio, nimirùm, quia non adeſt intentio ad abortum, quæ eſt ex neceſſarijs conditionibus, vt patet intuenti regulam. In propoſito .n. maximè verificatur illud commune DD. axioma, .s. in delictis animus, & voluntas inſpicitur, & non rei exitus, & illud, vbi dolus non eſt, delicta pęnæ locum non habent, *l. Qui iniuria, ff. de Furtis*.

ADDITIO.

Similiter obnoxia non erit reſeruationi fęmina, quæ bona fide potionem ab alio porrectam ſumpſit, & deinde cognouit pharmacum, & potionem ipſam deſtinatam fuiſſe ad procurandum abortum, non incidit, inquam, etiamſi gaudens, de futuro abortu animato, vel inanimato approbet, & ratum habeat factum, nec curet vel quærat effectum medicamenti alijs contrarijs remedijs impedire, & partum ſeruare. quod facile poſſet; quia in tali caſu non interuenit ſtudioſa procuratio, de qua Textus, ſed ſola permiſſio, & tolerantia abortus; quæ licet ſit grauiter culpabilis, tamen non reſeruatur Floron. caſu 5. de abortu num. 14. verſ. excipitur Mazuchel cap. 3. diffic. 4. quæſt. 3. num. 40. cum Capcauilla citato.

18 Ex defectu ſecundæ conditionis regulæ, .s. (*Grauidantia in muliere*) ſequitur ſeptimò, illum non incidere, qui procurauit alicui mulieri pharmacum ad inducendam ſterilitatem, vel è contra ad habendam prolem. Ita *Graff. Caſuum reſeru. lib. 3. cap. 5.*

Idem infertur de illo, qui dedit conſilium, quamuis efficax, ad ſumendum pharmacum pro ſterilitate.

Idem ſimilitèr aſſeritur de muliere illa, quæ ſumpſit tale pharmacum pro dicto fine, .s. obtinendæ ſterilitatis. Et harum conſequentiarum vnica redditur ratio, quia non adeſt grauidantia in muliere, quæ pręſupponitur in abortu: & à diuerſis non fit illatio. Ita *Barboſa in cap. Si quis, de Homicidio. Molina de Iuſt. tom. 4. tract. 3. diſt. 27.*

19 Ex defectu tertiæ conditionis regulæ, .s. (*Effectus, ſeù applicatio rei procuratæ, &c*) ſequitur, illum non incidere, qui procurauit pharmacum, vel aliud remedium ad abortum faciendum, ſed tale remedium, vel pharmacum non præbuit alicui, vel ſi præbuit, perſona, quæ illud accepit, illo non vſa fuit.

Idem dicitur de illo, qui ſanè conſuluit abortum, ſed mulier, cui fuit datum conſilium, illud minimè fuit ſequuta.

Idem

Digitized by Google

Idem de illa muliere, quæ accepit pharmacum ad illud ſumendum, ſed pęnitentia, aùt alia cauſa mota noluit illud ſumere. Omnium iſtarum conſequentiarum, & ſimilium vna redditur ratio, quia effectus non interceſſit, .s. mulier grauida noluit ſumere pharmaca ad abortum ordinata. Non incidente autem in caſu perſona principali, rationabiliter videntur non incidere perſonæ minus principales .s. procurantes, aut dantes conſilium. Patet in ſimili de homicidio, vbi annotauimus, quòd non incidunt mandantes, nec dantes conſilium, niſi ſequuto effectu .s. niſi executor in facto patrauerit homicidium.

§. IV.

ANNOTATIO I.

Circa conſequentiam ſextam ſupra poſitam obſeruandum eſt, quòd 20
Eccleſia non intendit obligare ad obſeruationem ſuorum præceptorum
cum graui incommodo; idcircò metus cadens in conſtantem virum excuſat à reſeruatione, quæ per ipſam fuit inducta, vt communiter ferunt DD. quod notat *Emanuel Sà, ver. Metus, num.* 1. Ideò notantèr dicitur in Bulla de abortu, qui ſcientèr, .i. data opera, ſuſceperint, v. g. medicinam: non excuſat tamen talis metus à mortali, quando opus prohibetur à lege diuina ſub præcepto.

Metus autèm cadens in conſtantem virum eſt, quo probabilitèr quis 21
ſibi, aùt ſuis timet graue malum. Excuſatque fęminam minor metus,
quàm virum, vt notat *Emanuel Sà, ver. Metus, num.* 1. Et ratio ea eſſe 22
videtur, quia ſunt diuerſæ fortitudinis, & ipſa illo eſt imbecillior.

ANNOTATIO II.

Quando aliqua in tabella conceditur abſolutio caſus abortus cum li- 23
mitatione (*Non ſequuto effectu*;) tunc, qui procurauit abortum, abſolui poteſt ab omnibus Confeſſarijs, ſi antequam effectus ſequatur peccatum procurationis confiteatur, *Ita Homob. de Caſibus reſer. par.* 3. *cap.* 7. 2. *ſect.* 6. *exceptio*. Et fortaſsè hoc concedit Eccleſia, vt reddat tales peccatores ſollicitos ad Sacramentum Pęnitentiæ, dum ipſis adeſt commoditas cuiuslibet Confeſſarij pro beneficio abſolutionis talis criminis; & ſequuto abortu non tenentur iterùm confiteri de abortu ſequuto. Ratio eſt, quia, quando pęnitens peccatum procurationis confeſſus eſt, adhùc non erat ſequutus effectus; nec pro conſequutione beneficij confeſſionis euentum abortus expectare tenebatur cum medicina ſit quantociùs ſumenda. Hæc annotatio non deſeruit nobis, quia in Dięceſi Bergomi etiam procuratio eſt reſeruata.

AN-

ANNOTATIO III.

24 Non incidit, nec peccat vllo modo, qui procurat, dat conſilium, vel præſtat operam, vt fętus iam maturus eijciatur ex corpore, vti contingit, cum mulier inſtante die partus procurat medicinam ad faciliorem emiſſionem prolis diſpoſitiuam. Nam talis eiectio non datur, nec eſt abortus; cum abortus ſit eiectio fętus præmatura, & iſta ſit eiectio fętus matura. Quod notandum eſt, ne quis labatur errore conſtituendo peccatum, & reſeruationem, vbi fortaſsè poteſt eſſe meritum. Verùm medicina eſt præſtanda cum maxima cautela, ne contingat abortus.

ANNOTATIO IV.

25 Non incidit in caſum ille, cui à muliere, quam cognouit, dicitur ſe de ipſo remanſiſſe grauidam, & quòd vult ſumere aliquod pharmacum ad occidendam prolem in ventre exiſtentem, ſi ipſe nihil illi reſpondeat; quia iſte talitèr ſe habens non procurat, nec dat conſilium; peccat tamèn, & euadit irregularis, ſi non impedit hoc homicidium, cum poſſit, ſuppoſito, quod creatura ſit iam animata anima rationali. Ratio eſt, quia pater ex iuſtitia tenetur defendere filium ſuum, hoc malum impediendo. Ita *Rodriquez pri. par. cap. 5. num. 3. Nau. cap. 24. n. 22.*

§. V.

INCIDENTES.

26 Ex regula ſequitur primò illum incidere, qui procurauit, vt Medicus prægnanti pharmaca ad abortiendum præberet, concurrentibus tamen alijs duabus conditionibus, de quibus loquitur regula; cum .n. plura neceſſariò requiruntur ad alicuius conſtitutionem, deficiente aliquo iſtorum, impoſſibile eſt illud eſſe. Ita *Lazarius, de Blaſphemia.*

Secundò, Idem dicitur de ancilla, quæ hac intentione vocauit medicum.

Tertiò, idem de Medico, qui ad hunc effectũ medicinam ordinauit.

Quartò, idem de Aromatario, qui pharmaca ad finem abortionis fieri docet. Ita *Horatius Gambarupta de Caſibus reſeruatis caſu 3. num. 3.*

ADDITIO.

Requiritur tam in Medico, quam Aromatario, vel quacunque perſona ſtudioſa voluntas, & intentio abortum procurandi, nam ſi bona fide reme-

remedium aliquod mulieribus aperiant ad expellendum fœtum, quo poſtea præter intentionem docentis vtantur non erit locus reſeruationi, quæ ſupponit mortalem culpam, & ſtudioſam cooperationem ad finem efficiendi abortum. Belloch. de reſeruatis p. 2. quæſt. 8. num. 87. Homobon. par. 3. in explicat. caſus ſexti, *& alij*.

Quintò, idem de Chirurgo, qui hac intentione venam aperuit, vel ſecauit.

Sextò, idem de conſanguineo, qui hoc animo prægnanti medicinam attulit. Demum, vt vno verbo me expediam, quot quot ſtudioſè procurant abortum alijs præſuppoſitis conditionibus, incidunt.

Septimò ſequitur, hoc idem, licèt procuratio abortus, ſeù conſilium, 27 ſeù executio operis, vt ſumptio medicinæ, ſit ad bonum finem, vt ad tuendum honorem prægnantis. Ratio eſt, tùm quia concurrunt conditiones, de quibus conſtat regula: tùm quia nec ad tuendum alterius honorem licet diuino contraire præcepto, vt de ſe conſtat. Quinimmò obſeruandum eſt, non fore integrum alicui inferre maius, vel æquale malum proximo ad ſuam famam conſequendam, & præcipuè ſi fuit malè perdita, vt eſt in propoſito: quapropter non licet inferre iniuriam proli educendæ in lucem, vt tueatur matris honorem, *Armilla, verb. Abortus, num.* 1.

ADDITIO.

Certiſſimè conſtat, non licere procurare abortum etiam fœtus inanimati ad vitandum periculum vitæ alicuius mulieris, quæ ſi grauida reperiatur occidetur, vel ad ſeruandum honorem puellæ ex coitu fornicario prægnantis; quia periculum mortis, vel famæ non prouenit ab ipſo fœtu, ſed à cauſa extrinſeca, quam ſibi imputare debet fœmina, quæ peccauit. Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 27. num. 9. Leon. de cenſ. recoll. 7. num. 18. Diana p. 7. tract. 5. reſol. 32. *& alij communiter apud* Mazuchellum diſput. 2. cap. 3. diff. 4. num. 24. *contra* Torreblancam, Bordonum, Zambellum, Lezzanam, & Trullench, *quorum ſententiam nouiſſimè reprobauit* Sanctiſs. Innocent. XI. in Congr. Generali S. Officij die 2. Martij 1679. opinione 34. *damnata reſolutione D.D. quæ ſub his verbis concipiebatur.* Licet procurare abortum ante animationem fetus, ne puella deprehenſa grauida occidatur, aut infametur.

Octauò, hoc idem ſequitur, quamuìs hæc tria, vel alterum trium 28

Digitized by Google

præſtetur ad tuendam ſanitatem prægnantis, dummodò ſtudioſè fiat, ſi cognoſcatur, quòd illud ex ſua vi ordinatur ad interitum fętus. Exempli gratia, ſi cognoſcat medicus talem medicinam ex ſua vi ordinari ad interitum fętus, illam ordinando, incidit, quamuis ipſe proteſtetur illam ordinare ad ſanitatem prægnantis: proteſtatio.n. cum ſit contraria facto, non releuat proteſtantem. Poteſt tamen medicus adhibere omnia medicamenta, quæ directè tendunt ad expellendum morbum prægnantis, dummodò ex natura ſua non ordinentur ad interitum fętus. Quando autem medicus probabilitèr exiſtimauerit prolem cum matre interituram, ſi non adhibeantur medicamenta; tunc tutò valet illis vti medicamentis, quæ principalitèr tendunt ad matris ſanitatem: ſed non illis, quæ æquè tenderent ad ſanitatem matris, & ad interitum fętus. Ita colligitur ex *Florono par. 2. cap. 5. circa finem, poſt Clauem Regiam lib. 7. cap. 12.*

ADDITIO.

DEciſio Lupi hoc nu. 28. *procedet caſu, quo fętus ſit animatus; tunc enim nequit adhiberi pharmacum ad occiſionem, vel expulſionem directè tendens ſicut numquam licet mortem innocentis directè cauſare.* Vega to. 1. ſummæ cap. 5. caſu 3. Manuel. 1. to. ſummæ cap. 5. concl. 3. num. 3. Mazuchel. de reſeruat. diſp. 2. cap. 3. difficult. 3. num. 15.

Quòd ſi conſtet, fętum adhuc eſſe inanimatum, & nullum aliud ſuppetat remedium pro ſaluanda matre infirma, niſi abortus expellatur, tunc licebit etiam per remedia ad abortum efficiendum directè tendentia ipſum procurare, quia præſtat matrem incolumem ſeruare, quam inanimam prolem, quæ nihilominus morte matris perdetur; Neque par eſt ratio de abortu inanimato, ac de pollutione, quia deficit delectatio turpis in abortu, quæ naſcitur ex pollutione, & ob alias circumſtantias, quas fusè notat Trullench in decal. tom. 2. lib. 5. cap. 1. dub. 4. num. 61. *Ita* Layman lib. 3. tract. 3. par. 3. cap. 4. num. 4. Graffius par. 1. lib. 2. cap. 63. num. 24. Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 70. num. 9. Syluest. verbo medicus. quæſt. 4. Armilla verbo Abortus nu. 2. *& alij apud* Mazuchellum *contrariæ adherentem* diff. 3. cap. 3. diſp. 2. num. 8.

Licebit etiam Medico, ſine metu reſeruationis, applicare medicamenta non directè tendentia ad occiſionem fętus, ſed tantum ad expellendos prauos humores, etiam ſi immineat periculum partus animati, dummodo ad ſalutem matris neceſſaria fuerint, & nulla ſuperfuerit ſpes fore, vt ſaluus fętus in lucem prodire poſſit; Quia tunc dicetur matris ſalutem procurare non abortum intendere, qui ſi ſequatur erit præter intentionem agentis, cum maxime maius ius habeat mater ad vitam ſuam tuendam, quam fętus, cum hic à matre pendeat, non è contra. Ita Villalobos in ſumma to. 2. tr. 12. dub. 13. num. 2.

Digitized by Google

num. 2. Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 20. num. 18. Mazuchel. loc. cit. num. 11. Quadrius diſp. 3. caſu 7. n. 881. concl. 28.

Imo ſi deſperata ſit ſalus tam matris, quam pueri animati, & ideo dubium ſit pharmaci auxilium, nec ſciatur an mortem, vel ſalutem vtrique, vel alteri eorum allaturum ſit, vſus medicamenti licitus erit & tenebitur ſub mortali Medicus adhibere, cum expediat dubiam ſanitatem potius quærere, quam certam mortem ſubire Quadrius l. c. num. 875. Mazuchellus l. c. num. 18. & 19. Diana cum allegatis p. 7. tract. 5. reſol. 36. *Hanc vltimam doctrinam ſic intelliges, dummodo non affulgeat ſpes, quod moriente matre partus ſaluari poſſit, & per baptiſmum æternitate donari (Quod, ex* Mazuchello num. 16. citato loco, *erit penè miraculum) tunc enim ex charitate tenetur Mater abſtinere à pharmaco dubio, & illatiuo, fortaſſe, mortis, vt ſpiritualis vita partus præferatur vitæ corporali genetricis.* Layman lib. 3. tr. 3. p. 3. cap. 4. n. 4. Quadrius l. c. n. 875. Leſſius lib. 2. cap. 31. dub. 6. num. 33.

Nonò ſequitur, incidere, qui prægnanti ad abortum patrandum præbuit conſilium, ſi extitit efficax. Patet ex textu in illo verbo (*Conſuluerint.*) & ex fundamentis paragrapho 1. num. 13. Idemq; dicitur de illo, qui rogando, vel hortando prægnantem efficacitèr induxit ad abortum; cum exortans, & rogans efficaci modo comprehendantur in verbo (*Conſuluerint,*) vt ſupra attigi §. 1. num. 12. 29

Decimò ſequitur, incidere mulierem fœtam, quæ ſuſcepit medicamenta, ſeù pharmaca ad patrandum abortum, ſiuè fuerint per ſe præparata, ſiuè per aliam perſonam. Ratio eſt manifeſta, cum textus inuehat contra ipſam in illis verbis (*Operam què præſtiterint.* 30

§. VI.

ANNOTATIO VNICA.

Incidit in caſum, qui procurauit, conſuluit, vel operam præſtitit ad abortum, etiam ſi fętus eiectus foret poſtea baptizatus, & ſuperuixeret. Ratio eſt, quia per hoc, quòd fuit baptizatus, & ſuperuixit, non auferuntur conditiones, ſufficientèr inducentes reſeruationem, quæ extiterunt, vt ſupponitur. Et cui conueniunt verba textus, conuenit etiam diſpoſitio eius; ideò alligatur. 31

Idem etiam dicitur, ſi è contra fętus non potuit ejci ex vtero prægnantis; non.n. eſt neceſſaria eiectio ex vtero ad hoc, vt qui procurauit, conſuluit, vel præſtitit operam ad abortum, annodetur caſu. 32

ADDITIO.

OCcaſione præſentis reſolutionis de conſulente *dubitari poteſt, an liceat ſine peccato conſulere procurationem abortus puellæ prægnanti, quæ animo firmiter deliberauit ſibi necem inferre ad vitandam iacturam famæ ex partu ſecuturam; vel etiam an liceat eundem abortũ conſulere patri, vel marito, aut fratri, qui ſtatuerunt filiam, vxorem, aut ſororem interficere. Deciſio deriuanda eſt ex regula generali, quod de duobus malis neceſſariò euenturis minus eligi poteſt, quam probant* D. Auguſt. lib. 2. de adulterin. coniug. c. 15. *& refertur* c. ſi quid 33. qu. 2. Innoc. Io. Andreas, Abbas, Sotus, Gutierez, Manuel, Aragonius, Salonius, cum Sanchez de matrim. diſp. 11. lib. 7. n. 15. Syluius, Beccanus, Barboſa, Syluester, *& alij* cum Diana p. 3. tr. 5. Miſcell. reſol. 37. & p. 5. tr. 6. reſol. 18. de ſcandalo, Pontius de matrim. lib. 5. c. 18. §. 5. num. 26. Lugo de iuſtitia par. 1. diſp. 19. ſect. 2. ſ. 2. n. 43. *Idcirco dicendum, licere conſulere abortum filiæ prægnanti, vel Patri, vel Filio, vel marito, animo firmatis occidere, ſi nullo alio modo poſſint ab hac praua voluntate auerti; quia hoc non erit conſulere malum, ſed auertere ab electione maioris, cum maximè in tali hypotheſi per conſilium abortus ſeruetur vita matris, quæ peritura erat vna cum fętu, & deſiſtat à parte culpæ, qui totam patrare paratus erat. Ita in terminis* Quadrius de reſeru. diſp. 3. caſu 7. num. 869. Diana p. 7. tract. 5. de abortu reſol. 39. & facit Layman lib. 2. tract. 3. cap. 13. n. 7. & lib. 3. ſect. 4. num. 6.

§. VI.

Modus obſeruandus per Confeſſorem Pęnitentiarium, antequàm abſoluat annodatum hoc caſu.

33 TRia ſaltèm præſtabit. Quorum primum eſt, vt interroget pęnitentem, an fętus eſſet animatus, quandò procurauit eius eiectionem ex vtero, quia ſic excommunicatione Epiſcopo reſeruata irretitus eſt, vt patet *ex Bulla Greg. XIV. incipit Sedes Apoſtolica,* qui etiam non poteſt, niſi in foro conſcientiæ, ab ipſa abſoluere. *Rodriquez Quæſtionum Regul. tom. 2. q. 34. art. 4.*

Alterum, vt admoneat Pęnitentem ex hac occiſione fętus animati, 4. anima rationali; contraxiſſe irregularitatem, à qua non poterit diſpenſari per ipſum Pęnitentiarium, cum ſpectet ad Sum. Pontificem, & Sacram Romanam Pęnitentiariam.

Tertium, vt inquirat à Pęnitente, an alium, vel aliam induxerit, vt in peccato ſocios haberet; quia hanc circunſtantiam ſcandali neceſſariò confiteri tenebitur. Ita *Homob. de Caſib. reſer. par. 3. cap. 4. circa finem.*

ADDI-

ADDITIO.

N*Otet præcipuè Confeſſarius, vel Pęnitentiarius, ſub quibus terminis, & formulis conceſſa ſibi ſit iuriſdictio ab Epiſcopo, nam ſi ſimpliciter tantum admiſſus ſit ad abſolutionem caſuum reſeruatorum, non poterit abſoluere à caſu nono* ſtudioſè procurantium abortum *quando fętus erat animatus, & effectus ſecutus eſt; quia talis caſus innodatur cenſura ſpecialiſſimè reſeruata per conſtitutionem* Greg. XIV. citatam ab Auctore, *cuius cenſuræ abſolutio intelligi nequit conceſſa ſub illa generali formula, niſi ſpecificè nominetur, vt tenet* Portel. in dubijs Regularibus verbo Abortus num. 5. & Diana p. 3. tract. 5. reſol. 15. *& expreſsè in noſtra prouincia Mediolanenſi diſponit* Concil. Prouinciale 7. tit. de Sacram. Pęnit.

Si verò Confeſſarius approbatus fuerit pro omnibus caſibus, & cenſuris reſeruatis, tunc etiam ab abortu fętus animati abſoluere poterit, vt docet Bonac. to. 3. de cenſuris diſp. 2. quæſt. 2. pun. 10. num. 14. & 16. *vbi agit de excom. in particulari extra Bullam Cęnæ, quidquid contra teneant* Trullench, & Baſſęus cum citatis verbo Abortus num. 3. in fine. *Neque obſtat* Concil. prouinciale ſept. l. c. *quia decidit de approbatis ſolum ad abſolutionem caſuum reſeruatorum, non de admiſſis ad caſus, & cenſuras Epiſcopo reſeruatas.*

CASVS

CASVS NONI

PARS SECVNDA.

De opprimentibus filios ex negligentia.

SVMMARIVM.

1 *Terminus (*Qui*) quas perſonas comprehendat.*
2 *Nomine filiorum in textu veniunt etiam filiæ.*
3 *De quibus filijs, aùt filiabus loquatur Textus.*
4 *Loquitur textus de negligentia mortale peccatum inuoluente.*
5 *Huiuſmodi negligentia eſt media inter dolum, & caſum fortuitum.*
6 *Qui dolo filium, aùt filiam tenellam opprimit, ligatur caſu homicidij.*
7 *Verbum opprimere cui æquiualeat.*
8 *Oppreſſio in propoſito tribus modis contingere poteſt, qualiterque ſumatur in Textu.*
9 *Opprimere interdum ſumitur pro enecare, & ſtrangulare.*
10 *Qui iugulant filios tenellos ſub caſu homicidij comprehenduntur.*
11 *Regula generalis.*
12 *Deficiente mortali negligentia non obſtringimur caſu iſto.*
13 *Item deficiente effectu, s. oppreſſione, non ligamur hac reſeruatione.*
14 *Textus oppreſſioni præbentes occaſionem minimè comprehendit.*
15 *Item non comprehenduntur conſentientes, conſulentes, &c.*
16 *Incidentes.*
17 *Forma per Pænitentiarium tenenda.*
18 *Quæ nam ſit propinqua occaſio.*
19 *Grauis pœna contra mulierem abſquè præſcripta cautione tenentem in lecto infantem.*

IN

IN SECVNDAM PARTEM TEXTVS CASVS NONI, .ſ.

Quiuè filios ex negligentia oppreſſerint.

COMMENTARIA.

Circa ſecundam partem huius textus ſex percurremus paragrapha.

Primum erit declaratio terminorum textus.

Secundum erit quædam regula generalis deſignans incidentes, & non incidentes in caſum.

Tertium notat non incidentes in caſum.

Quartum indicat annotationes circa non incidentes.

Quintum demonſtrat incidentes in caſum.

Sextum deniq; tradit formam per Pęnitentiarium obſeruandam, antequàm abſoluat innodatum hoc caſu.

§. I.

Quòad primum paragraphum ſe offert illicò terminus ille communis; .ſ. (*Qui*,) circa quem obſeruanda eſt eius latitudo, ſiuè comprehenſio. 1
Comprehendit itaque hoc in loco nedum parentes; ſed quemlibet alium virum, aùt mulierem filios opprimentem, quod liquidò colligitur ex termino ſequenti, nam textus non dicit, qui oppreſſerit filium, aùt filiam ſuam; ſed filios .ſ. ſiuè ſint proprij, ſiuè alieni; lex autem generalitèr loquens, generalitèr eſt intelligenda, *l. de Pretio, ff. de Publici, in rem act.*

Secundus terminus eſt (*Filios*.) Sciendum eſt, quòd nomine filiorum in textu veniunt non tantùm maſculi, nec non & fęminæ. Et ratio eſt, 2
quia ſumus in materia fauorabili; cùm ſit caſus iſte in fauorem filiorum tenellium, qui adhùc ſui ipſorum non poſſunt habere curam; in materia autem fauorabili maſculinum concipit fęmininum, vt notat *Gloſſ. in l. 1. ff. de Verb. ſignif.*

Itidem obſeruandum, quod per hoc nomen (*Filios*,) de quo textus; non venit quiuis filius, vel filia, vti ſunt filij, & filiæ grandiores: ſed ſolummodò veniunt filij, & filiæ adhùc tenelli, quales ſunt illi vnius anni, vel duorum annorum; qui probabilitèr ex negligentia illorum, qui 3
de ipſis curam ſumpſerunt, & ſecum dormiunt, v. g. in eodem lecto, facillimè opprimi, & ſuffocari poſſunt; cum per ſe non valeant ſibi face-

re in lecto locum, nec ſe defendere, aut auxilium implorare ratione defectus rationis.

ADDITIO.

Quamuis à Concilio Prouinciali 4. tit. de hijs, quæ pertinent ad Sacramentum baptiſmi *lata fuerit excommunicatio ipſo facto incurrenda ab omnibus mulieribus infantes, anno ætatis non impleto, ſecum in lecto tenentes ſine repagulo, quæ deindè ampliata fuit per* Concil. Prouinciale ſextum tit. eodem, *comprehenſis etiam matribus, nutricibus, Patre, & alijs quibuſcunque cogentibus ad talem detentionem, vel impedientibus ne debita cautio adhibeatur; tamen in noſtra Diœceſi Bergomenſi dignis de cauſis reſtringitur cenſura, ad matres, & nutrices tantum, vt patet ex* Synodo Grimana prima decreto XXV. & Grimana ſecunda decreto eodem, & Iuſtiniana ſecunda decreto II. pag. 1.

Aduertendum eſt nihilominus, præter cenſuram excommunicationis ex Synodalibus decretis allegatis reſultantem, hic reſeruari abſque cenſura caſum contra opprimentes ex negligentia infantes in lecto. Differt autem hæc ſecunda pars Caſus noni *Tabellæ ab Excommunicatione Synodorum citat. dupliciter.*

Primo, quia per illam cenſuram feriuntur Matres, & Nutrices, quæ filios ſine repagulo detinent in lecto, etiam ſi non ſequatur ipſorum infantium mors, & oppreſſio. Per præſentem verò reſeruationem non reſeruatur caſus, niſi ſequatur ipſa oppreſſio, & mors Infantis, vt benè Lupus hoc §. pr. num. 8.

Secundo, quia per citatas Synodorum cenſuras ligantur tantum Matres, & Nutrices detinentes in lecto infantes, qui primum ætatis annum non compleuerint; At per ſecundam partem Caſus noni *Tabellæ reſeruantur oppreſſiones ipſorum infantium, tam vnius, quam duorum annorum, vt idem* Lupus ſupra num. 3. *& non ſolum reſpectu Matris, verum etiam reſpectu Patris.*

Dixi reſpectu Patris, quia non admitto interpretationem Lupi hoc num. *datam, quæ ſuſtinet ſub hoc textu reſeruatorio comprehendi etiam quoſcunque famulos, nutrices, aut alios qui curam Infantium ſuſceperunt, ſi ipſos ex negligentia opprimant; quia nomen* Filios *in textu ſtat relatiuè ad ſolum Patrem, & Matrem non ad alios, maximè in materia odioſa, & reſtringenda, in qua debent verba intelligi quatenus eorum propria ſignificatio patitur* L. cum lege ff. de teſtam. L. 1. §. quod autem ff. de aleator. Cap. ad audientiam 12. de decim. Barboſa tract. varijs axiomate 221. nu. 5.

Notan-

Notandum præterea, quòd, ſtrictè ſumendo nomen filiorum, dicitur tantùm relatiuè ad patrem, & ad matrem eorum; nam pater eſt filij pater, & filius eſt patris filius; & hoc modo ſumptum non incidunt in caſum hunc nutrices; nec ancillæ, aùt famuli, &c. licèt ex eorum mortali negligentia filij remanerent oppreſſi; ſed cadunt in caſum homicidij, ſi oppreſſio fuit voluntaria ſaltèm in cauſa propinqua. Et ratio eſt, quia non veniunt nomine patris, aùt matris. Cæterùm, ſi nomen filiorum accipiatur largè, idem valet, ac nomen infantium; & hoc modo acceptum incidunt in hunc caſum, etiam nutrices, famuli, ancillæ, & alij, qui filiorum, vel filiarum tenellium ſuſceperunt curam, ſi ex eorum craſſa negligentia veniant oppreſſi: & iſto modo cenſeo ſumi in textu nomen filiorum; & proindè extenditur nedum ad patrem, & matrem; ſed etiam ad cæteros, qui infantium ſuſceperunt curam, ſi ex eorum negligentia notabili opprimantur. Ita communiter intelligunt hunc textum Confeſſarij, prout cognoui. *Contrarium lege in* additione ſuperiori pag. 496.

Tertius terminus (*Ex negligentia.*) Negligentiam, de qua loquitur textus, cenſeo illam eſſe, quæ potuit, ac debuit diligentia præcaueri; & quę non accidit ſinè graui culpa illorum, qui curam tenellorum filiorum ſumpſerunt, vt aduertit *Comitolus in Reſponſ. Moral. lib. 4. quæſt. 12. num. 1.* inuoluitq; in ſe negligentia hæc culpam mortalem. Hinc ſequitur ad tradita per dictum *Doctorem loco citato*, virum illum, vel mulierem illam, qui, vel quæ filij curam ſumpſit, non incidere in caſum iſtum; ſi ex ſola negligentia veniali obtigerit filium opprimi; nam vbi non interuenit peccatum mortale, ibi non cadit nec excommunicatio maior, nec reſeruatio, vt paſſim tradunt DD. Ita *Comit. l. cit.* 4

Inſuper notandum eſt, negligentiam, de qua textus, eſſe mediam, ſeù tenere medium inter dolum, & caſum fortuitum, non eſt, inquam, ita malitioſa velut dolus, nec ita excuſabilis, ſicut caſus fortuitus. Non eſt adeò peccaminoſa, vt dolus; quia ipſe oritur ex malitioſa deſtinatione animi omittentis debitam diligentiam, prudentiam, ac prouidentiam cum propoſito lædendi. Nec eſt ita ſimplex, vt caſus fortuitus, cum ipſe obtingat plerumq; ſuper omnem prouidentiam hominis. 5

Cæterùm negligentia procedit ex ſola incuria, & vecordia, quæ tamen annodat peccato mortali incurioſum, & vecordem, ſi ſubiecta materia hoc ferat; & proindè etiam reſeruatione ipſum annodare poteſt, vti in propoſito facit. Quia, cum potuiſſet, & debuiſſet præuidere, ac præcauere, ne ſequeretur oppreſſio illius, cuius curam ſuſceperat, id omiſit.

Ex his fundamentis ſequitur illum, qui dolò opprimit filium tenellum non irretiri hoc caſu, ſed caſu homicidij voluntarij; quia modus occidendi per dolum eſt grauior modo occidendi ex negligentia, vt de ſe conſtat. 6

Verùm nec caſu homicidij, nec iſto irretitur ille, cui fortuito contingit opprimere filium, .s. tenellum, aùt filiam eiuſdem qualitatis; quia abſente culpa mortali, abeſt quoque reſeruatio omnis, vt *ex communi DD. placito* colligitur.

7 Quartus terminus (*Oppreſſerint.*) Opprimere idem perindè importat, ac premendo grauare. Hinc paruuli, & tenelli infantes dicuntur eſſe oppreſſi, quando parentes, nutrices, vel alij, qui ipſorum curam ſumpſerunt, v.g. dormiendo, illos ſuffocant; & hoc eſt proprium verbi opprimere ad tradita per *Floronum de Caſibus reſeruatis par. 2.*

8 Verùm operæ pretium eſt non ignorare verbum hoc, .s. opprimere, teſte Calepino, verbo, (*Opprimo,*) tribus modis ſumi, nimirùm pro oppreſſione tantùm, pro oppreſſione, & aggrauatione ſimul, & pro oppreſſione, aggrauatione, & occiſione inſimul. In textu ſumitur oppreſſio tertio modo, prout inuoluit in ſe occiſionem; cum loquatur de opprimentibus, quando ſequitur occiſio, teſte *Stylo Curiæ Epiſcop. Berg. & eiuſdem immemorabili conſuetudine*, quæ legum optima eſt interpres.

9 Item notandum eſt, interdùm verbum opprimere ſumi pro enecare, & ſtrangulare, vt ſi qua mulier, obſtricto collo pueri, ipſum enecaret, ſtrangulando. Sed hoc modo non mihi probatur accipi in textu: quia ſtrangulatio non ſolet fieri ex negligentia, ſed ex mera malitia. Quapropter enecatio, & ſtrangulatio eſt directè voluntarium homicidium, quod octauo loco tabellæ ordine reſeruatur, prout vidimus.

10 Et ſub eodem caſu homicidij comprehenduntur illi etiam, (quod Deus auertat,) qui dictos filiolos, vel filiolas iugulant, vel eorum abſcindunt caput, vel alio modo, vt potè armis, aùt venenis illos de medio tollunt; quia talis filiorum peremptio non eſt oppreſſio ex negligentia, de qua cantat textus: ſed eſt directum, & voluntarium homicidium.

§. II.

11 Quò ad ſecundum paragraphum traditur regula generalis pro doctis, ex qua ſimul cum iactis fundamentis, ſatìs ipſis conſtat, qui incidunt in caſum, quiq; non.

REGVLA.

Ad incurrendum in hunc caſum duo copulatiuè requiruntur, quorum

Primum eſt negligentia mortalis culpæ.

Alterum eſt, vt ſequatur effectus, .s. oppreſſio cum occiſione.

Conſtat huiuſmodi regula ex traditis fundamentis.

Pro minus peritis practicatur regula ſimul cũ fundamẽtis.

NON

Digitized by Google

§. III.

NON INCIDENTES.

Ex carentia primæ conditionis regulæ, .ſ. (*Negligentia mortalis*,) ſe- 12
quitur primò parentes illos non incidere, qui cum nequeant prouidere de
lecto eorum filijs ob nimiam paupertatem, illos collocant in eodem le-
cto, vbi ipſi quoq; cubant; licèt interdùm ex hoc ſequatur alicuius filij
oppreſſio. Ita *Armill. verb. Irregul. Syluest. verb. Homicidium, Tabiena
eodem verbo, §. fin. Comitolus in ſuis Reſponſ. Moral. lib. 4. q. 12. nu. 1.*

Idem dicitur quandò, penſatis omnibus circunſtantijs, videtur ha-
benti curam filiorum, v. g. nutrici, veriſimilitèr non poſſe illis ſequi vl-
lum detrimentum; quamuìs reponantur in lecto, vbi ipſa cubat. Exem-
pli gratia, ſi ex vna parte filiolus ſit implacabilis, & non poſſit defendi
à frigore alio modo, quam ipſum collocando in lecto; & ex altera ſtra-
tum ſit latum, & tàm parens, nutrix, ancilla, vel alia perſona, quæ te-
nelli filioli curam habet; quàm proles, in ſomno ſuum ſoleat retinere
locum, in quo, dum incipiunt dormire, ſituantur. Ita *Graff. de Caſibus
reſer. lib. 2. cap. 38. n. 34.*

Secundò ſequitur, nec nutricem illam incidiſſe, quæ, cum iaceret in
lecto, v. g. ob infirmitatem, accepit ad ſe filium plorantem præbendo ei
vbera ad illum placandum; ſi interim ſomno oppreſſa inaduertentèr
ipſum oppreſſit, ſeipſam per lectum dimouendo, ſuppoſito tamèn, quòd
aliàs non conſueuerit in tali caſu ſomno obripi, nec obtigerit olim ſibi
ſimilis caſus.

Tertiò ſequitur, nec illam mulierem incidiſſe, quæ, v. g. à marito
grauibus verberibus cogitur ad detinendum in lecto tenellum filium;
cum metus cadens in conſtantem virum excuſet ſaltèm à reſeruatione,
quæ per legem humanam eſt inducta, vt inter alios obſeruat *Emanuel
Sà, ver. Metus, nu. 2.* Verùm talis metus non excuſat à peccato reſpectu
trangreſſionis iuris diuini, vt ſi præuiſo periculo vitæ paruuli ex deten-
tione ipſius in lecto, illum detineat. Omnium prædictarum ſequelarum
vnam affero rationem eſſentialem, nimirùm, quia in nulla prædictarum
oppreſſionum interceſſit mortalis culpa, ſeù negligentia craſſa, vt ſup-
ponitur.

Quartò, ex defectu ſecundæ conditionis regulæ prædictæ .ſ. (*Sequuta
filiorum oppreſſione*,) ſequitur illam mulierem, vel virum illum non in- 13
cidere, qui, vel quæ poſuit filium in probabili periculo ſuffocationis,
ſed non eſt ſequuta filij oppreſſio, peccauit tamen grauitèr iuxta quanti-
tatem periculi.

Quintò ſequitur, nec illum incidiſſe, qui habuit intentionem delibe-

ratam opprimendi filiam, ſed deinceps pęnitentia ductus, illam non oppreſſit; peccauit tamen mortiferè, quod de ſe conſtat. Horum corollariorum vnam reddo rationem, quia .ſ. non eſt ſequutus effectus, nempè oppreſſio filij, quemadmodùm exigit textus, ac regula, vt aliquem reſeruationis ligamine obſtringat.

§. IV.

ANNOTATIO I.

14 Non incidunt illi, qui ponunt filios tenellos in probabili oppreſſionis diſcrimine, ſi poſtea non per ipſos, ſed per alios remaneant oppreſſi. Ratio ea eſſe videtur, quia textus loquitur ſolummodò, vt mihi probatur (cum teneat rationem pęnæ reſpectu pęnitentis, quæ non eſt amplianda) de illis, qui opprimunt dictos filios immediatè: non autem de illis, qui duntaxat extant occaſio, vt tales filioli opprimantur; peccant tamen grauitèr: quod, cum pateat expreſsè, probare non eſt neceſſe, vt tradit *Baldus Conſ. 370. col. 2. vol. 3.*

ANNOTATIO II.

15 Non incidunt, qui conſenſerunt, conſuluerunt, mandauerunt, aùt auxilium dederunt, vt filiolus, vel filiola in probabili oppreſſionis periculo poneretur; quamùis ſequuta ſit oppreſſio. Ratio eſt, quia textus nullam facit mentionem de conſentientibus, conſulentibus, mandantibus, aùt conſilium dantibus; pęnæ autèm ſunt molliendæ, & non aſperandæ, *l. Interpretatione, ff. de Pœnis.*

§. V.

INCIDENTES.

16 Ex regula generali ſequitur primò mulierem illam incidiſſe, quę priùs poſuit filium in probabili oppreſſionis diſcrimine, ſi per ipſam fiat deindè talis oppreſſio. Ratio eſt, quia, cum ex negligentia probabili, ac craſſa ſequuta ſit talis oppreſſio, meritò contra ipſam inuehit textus; qui .n. facit, quod non debet, eidem obuenit, quod non credit, *Ad capit. Niſi, de Offic. leg.* & ſtultus in culpa, ſapiens in pęna fiet, vt notatur in dicto *cap. Niſi, & ibi Bal. num. 2.*

Secundò ſequitur, illas nutrices, aùt matres incidere, quæ vacantes commoditati, ne filiolos plorantes audiant, aùt ne aſſurgendo ad cunas frigeant, collocant eos in lecto cum probabili oppreſſionis periculo, penſatis circunſtantijs; dummodò tamen ſequatur filij oppreſſio. Ratio eſt,

Digitized by Google

eſt, quia cui conueniunt conditiones textus, & diſpoſitio textus conuenire debet. *Floron. de Caſibus reſer. par. 2. caſ. 5. per l. 1. verſ. Offilius, ff. Ne quis eum.*

Tertiò ſequitur, incidere nutricem illam, quæ, vt filium tenellum calefaceret, intra ſua crura collocauit, ſi poſtea, ſomno tracta, inaduertentèr illum oppreſſit. Ratio eſt, quia contra talem ad literam cantat textus, cum oppreſſio ſit ſequuta ex negligentia mortali penſatis circunſtantijs; potuit .n. & debuit præuidere caſum, cum foret moralitèr periculoſus.

§. VI.

Modus obſeruandus per Pænitentiarium, priuſquam abſoluat hoc caſu irretitum.

TRia præſtabit. Primum oſtendet pęnitenti grauitatem huiuſce criminis, quia regularitèr non cognoſcitur. Innituntur pęnitentes, 17
& præcipuè mulieres illo vulgato dicto, vbi non eſt malitia, ibi non eſt peccatum; non attendentes, quòd ſicut datur peccatum voluntarium directè; ita datur peccatum voluntarium indirectè, quod alio modo dicitur voluntarium in cauſa, quæ interdùm eſt propinqua, & interdùm eſt remota, vt communitèr tradunt DD.

Alterum, pro poſſe laborabit, vt amoueatur omne periculum recidiui, præcipiendo pęnitenti, vt apud ſe habeat cunas pro filijs, &c.

Tertium, inſtruet, ſi opus erit, quæ ſit propinqua occaſio, à qua 18
omninò tenetur pęnitens abſtinere; eſtque occaſio peculiaris, qua pęnitens credit, vel credere debet, nunquam, vel rarò ſe vſurum eſſe ea ſine peccato mortali, benè perpenſis eius circumſtantijs. Ita *Nauar. cap. 3. num. 14.* quem ſequitur *Megal. pr. par. Inſtit. Peregr. lib. 4. cap. 6. num. 6. & alij.*

Notandum, quòd *Concil. Prouin. 4. Mediolanen. tit. Quæ pertinent ad Sacramen. Baptiſmi, in fine,* habet verba hæc, .s. Quæcunque mulier 19
infantem anno ætatis non expleto ſecum in lecto iacentem non ea cautione, quam ab Epiſcopo .s. habet præſcriptam, tenuerit, excommunicationem eo ipſo incurrat; nec abſoluatur, niſi graui, atq; inſigni pęnitentia impoſita, quæ cæteris exemplo ſit. Poſtea *in 6. Concil. Prouin. tit. de Bapt.* notatur, huiuſmodi cautionem relinqui poſſe per Epiſcopum Vicariorum foraneorum, aliorumque virorum Eccleſiaſticorum prudentiæ. Inſupèr habetur, quòd ſi quis (quicunque ſit) etiam præter nutricem, & matrem non adhibita illa cautione, infantem contra pręſcriptum in lecto tenuerit, aùt matrem, nutricemuè id facere coegerit, aùt impedierit,

dierit, quominùs eo decreto præſcripta cautio adhiberetur; is eadem pęna ſit irretitus, quæ illo decreto mulieri in eo genere delinquenti conſtituta eſt.

ADDITIO.

AN, & quomodo hæ cenſuræ Concilijs Prouincialibus **quarto, & ſexto** ***latæ ligent in noſtra Diœceſi Bergomenſi, vel quo pacto explicandæ ſint, & cum præſenti reſeruatione caſus concordandæ ſupra dixi in*** **additione ad num. 3. §. 1. hac ſecunda parte caſus noni. pag. 496.**

Certum eſt in noſtra Diœceſi, excommunicationis pęnam ipſo facto incurri à matribus, & nutricibus, quæ infantes, anno ætatis non expleto, ſecum in lecto detinent ſine repagulo cellulæ, vulgo Cunino *ex Synodalibus decretis, quæ congeſſimus in* addit. ad num. 12. par. 1. caſus 1. pag. 326. *Sed notari debet, quod abſolutio cenſuræ huius, quæ ſoli Epiſcopo reſeruabatur in Synodo* Grimana prima Decreto XXV. *poſtea delegata fuit Parochis, vna cum facultate commutandi repagulum in alium obicem ſufficientem ipſis benè viſum, in Synodo* Grimana 2. decr. XXV. *& nouiſſimè in* Iuſtiniana 2. decr. 2. pag. 1.

CASVS

Digitized by Google

CASVS DECIMI
PARS PRIMA.
SVMMARIVM.

1 *Terminus* (Qui) *comprehendit hoc in loco non modo mares, ſed fœminas etiam.*
2 *Dupliciter ſumitur ſodomia nempè propriè, & impropriè.*
3 *Duo requiruntur ad ſodomiam propriè ſumptam.*
4 *Reſeruatio non ſe extendit ad impropriam ſodomiam, niſi exprimatur.*
5 *Quam ſententiam ſequutus ſit Federicus Borromeus S. R. E. Card.*
6 *Lucas Floronus qualitèr conciliet ſententias diuerſas.*
7 *Sequor in hoc caſu Theologorum ſententiam.*
8 *Diſcrimen inter ſodomiam, & ſodomiticam copulam.*
9 *Sodomia eſt duplex actiua .s. & paſſiua, & vtraquè in Diœceſi Bergomi reſeruatur.*
10 *Licèt verbum* (committere) *deſignet de ſe actionem, tamen in hoc loco ſignificat etiam paſſionem.*
11 *Regula generalis incidentes, & non incidentes in caſum oſtendens.*
12 *Ex defectu identitatis ſexus, multi ſunt caſus, in quibus non obſtringimur reſeruatione hac.*
13 *Item deficiente conſummatione actus non ligamur: idemquè dicendum eſt, ſi actus extra vas conſumetur.*
14 *Incidentes.*
15 *An licitum ſit marito actum in vaſe indebito incipere, illum complendo in debito.*
16 *An impuberes caſu iſto annodentur, remiſſiuè.*
17 *An incidat, qui incipit in vaſe ſtercorario, ſed extra illud ſeminat.*
18 *Qualem modum obſeruabit Pænitentiarius circa huiuſmodi caſu obſtrictum.*
19 *Oſtendet Pænitentiarius pœnitenti quàm grauiſſimè puniatur huiuſmodi ſcelus.*
20 *In Nocte Natiuitatis Chriſti omnes ſodomitas mortuos eſſe aſſerunt aliqui Doctores.*
21 *Interroget Pœnitentiarius pœnitentem, num omninò proxima peccandi occaſio ſublata ſit.*
22 *Peccatum agentis, & patientis ſunt eiuſdem ſpeciei.*

IN

Digitized by Google

IN PRIMAM PARTEM TEXTVS CASVS DECIMI, .s.

Qui nefandum ſodomiæ peccatum commiſerint: vel cum brutis coierint.

COMMENTARIA.

TAmetſi me maximè pudeat nefarium luxuriæ textum non ſolum percurrere ſcribendo, ſed etiam mente reuoluere cogitando; nihilominus operæ pretium eſt, vt pudorem vincat neceſſitas, & verecundiam ſuperet vtilitas. Vtile, ac prorsùs neceſſarium eſt Confeſſarijs noſcere huiuſmodi crimina, vt, eorum grauitate perſpecta, terrorem incutiant pœnitentibus, illiſq; remedia præbeant opportuna. Quare aggrediendo caſum iſtum in duas conſpicitur diuidi partes. Quarum altera eſt de his, qui committunt nefandum ſodomiæ peccatum. Altera verò de his, qui coeunt cum brutis.

Circa primam partem ſex habemus paragrapha.

Primum erit expoſitio terminorum textus, quæ deſeruiet pro fundamentis caſus huius.

Secundum erit quædam regula generalis cadentes in caſum hunc, & non cadentes oſtendens.

Tertium ſignat non incidentes in caſum.

Quartum notat incidentes.

Quintum demonſtrat annotationes pęnes incidentes.

Sextum deniq, tradit modum obſeruandum per Pęnitentiarium priuſquam abſoluat hoc caſu deuinctum.

§. I.

Quò ad primum paragraphum. Primus terminus exponendus eſt
1 (*Qui*,) pęnes quem obſeruandum eſt, quòd in textu ſumitur quatenùs comprehendit ſub ſe non mares ſolùm, ſed etiam fęminas: nec obſiſtit, quòd maſculinum non concipiat fęmininum in materia odioſa, & ſtricta, qualis eſt iſta caſuum reſeruatorum; quia cum habeatur in oppoſitum experientia, illi magis ſtandum eſt: exempla .n. ſæpiùs repetita reſtringunt regulam, *Gloſ. verbo Diœceſanis in Clem. 1. de Iure patron.*

ADDI-

Digitized by Google

ADDITIO.

Q*Vo pacto caſus comprehendat fęminas vide infra* §. 4. num. 14 hoc caſu decimo in additione. pag. 509.

Secundus terminus eſt (*Nefandum Sodomiæ peccatum.*) Obſeruandum 2
eſt dupliciter accipi ſodomiam, nempè propriè, & impropriè. Impropriè eſt, vbi maſculus cognoſcit fęminam præpoſtera venere. Sodomia verò propriè eſt coitus inter perſonas eiuſdem ſexus, nimirùm cum maſculus cognoſcit maſculum (quod Deus auertat) aùt fęmina fęminam. Ita colligitur *ex Caietano* 2. 2. *qu.* 154. *art.* 2. *D. Thom.* 2. 2. *item qu.* 154. *art.* 11. *Azorio* 3. *par. lib.* 3. *qu.* 18. *& ex alijs*, quos breuitatis gratia omitto.

Dixi propriè accepta, quia quamuis maſculus cognoſcendo fęminam 3
extra vas naturale dicatur committere ſodomiam; nihilominùs hæc non eſt propriè ſodomia, ſed impropriè accepta. Et ratio eſt, quia in ſodomia propriè peccatur nedum contra vas, ſed etiam contra ſexum; at quando maſculus præpoſterè cognoſcit fęminam, licèt non ſeruet vas; attamèn ſeruat ſexum. Quapropter tale ſcelus non eſt appellandum ſodomia, ſed peccatum non nominandum, inquit *Graffius lib.* 1. *Caſuum reſer. cap.* 11. *num.* 10. *Corona de Circunſtantijs, cap.* 2. *n.* 16. *& alij.*

Sunt tamèn nonnulli DD. aliter ſentientes, vt *Gambarupta, de Caſibus* 4
reſer. caſ. 2. *num.* 3. *Iulius Clarus lib.* 5. *§. Sodomia num.* 2. *Petrus Bellochius in ſua Praxi par.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 187. *& alij*, quibus reſpondetur, tale crimen eſſe quidèm ſodomiam, ſed impropriè acceptam, reſeruatio autem, cum ſit odioſa, non eſt amplianda ad ſodomiam impropriè acceptam.

Si inſtes vulgò ferri Federicum Borromeum Cardinalem Eminentiſ- 5
ſimum, Archiepiſcopum Mediolanen. cuius memoria in benedictione eſt, interrogatum, an iudicaret ſodomiam maſculi cum muliere eſſe reſeruatam, reſpondiſſe affirmatiuè. Reſpondetur primò huiuſmodi inſtantiæ non ferri immediatè contra propoſitum. Nam nos quærimus, an peccatum, quo vir cognoſcit mulierem præpoſterè, ſit ſodomia, & tu reſpondes, reſolutum fuiſſe per Federicum Card. eſſe reſeruatam. Non quæro pro nunc, an ſit reſeruata, ſed an talis abuſus mulieris ſit vera, & propriè dicta ſodomia. Poterat Archiepiſcopus ille magnus facere, vt talis copula eſſet reſeruata in ſua Diœceſi, cum eſſet Epiſcopus; ſed non per hoc ſequitur eſſe ſodomiam propriè, nec eſſe vbiq; reſeruatam; poteſt tamen reſeruari ſodomiã etiam impropriè dicta, cum ſit grauiſſi-

6 mum ſcelus. Reſpondetur ſecundò cum *Bonacina de Matrim. quæſt. 4. pun. 11. num. 5.* ampliſſimum Antiſtitem reſponſionem attuliſſe ſciſcitantibus tanquam priuatum Doctorem adhærendo ſententiæ Coaruuiæ, & aliorum ſentientium ſic, .s. præpoſterum abuſum maris cum fœmina, eſſe ſodomiam.

7 Has ſententias diligentiſſimè conſideratas *Lucas Floronus* conciliat ſic diſtinguendo. Qui ſequuntur ſententiam D. Thomæ Caietani, &c. loquuntur de ſodomia propriè: qui autem ſequuntur Coaruuiam, de impropria loquuntur. Verùm, cum communior ſit opinio, quam D. Thomas ſequitur; idcircò illi me ſubſcribendum putaui, cum hac tamèn clariori diſtinctione .s. quod Legiſtæ tenent eam eſſe propriè ſodomiam; Theologi verò negant. Et quemadmodum opinio D. Thomæ eſt communior apud Theologos; ita opinio Legiſtarum eſt communior apud Legiſtas, vt refert *Iul. Clar. in Prac. Crim. §. Sodomia, n. 2.* dicens quod etiam illæ mulieres .s. patientes fuerunt combuſtæ, ſicut viri.

8 Tertius terminus eſt (*Commiſerint.*) Circa quem obſeruandum eſt diſcrimen intèr ſodomiticam copulam, & actum ſodomiticum; nam copula ſodomitica committitur in vaſe nefario; ſed actus ſodomiticus etiam extra perpetratur. Textus non eſt intelligendus de ſolo actu ſodomitico, neq; de ſola aggreſſione ſodomitica, ex qua non ſequitur ſeminatio intra nefandum vas; ſed tantummodò de ſodomia completa; ex qua ſequitur pollutio intra vas indebitum reſpectu eiuſdem ſexus. Faciunt allata per *Horatium Gambaruptam de Caſib. reſeru. in Diœceſi Aquenſi, caſ. 2. n. 5.*

9 Item notandum eſt, ſodomiam duplicem eſſe, nempè actiuam, & paſſiuam, & de vtraq; mihi videtur intelligendus eſſe textus, cum conſuetudo optima legum interpres, & ſtylus huiuſce Diœceſis Bergomi ita deſignet; ſunt tamen nonnulli DD. & præcipuè *Ioan. Franc. Soarez, verb. Interpretatio. Graff. Caſ. reſeru. lib. 1. cap. 11. num. 5 Peregrinus Polleta, verb. Sodomiticus actus, Antonius Berarducius par. 1. de Circunſtantijs, num. 12. §. 2. ſpecies, & alij* aſſerentes, ſub nomine ſodomiæ non comprehendi patientes. Ratio autèm Graffij eſt, tùm quia tàm in foro fori, quàm in foro poli mitiùs agitur contra patientes, quàm contra agentes: tùm quia patientes vocantur potiùs molles, quàm ſodomitæ, iuxta illud *Apoſtoli 1. Corint. cap. 6. Neq; adulteri, neq; molles, neq; maſculorum concubitores regnum Dei poſſidebunt*: tùm etiam, quia aliqui Diœceſani volentes comprehendere ſub caſu reſeruato tàm patientes, quàm agentes, ſic diſponunt caſum in tabella, .s. *Qui nefarium crimen ſodomiæ commiſerint, vel paſſi ſunt, vti præſtitit Diœceſanus Ferrarienſis.* Horum DD. opinio eſt prorsùs apud nos deſerenda, cum, vt paulò antè attigi, conſuetudo, & ſtylus Diœc. Bergom. aliud ſemper ſenſerit, prout ipſe cognoui; præſertim quia *Leuitici cap. 20.* implicitè deſtruitur opinio illorum,

rum,

Digitized by Google

rum, cum tàm patientes, quàm agentes æquali pœna .ſ. mortis, puniantur, cum paſſi fuerint tale nefas.

Præterea, licèt hoc verbum (*Committere*) potiùs deſignet actionem, 10
quàm paſſionem, vt de ſe conſtat: tamen quia ſumus in eodem genere delicti, vnum includitur in alio: item quia ſumus in correlatiuis, ideò diſpoſitum in vno, cenſetur etiam diſpoſitum in alio: idem patet, quia tàm peccatum patientis, quàm agentis dicitur ſodomia ad tradita per *Iulium Clarum lib. 5. §. Sodomia num. 2. & per Finellium de Caſibus reſeruatis caſ. 9. num. 1. contra Graff. lib. 1. Caſuum reſeru. cap. 11. num. 5. & alios*. Præterea potiùs mens dicentis, quàm verba, attendenda eſt, maximè ſi ex praxi comprobatur, vti in facto eſt.

ADDITIO.

T*vm ob auctoritatem D. D.* num. 9. ab Auctore *relatorum, tum ob ſenſum* Caroli de Baucio de caſ. reſeru. caſu 2. quæſt. 3. cum citat., *& iura allegata per* Dianam par. 2. tract. 17. 5. Miſcell. *probabiliter ſuſtineri poteſt, ſub hac reſeruatione comprehendi tantùm agentes, non verò patientes, quod eſt notandum pro Diœceſibus, in quibus non adſit ſpecialis deciſio quæſtionis in textu reſeruatorio;*

At in Bergomenſi ditione ſuperuacanea remanet diſputatio, quia in tabella nouiſſima reformata, & ad calcem huius. operis impreſſa legitur reſeruata ſodomia ſub hac formula, caſu decimo. Qui nefandum ſodomiæ tam actiuæ, quam paſſiuæ peccatum commiſerint, vel cum brutis coierint.

§. II.

Quò ad ſecundum paragraphum affertur regula generalis pro doctis, 11
ex qua ſimul cum fundamentis iactis ſat ipſis conſtat, qui incidant in caſum, quiuè non.

REGVLA.

Ad incidendum in caſum hunc duo copulatiuè requiruntur, quorum

Primum eſt idem ſexus iuxta D. Thomæ doctrinam.

Alterum eſt ſeminatio intra vas.

Claret huiuſmodi regula ex fundamentis.

Pro minus peritis practicatur regula ſimul cum fundamentis.

§. III.

NON INCIDENTES.

12 Ex defectu primæ conditionis regulæ, .s. (*Idem ſexus*) ſequitur, non incidere virum illum, qui cognoſcit mulierem præpoſtero vaſe: quia non adeſt vnitas ſexus neceſſariò requiſita ad tradita per *Angelicum Doctorem, vti ſupra notatum eſt*.

Secundò ſequitur, non incidere hominem illum perditum; qui commiſcet ſe cum iumentis, ac alijs irrationabilibus animalibus licèt ſeminet intra turpitudinis vas.

Tertiò, idem ſequitur de illo lachrymabili homine, qui cum Dęmone licèt exiſtente in forma humana, habuit rem; incidunt tamen huiuſmodi ſceleratiſſimi peccatores in beſtialitatem, quæ adhùc grauiùs peccatum eſt ſodomia ipſa, vt patet intuenti ordinem grauitatis peccatorum luxuriæ, vbi in primo loco reponitur beſtialitas, vt videre eſt apud *Emanuel Sà, ver. Luxuria, num. 7.*

Iſtarum conſequentiarum vna redditur ratio, quia, vt dixi, deficit vnitas ſexus.

13 Quartò, ex defectu alterius conditionis regulæ, .s. (*Seminatio intra vas*) ſequitur, non incidere, qui non conſummant actum, quem cęperunt, omittendo ſeminationem.

Quintò, idem dicitur de illis, qui ſeminant, ſed non intra vas. Ratio harum ſequelarum, & ſimilium, quæ conſultò omittuntur ob nimiam earum fęditatem, eſt vna, ſed eſt eſſentialis habito reſpectu ad textum, quia .s. non interceſſit ſeminatio, vt patet ex prima ſequela: vel ſi interceſſit, non fuit in vaſe; requiritur autem, quod hæ conditiones ſint inſimul. Faciunt, quæ habet *Nau. conſil. 7. de Pœnit., & remiſſ. Zerola in praxi Sacramenti Pęnitentiæ cap. 2. quæſt. 25.*

§. IV.

INCIDENTES.

14 Ex regula ſequitur primò, maſculum illum incidere, qui turpiter ſe commiſcet cum alio maſculo effundendo ſemen intra eius vas.

Secundò, idem dicitur de fęmina, quæ cum alia ſe immiſcuit, dummodò ſemen, ſiuè aliqua ſeminis pars intra vas ſuſcipiatur quouis modo obtingat, & in quouis vaſe turpitudo compleatur. *Bonac. de Matrim. q. 4. pu. 11. n. 5.*

AD-

ADDITIO.

Commixtio fęminę cum fœmina non poteſt eſſe propriè Sodomia ſi recipiatur ſemen in vaſe naturali, quia licet non ſeruetur ſexus, ſeruatur tamen vas, nec ſit coitus in loco indebito. Hac de cauſa ſi accidat (quod Deus auertat) tale crimen non erit reſeruatum tanquam non propriè, & in ſenſu ſtricto ſodomiticum. Fateor tamen, poſſe forſan contingere propriam ſodomiam etiam inter fœminas, ſi ſemen aliquo pacto recipiatur in vaſe prępoſtero, quod (ſi dabitur) locum habebit etiam in fœminarum ſodomia reſeruatio. Hæc Gambarupta de caſibus reſeru. fol. 155. nu. 2. & 3. Graffius lib. 1. cap. 11. num. 11. & alijs. Homobonus de caſ. reſeru. p. 2. cap. 4. ſect. 5. verſ. 2. Diana p. 7. tract. 12. reſol. 13. & Baſſęus in flor. verbo Luxuria num. 21. *contra* Lupum hoc num. Bellochium, & Capeauillam, & alios.

Tertiò, idem ſequitur etiam reſpectu illorum, qui tantummodò paſſiuè ſe habent, concurrente ſeminatione in eodem nefando loco. Horum corollariorum vnam reddo rationem, .s. quia adſunt conditiones, de quibus regula ad incidendum requiſitæ.

ANNOTATIO I.

Illud, quod habet *Angelus in verb. Debitum num.* 25. nimirùm, quòd
Deus conceſſit coniugatis, vt poſſint delectari circa coniugis corpus ci- 15
tra pollutionem, vel eius periculum; non debet vllo modo extendi, vt
maritus poſſit incipere actum coniugalem in vaſe indebito, conſummando in naturali. Vide *Gambarupta de Caſibus reſeru. in Diaceſi Aquenſi, caſ. 2. num. 6.*

An verò impuberes tàm maſculi, quàm fęminæ annodentur caſu iſto,
vide p. 1. diſt. 4 art. 2. diff. 2. num. 6. vbi hæc difficultas ex profeſſo ex- 16
plicatur.

ADDITIO.

Loco allegato Lupus *benè ſentit, impuberes tam agentes, quam patientes, ante ſcilicet completum annum ætatis decimum quartum, reſeruatione minimè ligari, ſi ſodomiam commiſerint, quidquid in contrarium doceat* Finelius de reſer. cap. 5. num. 5. Mazuchellus, & Homobonus p. 1. cap. 3. *& ratio eſſe poteſt, quia ſicuti in foro externo pupillaris ætas excuſat à pęna ordinaria, ita etiam in animæ iudicio; cum maxime impuberes neque*

poſſint

poſſint licitè excommunicari. Suarez de cenſuris diſp. 5. ſect. 1. nu. 19. Alterius lib. 3. diſp. 1. cap. 3. ad finem, Sayrus de cenſuris lib. 1. cap. 8. n. 4. *Sic in terminis, & materia ſodomiæ abſoluunt impuberes ab incurſu reſeruationis* Graffius in praxi lib. 1. cap. 11. num. 29. & 61. conſil. lib. 5. de adult. conſ. 5. n. 13. & ſequ. Bellochius de reſeru. p. 2. qu. 1. num. 203. & Diana p. 2. tract. 1. reſol. 14. cum allegatis.

ANNOTATIO II.

17 Qui pudenda immittit in vas ſtercorarium, & quando ſe ſentit proximum ſeminationi, illa retrahit foras extra illud ſemen effundendo, verè eſt cenſendus ſodomita, & ſub caſu reſeruato comprehenſus ad mentem *Iul. Clar. dicto §. Sodomia in fine. Graff. in Tract. quinq; Caſuum, & lib. 1. cap. 11. num. 25. Coriolani in tract. de Caſib. reſer. par. 2. caſ. 9.* nam in fraudem reſeruationis Epiſcopalis cenſetur hoc eſſe perpetratum, quod non eſt faciendum, *cap. Conſtitutus, de Confeſſione præbenda*; ſed non ſequitur in ſententia eorum, qui volunt ad hunc caſum reſeruatum requiri ſeminationem intra vas: quam ſententiam tanquam minorem ſequimur: requiritur enim actus completus, niſi aliud colligatur ex verbis reſeruantis.

ANNOTATIO III.

Frater, qui cum fratre ſuo carnali (quod abſit) concubuit, non incidit in caſum inceſtus, ſed in caſum Sodomiæ; nam per copulam ſodomiticam nulla contrahitur affinitas, & ex conſequenti, neq; inceſtus committitur; & propterea ratione inceſtus huiuſmodi concubitus non erit reſeruatus, ſed ratione ſodomiæ. Ita *Floron. de Caſib. reſer. par. 2. caſ. 6. num. 31. Finellius de Caſib. reſer. caſ. 10. num. 10. contra Zecchium item de Caſib. reſer. caſ. 15. num. 1. & alios.*

ADDITIO.

D*Octrinam præſentis* annotationis *exornauimus ſupra in* addit. ad ſecundum caſum tabellæ num. 27. pag. 371. & 372. *vbi firmauimus, fratrem cum fratre nefandam copulam Sodomiticam conſummantem non incurrere in reſeruationem inceſtus, ſed tantum ſodomiæ; neque in Sacramentali Confeſſione teneri exprimere gradum coniunctionis cum ſuccubo, ſed ſufficere, ſi fateatur* peccaſſe cum conſanguineo ſodomiticè ex Diana verbo circumſtantia in ſumma num. 18. & p. 3. tr. 4. reſol. 101.

Qua-

Quadrio de reſeruat. Comen. diſp. 3. caſu 5. num. 583. concluſ. 5. Trullench. in decal. to. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 6. num. 5. Floron. par. 2. caſu 6. num. 31.

§. III.

Modus obſeruandus per Confeſſorem Pœnitentiarium, antequàm abſoluat annodatum hoc caſu.

TRia obſeruabit. Primum, oſtendat pœnitenti, quoad fieri poterit, 18
grauitatem huiuſce criminis, & obijciat ipſi, quod affert *Hellenſis*
in ſua Summa cap. 2. nimirùm tantam eſſe enormitatem huius criminis,
vt nec Diabolus ipſe, licèt maximoperè peccatis delectetur, ac fiat interdum ſuccubus ſub ſpecie mulieris nunquam fuerit (quod nouerit ipſe) ſuccubus ſub ſpecie maris.

Alterum, oſtendat illi, quantum illud puniat Deus, vt ob illius gra- 19
uitatem tamdiù Chriſtus humanam carnem aſſumere diſtulerit; ac proin-
dè nocte eius natiuitatis omnes hac peſte infecti mortui ſunt. *Landulfus* 20
de vita Chriſti, in ſermone de Natiuitate Chriſti. Seraph. Doct. Bonauentura item in ſermone de Natiuitate Chriſti. D. Anton. 2. par. tit. 5. cap. 4. §. 2. Aluar. de Planctu Eccleſiæ lib. 2. cap. 2. Io. Carthag. lib. 3. hom. 8.

Tertium, interrogabit pœnitentem, num proximæ peccandi occaſio 21
ſublata ſit; aliter beneficium abſolutionis non impertiat.

Præterea inueſtigabit pœnitentem de circumſtantijs peccati, tàm agentis, quàm patientis, iuxta tradita à *Bonacin. de Matrim. q. 4. pun. 11. num. 6. & ſequentibus*. Exempli gratia, ſi interceſſit circumſtantia adulterij, ſacrilegij, &c. Aduertat tamen (ſaluo meliori iudicio) non eſſe neceſſariò exprimendum, an quis fuerit agens, vel patiens; quia peccatum patientis eſt eiuſdem ſpeciei, cum illo agentis; magis enim, & mi-
nus non variant ſpeciem. Si quis ergò vereccundetur confiteri ſe in actu 22
ſodomitico fuiſſe patientem, ſufficit, vt dicat toties ſodomiam exercui. Ita *Alphonſus de Leone tract. de Offic. & poteſt. Confeſſarij par. 1. Recollect. 9. nu. 216. & 218. apud Dianam in reſolut. Moral. par. 3. de Sacram. reſol. 159.*

CASVS

Digitized by Google

CASVS DECIMI

PARS SECVNDA.

De coeuntibus cum brutis.

SVMMARIVM.

1 *Differt coire cum beſtijs, & coire cum brutis.*
2 *Practicatur differentia.*
3 *Diſcrimen eſt inter nomen animal, & nomen brutum.*
4 *Duobus modis ſumitur terminus iſte* (Coire) *propriè .ſ. & impropriè.*
5 *Aliud eſt coire cum brutis: aliud verò committere actum brutalem.*
6 *Coitus, vbi propriè exerceatur.*
7 *Ad incidendum in hunc caſum duo requiruntur copulatiuè.*
8 *Qui non incidant ex carentia primæ conditionis regulæ generalis.*
9 *Qui non incidant ex carentia ſecundæ conditionis regulæ.*
10 *Incidentes ex concurſu omnium conditionum regulæ.*
11 *Modus per Pœnitentiarium obſeruandus.*
12 *Pœnitentiarius pœnitenti demonſtret grauitatem pœnarum contra crimen hoc inflictarum.*
13 *Videat deniquè Pœnitentiarius, an adamuſſim fuerit abraſa peccandi occaſio.*

Digitized by Google

IN SECVNDAM PARTEM TEXTVS CASVS DECIMI, .ſ.

Vel cum brutis coierint.

COMMENTARIA.

PRo explicatione huiuſce ſecundæ partis textus quinque habebimus paragrapha, quorum

Primum erit explanatio terminorum:

Alterum erit aſſignatio cuiuſdam regulæ generalis ad deſignandum incidentes, & non incidentes in caſum:

Tertium notat non incidentes.

Quartum deſignat incidentes.

Quintum deniq; tradit modum tenendum per Pęnitentiarium, priuſquàm abſolutionis beneficium impendat irretito hoc caſu.

§. I.

Quò ad primum paragraphum, primus terminus eſt *(Cum brutis.)*
1 In gratiam huius notandum eſt diſcrimen eſſe inter vitium coeuntium cum beſtijs, & illud coeuntium cum brutis: nam vitium coeuntium cum beſtijs, quod vno nomine vocatur beſtialitas, comprehendit ſub ſe nedum eos, qui coeunt cum brutis, ſed etiam, qui coeunt cum dæmone: vitium verò coeuntium cum brutis, quod vno vocabulo appellatur brutalitas, comprehendit tantùm eos, qui coeunt cum animalibus irrationalibus cuiuſcunq; tamen generis, .ſ. ſiuè ſint terreſtria, ſiuè aerea, ſiuè aquatica; & proindè ſequitur, quòd ad plura ſe extendit beſtialitas, quàm brutalitas.

2 Ad beſtialitatem ſufficit, quòd quis habeat rem cum animali alterius ſpeciei ab homine, ſiuè ſit animal irrationale, ſiuè ſit alia creatura nobilis, vt dęmon. Ad brutalitatem verò requiritur ſolummodò, vt homo cum animali irrationali ſe carnalitèr coniungat.

Pro intelligentia primæ partis huius aſſertionis vide *Azorium par. 3. lib. 3. cap. 22.* affirmantem, coitum hominis cum dęmone ſuccubo, vel incubo eſſe beſtialitatem, ſeù eiuſdem ſpeciei cum beſtialitate. Cęterùm pro intelligentia ſecundæ partis prædictæ aſſertionis conſule *Bellochium in Traxi Caſuum reſeruatorum par. 2. quaeſt. 3. num. 19.* comprehendentem ſub nomine brutalitatis, ſeù coeuntium cum brutis ſolùm

Ttt eos,

Digitized by Google

eos, qui abutuntur animalibus aereis, aquaticis, & terreſtribus; ſed non illos, qui cum dęmone rem habent.

3 Notandum inſupèr diſcrimen eſſe inter nomen (*Animal*,) & nomen (*Brutum:*) nam appellatione animalium veniunt ſolùm terreſtria: vndè, ſi aliquod ſtatutum haberet, vt ſolueretur gabella pro animalibus, ſufficeret ſolui pro terreſtribus; vt notat *Graff. de Caſibus reſer. par. 2. lib. 1. cap. 12.* Cęterum appellatione brutorum veniunt omnia animalia, .s. terreſtria, aquatica, & aerea, vt ſupra dictum eſt. Ideò meritò in textu dicitur cum brutis coierint, & non cum animalibus ad includendum ſub caſu iſto habentem coitum cum quouis animali, .s. terreſtri, aquatico, aùt aereo.

4 Secundus terminus eſt (*Coierint.*) Terminus iſte duobus modis conſueuit ſumi, nimirum impropriè, & propriè. Impropriè eſt omnis fędatio cum brutis extra vas, ſiuè brutum ſit fęminini generis, ſiuè maſculini. Propriè verò eſt omnis fædatio cum brutis, ſiuè ſit maſculus, ſiuè fęmina, ſed intra vas. Textum cenſeo probabilitèr loqui dumtaxat de fædatione propriè dicta, cum reſeruatio ſit ſtricti iuris, ex quo ſequitur talem fædationem non eſſe reſeruatam, niſi intercedat copula; nec dicitur copula intercedere, niſi fiat ſeminatio intra vas. Ita *Coriolanus par. 2. caſ. 9. num. 25. contra Bellochium in ſua Praxi Moral. Theol. par. 2. qu 3. num. 8. Gambarupta de Caſibus reſeru. caſ. 2. num. 7. & alios* quos ſubticeo breuitatis gratia.

5 Vt autèm concilientur Doctores, qui videntur inter ſe diſſidentes; notandum eſt, quòd ſicut aliud eſt ſodomia, & aliud actus ſodomiticus; ita aliud eſt coire cum brutis, & aliud actus brutalis: nam primum requirit ſeminationem intra vas: alterum verò minimè, cum valeat fieri abſque congreſſu, & ſeminatione. Doctores itaque leui negotio valent conciliari: nam idem, quod ab aliquibus dicitur coitus, ab alijs actus brutalis nominatur; & in hoc vno differunt, quia primi aſſerunt extendi caſum ad coitum impropriè dictum, quod quidem ſecundi prudentius negant, cum reſeruatio ſit ſtricti iuris.

6 Dices cum *Bellochio, vbi ſupra, & cum Gambarupta, item vbi ſupra,* hominum cum brutis nullus datur naturalis coitus: ergò in quacunque parte corporis bruti contingat ſeminatio, erit etiam coitus. Reſpondetur negando conſequentiam; quia non ſequitur, quòd vbicumque contingit ſeminatio, ſit ibi coitus, quia coitus propriè ſit intra vas. Dixi propriè, quia, ſi volumus impropriè loqui de coitu extendendo nomen illius ad mollitiem procuratam cum brutis, ſic cum *Bellochio, & Gambarupta* poſſumus eſſe, ſed melius eſt ſiſtere in prima ſententia.

Quò

ſ. II.

Quò ad ſecundum paragraphum traditur quædam regula generalis pro doctis, ex qua ſimul cum iactis fundamentis, ſatis liquidò colligi valet, qui incidant in caſum, & qui non incidant.

REGVLA.

Ad incidendum in caſum hunc duo requiruntur copulatiuè, quorum 7

Primum, eſt coitio cum animali alterius ſpeciei.

Secundus, eſt ſeminatio ex parte hominis in vaſe brutorum.

Regula huiuſmodi claret ex fundamentis.

Pro minus peritis practicatur regula vnà cum fundamentis, & ex hac primò colligitur, qui non incidant in caſum.

§. III.

NON INCIDENTES.

Ex defectu primæ conditionis regulæ, .s. (*Coitio cum animali alterius* 8 *ſpeciei*) ſequitur, illum non incidere, qui habet rem cum dæmone, ſiuè cum ſit ſuccubus, .s. feminæ corpus ſumendo, ſiuè cum ſit incubus ſumendo corpus maris.

Secundò ſequitur, illum non incidere, qui aliquod corpus inanimatum ſupergreditur, licèt cum illo ſe polluat, vti faciunt, qui ſe polluunt cum ſtatuis.

Tertiò ſequitur, illum non incidere, qui cognoſcit beluam, quæ iam emortua eſt, licèt intra eius naturale vas ſeminet. Ratio autèm harum conſequentiarum vna eſt, nempè quia, vel non eſt ibi coitio cum animali, vt patet ex prima, ſecunda, & tertia ſequela: quamuis autem, qui coit cum belua mortua, videatur coire cum animali: attamèn non eſt verum; cadauer enim non eſt animal, cum animal *ſecundum commune omnium Philoſophorum placitum*, ſit ſubſtantia animata ſenſitiua; cadauer autem non eſt animatum, nec ſenſitiuum: quod ſanè conſtat lippis quoquè, & tonſoribus.

Quartò, ex defectu ſecundæ conditionis regulæ, .s. (*Seminatio ex par-* 9 *te hominis in vaſe brutorum*) ſequitur, illum non incidere, qui ſe immi-

Digitized by Google

ſcendo cum brutis non perficit actum ſeminando, vel ſi perfecit, non ſeminat intra vas; aut ſi vtrunque adfuit, tantùm ex parte beluæ ſequuta eſt pollutio.

ADDITIO.

Qvinto ſequitur, non incidere in reſeruationem infandæ beſtialitatis impuberes conſummantes cum brutis, quia ſi excuſantur à pœna ordinaria in foro externo ob pubertatem non impletam, ſic etiam à reſeruatione in foro interno abſolui debent, vbi mitius proceditur. Vide iura citata in ſimili caſu, loquendo de ſodomitis, ſupra in addit. ad numerum 16. annotat. 1. §. 4. par. 1. huius caſus 10. pag. 509. *Et ita reſpondetur in his terminis à* Diana par. 2. tr. 1. reſol. 14. & Graffio in praxi lib. 1. cap. 11. num. 29. & alijs.

§. IV.

INCIDENTES.

10 Ex regula ſequitur primò, illum incidere, qui habendo rem cum bruto complet actum intra turpidinis locum.

Secundò ſequitur, hoc idem de illo, qui cum bruto animali ſe commiſcuit intra vas ſeminando, licèt ex parte talis bruti actus incompletus remanſerit; .s. non ſeminauerint.

Tertiò, idem infertur de impudica illa muliere, quæ ſe ſubijcit brutis, dummodò ſequatur ſeminatio ex parte ipſius mulieris. Ratio omnium iſtorum corollariorum eſt, quia adſunt copulatiuè ſingulæ conditiones, de quibus conſtruitur regula generalis, vt ſupponitur.

§. V.

Modus obſeruandus per Pœnitentiarium, priuſquàm abſoluat hoc caſu irretitum.

11 Tria præſtabit ad minus. Primum oſtendet grauitatem huius enormitatis, quæ talis eſt, vt inter omnia luxuriæ peccata ſupremum in ſceleritate obtineat locum; nec enim vlteriùs humana malitia aſcendere poteſt, *cap. Mulier* 15. *quæſt.* 1. *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 154. *artic.* 11. maius eſt hoc ſcelus peccato Adæ, loquendo, quantum ad intenſionem, vt tradit *Bruliſer Seraphici Doctoris Commentator in ſecundo Sententiarum diſt.* 21. *quæſt.* 3. *art.* 3.

Alterum. Oſtendet ei, quàm ſeuerè puniatur hoc tàm atrox ſcelus, nam

nam mortis pęna etiam ex diuinæ legis præſcripto puniri iubetur, *Exod. cap.* 22. *& Leuit. cap.* 20. vbi etiam pecus, cum quo huiuſmodi facinus 12
perpetratum fuit occidi, & deleri mandatur. Item ob ſui enormitatem iuſtè poteſt fieri diuortium. Exempli gratia, ſi maritus hoc flagitium commiſerit, & id conſtet, mulier iure ab ipſo ſeparari poteſt. *Sanchez lib.* 10. *diſp.* 4. *num.* 14. *Reginald. lib.* 31. *num.* 319. *Homob. de Caſib. reſer. par.* 2. *caſ.* 4. *ſect.* 6.

Tertium. Interrogabit pęnitentem, an proxima peccandi occaſio ſublata ſit; quòd ſi cognouerit non eſſe ſublatam, ſuſpendat illi benefi- 13
cium abſolutionis, prout ei prudentia dictauerit.

ADDITIO.

Notabit etiam Confeſſarius, turpem peccatorem beſtialitate inquinatum non teneri in Confeſſione aperire, an concubitus habitus fuerit cum bruto maſculo, vel fęmina; nam beſtialitatis flagitium ex variatione ſexus non diuerſificatur, ſicuti neque mutatur ex variatione beſtiarum; ſemper enim eſt animal irrationale, ad libidinem infandam excitans, & tam maſculum, quàm fęmineum eſt inhabile ad humanam generationem in quocunq; vaſe conſumetur inordinatiſſimus actus. Ita Finel. caſu 8. num. 5. Bonac. de matrim. qu. 4. pu. 12. Azor. 3. par. lib. 3. cap. 22. Filiucius tract. 30. num. 161.

CASVS

CASVS XI.

SVMMARIVM.

1 *Terminus iſte* (Qui) *etiam fœminas in hoc textu comprehendit.*
2 *Item ſub hoc termino comprehenduntur etiam impuberes.*
3 *Ex profeſſo blaſphemare quid ſit.*
4 *Circa particulam hanc* (Ex conſuetudine) *multi multa dicunt.*
5 *Nemo ligatur caſu iſto, niſi quis ſaltèm quinquies blaſphemauerit.*
6 *Quam ſententiam ſequatur Auctor.*
7 *Non eſt intelligendus caſus de quinque blaſphemijs eodem impetu verborum euomitis.*
8 *Blaſphemiæ eodem impetu prolatæ non ſunt plures formalitèr.*
9 *Blaſphemiarum numeratio incipit poſt vltimam confeſſionem vſquè ad immediatè ſequentem.*
10 *Blaſphemia ſumitur triplicitèr.*
11 *Textus loquitur præcisè de blaſphemia ſtrictè ſumpta.*
12 *Blaſphemia triplex, videlicèt operis, cordis, & oris.*
13 *Blaſphemiarum alia eſt hæreticalis, alia ſimplex.*
14 *De vtraquè loquitur textus.*
15 *Simplicium blaſphemiarum alia leuis, alia atrox.*
16 *Quatuor ſunt ſpecies blaſphemiæ hæreticalis.*
17 *Item blaſphemiæ ſimplicis quatuor ſunt ſpecies.*
18 *Blaſphemiæ mentales, cuiuſcunquè ſpeciei ſint, minimè reſeruantur.*
19 *Blaſphemiæ implicitè, & explicitè euomi ſolent.*
20 *Regula generalis tàm non incidentes, quàm incidentes deſignans.*
21 *Non incidentes ex defectu primæ conditionis dictæ regulæ.*
22 *Non incidentes ex defectu ſecundæ conditionis.*
23 *Non incidentes ex defectu tertiæ conditionis.*
24 *Non incidentes ex defectu quartæ conditionis.*
25 *Non incidentes ex carentia quintæ conditionis.*
26 *Non incidit, qui tradit ſacram ſcripturam ad iocoſa.*
27 *Item nec, qui dicit, volo hoc agere, tametſi mortalitèr peccem.*
28 *Nec, qui dicit volo hoc,* (al deſpetto di quel becco, che mi ſoſtiene al Mondo.
29 *Nec, qui dicit, hoc eſt ita verum, vt Euangelium.*
30 *Nec, qui prouocat aliquem ad blaſphemias.*
31 *Tantum blaſphemiæ publicæ abſolutio Epiſcopo reſeruatur iure communi.*

32 *In*

32 *In tabella caſuum reſeruatorum Diœceſis Bergomi, blaſphemiam tàm priuatam, quàm publicam reſeruari cenſeo.*
33 *Incidentes ex concurſu ſingularum conditionum regulæ generalis.*
34 *Incidit, qui maledicit creaturas, quatenùs creaturæ Dei ſunt.*
35 *Incidit, qui iurat per falſos Deos, ſed quando.*
36 *Incidit, qui dicit* (al diſpetto di Dio,) *licèt reticeat vltimam ſyllabam.*
37 *Incidit blaſphemans, & ſi non omninò intelligat vim verborum.*
38 *Item, qui dicit, ſi non faciam hoc,* (poſſi rinegar Dio.)
39 *Incidit, qui ait,* (non piaccia à Dio, ch'io faccia queſto bene.)
40 *Non excuſatur, qui non curat ſe emendare, licèt inconſideratè blaſphemet.*
41 *Incidit, qui ait non credam Deum iuſtum eſſe, niſi ſumat vindictam de inimico meo.*
42 *Ad blaſphemiam non requiritur neceſſariò formalis indignatio in Deum.*
43 *Tria obſeruabit Pœnitentiarius circa blaſphemos.*

IN TEXTVM CASVS XI., .S.

Qui ex profeſſo, vel ex conſuetudine blaſphemauerint.

COMMENTARIA.

Textus iſte in duas ſecatur partes, in quarum prima diſſeritur de illis, qui ex profeſſo blaſphemant; in altera verò de illis, qui ex conſuetudine.

Circa vtranq; partem procedentes inſimùl ſeptem videnda ſunt paragrapha.

Primum eſt expoſitio terminorum textus.

Alterum eſt aſſignatio cuiuſdam regulæ generalis deſignantis, qui incidunt in caſum, & qui non.

Tertium notat incidentes in caſum.

Quartum affert annotationes circa non incidentes.

Quintum ſignat incidentes.

Sextum præmonſtrat annotationes circa incidentes.

Septimum denique docet modum ſequendum per Pœnitentiarium, priuſquàm à ſe dimittat pœnitentem hoc caſu obſtrictum.

Quò

§. I.

1 Quò ad primum paragraphum ſe nobis immediatè offert terminus (*Qui,*) circa quem aduertendum eſt, quòd hîc textus comprehendit ſub ſe etiam fęminas. Et ratio eſt, tùm quia generalitèr eſt facta reſeruatio; vbi autèm lex eſt generalis, generalitèr etiam eſt interpretanda. Ita *Lazarius de Blaſphemia, qu.7. num.60.* tùm quia regula eſt generalis, in omni materia, tàm fauorabili, quàm odioſa, & pęnali verba debere intelligi ſecundum communem vſum loquendi, qui potiùs attenditur, quàm propria verborum ſignificatio. *Lazar. qu. 3. n.* 40. idcircò quamùis terminus (*Qui*) ex natura ſua non deſignet fęminas; tamen illas complectitur, attento communi vſu loquendi Ordinariorum, qui eſt, vt ſub maſculino comprehendatur etiam fęmininum, vt patet in ſimili ex ſecunda limitatione contratabulæ conceſſionis caſuum reſeruatorum Epiſcopatus Dięceſis Bergomi, vbi expreſsè fit mentio de fęminis.

2 Inſupèr ſub hoc termino (*Qui*) comprehenduntur etiam impuberes, tàm fęminæ, quàm maſculi, quandò ſunt doli capaces, malitia ſupplente ætatem, *cap. 1. de Delict. puerorum.* Idemq; dicendum eſt de ruſticis. nam licèt ruſticitas, vbi coniuncta eſt cum ſimplicitate, regularitèr excuſet, modo appareat talem ruſticum inconſideratè locutum eſſe; attamen non eſt paſſim ruſticitatis excuſatio admittenda, ſed conſiderandus eſt modus, quo blaſphemia fuit prolata, aliæquè qualitates. *Lazar. de Blaſphemia qu. 7. num.* 55.

3 Secundus terminus (*ex profeſſo.*) Blaſphematio ex profeſſo eſt, quàndo quis exercet blaſphemiam, quaſi quandam artem, & vt illius profeſſor; illa autem dicitur propriè profeſſio alicuius, cui quis regularitèr vacat. Illuſtro rem exemplis. Qui vacat lectionibus, dicitur lector ex profeſſo: qui vacat Confeſſionibus, item dicitur Confeſſor ex profeſſo: qui vacat prædicationibus dicitur itidem Prædicator ex profeſſo. Sic deueniendo ad rem noſtram, qui vacat blaſphemijs, dicitur blaſphemator ex profeſſo; Quemadmodum autem, qui aliquod officium, aùt artem ex profeſſo regularitèr exercent, à multis dignoſcuntur; ita huiuſmodi homines ex profeſſo blaſphemias euomentes regularitèr ſunt noti, appellanturque vulgò blaſphematores. Ita *Floronus de Caſibus reſeru. par. 2. caſ. 2. num.* 3.

4 Tertius terminus, (*vel ex conſuetudine.*) Sciendum eſt hanc particulam à diuerſis diuerſimodè declarari, cum de ipſa tot extent ſententiæ (vt ita dicam) quot capita. Alij, vt *Graff. in ſua Praxi Caſuum reſeru. lib. 1. cap.* 10. *num.* 14. *Lucas Floronus de Caſibus reſeru. par. 2. caſ. 3. n.* 10. *& alij* ex tribus actibus volunt induci. Alij, vt *Iaſon. in l. Ait Prætor. 1. §. Iurari ff. de Iureiurando num.* 4. *cum eius Aſſeclis* ſentiunt, non conſtitui

per

per ternos actus, ſed requiri multò plures, non taxantes tamèn numerum. Alij volunt, nec decem ſufficere actus in vno, aut altero die productos, vt *Finellius cum eius Sectatoribus, tract. de Caſibus reſeru. caſ. 3. num. 28.* Alij procedunt cum diſtinctione ſic; vel conſuetudo eſt circa peccata contra iuſtitiam, vt peccatum furti, & homicidij; vel eſt circa peccata contra charitatem, velut eſt ſodomia, inceſtus, blaſphemia, &c. Suppoſita hac diſtinctione, dicunt, in peccatis contra iuſtitiam conſtitui conſuetudinem ex geminato, aùt triplicato peccato interpollatis temporibus patrato; & autumant ſic debere intelligi Doctóres ſtatuentes conſuetudinem conſtitui ex duplici, aùt triplici actu; nam quis non affirmaret, illum eſſe conſuetudinarium furem, aùt homicidam, qui in anno tria committeret furta grauia, aùt homicidia? Caeterùm in peccatis ſolummodò contra charitatem exiſtimant, non eſſe improbabilem opinionem *Finellij, & eius Sectatorum* dicentium neque decem ſufficere actus in vno, aut altero die productos. Patet enim, quòd ſi reſeruaretur mollities, quae eſt peccatum contra charitatem, non ſufficeret actus ternus, vel quaternus, aùt etiam maior numerus ad conſtituendam conſuetudinem. Quapropter leui negotio DD. diſſidentes de numero iterationis ad conſtituendam conſuetudinem poſſent conciliari hanc admittendo diſtinctionem, quam, vt longè attendendam, propono; quia diſtinguentes vel attingunt veritatis finem, vel ei approximantur.

Alij declinando ab extremis, tanquam periculoſis, & viam ſequentes mediam, quae vulgò dicitur, Regia, aiunt quinque ſufficere actus, & in propoſito quinque blaſphemias, ad conſtituendum hominem conſuetudinarium in blaſphemijs. Iſtius ſententiae ſunt praecipuè, quos viderim ipſe *Lazarius Canonicarum qq. quaeſt. 8. num. 5. Homob. de Caſibus reſeru. par. 2. caſ. 1. Petrus Bellochius in Praxi Morali Theolog. par. 2. quaeſt. 1. num. 242.*

Ex hac multiplici ſententiarum diuerſitate lis ſub Iudice diù manſit, alijs ſequentibus vnam, alijs aliam; ſed demùm placuit humanitati, ac benignitati Illuſtriſs., ac Reuerendiſſimi tunc noſtri Paſtoris prouidere in Synodo celebrata anno à Natiuitate Domini ſexcenteſimo vigeſimo octauo ſupra milleſimum die 4. menſis Maij, ſepe allegata, vt terminaretur lis, quòd ad ſuos ſubditos, decernendo, vt nemo cenſeatur hoc annodatus caſu, niſi ſaltèm quinquies os ſuum in blaſphemiam contra Deum, aùt Sanctos relaxauerit. Quapropter ſenſum textus talem eſſe cenſeo, ſ. nedum illum irretiri caſu iſto, cuius temeritas ita increuit, vt ex profeſſo blaſphemet, ſed etiam illum, qui quinquies ora relaxauerit in Deum, aùt Sanctos blaſphemando. 5

ADDITIO.

C*Itata declaratio Synodalis habetur in Synodo Noſtra Diœceſana* Illuſtriſſimi Prioli tit. 3. par. 2. §. Nos igitur, *& confirmatur in* Synodo Grimana prima decreto ſecundo tit. de blaſphemia exterminanda; *Qua decernitur, tunc Blaſphemo negandam eſſe abſolutionem, & remittendum eſſe ſuperiori, quando poſt vltimam Confeſſionem quinquies blaſphemias protulerit.*

Huic ſententiæ modò me ſubſcribo, tùm ob reuerentiam Doctorum
6 illam ſuſtinentium, tùm quia in Congregationibus generalibus, quæ
ſtatis diebus in Palatio Epiſcopali Bergomi celebrabantur coram pluribus viris Eccleſiaſticis ſcientia, ac conſcientia præditis, fuit propoſita, & perpenſis omnium ſententijs, viſiſquè, ac excuſſis difficultatibus, quæ hinc indè emergebant; demùm per doctiſſimum virum in vtraq; Theologia, qui Congregationi illi præſidebat, ita diffinitum fuit: tùm etiam, & præcipuè quia ita ſancitum fuit per prædictam Synodum, à qua nec latum vnguem recedendum eſt.

Verùm circa hanc particulam, *(ex conſuetudine,)* duo ſuperſunt. Quorum primum eſt, num Synodus intelligat de quinque blaſphemijs eodem
7 etiam contextu, & impetu verborum euomitis, an verò in diuerſo tempore. Alterum eſt, à quo tempore incipiat blaſphemiarum enumeratio.
8 Primo quæſito ſatisfacit *Homobon. de Caſibus reſeru. par.* 2. *caſ.* 1. *Lazar. Canon. qq. q.* 8. *numer.* 24. *Zanar. in director. Theolog. p.* 2. *cap.* 59. & hoc etiam fuit definitum Bononiæ, vt *Naldus notat verb. Peccatum num.* 10. cum quibus ego ſum, dico itaq; textum debere intelligi non de blaſphemijs in eodem impetu iræ, eodemq; tempore prolatis; ſed de euomitis interpollatis temporibus. Ratio eſt, tùm quia actus plures vnico contextu facti pro vno iudicantur *Curti. conſil.* 54. *ſuper duob. col.* 1. *in fine.* Tùm quia ex continuatione actus, vnum crimen ſupponitur. Dices cum *l. Nunquam plura ff. de Priuatis delictis*, quòd plura delicta pluribus pęnis plecti debent: iſta autem ſunt plura delicta, .s. plures blaſphemiæ, ergò vel pluribus pęnis, vel ſaltem pęna reſeruationis puniri debent. Reſpondetur, quòd nec pluribus pęnis plecti debent, quia non ſunt euomitæ cum interuallo temporis: nec item plecti debent pęna reſeruationis, quia non ſunt plura peccata blaſphemiæ formalitèr loquendo, vti requiritur ad incidendum in caſum, ſed vnum.

Obijcies, quòd actus geminatus plus operatur, quam ſimplex, *l. Cum ſcimus, C. de Agric. & cenſitis lib.* 11. Reſpondetur, quòd operatur aliquid

quid

quid plus quò ad oſtenſionem maioris malitiæ, ſed non quò ad multiplicationem actuum, ſeù blaſphemiarum formalitèr diſtinctarum.

Secundo verò quæſito ſatisfacit ipſamet *Synodus Bergom.* declarans, ſuę intentionis eſſe, vt tempus, ac numeratio actuum, .s. blaſphemiarum incipiat poſt habitam vltimam Confeſſionem vſquè ad immediatè ſequentem; p. 1. tit. 3. 9

Quartus terminus eſt (*Blaſphemauerint.*) Circa expoſitionem huius termini afferendæ ſunt nonnullæ diſtinctiones blaſphemiæ, ex quibus conſtabit, quomodò ſumatur in textu blaſphemia, quarum prima eſt. 10
Blaſphemia ſumitur triplicitèr, nempè largiſſimè, largè, & ſtrictè. Largiſſimè ſumpta eſt mala peruerſorum hominum operatio, vt accidit, quando quis proximum ſuum ſcandalizat, vt potè egit Dauid adulterando, & perpetrando homicidium; pro qua dictum fuit illi, *Quia blaſphemare feciſti nomen Dei, & cæt. 2. Reg. cap. 12.*

Largè eſt oblocutio contra bonos in hac vita degentes.

Strictè verò eſt conuicium, ſeù verbum contumelioſum contra Deum, aut Sanctos. Ita *D. Thom. 2. 2. qu. 13. D. Ambroſ. lib. 1. de Paradiſo. D. Auguſt. lib. 2. de Morib. Manicheorum cap. 11.*

Nunc deueniendo ad rem noſtram, cenſeo blaſphemiam in textu non 11
ſumi largiſſimè, nec largè; quia his modis ſumpta, non eſt propriè blaſphemia, vt patet ex deſcriptione blaſphemiæ ſtrictè ſumptæ, de qua ſolummodò loquitur textus. Et ratio eſt, quia cum reſeruatio habeat rationem pęnæ, vt notat *Naldus verb. Caſus num. 3.* non debet extendi ad improprios modos .s. ad blaſphemiam largiſſimè, & largè ſumptam.

Secunda diſtinctio. Blaſphemia, alia operis, alia cordis, & alia oris. 12
Operis, vt ſi quis (quod abſit) expuat in Chriſti imaginem. Cordis, vt cum quis per ſimplicem quandam intellectus apprehenſionem concipit Deum eſſe, quod non eſt. Oris, vt dum quis verbis contra Deum, aùt Sanctos, vel Sanctas euomit contumelias. Textus, prout capio, loquitur ſolummodò de blaſphemia oris: interpretandus eſt enim de blaſphemia propriè dicta, quia verba legis accipi debent iuxta proprium modum loquendi inter homines: blaſphemia autem ſecundum proprium modum loquendi non conſiſtit in factis, neque in cogitationibus, ſed in verbis contumelioſis in Deum, vel in Sanctos: opponitur .n. diuinæ laudi, quæ ſolis verbis exhibetur. *D. Thom. 2. 2. q. 103. Homob. de Caſibus reſer. par. 2. caſ. 1. Barboſa de Offic. & poteſt. Epiſcopi allegat. 51. n. 86.*

Tertia diſtinctio. Diuiditur blaſphemia in hæreticalem, & ſimplicem. 13
Hæreticalis eſt illa, quæ articulis fidei directè opponitur, ſeù qua aliquid aſſeritur fidei contrarium, qualis eſt hæc, abnego fidem. Simplex autem eſt illa, quæ nihil dicit directè contrarium fidei, ſed tamen dicit aliquid, quod eſt in dedecus Dei, & Sanctorum, vt ſi quis ſuum in-

Digitized by Google

fernale os relaxaret in hæc verba, (quod abſit,) maledictus Deus. Ita
14 *Eymericus in Directorio Inquiſitorum* 2. *p. qu.* 41. *Pegna ibidem com.* 66. *Lazarius de Blaſphemia*, *q.* 7. *num.* 8. *&* 13. *Barboſa de Offic. & poteſtate Epiſcopi allegat.* 51. *num.* 86. *& alij*. De vtraq; intendit textus. Et ratio eſt, tùm quia in antiqua tabella conceſſionis caſuum reſeruat. cum limitationibus, quæ tabellæ caſuum reſeruatorum reſpondet, concedebatur caſus blaſphemiæ cum hac limitatione .ſ. dummodò non fuerit hæreticalis; ideò planum eſt, reſeruari etiam illam, quæ non eſt hæreticalis; vel limitatio in tabella reſpectu illius caſus gratis addita fuerat, quod non eſt dicendum; nam circa caſum omninò negatum dicitur abſolutè, non conceditur, vt patet intuenti contra tabellam conceſſionum; & ſuperflua non ſunt in legibus inſerenda tanquam nullius vtilitatis, *l.* 1. *ff. Quod met. cau.* Tum quia quando edicta ſunt generalia, generalitèr etiam ſunt intelligenda. Edictum autem Epiſcopale eſt generale, vt claret, ideò reſeruat tàm ſimplicem, quàm hæreticalem. Faciunt adducta per *Gambaruptam de Caſibus reſeru. in tabella Aquenſi cap.* 1. *num.* 5.

15 Quarta diſtinctio. Blaſphemia ſimplex diuiditur in leuem, & atrocem. Leuis dicitur, quæ parùm derogat honori Dei, aùt ſanctorum, vt ſi quis dicat abſquè debita reuerentia, ad Corpus Dei, vel per Virginem Mariam, & ſimilia. Atrox verò, quatenùs diſtinguitur ab hæreticali, eſt illa, de qua ſupra, quæ eſt in dedecus Dei, aut Sanctorum nullam in ſe inuoluendo hæreſim; textum autem cenſeo probabilitèr non reſeruare leuem, cum illa ſit tantum venialis culpa, quidquid placeat *Barboſa de Offic. & poteſt. Epiſcopi allegat.* 51. *num.* 92. Et ratio eſt, tùm quia reſeruatio ſolùm eſt de grauioribus in omni genere, vt patet *ex Reſponſis Sacræ Congregationis circa caſus reſeruatos*: tùm quia in quibuſdam Epiſcopatibus, & maximè in Archiepiſcopatu Bononienſi ita practicatur: tùm etiam quia qui nimis emungit, elicit ſanguinem, inquit Salomon *Prou. cap.* 30. hoc enim vitium in linguæ lubrico conſiſtit; ideò non facilè ad pœnam trahendum eſt, *l.* 1. *C. Si quis Imperat. maled. Maſcard. de Probat. vol.* 1. *concluſ.* 194. *Homob. de Caſibus reſeru. par.* 2. *caſ.* 1. Hæ ſunt præcipuè diſtinctiones blaſphemiæ, ex quibus conſtat quomodo ſumatur blaſphemia in textu: aliæ etiam poſſent afferri in medium, ſed conſultò omittuntur, vt ſolitam ſequar breuitatem.

16 Modò videndum eſt, quot ſunt ſpecies blaſphemiæ hæreticalis; & itidem quot ſunt ſpecies blaſphemiæ ſimplicis, de quibus textus loquitur. Notandum itaq;, quòd omnes ſpecies blaſphemiæ hæreticalis reducuntur ad quatuor, quæ ſunt immediatè ſequentes.

Prima eſt, quandò aliquid attribuitur Deo, quod ei non conuenit, cum ipſi non inſint, nec ineſſe poſſit; vt ſi quis (quod abſit) os ſuum relaxauerit in hæc verba, dicendo, Deum eſſe iniuſtum, vel partialem,

tunc

tunc enim attribuitur Deo iniuſtitia, & partialitas, quæ Deo non poſſunt conuenire, cùm ſit ipſamet iuſtitia, vt inquiunt Theologi.

Altera eſt, quando aufertur Deo bonum, quod habet, negando, quod ei conueniſt; vt negando potentiam Dei, ſaltem reſpectu alicuius effectus, exempli gratia, dicendo, Deum non poſſe creare animas.

Tertia eſt, cum abnegatur Deus, fides, Sacramenta, &c.

Quarta eſt, cum attribuitur creaturæ, quod ſoli Deo conuenit; vt ſi quis diceret, Diabolum hunc produxiſſe mundum, ſicut olim affirmabant Manichæi, vt videre eſt præcipuè apud *Doctorem Seraphicum in 2. Sent. diſt. 1. art. 2. quæſt. 1.* Ad has quatuor ſpecies reducuntur omnes blaſphemiæ hæreticales.

Itidem omnes blaſphemiæ ſimplices, i.s. quæ non ſunt coniunctæ cum hæreſi, quæ alio nomine dicuntur atroces ob granem contumeliam in Deum, vel Sanctos; quamuìs (vt dixi) cum hæreſi non ſint coniunctæ, reducuntur ad quatuor ſequentes ſpecies.

Prima ſpecies eſt, cùm aliquid dicitur de Deo, vel de Sanctis per modum villipenſionis; vt ſi quis euomeret illud execrandum verbum, (*al coſpetazzo di Dio,*) vel illud (*Dio ſagratone,*) vel ſi quis Virginem illam, quam laudant aſtra matutina, cuius pulcridutinem Sol, & Luna mirantur, vilipendendo diceret, (*quella* [heù] *Mariazza.*) Ideò notandum eſt, quòd nomina deſinentia *in azzo*, vt *coſpetazzo*, vel in *one*, vt *ſagratone*, & his ſimilia, conſtituunt, reſpectu ſubiectæ materiæ, veram blaſphemiam hìc reſeruatam. 17

Secunda ſpecies eſt de illis blaſphemijs, quæ per modum optandi proferuntur; vt ſi quis contra auguſtiſſimam Hoſtiam, quam ſumma deuotione venerantur Angeli in talia rueret verba, vtinam (ò te miſerum) conculcetur Hoſtia.

Tertia ſpecies eſt de illis, quæ dicuntur per modum imperandi, vt diſpliceat Deo: vel ſi quis cum Deo loquendo irato animo ruat in hæc verba, fac, quod vis.

Quarta ſpecies demùm, eſt de illis, quæ dicuntur per modum imprecandi, vt maledictus Deus. (Heù, heù, heù,) quàm execrabile verbum: benedicatur Deus, benedicatur, ſemperque ſit laus eius in ore noſtro. Cognitio harum ſpecierum blaſphemiæ ad plenam, & exactam doctrinam, huic reſeruationi ſpectantem, magnoperè conducit; ad has quatuor ſpecies reducuntur blaſphemiæ atroces, non hæreticales.

Supereſt nunc indagare, an reſeruentur in textu ſupradictæ ſpecies blaſphemiæ tàm hæreticales, quàm atroces, cum proferuntur mentalitèr, aùt ſolùm quandò vocalitèr euomuntur. Cui dubitationi reſpondetur non reſeruari, niſi cum vocalitèr enunciantur, quia reſeruatio eſt tantùm de actibus externis, vt paſſim videre eſt apud Doctores, & 18

maxi-

maximè apud *Naldum v. Caſus. numero quarto.*

Itidem obſeruandum eſt, quòd dictæ blaſphemiæ tàm hæreticales, 19 quàm atroces, ſed ſine hæreſi, conſueuerunt bifariam euomi, .s. explicitè, & implicitè. Explicitè, vt dicendo, Deus non eſt bonus, vel iuſtus, &c. Implicitè, vt dicendo *(al diſpetto di Dio ciò farò:)* hoc enim modo implicitè blaſphemus negat omnipotentiam Dei, cum oſtendat aliquid eſſe, quod Deus non poteſt illi inhibere. Huiuſmodi blaſphemiæ vtroquè modo prolatæ reſeruantur in textu. De hæreticalibus blaſphemijs hæreticæ prauitatis Inquiſitores etiam priuatiuè cognoſcunt, & ius habent animaduertendi; de blaſphemijs autèm, quæ hæreticales non ſunt, cognitio, & punitio non ad Inquiſitores contra hæreticam prauitatem, ſed ad Epiſcopos ſpectat, vt notat *Barboſa de Offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* §1. *num. 89. & 93. allegans quàmplures DD.*

§. II.

20 Quò ad ſecundum paragraphum traditur regula generalis pro dictis, ex qua ſimul cum fundamentis, iam ſupra poſitis, ſatis ipſis apparere poteſt, qui incidant in caſum, & qui minime incidant.

REGVLA.

Ad incurrendum caſum hunc requiruntur quinq; copulatiuè .s.

Primum, quòd ſit blaſphemia mortalis.

Secundum, quòd ſit actualis.

Tertium, quòd ſit formalis.

Quartum, quòd ſit verbalis.

Quintum, quòd ſit quinquies repetita interpollatis tẽporibus.

Patet per ea, quæ habita ſunt in fundamentis.

Pro minus peritis practicatur regula vnà cum fundamentis; & in primis colligitur ex ipſa, qui non incidant in caſum.

§. III.

NON INCIDENTES.

21 Primò, ex defectu primæ conditionis regulæ, .s. *(Quòd blaſphemia ſit mortalis)* ſequitur, illum non incidere, qui exiſtens in praxi retrahendi ſe à blaſphemijs, ex mala conſuetudine inaduertenter adhuc ruit in

ipſas,

ipſas, quas vtiq; cupidus emendationis non proferret, ſi aduerteret. *Ludouicus Lopez par. 1. Inſtruct. conf. cap. 51. Sayrus lib. 6. cap. 13. nu. 6.*

ADDITIO.

SI praua conſuetudine affectus indeliberatè grauiter blaſphemet reſeruatione non ligatur, vt benè reſoluit Lupus hoc numero; *Quod verum eſt etiam ſi poſt vltimam Confeſſionem blaſphemauerit quinquies, vel decies, non obſtante conſtitutione ſynodali, de qua ſupra* in addit. ad n. 5. pag. 522. *quæ debet intelligi de blaſphemijs voluntarijs, vel prouenientibus ex conſuetudine, quam non curet pœnitens extirpare; Ratio patet quia, qui eructat blaſphemias inaduertenter ex conſuetudine repudiata, & quam ſtudet eliminare non peccat, cum actio non ſit voluntaria nec in ſe, nec in cauſa. Ergo neque reſeruatione afficitur, quæ ſupponit mortale* Graffius in appendice aur. lib. 1. addit. cap. 7. num. 26. in fine. *Sic in terminis* Sancius in ſelectis diſp. 20. num. 5. Mazuchellus de reſeruat. diſp. 2. quæſt. 3. cap. 16. num. 55. Suarez to. 1. de religione lib. 1. cap. 6. num. 2. Turrianus de fide diſp. 58. dub. 2 Sayrus in Claui Regia lib. 6. cap. 13. nu. 6. in fine. Quadrius de reſeruat. Comen. diſp. 3. caſu 3. concluſ. 7. & 8. Diana p. 3. tract. 5. Miſcellan. reſol. 62. Baſſęus in floribus Theol. verbo Blaſphemia num. 6.

Hic aduertendum eſt; Confeſſarios debere à pœnitente confitente plures blaſphemias inquirere an ſit affectus praua conſuetudine circa hoc immane peccatum, & an curauerit illam extirpare, tuncque implebunt officij ſui partes ſi applicabunt pœnitentias aliquas medicinales, quibus adiutus infandum blaſphemandi morem auertat.

Tenebitur autem pœnitens fateri peccati conſuetudinem Confeſſario interroganti, licet peccata præterita alijs Confeſſionibus fuerint remiſſa, quidquid ſcripſerit Henriquez lib. 5. cap. 8. num. 1. & alij, *quorum ſententiam nouiſſimè reprobauit Sanctiſſimus* Innocentius XI. die 2. Martij 1679. opinione 58. *quæ damnatur in his terminis*. Non tenemur Confeſſario interroganti fateri peccati alicuius conſuetudinem.

Secundò ſequitur, illum non incidere, qui ex ignorantia blaſphemauit exiſtimans certò talibus verbis non blaſphemare, ſi neq; ex vulgari ſenſu erat ſibi cognitum talia verba ſonare in blaſphemiam. Faciunt adducta per *Lazarium de Blaſphemia qu. 7. num.* 60. à contrario ſenſu arguendo, & *num. 28. & D. Bonauentura in 3. diſt. 40. art. 1. qu. 1.* lingua enim non fit rea, niſi mente rea, & malè ſibi conſcia.

Tertiò, idem ſequitur de illo, qui prorupit in hæc verba, (*al Corpo di Dio, al Sangue di Dio*) ſuppoſito, quòd ignominioſè, aùt contumelioſè

non

non iactantur contra Deum, illum exprobrando; quaſi habeat vilia habendo corpus, & animam; & potiùs nuncupari debent iuramenta, quàm blaſphemiæ, vt habet *Syluest. verb. Iuramentum*. Et idem dicendum eſt de illo, qui dicit *al coſpetto di Dio*: propriè enim verba hæc innuunt aliquid Deo cernente fieri, *Gloſſ. in cap. Et venit, de Pænit diſt.* 1. niſi ex aliquâ circumſtantia dignoſcatur, quòd his verbis intendit contumeliam facere. Faciunt allata per **Bonac. de Legibus diſp. 3. q. 8. punt. 2. num. 7.** attendendus eſt autem modus, quo proferuntur dicta verba ad conſtituendum blaſphemiam, vel iuramentum.

Quartò, idem infertur de illo, qui ruit in hæc verba (*può far Dio*, *coſſanza di Dio*, niſi his verbis vellet inferre, quòd poteſt aliquid facere, velit, nolit Deus; vt ſi quis ſuum proximum vellet percutere, & diceret (*può far Dio*), i. poteſt ne Deus me impedire, quin illum percutiam?

Quintò, idem dicendum eſt de illo, qui per ſurreptionem blaſphemat, .s. qui ex tam ſubita paſſione ruit in verba blaſphemiæ, vt non potuerit aduertere, quid diceret. Ratio omnium iſtarum conſequentiarum vna eſt, ſed eſſentialis, nimirùm, quòd non ſunt blaſphemiæ mortales, vt ſupponimus.

22 Sextò, ex defectu ſecundæ conditionis regulæ, .s. (*quod ſit actualis*) ſequitur, illum non incidere, qui propoſuit blaſphemare, ſed non blaſphemauit; peccauit tamèn mortalitèr.

Septimò, idem infertur de illo, qui ſibi complacet de blaſphemijs ab alio euomitis; ſed ipſe non blaſphemat, lethaliter tamen peccat.

Octauò, idem infertur de laudante blaſphemum ob blaſphemias, (quod abſit;) peccat tamèn enormitèr. Et harum trium conſequentiarum vnam affero rationem, nempè, quia huiuſmodi blaſphemi non ſunt actualitèr tales; nam qui proponit blaſphemare, non eſt adhuc actu blaſphemans: ſicut nec, qui laudat, vel delectatur de aliorum blaſphemijs, eſt actu blaſphemans.

23 Nonò, ex defectu tertiæ conditionis regulæ, .s. **quòd ſit formalis**, ſequitur, illos non incidere, qui tantùm materialitèr narrant blaſphemias, v. g. illas, quas ipſi iam euomerunt, vel modò aliqui euomunt. Quod quidem de ſe claret, cum huiuſmodi blaſphemiarum enarratio, nec mortale inuoluat peccatum, quinimmò interdum nec veniale.

24 Decimò, ex defectu quartæ conditionis regulæ, .s. (*Quòd ſit verbalis*,) ſequitur, illum non incidere, qui tantùm corde blaſphemat. Ratio eſt, quia, & ſi apud Deum, qui cordium eſt ſerutator, grauitèr peccet; attamèn caſu non irretitur, quia, vt ſupra retuli, ſolummodò reſeruatur in textu blaſphemia voce prolata, cùm dicatur in deſcriptione eius, eſſe verbum contumelioſum.

25 Vndecimò, ex defectu quintæ particulæ regulæ, .s. (*Quòd ſit quin-*

quies

quies repetita interpollatis temporibus,) ſequitur, illum non incidiſſe, qui tantùm tribus: aut ad ſummum quatuor vicibus ruit in blaſphemias poſt Confeſſionem vltimam. Ratio eſt, quia ad incurrendum caſum hunc requiritur, vt blaſphemia fuerit repetita ſaltem quinquies. Ita *declarante, ac prouidè ſtatuente Synodo ſupracitata.*

Duodecimò ſequitur, illum non incidere, qui in eodem impetu iræ, ſepties, decies, aut pluries in blaſphemias præcipitauit. Ratio eſt, quia omnes illæ blaſphemiæ cenſentur vna ſolummodò, vt ſupra in primo paragrapho notatum fuit.

§. IV.

ANNOTATIO I.

Ille non incidit in caſum, qui ſacra Scripturæ verba ad iocoſa, ſeù ad turpem amorem trahit; quia huiuſmodi verba propriè non ſunt blaſphemiæ: in textu autem non reſeruatur, niſi blaſphemia propriè ſumpta, vt in primo paragrapho dictum fuit. 26

ADDITIO.

Non ſolum, qui verba Sacræ Scripturæ iocosè profert, non incidit in præſentem reſeruationem, ſed neque qui loquitur quæcumque verba blaſphema ridiculè, vel irriſoriè, dummodo iocus omnem tollat contumeliam. Si verò iocus non tollat iniuriam, ſed per modum illum irriſoriè proferendi peccetur mortaliter, tunc reſeruatio non vitabitur; ſic in terminis Sanchez lib. 2. in ſumma cap. 32. num. 41. Baſſæus verb. Blaſphemia num. 7. Diana p. 5. tract. 5. reſol. 3. Bonac. diſp. 3. de leg. qu. 8. pu. 13.

ANNOTATIO II.

Ille non incidit in caſum, qui dicit, volo hoc facere, licèt ſit peccatum mortale; vt volo prædari, fornicari, tamet ſi nouerim peccatum mortale fore. Ratio eſt, quia hæc non eſt blaſphemia, ſed ſignum deprauatæ voluntatis, nec in hoc cenſetur iſte velle Deum afficere conuicijs. Ita colligitur ex *Sanchez in Sum. lib. 2. cap. 32. num. 15. & 18.* 27

ANNOTATIO III.

Ille non incidit, qui inquit, volo hoc (*al diſpetto di quel becco, che mi* 28

 ſoſtiene

ſoſtiene al Mondo,) niſi ex circumſtantijs conſtet talia proferentem verba loqui in contemptum, ſiuè in iniuriam Dei. Ratio eſt, tùm quia huiuſmodi verba non magis videntur in Deum cadere, quàm in hominem, cũ ne dum Deus videatur ſuſtinere hominem; ſed etiam ille, qui alteri alimenta præbet: tùm quia quoties aliquid generalitèr dicitur, quod accipi poteſt pro blaſphemia, & non blaſphemia, non eſt accipiendum pro blaſphemia: verba enim in dubio ita ſunt accipienda, vt non ſonent in delictum: vel ſaltem, vt non ſonent in maius delictum. Ita colligitur ex *Bonac. de Legib. diſp. 3. quæſt. 8. pun. 2. num. 12.*

ADDITIO.

L*Imita deciſionem* Auctoris *in caſu, in quo verba dubia eſſent prolata ab homine perdito, vel fidei ſuſpectæ, aut habente conſuetudinem grauiter blaſphemandi, aut ab aliquo de genere Hebræorum, Maurorum, ſiue ex aliqua Prouincia, vel Ciuitate infecta; tunc enim proferentis verba in deteriorem partem eſſent accipienda, vt benè probat* Roias in tract. de hæreticis parte prima num. 205. & ſequenti. Pegna in addit. ad Eimericum in directorio Inquiſitorum par. 3. quæſt. 62. comm. 111. latiſſimè Doctiſſimus Farinacius de Hæreſi quæſt. 187. §. 1. n. 14.

Itidem in dubio præſumitur, blaſphemiam non fuiſſe dictam animo præmeditato, & deliberato, ſed in rixa, vel caſu. *Boſſius in Praxi tit. de Homicid. nu. 46. & ſeqq. Lazarius de Blaſphemia q. 8. num. 22. & alij.*

ANNOTATIO IV.

29 Ille non incidit, qui ait, hoc eſt ita verum, vt Euangelium, vel hoc eſt Euangelium, vel credi poteſt tanquam Euangelium, & alia huius generis verba. Ratio eſt, quia huiuſmodi verba rectè intellecta non ſonant in blaſphemiam hæreticalem: aut ſaltèm atrocem, quales hìc reſeruantur, cum non habeant intelligi per coæquationem veritatis humanæ ad veritatem Euangelicam, ſed ſunt intelligenda per ſimilitudinem quandam, & pro eo valent, ac ſi diceretur, hoc, vel illud eſt certitudinalitèr verum. Faciunt adducta per *Homob. de Caſib. reſer. par. 2. caſ. 1. 3. exceptione.*

ANNOTATIO V.

30 Ille non incidit, qui prouocat aliquem ad blaſphemandum, licèt priùs

nouerit

nouerit talem eſſe iracundum, & de facili prouocari ad blaſphemias. Ratio eſt, quia textus non militat contra prouocantes, ſed contra blaſphemantes: nec eſt facienda extenſio, cum verſemur circa materiam, quæ habet propè modum rationem pęnæ, quæ vbi textus ſilet, reſtringenda venit, *vulgatis iuribus*, & propterea proprios non excedit terminos. Facit *Gloſ. in Extrauag. commun.* 1. *de Sepult. verſ. à iure. Lazarius de Blaſph. qu.* 10. *n.* 17. iſti tamen peccant prouocando.

ANNOTATIO VI.

Quandò aliquis textus abſolutè loquitur de blaſphemia non diſtinguendo de publica, aùt occulta, ſicut eſt in propoſito textus huius caſus, 31 dubitari contingit, an etiam occulta blaſphemia ſit comprehenſa ſub textu, ita vt blaſphemans tantùm coram duabus, vel tribus perſonis incurrat caſum reſeruatum. Conueniunt omnes, teſte *Lazario de Blaſphemia qu.* 10. *num.* 6. tantùm blaſphemiæ publicæ abſolutionem Epiſcopo reſeruari: ab occulta verò, ſiuè priuata, niſi aliter exprimatur in tabella, poſſe proprium Parochum, & alium Confeſſorem approbatum ab illa abſoluere: *DD. communiter in cap.* 2. *de Maledicis. Clauis regia lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 11. *ibi ſeptimum dubium qua etiam teſtatur de communi. Barboſa de Offic. & poteſt. Epiſcopi allegat.* 15. *num.* 105. *Corona cap.* 1. *Quinto capitali peccato num.* 86. *Rodriquez in ſum. cap.* 34. *num.* 3. *Capeauila de Caſibus reſeru. cap.* 5. *quæſt.* 2. *Viual. de abſolutione Sacramentali num.* 53. *Nauar. cap.* 27. *num.* 257. *& alij*. Verùm hanc doctrinam non procedere exiſtimo, vbi in tabella caſuum reſeruatorum etiam reſeruatur blaſphemia hæreticalis, veluti fit in tabella Dięceſis Bergomenſis, vt ſupra annotatum fuit. Et hanc exceptionem notat *Lazarius loco cit. nu.* 9. Inſuper tota vis reſeruationis ex reſeruantis intentione pendet, ad quam regularitèr eſt recurendum, *Cap. Intelligentia, de Verb. ſignific.* ſed clarum eſt Ordinarium concedendo facultatem Confeſſarijs abſoluendi in foro Sacramentali Pœnitentiæ tàm ab occulta; quàm à publica intendere reſeruationem etiam blaſphemiæ occultæ: ergò non eſt dubium quin reſeruetur. Præterea præ oculis habemus praxim, ac ſenſum cuiuſcumq; Confeſſarij meritò recurrentis ad Superiores pro facultate abſoluendi tàm ab occulta, quàm ab illa, quæ coram multis fuit euomita: vtraquè ergò blaſphemia reſeruatur in tabella Dięceſis Bergomi, minimè obſtante doctrina, quæ iſti contraire videtur.

Digitized by Google

§. V.

INCIDENTES.

Ex regula ſequitur primò, illum incidere, qui erumpit in aliquam
33 blaſphemiam hæreticalem affirmando de Deo, quod ei non conuenit,
vel negando de Deo, quod ei conuenit: vel abnegando ipſum Deum,
aut fidem, ad illamuè ſpectantia: aut attribuendo creaturæ, quod ſolius
eſt Dei; concurrentibus tamen copulatiuè ſingulis conditionibus, de
quibus extat regula generalis ſupradicta: nam totum copulatum deſtrui-
tur deſtructione cuiuslibet partis. §. *Si plures conditiones, Inſtitut. de Hæred. inſt.*

ADDITIO.

CAueant prudentiſſimè Confeſſarij in abſolutione blaſphemiæ hæreticalis, & aduertant, dupliciter blaſphemiam eſſe poſſe hæreticalem.

Primo, quando verba hæreticalitèr blaſphema euomuntur ab habente errorem in intellectu, cum pertinacia iunctum circa articulos fidei.

Secundo, quando proferuntur hæreticales blaſphemiæ ſine errore intellectus, cũ ſcilicet proferens internè credit contra id quod blaterat in externo.

Si ergo accedat pęnitens, qui protulerit blaſphemiam primo modo hæreticalem, ideſt iunctam cum errore pertinaci intellectus, ſciat Confeſſarius, talem reum affectum eſſe cenſura Bullæ Cęnæ Domini, ideoq; abſolui non poſſe ab vllo Confeſſario, vel Pęnitentiario habente facultatem circa quæcumque peccata, & cenſuras Epiſcopo reſeruatas. Sayr. de cenſ. lib. 3. c. 4. num. 10. Bonacina de cenſ. diſp. 2. quæſt. 5. punct. 1. num. 1. Carena, Vallerus, Torreblanea, Beccanus, Duardus, Alterius, Fernandez, Fagundez, & alij cumulati à Diana p. 1. trac. 5. de abſolut. ab hæreſi reſ. 1. Quadrius de reſeru. diſp. 3. caſu 3. num. 178. Vaſquez 1. 2. diſput. 126. cap. 3. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 7. num. 1. & cap. 8. num. 2. Souſa lib. 3. Aphoriſ. cap. 4. & alij communiter. *Et ratio eſt, quia talis exiſtit formalis hæreticus, vt probant* præcitati DD., *& in foro conſcientiæ non poteſt abſolui neque ab Inquiſitore Generali contra hæreticam prauitatem, qui facultatem habet abſoluendi tantum iudicialiter hæreticos pęnitentes coram Notario, & teſtibus, cognita cauſa.* Trullench lib. 1. cap. 3. dub. 5. Palaus tract. 4. diſp. 4. pun. 3. num. 3. Garzias de beneficijs par. 11. cap. 10. num. 121. Farinac. de hæreſi quæſt. 192. num. 54. Serra 2. 2. quæſt. 11. artic. 4. *nouiſſimè diligentiſſimus in hac materia* P. Raimundus Nidus in ſua Lucerna Confeſſariorum abſoluentium ab hæreſi pag. 81. & 82. ſect. 2. diſceptationis ſecundæ. *Et quod dicitur de Inquiſitore intel-*

ligi

Digitized by Google

ligi debet ſimiliter de Epiſcopo, qui poteſt in foro iudiciali tantum hæreticos pœnitentes recipere, & abſoluere, etiam ſi hæreſis externa occulta ſit. Sylu. 2. 2. quæſt. 11. art. 3. Riciul. de iure perſonarum cap. 14. à numero 15. P. Nidus in Lucerna citata ſectione prima diſcept. 2. pag. 79. *& declaratum videtur à Sanctiſſimo* Aleſſandro VII. in opinione tertia reprobata Anno 1665. die 24. Februarij.

Qua propter ſi accedat pœnitens oneratus blaſphemia formaliter hæreticali cum errore interno, & contumacia non poterit vnquam ex qualibet iuriſdictione Epiſcopali pro foro conſcientiæ delegata liberari, ſed petenda erit abſolutio à Summo Pontifice, ſiue à Sacra Romana Pœnitentiaria, vel à Delegato Sanctæ Sedis, aut remittendus erit ad recipiendam abſolutionem iudicialem coram Notario, & Teſtibus in Tribunali Epiſcopali, vel S. Officij; Et hoc eſt quod intellexit (iudicio meo) Reuerendiſs. P. Riciardius Magiſter Sacri Palatij in additione *de ipſius mandato impræſſa in hoc opere* infra §. 7. num. 43. pag. 537.

Si vero accedat pœnitens, qui protulerit blaſphemias hæreticales ſecundo modo, ideſt ſine animo hæretico, vel ſine errore intellectus, tunc talis non ligabitur cenſura Bullæ Cœnæ Domini, Nidus loc. cit. ſect. 2. pag. ſexta, *ſed obnoxius erit reſeruationi vndecimi caſus Tabellæ, nec poterit abſolui, niſi à Confeſſario, cui Epiſcopus concesſerit iuriſdictionem in reſeruatis; ſuppoſito tamen, quod ex profeſſo, vel conſuetudine blaſphemauerit, vt ſonat litera Textus, & dictum eſt ſupra. De his itaque blaſphemijs hæreticalibus ſine errore intellectus loquitur decretum reſeruatorium. Vide ſic reſoluentes.* Quadrium de reſeruat. diſp. 3. caſu 3. num. 179. & num. 203. concluſione 5. Nauarrum in manuali cap. 11. num. 27. Capeauillam par. 2. art. 5. de reſeruat. col. 11. *& in his terminis intelligendus eſt* Lupus hoc num. 33.

Secundò ſequitur, etiam incidere illum, qui præcipitat in aliquam ſpeciem blaſphemiæ ſimplicis (dempta illa, quæ eſt leuis) ſiuè euomatur contra Deum, vel ſanctos per modum vilipendij, aùt imprecandi, vel optandi malum, aùt per modum imperij; ſuppoſitis tamen ſingillatim omnibus conditionibus, ex quibus conſtituitur regula generalis, de qua ſupra, quæ .s. conditiones in omni annotatione, vbi aſſeritur, aliquem incidere, ſupponentur ſemper; nam, vt ſupra notatum fuit, requiruntur ſingulæ conditiones copulatiuè. Et quamuis practicando prędictas ſpecies blaſphemiæ hæreticalis, & ſimplicis habeatur plena cognitio omnium, qui obſtringuntur caſu iſto; attamèn pro minus peritis ponuntur annotationes circa caſus, vbi apparet maior difficultas.

AN-

§. VI.

ANNOTATIO I.

34 Incidit, qui maledicit creaturas, quatenus creaturæ Dei ſunt: nam per huiuſmodi maledictionem attribuitur Deo per contumeliam aliquid, quod non habet: aut aliquid auffertur, quod habet; cum huiuſmodi maledictio redundet in Deum auctorem harum creaturarum: ſicut enim Deus per creaturas honoratur; ita etiam inhonorari poteſt per maledictionem creaturarum modo ſupradicto.

ANNOTATIO II.

35 Incidit, qui iurat per falſos Deos, vt per Iouem, per Baccum, &c. ſi illis intendat attribuere infallibilem veritatem, quæ ſolius Dei eſt propria; incidit, inquam, tàm ſi iuramentum ſit verum, quàm falſum, modo feriò fiat. Ita *Bonac. de Legib. diſt. 3. q. 8. pun. 2. num. 7.*

ANNOTATIO III.

36 Incidit, qui illud nefandiſſimum verbum euomit, nempè (*al diſpetto di Dio*) licèt interdum taceat vltimam ſyllabam, fortaſsè ne circunſtantes ſcandalum patiantur; ſuppoſito, quòd ſatìs aduertentèr illam euomerit. Ita *Floron. de Caſibus reſer. par. 2. num. 3. caſ. 3.*

Ille quoq; incidit, qui in hæc verba erumpit (*puttana, che non voglio dir di Dio*) ouero (*al diſpetto, che non vò dir di Dio*) ſi ſufficientèr aduertens talia protulit verba, quamuis poſtea, dùm illas protulit, addiderit verba illa (*che non vò dir.*) Ratio eſt, quia talis eruptio cenſetur eſſe blaſphemia, cum adeſſet dicta aduertentia, quæ factum obligauit; & proteſtatio contraria facto non releuat proteſtantem: ſicut ille, qui dicit mentiris, ſaluo tuo honore, quamuis addat dictam particulam; tamen verè illi intulit iniuriam, quia proteſtatio eſt contraria facto. Verùm, ſi talis non ſatìs voluit in blaſphemias ruere: nec apud ipſum inoleuit conſuetudo ſimiles eructandi blaſphemias; ſed aliqua ſubita animi perturbatione motus, illas protulit, & ſtatìm animaduertens ſe correxit, non ſunt cenſendæ blaſphemiæ; & proindè non erit hoc caſu irretitus. Ita *Floronus, vbi ſupra num. 6.*

ANNOTATIO IV.

37 Incidit blaſphemans, quamuis non nouerit apprimè perfectam vim verborum ab ipſo prolatorum; dummodò ſaltèm nouerit, quod protulit

in

Digitized by Google

in Deum, vel Sanctos, blaſphemiam eſſe: nam ſubtilior cognitio non requiritur, *Gloſ. in cap. A nobis, de Sententia excommunic.*

ANNOTATIO V.

Incipit, qui præceps cadit in hæc verba, (*Se non farò queſto poſſi ri-* 38
negar Dio.) Heù lingua hucuſque proſiluiſti. Ratio eſt, quia eſt vera blaſphemia, quamuis ſit poſita ſub conditione; facit enim talem ſenſum, vt ſuppono, ſi pro expletione illius facti opus erit, vt abnegem Deum, illud non omittam; ſecus tamen foret, ſi quis diceret (*poſſi rinegar Dio*) ſi hoc non eſt, vt narro. Et ratio eſt, quia hæc non eſt blaſphemia, ſed iuramentum. Ita *Floronus par. 2. de Caſib. reſer. caſ. 3. poſt Graſſium.*

ANNOTATIO VI.

Incidit, qui relaxat os ſuum in hæc verba, (*non piaccia à Dio, che io* 39
faccia queſto,) eſto ſit bonum, quod blaſphemans facere renuit. Exempli gratia, bonum eſt inimico iniuriam condonare; ſi autem quis ex totis præcordijs, diceret (*non piaccia à Dio,*) vt inimico iniuriam dimittam, incideret; nam ſenſus eſt, vt ſupponatur, Deus me adiuuet ad ſumendam vindictam de inimico; ſecus tamen eſſet, ſi quis ad bonum coadiuuari deſiderans diceret (*non piaccia à Dio,*) vt malum peragam, v. g. vt apud me habeam concubinam: nam idem eſt, ac dicere ſic me Deus adiuuet, vt adeò fulciar in bono, vt me diſponam ad dimittendam concubinam.

ANNOTATIO VII.

Non excuſatur à reſeruatione iſta, qui ratione prauæ conſuetudinis
inconſideratè blaſphemauit quinquies, ſi negligat ſe emendare, con- 40
ſuetudinem extirpando. Ratio eſt, quia textus non eximit à reſeruatione blaſphemantes ex conſuetudine, ſed includit ſub reſeruatione. Faciunt allata per *Lazarium de Blaſphemia quaſt. 1. num. 28.*

ANNOTATIO VIII.

Incidit, qui ait, ſi Deus non facit vindictam de hoc, non credam eſſe
iuſtum, quia eſt vera blaſphemia; nam, & ſi iſtum non puniat in hoc 41
mundo, ſemper tamen eſt iuſtus. *Lazarius loc. cit. num. 50.*

AN-

Digitized by Google

ANNOTATIO IX.

Ad blaſphemiam non eſt neceſſaria formalis indignatio in Deum, ſed
42 ſatis eſt, quòd ex indignatione cum homine proſiliat quis voluntariè in verba contumeliæ contra Deum, aut Sanctos, vt tradit *Suarez tom. de Statu Religionis tract. 3. lib. 1. cap. 6. ſub num. 11.*

Verùm tamen eſt, illum non incidere, qui detrahit Sanctorum exercitijs manualibus tanquam vilibus, in quibus ſe exercuerunt, dum apud nos eſſent; vt ſi quis dicat de S. Iſidoro, quòd fuit colonus. Ratio eſt, quia non habetur pro blaſphemia, niſi dicatur ad extenuandam Sanctitatem, quam nunc habent. Ita *Lazarius, vbi ſupra num. 30.*

Notandum denique, oblocutionem illius, qui tacet vltimam dictionem, ſeù ſyllabam, per quam compleretur blaſphemiæ ſenſus; fortaſsè dici poſſe blaſphemiam, ſed non reſeruatam. Ratio eſt, quia verbis non eſt expreſſa; requiritur autèm, vt blaſphemia verbis exprimatur, vt ſuprà dictum eſt. aliquibus tamen magis placet, quod dictum eſt annot. 3. de qua ſup. num. 36.

§. VII.

Modus obſeruandus per Pænitentiarium, priuſquàm abſoluat hoc caſu irretitum.

Tria obſeruabit. Primum. Interrogabit pęnitentem, an inaduer-
43 tentèr, & ferè per ſubreptionem blaſphemiam interdum protulerit, an verò ſit aſſuetus blaſphemare.

Alterum. Interrogabit illum de numero ſaltem probabili blaſphemiarum, quas diſtincto temporis interuallo ipſe pœnitens euomuerit.

Tertium. Admonebit illum, qui ira tractus proſilit in blaſphemias, quòd quamùis poſtea pęnitentia ductus ſe retractet, ſigna contritionis demonſtrando; attamen nec præcedens ira, nec ſequentia contritionis ſigna liberant eum, quominùs in peccatum, & in reſeruationem inciderit: ideò caueat, ne ira tractus in blaſphemias ducatur.

ADDITIO.

Aduertat hic Confeſſarius, non teneri Pęnitentem explicare diuerſitatem blaſphemiarum, neque ab ipſo Confeſſario eſſe requirendam, excepto caſu dignoſcendæ reſeruationis, vel neceſſariæ animaduerſionis an blaſphemia ſit hæreticalis nec ne, & item excepto caſu in quo proceſ-

ſerit

Digitized by Google

ſerit blaſphemia ipſa ex odio formali Dei, in qua reperitur alia malitia ſuperaddita odij Dei, quod opponitur charitati; Cęterum blaſphemia omnes ſiue in Deum, ſiue in B.M.V. Immaculatam, ſiue in Sanctos quoſcunque ſunt omnes eiuſdem ſpeciei; & opponuntur vni virtuti religionis, vt contra Layman, Sanchez, Sanctarellum, & alios *defendit* Gyptius de reſeruat. cap. 9. num. 37. Homobon. de reſeruat. p. 2. cap. 1. Mazuchellus diſp. 2. cap. 16. num. 61. difficultate 1. quæſt. 4. *Quia ita ſe habet blaſphemia ſicut iuramentum; ſed iuramentum per Deum emiſſum non differt ſpecie à iuramento per ſanctos, ergo nec blaſphemia. Idcirco pęnitens ſufficienter manifeſtabit crimina in Exomologeſi, ſi dicat* ter blaſphemaui hæreticaliter, ſine errore intellectus, *vel* ſeptem protuli non hæreticales blaſphemias, *non explicando an fuerint in Deum, vel in Immaculatam Deiparam, vel in Sanctos, quia hæ circumſtantiæ, ex dictis, ſunt tantum aggrauantes, non vero mutantes ſpeciem.*

Vrgeat, quam graue, quamq; deteſtabile ſcelus ſit blaſphemia: obijciat, quod tradit *Bruliſer Seraphici Doctoris Commentator in 2. ſent. diſt. 21. art. 3. qu. 3.* nimirùm blaſphemiam (quò ad intenſiuam grauitatem) peccatum primi hominis excedere: imponatq; illi grauiſſimam pęnitentiam, vt cauetur in Conc. Lateranenſi ſub Leone X. nam iuxta delictum, & plagarum modus eſſe debet.

Additio Sac. Pal. Ap. Magiſtri.

TAndem admonebit, ſi blaſphemia ſit hæreticalis, aùt aliàs atrox, quantùm interſit pęnitentis, vt adeat Sanctum Officium abſolutionem etiam in foro externo impetraturus, ſi ſpontè compareat, nè ab alijs præuentus, etiamſi in foro interno abſolutus, (vt aliquando poteſt contingere in Iubilæis,) puniatur pro ſupplicij qualitate. De cętero ſciat meus lector hæc, quæ dicta ſunt per ordinem doctrinæ (propterea quòd in Tabulis Epiſcopalibus reperiuntur) ad Sanctum Inquiſitionis Tribunal pertinere, & neminem Confeſſarium, etiam habentem reſeruata Epiſcopo illa abſoluere.

His additis cenſeo imprimi poſſe reliqua huius capitis.

F. Nicolaus Riccardius Sac. Pal. Ap. Magiſt.

Digitized by Google

CASVS XII.

SVMMARIVM.

1 *Terminus* (Qui) *in textu poſitus comprehendit ſub ſe vtrumque ſexum.*
2 *Ars Magica eſt triplex.*
3 *De arte magica diabolica ſolummodo loquitur textus.*
4 *Hanc artem Dæmones tribus præcipuè modis exercent.*
5 *Recurſus ad Dæmones fit duobus modis.*
6 *Sortilegia à ſorte dicuntur.*
7 *Dicuntur ſortilegia à ſorte, prout ſors eſt ars diuinandi auxilio Dæmonis.*
8 *Sortilegium eſt triplex.*
9 *De Sortilegio diuinatorio ſuperſtitioſo præcisè loquitur textus.*
10 *Superſtitio in textu eſt genus ad omnes ſuperſtitionis ſpecies.*
11 *Reſeruantur in textu omnes modi, quibus ad Dæmonem recurſus habetur.*
12 *Omnis ſuperſtitio diabolica reſeruatur hic.*
13 *Quid ſit exercere magicas artes, ſortilegia, &c.*
14 *Incidit in caſum etiam, qui ſemel tantùm vſus eſt aliqua ſuperſtitione diabolica.*
15 *Abuti re quid.*
16 *Superſtitionum duplex genus.*
17 *Idolatria ita nominatur ab Idolo.*
18 *Idolatria duobus ſumitur modis.*
19 *Diuinatio quid.*
20 *Vana obſeruantia à diuinatione quomodò differat.*
21 *Ad vitandam vanam obſeruantiam non ſufficit vti medijs naturalibus.*
22 *Vanæ obſeruantiæ cultores vtuntur rebus naturalibus, non vt cauſis alicuius effectus naturalis, ſed vt ſignis diabolicis.*
23 *Vana obſeruantia quatuor ſub ſe complectitur ſpecies.*
24 *Ars notoria quid.*
25 *Obſeruantia ſanitatum quid.*
26 *Obſeruantia futurorum euentuum quid.*
27 *Reliquiarum obſeruantia quid.*
28 *Maleficium vnde dicatur.*

29 *Male-*

Digitized by Google

29 *Maleficium quid.*
30 *Maleficium quotuplex.*
31 *Maleficia liberum arbitrium compellere nequeunt.*
32 *Maleficium veneficum quid.*
33 *Maleficium veneficum poteſt fieri inuito maleficiando.*
34 *Superſtitiones, quæ fiunt ratione modi indebiti colendi Deum; ſunt duæ.*
35 *Referuntur nonnullæ ſuperſtitionum ſpecies, quæ non ſunt mortaliter peccaminoſæ, nec propriè diabolicæ.*
36 *Dæmonis inuocatio duplex eſt.*
37 *Superſtitiones, in quibus expreſsè Dæmon inuocatur, quatuor ſunt.*
38 *Superſtitiones, in quibus tacitè Dæmon inuocatur, ſunt ſex.*
39 *Dantur ſuperſtitiones, in quibus interdum expreſsè, & interdùm tacitè Dæmon inuocatur, & in quibus nullo modo inuocatur.*
40 *Regula generalis.*
41 *Non incidentes ex defectu primæ conditionis regulæ.*
42 *Non incidentes ex defectu ſecundæ conditionis.*
43 *Non incidentes ex carentia tertiæ conditionis.*
44 *Non incidentes ex carentia quartæ conditionis.*
45 *Non incidentes ex defectu quintæ conditionis .s. Regulæ generalis infra afferendæ.*
46 *Incidentes ex ſingularum conditionum regulæ concurſu.*
47 *Incidit, qui ſeriò ad diuinandum vanis vtitur medijs.*
48 *Paruitas rei petitæ non liberat à reſeruatione recurrentem ad auxilium Dæmonis.*
49 *Incidit, qui maleficium maleficio deſtruit, ſi ſaltèm tacitè inuocetur Dæmon.*
50 *Incidit, qui obſeruat dies Ægyptiacos.*
51 *Incidit, qui curat exiſtentes in loco à ſe phyſicè diſtanti.*
52 *Forma obſeruanda per Pœnitentiarium in curatione ſuperſtitionum*

IN TEXTVM CASVS XII. .ſ.

Qui magicas artes, ſortilegia, ſuperſtitioneſuè exercuerint, eiſuè vſi ſint: quiuè Sacramentis, vel ſacramentalibus, aùt ſacris rebus ad id fuerint abuſi.

COMMENTARIA.

SI intellectus acumine hunc introſpiciamus textum, illicò intelligemus in duas diuidi partes, quarum altera pertingit vſque ad illa verba, (*vſi ſunt*) Altera verò vſque ad illa (*fuerint abuſi*) & vtraque in tres ſecatur particulas. Prima particula primæ partis tangitur ibi, (*Magicas artes.*) Secunda ibi, (*Sortilegia.*) Tertia verò ibi, (*Superſtitioneſuè.*) Prima particula ſecundæ partis notatur, cum dicitur, (*Sacramentis.*) Altera cum dicitur, (*Sacramentalibus.*) Tertia tandem cum dicitur, (*aut ſacris rebus.*)

De vtraque harum partium principalium, ac de earum particulis diſſeremus inſimul, vt prolixitatem euitemus; clarè tamen, & diſtinctè, opitulante Deo. De his itaquè diſſerendo octo percurremus paragrapha, quorum.

Primum erit expoſitio terminorum textus.

Alterum erit explicatio ſuperſtitionum, quæ implicitè inuoluuntur in textu.

Tertium aſſignatio ſuperſtitionum, in quibus explicitè, & in quibus implicitè inuocatur Dęmon.

Quartum erit quædam regula generalis ad dignoſcendum, qui incidant in hunc caſum, & qui non incidant.

Quintum notat non incidentes in caſum.

Sextum ſignat incidentes.

Septimum præbet annotationes circa incidentes.

Octauum denique docet formam obſeruandam per Pęnitentiarium, priuſquam abſoluat annodatum hoc caſu.

ſ. I.

1 Quò ad primum paragraphum ſe ſe offert immediatè terminus, (*Qui.*) Circa

Digitized by Google

Circa quem nobis non relinquitur locus dubitandi, an textus ſub ſe comprehendat mulieres, cum omnibus notum ſit, ſuperſtitiones magis exerceri per fęminas, quàm per viros; ideò, cum ſimus in claris, ſuperflua eſſet omnis probatio.

Secundus terminus eſt, (*Magicas artes.*) Sciendum itaquè triplicem 2
eſſe artem magicam, ſiuè magiam, nempè, artificialem, ſeu mathematicalem, naturalem, & diabolicam. Artificialis, ſiuè mathematicalis eſt illa, qua quis ſola mathematicarum ſcientiarum diſciplina præditus quędam occulta, abſque vſu rerum naturalium, tantùm adiunctis numeris, aùt detractis, ac ſæpiùs ſubductis diuinare poteſt. Iſtam docet *Venerabilis Beda, vbi diſſerit de arithmetica. Ita Capeauilla cap. 21. circa principium. Bonac. de legib. diſp. 3. qu. 1. punt. 5.*

Naturalis eſt illa, qua viribus rerum naturalium occultis mirabilia quædam fiunt, quæ vera ſunt. Hac arte poſſunt formari ſtatuæ ſe mouentes, ſibilantes, ſaltitantes, &c. vt not. *Bonac. loc. cit.* Hinc *Plinius lib. 1. Rerum naturalium* habet, ſaliuam hominis ieiuni ſerpentibus necem inferre. Et *Auguſt. lib. 21. de Ciuitate Dei cap. 4.* teſtatur, ſe vidiſſe anulum aureum à magnete pendentem, qui ſecundum anulum trahebat, & ſecundus tertium, & ita deinceps vſq; ad determinatum numerum; & ſic videbatur catena in aere à magnete dependens. Itidem *eodem libro, eodemque cap.* fatetur in Epyro reperiri fontem, in quo faces extinctæ accenduntur.

Ars magica diabolica eſt ſuperſtitio, qua magus arte, aut auxilio Dęmonis mirabilia quædam præſtat. Dixi mirabilia, non miracula, quia quæ fiunt à Dęmone cauſarum naturalium non ſuperant naturam. Dixi arte, ſiuè auxilio Dęmonis, quia licèt magus videatur aliquid magni patrare; non eſt tamen ipſe, ſed Dęmon, qui ad magi iuſſionem illa operatur. Verum hic not. eſt magum magiæ virtute Dęmones cogere non poſſe ad illa facienda; ſed ipſi fingunt ſe cogi ad imperium magi, & interdum alterius Dęmonis ſuperioris poteſtate coguntur Dęmones inferiores homini imperanti parere. Ita *Lucas Floron. de Caſibus reſer. caſ. 1.* Habita diſtinctione, ſciendum eſt, textum loqui tantùm de magia tertio modo ſumpta, quia etiam ipſa tantùm eſt ſuperſtitioſa, & diabolica.

Verùm fortaſſe inueſtigabit aliquis, quot modis Dęmones hæc mira- 3
bilia exercent. Reſpondetur hæc tribus exercere modis. Primo per prę-
ſtigium illudendo, & impediendo ſenſus, hominiſq; imaginatiuam mo- 4
uendo: ob quod apparent vera eſſe, quæ ſunt ficta: naturalia eſſe, quæ ſunt arte confecta, Exempli gratia, facit apparere animalia facta ex condenſato aere eſſe vera, & naturalia: ſimiliter apparere facit, vt res, quæ abeſt, videatur præſens; & è contra, .s. vt id quod eſt præſens, appareat abſens.

Secun-

Digitized by Google

Secundò, applicando actiua paſſiuis, accelerandoquè, ſi opus eſt, virtutem rei naturalis. Exempli gratia, breui temporis ſpatio faciunt naſci arborem, applicando terram diſpoſitam pro acceleratione augumentationis talis arboris. Itidem ſanant infirmitates velociter, applicando medicinas opportunas, quas ipſi apprimè norunt; cum proprietatum herbarum, lapidum, ac animalium ſcientia polleant.

Tertiò modo, mirabilia operantur corpora ingrediendo. Exempli gratia, volens Dęmon oſtendere, ſtatuam mouere ſeipſam, vel loqui, illam ingreſſus mouet, & in ea loquitur. His tribus modis Dęmones, & magi per ipſos mira operantur, vt tandem homines ipſis præſtantes fidem decipiant. Ita *Lucas Flor. vbi ſup. Lelius Zecchius de Caſib. reſ. caſ.* 8.

Homines autem videntes mirabilia fieri per magos, attracti deſiderio
5 faciendi ſimilia, & proindè apparendi potentes, ac mirabilium patratores, recurrunt ad Dęmones, vel mediatè, s. per magos, vel immediatè faciendo cum ipſis pactum. Quod quidem contingit duobus modis, nimirum cum ſolemnitate, & abſque illa. Tunc fit pactum cum ſolemnitate, & expreſſe inter Dęmonem, & hominem, quandò Dæmon ipſi homini viſibiliter apparet ſedens in ſolio cum caterua aliorum Dęmonum, promittendo illi, quòd ad petitionem eius operabitur illa mirabilia; quæ ſigno, vel petitione poſtulabit fieri. Similis promiſſio fit ex parte Dęmonis. Homo verò ex altera parte ante Dęmonem genuflexus pollicetur ei obedientiam, & abnegationem diuinorum præceptorum, & Sacramentorum. Tunc verò ineunt pactum abſque ſolemnitate, & tacitè, cum homo tractat cum mago de his, quæ oportet agere ad faciendum mirabilia; eius præcepta ſuſcipiendo, ac punctualiter exequendo; & ſimilitèr, cum homo cupidus mirabilia, & inſolita patrandi, illis vtitur medijs, quibus magi vti ſolent ad producendos effectus mirabiles: nam in illorum vſu reſpectu talium effectuum eſt pactum ſine ſolemnitate, eſtquè tacita Dęmonis inuocatio. *Graff. in Praxi lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 9. *Toletus lib.* 4. *cap.* 14. *Gambarupta de Caſibus reſeru. caſ.* 10. *num.* 8. ex quibus inſimul colligitur hæc doctrina.

Tertius terminus eſt (*ſortilegia.*) Pro intelligentia ſciendum eſt, ſorti-
6 legia ita vocari à ſorte: hoc autem nomen ſors interdum ſumitur pro fortuna, vel euentu: interdum pro cuiuslibet hominis conditione: interdum pro capitali in negotijs, vt *de Vſuris, cap.* 1. *&* 2. Interdum pro portione hæreditatis, quæ alicui contingit à ſorte. His modis ſumpta non denominatur ſortilegium in textu, cum ſors talibus modis accepta non ſit ſuperſtitioſa. Alio modo ſumitur ſors, prout eſt ars diuinandi auxilio, aut arte Dęmonis; à ſorte autem hoc modo accepta denominatur ſortilegium in littera textuali. Faciunt adducta per *Lexicon vtriuſque*
7 *Iuris, in verbo, Sors.*

Triplex

Triplex eſt ſortilegium nempè diuiſorium, conſultorium, & diuina-
torium. Diuiſorium eſt, quo mittuntur ſortes ad cognoſcendum, quid 8
cuiquè tribuendum ſit in caſu controuerſiæ. Exempli gratia, ſi tria hæc, nempè veſtis, annulus aureus, & ſupellectilis prætioſa tribus perſonis eſſent inſimul relicta, quæ in horum diuiſione non eſſent concordes; ſortilegio diuiſorio ad videndum, quid cuiquè contingat, vti poſſent, dummodo à Dęmone iudicium non expectaretur.

Conſultorium eſt, quo mittuntur ſortes ad indagandam voluntatem diuinam, cum quis eſt in biuio negotij admodum grauis, nec ab homine ſufficiens conſilium haberi poteſt. Ita ſe habuerunt Apoſtoli, cum neſcirent, quem de duobus Diſcipulis, S. Matthiam, & Ioſeph aſſumere deberent in Apoſtolatum *Dederunt ſortes eis, & cecidit ſors ſuper Matthiam. Actuum cap. 1.*

Diuinatorium eſt, quo mittuntur ſortes ad cognoſcendum res occultas minimè ſcitu neceſſarias; in quo ſaltem tacitè Dęmonis auxilium, ſiuè conſilium imploratur, vtpotè, ſi quis cupidus ſciendi, vbi inueniatur theſaurus, ad ſortes recurreret *Caiet. verbo, Sortilegium. Bellochius par. 2. quæſt. 1. num. 30. Finellius caſ. 2. num. 1.* His habitis, deueniendo ad rem noſtram, dicendum eſt, textum non eſſe exponendum de ſortilegio diuiſorio, aùt conſultorio; cum ſimilia ſortilegia minimè ſint ſuperſtitioſa, niſi in illis à Dęmone iudicium expectetur. Quinimmò pro loco, & tempore, his licitè vti poſſumus; ſeruatis tamen conditionibus, quas paſſim Summiſtæ tradunt, *verbo, Sors, & verbo, Sortilegium.* 9
Intelligendus eſt itaquè textus tantùm de diuinatorio, quod eſt ſuperſtitioſum.

Quartus terminus eſt (*ſuperſtitiones.*) Pro intelligentia huius termini 10
obſeruandum eſt, ſuperſtitionem in textu non accipi ſtrictè, vt quædam ſpecies ſpecialiſſima ab alijs ſpeciebus diſtincta, ſed vt genus continens ſub ſe omnes alias ſpecies ſuperſtitionis, non ſolùm in textu expreſſas; vt eſt ars magica, & ſortilegium, ſed etiam non expreſſas proprio nomine, vt eſt idolatria, diuinatio, vana obſeruantia, &c. Hinc textus talis eſt ſenſus, nimirùm, artem magicam, quæ eſt ſpecies ſuperſtitionis reſeruamus: ſortilegium quod eſt ſpecies ſuperſtitionis, reſeruamus; & tandem omnes ſpecies ſuperſtitionis reſeruamus: reſeruantur enim omnes modi, quibus ad Dęmonem gratia petendi auxilium, aut conſilium habetur recurſus. Quod quidem elicimus ex identitate, vel maioritate ra- 11
tionis, cum ſint eiuſdem generis: cum enim agatur de animarum ſalute, & de præcauendo peccato, extenſio etiam iuris pęnalis de vno ad alium caſum fieri debet. Ita *Bellochius par. 2. quæſt. 9. num. 9.*

Dices, textum pęnalem, vt ſupra innui, reſtringi debere, non autem extendi. Reſpondetur hanc non eſſe extenſionem, ſed ſimilium ſuperſti-

tionum

tionum incluſionem, cum de vno ad aliud genus non tranſeamus. Sub
nomine itaq; illo (*ſuperſtitiones*) in plurali, de quo textus, inuoluuntur
omnes ſuperſtitiones, tanquam ſpecies ſub genere ſuo. Ita *Quaranta*
in ſum. Bull. verbo, Confeſſio.

Quintus terminus eſt (*exercuerint*.) Notandum eſt, quòd exercere
12 nihil aliud eſt, quàm ex quaſi vſu continuato aliquid facere, ideſt ſępius,
& frequenter illud agere. Hinc colligo ad exercitium requiri frequen-
tiam ſimilium actuum diuerſis temporibus productorum.

Inſuper obſeruandum eſt, quod, & ſi virtute illius termini (*exercue-*
rint) non incidat quis in caſum iſtum pro vnica ſuperſtitione ſemel pa-
13 trata, cum ad exercitium requiratur frequentia, vt dixi, ſimilium actu-
um; incidit tamen ratione illius verbi in textu ſubſequentis, .s. (*vſi ſunt*)
nam dicitur quis vti re, etiam ſi ſemel tantùm illam adhibuerit. Quo fit,
vt ſenſus textus circa illa verba talis eſſe videatur, non ſolum reſeruamus
caſum, cum aliquis exercet artem magicam, ſortilegia, & ſuperſtitio-
nes, illa frequentando, ſed etiam volumus reſeruati caſum, licèt quis in
14 aliqua ſuperſtitionum ſpecie ſemel tantùm ſe inuolutauerit.

Sextus terminus, & ſic obiter eſt etiam expoſitus ſextus terminus, ni-
mirùm, (*vſi ſunt*.)

Septimus, octauus, & nonus terminus inſimul declarabuntur; tùm vt
euitetur prolixitas: tùm quia ſunt ſatis per ſe intellectu faciles, pro quo-
rum breui declaratione exempla de illis me annotaſſe ſufficit.

Qui itaquè vtuntur Sacramentis, vt Sanctiſſima Euchariſtia, vel Sa-
cramentalibus, vt aqua benedicta, aut ſacris rebus, vt Sanctorum reli-
quijs in arte magica, in ſortilegijs, aut in cęteris alijs ſuperſtitionibus,
hoc annodantur caſu.

Decimus terminus eſt, (*ad id fuerint abuſi*) .i. qui adhibuerint Sacra-
menta, vel Sacramentalia, aut res ſacras in ſuperſtitionibus. Verùm
15 pro maiori intelligentia notandum eſt, quòd tunc temporis aliqua re
abutimur, cum illa ad alium finem, quam ad quem ordinata fuerit, vti-
mur; Sacramenta autem, Sacramentalia, & res ſacras ad colendum
Deum tantummodo ordinatas eſſe nouimus, vel immediatè, vt Sacro-
ſancta Euchariſtia, uel mediate, ut aqua benedicta, & Sanctorum reli-
quijs: quandò uerò adhibentur in arte magica, in ſortilegijs, uel in alijs
ſuperſtitionum ſpeciebus, ſunt adhibita in alium finem, .s. in Dęmonis
honorem, qui ut Dei ſcimia quærit in his honorari, tanquam ſi foret
Deus; nam, & ſi Dęmon ob ſuperbiam de Cęlo empyreo iam deiectus
fuerit, non ideò depreſſa eſt illamet eius ſuperbia; ſed potius non deſiſtit
nouas adinuenire artes, quibus ſperet fore, ut in hac uita hominibus præ-
ſit, & ab ipſis honoretur. Quapropter magicarum artium, ſortilegiorũ,
& aliarum ſpecierum ſuperſtitionis fuit adinuentor. Hactenus de pr. ſ.

Quò

Digitized by Google

§. II.

Quò ad ſecundum paragraphum, qui eſt de ſuperſtitionibus implicitè in textu inuolutis, in primis notandum, ſuperſtitionem eſſe duplicem. 16
Altera eſt ratione creaturæ cultæ honore debito Deo. Altera ratione modi indebiti Deum colendi. Prima ſubdiuiditur in idolatriam, diuinationem, uanam obſeruantiam, ſortilegium, magiam, & maleficium. Secunda uerò ſubdiuiditur in duas tantùm ſpecies, nimirum in cultum falſum, & in cultum indebitum. Ita *Lucas Floronus par. 2. caſ. 1.*

17 De qualibet ſpecie harum ſuperſtitionum, ne tendamus per incognita, aliquid prælibandum eſt. Idolatria ita nominatur ab idolo, quod eſt effigies alicuius falſi numinis, quo nomine nunquam per eccleſiaſticos Scriptores appellantur imagines Dei, Sanctorum, aut Angelorum, teſte *Azorio tom. 1. lib. 9. cap. 11. quæſt. 2.*

18 Inſuper obſeruandum eſt, idolatriam duobus ſumi modis, uidelicet propriè, & impropriè: impropriè eſt quodlibet peccatum, cui homo adhæret, quo pacto *Apoſtolus ad Epheſios cap. 5.* teſtatur, auaritiam idolatriam eſſe; & hoc modo non reſeruatur in textu; alioquin omne mortale peccatum, cui homo adhæreret, foret reſeruatum, quod abſurdum eſt. Secundò ſumitur idolatria propriè pro cultu, quo quis honorem Deo debitum attribuit creaturæ; & hoc modo reſeruatur in littera textuali, cum ſit uera ſuperſtitio; ad hanc autem ſuperſtitionem requiruntur duo actus, quorum alter eſt, ut colens creaturam ſciat ſaltem opinatiuè, quòd adoratio ſoli Deo competit. Alter eſt actus externus ordinatus ad ſignificandam opinionem, quam habet, qui falſum Numen colit. Ita *Reginal. lib. 17. num. 147.*

19 Secunda ſpecies eſt diuinatio, quæ eſt rerum occultarum prænunciatio facta Dæmonis auxilio circa ea, quæ humano modo cognoſci nequeunt. Dicitur rerum occultarum, quia non fit recurſus ad Dæmonem pro manifeſtis, ſed pro abſconditis. Dicitur facta auxilio Dæmonis, quia ſola iſta eſt peccaminoſa, ſuperſtitioſa, ac in textu reſeruata. Dicitur circa ea quæ, &c. quia diuinatio, quæ fit per artem, uel per naturalia, non eſt ſuperſtitioſa, nec in textu reſeruata. Obſeruandum eſt autem quòd nonnulli, & maximè *Toletus lib. 4. cap. 15.* reponunt ſortilegia ſub diuinationibus: quidam verò è contra reponunt diuinationes ſub ſortilegijs, quorum ſententiam amplectimur, vt pro poſſe noſtro ſequamur mentem textus, qui videtur reponere diuinationes ſub ſortilegijs, cum nominet explicitè ſortilegia, non autem diuinationes.

20 Tertia ſpecies eſt vana obſeruantia, de qua in primis eſt obſeruandum ipſam differe à diuinatione, quia obſeruantia vana reſpicit opus vani obſeruatoris; diuinatio verò cognitionem diuinatoris; interdum tamen

Zz z contin-

contingit, vanam obſeruantiam conuenire cum diuinatione, .s. quando vana obſeruantia verſatur circa cognitionem futuri euentus: vt ſi quis ex auditione latratus canum tempore nocturno velit hinc colligere aliquid proſperum, vel triſte ſibi euenturum.

Vana obſeruantia eſt ſuperſtitioſa: vtitur enim pro conſecutione rei intentæ medijs inutilibus, quæ .s. nec à natura, nec à Deo virtutem illam habent. Exempli gratia, ſi hortulanus (vt ſępe iam me audiſſe memini) pro expellendis locuſtis, vel alijs nociuis animalibus ab horto ſuo, mitteret illis (non iocosè, ſed ſeriò) biroarium publicum ad citandum illa coram Iudice, niſi quàm primùm ab horto ſuo diſceſſerint, huic inutili medio fidem præſtando.

ADDITIO.

INter *ſuperſtitiones expreſſas numerari debet nedum caſus ab* Auctore Lupo *fictus hoc* num. 20. *de citantibus per publicum nuncium animalia, ſed etiam alius factus in Burgundia, de quo latè* Caſſaneus in primo tomo conſil. ſuorum conſ. pr. num. 7. *vbi refert, certam regionem Ducatus Burgundiæ animalibus, (vt vocat ex* Plinio lib. 27. cap. vlt.) Voluolis *abundare, vitibus, & vineis ſummè infeſtis. Ideo pro illis auertendis, narrat, ſolere incolas per Officialem Curiæ Epiſcopalis Heduenſis intimare illis pręceptum, vt inde faceſſant, cui ſi non pareant excommunicationis, & maledictionis pœna per ſententiam Epiſcopalem plectuntur. Debet, inquam, talis ſolemnitas inter ſuperſtitioſa cenſeri (quid quid conetur defendere idem* Caſſaneus l. c. num. 39. & 80.) *quia irrationale animal non ſubditur, nec ſubdi poteſt cenſuræ Eccleſiaſticæ, quæ afficit animam. Quando autem adiurari dicuntur tempeſtates, Nubes, Sal, & alia, per orationes Eccleſiæ, non eſt propria, & formalis adiuratio, ſed dirigitur vel deprecatio Deo, vel imperium Dęmoni, vt hoſtis ille humani generis, Diuino nutu, compreſſus non noceat per creaturas. Ita peritiſſimus huius doctrinæ conſanguineus meus* P. Candidus Brognol. in ſuo Alexicaco to. 2. diſp. 4. nu. 731. & 732. Gobat in Alphabeto quadruplici caſu 22. ſect. 2. num. 955. Sanchez lib. 2. Moral. cap. 42. Valentia tom. 3. diſp. 6. quæſt. 8. par. 2. Raynaud. in monitorio Eccleſiaſtico Excommunic. to. 14. operum ſuorum cap. 12. num. 2. *vbi refert, & improbat ſimilem ſtilum, ſuperſtitioſum citandi, & ſententiandi cum cenſuris in ſimilia animalia Epiſcopatus Trecenſis, cum* Nauarro lib. 5. Conſil. 51. de ſent. excom. *Quod ſi opponantur ex antiqua Eccleſiaſtica hiſtoria exempla excommunicationum à viris Sanctis pronunciatarum in beſtias, in plantas, in res inanimas, reſpondet idem* P. Raynaud. l.c. *tales dicendas eſſe cenſuras ſimilitudinarias, & veras adiurationes cenſuræ nomine deſcriptas.*

Cauen-

Cauendum eſt autem hic diligenter, quia, & ſi contingat in alijs ſuperſtitionibus vti inutilibus medijs ad effectum intentum; hoc tamen in illis eſt accidentarium; hic autem eſt proprium, & velut ſubſtantiale.

Itidem notandum non ſat eſſe ad vitandam ſuperſtitionem vanæ obſeruantiæ vti medijs naturalibus; ſed vlterius requiri, vt huiuſmodi media naturalia poſſint eſſe efficacia, & ſufficientia ad tales præſtandos effectus; nam, cum res illæ, quibus aliquis vtitur, naturalitèr effectus, ad quos adhibentur, cauſare nequeant, non ſunt adhibendæ tanquam cauſæ efficaces, & ſufficientes; aliàs eſſet ſuperſtitioſum, & vtens illis annodaretur caſu in textu reſeruato: nam hoc pertinet ad pactum initum, vel cum Dęmone, vel cum primis auctoribus talis ſuperſtitionis. 21

Inſuper obſeruandum eſt, quòd cum hæc media, nec à natura, nec à Deo habeant virtutem aliquam, ipſi vanæ obſeruantiæ cultores vtuntur illis medijs, non vt cauſis; quia, vt dictum eſt, nullam vim aliquid cauſandi habent, ſed vtuntur illis, vt ſignis ad ſignificandum pactum initum cum Dęmone, qui ipſis pollicitus eſt, cum vterentur talibus rebus, ſe ſatisfacturum eorum petitioni. Ita ex *Floron. de Caſib. reſer. par. 2. caſ. 10. in 4. ſpecie ſuperſtitionum.* 22

Demum obſerua, quòd vana obſeruantia ſub ſe quatuor continet ſpecies ſuperſtitionum, nempè, artem notoriam: obſeruantiam ſanitatum, obſeruantiam futurorum euentuum, & obſeruantiam Sacrarum Reliquiarum. 23

Ars notoria eſt ſuperſtitio, tùm quia cum iſta ſuperſtitioſus per quaſdam orationes, & ieiunia adhibitis inſpectionibus quarundam figurarum.i. linearum, & prolationibus quorundam verborum ignotorum.i. quæ non intelliguntur expectat ſcientiam abſque labore eſſe ſibi infundendam: quaſi earum linearum inſpectione, & illorum verborum prolatione ſcientiæ, vel artes acquirantur: tùm quia ſimilitèr attenduntur certæ horæ, quaſi virtute aſtrorum illæ acquirantur; tùm præterea quia ſaltem tacitè Dęmon inuocatur, eiq; poteſtas infundendi habitus ſcientiarum attribuitur, quod ſolius Dei eſſe *D. Auguſtinus teſtatur, lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 9.* Vide *Alexan. Alenſ. in 2. par. tract. de Diuinat.* 24

Obſeruantia ſanitatum eſt ſuperſtitio, qua homo ad ſanitatem capeſcendam adhibet quædam vana, & inutilia media, .s. quædam verba, ſigna, cęremonias, vel etiam res naturales, dummodò aliqua media vana, tanquàm neceſſaria, adiungantur, Dęmone ita præcipiente. Exempli gratia, quando quibuſdam vanis precibus aliquos corporis dolores, vel morbos tùm hominum, tùm brutorum curat: itèm ſi quibuſdam characteribus ſcriptis, v g. in charta virginea, tali hora, &c. ſanet dolorem capitis. 25

Obſeruantia futurorum euentuum eſt ſuperſtitio, qua homo ex obſer- 26

Digitized by Google

uatione alicuius euentus impertinentis ad rem conijcit aliquod ſibi, aut alij futurum: vt, ſi Petro egredienti ex templo occurrat canis latrans, & proptèr hunc euentum credat firmitèr negotium, quod tractat, ſibi fore infauſtum.

27 Obſeruantia reliquiarum eſt ſuperſtitio, qua homo deferendo reliquias, orationes, ſeù verba ſacra, vt Euangelium S. Io. credit certò nihil mali, quoquo modo viuat, poſſe ſibi accidere. Itidèm eſt ſuperſtitio, quando non deferret prædicta, niſi eſſent ſituata, vel recluſa in vaſe, ſeù capſa talitèr formata, v. g. in forma triangulari, vel in tali charta ſcripta, &c.

De quarta, & quinta ſpecie ſuperſtitionum, .s. de arte magica, & de ſortilegio nil dicitur in hoc loco, cum ſuperiùs in primo paragrapho de ipſis egerimus, vt ſequeremur ordinem textus; qui, antequàm nominet ſuperſtitiones in generali, ponit priùs duas ſpecies ſuperſtitionis in ſpeciali, .s. artem magicam, & ſortilegia.

28 Sexta ſpecies eſt maleficium, de quo tria breuitèr videnda ſunt. Primò, vnde dicatur. Secundò, quid ſit. Tertiò quotuplex ſit. Quò ad primum, iuxta mentem *Sylueſt. verbo, Maleficium*, dicitur à maleficiando: nam importat malum alicui illatum.

29 Quò ad ſecundum, maleficium eſt ſuperſtitio, per quam maleficus pacto cum Dęmone inito ſuas dirigit actiones iuxta eius præſcriptum, petens ab illo rationem, modoſq; quibus alium in honore, in rebus fortunæ, &c. valeat lædere. Ita colligitur *ex Homob. de Caſib. reſeru. cap. 2. Luc. Floren. p. 2. caſ. 1. §. 4. Bellochio p. 2. qu. 1. num. 40.*

30 Quò ad tertium dico, maleficium eſſe duplex, nempè amatorium, & veneficum. Amatorium dicitur illud, quo malefici vtuntur ad inducendum animum ad inhoneſtum amorem, & ad confirmandum in illo. vel è contra, quo vtuntur ad abducendum à licito. Ita *Bartholomæus Gyptius de Caſib. reſer. cap. 6. num. 12.*

31 Verùm hic maximè attendendum eſt, quòd quamuis Dęmon vel maleficus auxilio Dęmonis per maleficium poſſit incautorum animos accendere in turpes amores ſpeciem rei amatæ illis obijciendo, repræſentandoq; illam amabiliorem; attamen nullam habet virtutem compellendi liberam hominis voluntatem, vt claret ex communi Theologorum placito. Legendus eſt *Azor. p. 2. lib. 9. cap. 26. qu. 1.*

32 Maleficium veneficum eſt illud, per quod in bonis corporis alicui damnum per maleficos auxilio Dęmonis infertur. Vocatur autèm ſic, quia veneficus ad illud conficiendum vtitur veneno. Dices, quomodò differunt maleficium amatorium, & veneficum? Satisfacit quæſito *Bar-*
33 *tholomæus Gyptius loc. cit.* dicens, maleficium veneficum poſſe fieri, licèt maleficiandus ſit omninò inuitus, etiam illius interfectione, vel curſu

aliquot

aliquot dierum, vel etiam quaſi ſubitò; nam inueniuntur venena adeò inficientia, ac valida, vt ſi, vel ſolùm pedibus calcata, fuerint, ferè ſtatìm calcantem occidant. Ratio autèm cur maleficium hoc poſſit in inuitum, eſt, quia veneficus, ſeu Dęmon agit rebus naturalibus in naturalia; at in maleficio amatorio ſecùs eſt; quia cum agatur de libero arbitrio compellendo, quod ſemper eſt liberum *teſte communi Theologorum conſenſu*; ideò non poteſt cogi poculis, vel alio modo. Nec obſtat, quòd maleficus ſæpè numero ab illa ametur, cui ſimile maleficium amatorium præbuit; quia hoc ſolum iuuat ad excitandum animum, non autem ad cogendum. Claret hoc in Sanctа Iuſtina Virg. & Mart., quàm Cyprianus Sanctus, cum adhùc eſſet magus, non valuit cantionibus, nec amatorijs maleficijs ipſam cogere ad eum inhoneſtè amandum. Hactenùs de ſpeciebus ſuperſtitionis ratione creaturæ cultæ honore Deo debito.

Supereſt modò videre ſuperſtitiones, quæ fiunt ratione modi indebiti 34 colendi Deum, & ſunt duæ. Altera eſt cum Deo exhibetur cultus falſus, vt qui Deo modò ſacrificia, veteris legis offerri vellet: nunc enim ſunt falſa, quia tunc ſignificabant futuram mortem Chriſti, quæ nunc non eſt futura. Altera ſpecies eſt, cum Deo exhibetur cultus ſuperfluus, .ſ. qui non ordinatur ad ſpiritum, vel qui additur præter Eccleſiæ conſuetudinem, vt addendo diuino Officio verba, vel cęremonias. Verùm talis ſuperſtitioſa additio non reſeruatur in textu, quia, vt aliàs me dixiſſe recordor, reſeruatio non eſt (regularitèr loquendo) niſi mortalium; hæc autèm ſuperſtitioſa additio non eſt niſi veniale peccatum; niſi fieret ex contemptu. Videto *Gambarup. caſ.* 10. *n.* 5. *poſt Caiet.* 22. *quæſt.* 92. *artic.* 1.

Itidem debent excuſari à mortali, & à reſeruatione conſequentèr ſimplices, qui apud ſe portant orationes, vt Pater noſter, vel Pſalmum aliquem, vel Euangelium cum characteribus, vel nominibus ignotis, aùt cum aliqua ſuperſtitioſa obſeruantia, ſuppoſito tamèn quòd hucuſq; nondùm fuerint inſtructi, *Alexander de Arioſt. ſuper primum præceptum, Vnum cole Deum*, *Tolet. lib.* 4. *cap.* 14. qui in hæc verba loquitur, cum 35 homo neſcit ibi inuocari Dęmonem, veniale eſt, donec ab aliquo admoneatur, vel per ſe cognoſcat: portare verò talia ſine characteribus ignotis, vel alijs ſuperſtitioſis obſeruantijs, licitum eſt, *26. qu. 2.*

Item debent excuſari à mortali, & proindè à reſeruatione, qui mittendo ſortes expectant euentus à fortuna.

Idem dicitur de illo, qui ex conſideratione lineamentorum manus alicuius diuinat eius naturalem inclinationem. *Bonac. de Legib. diſp.* 3. *qu.* 5. *pun.* 3. *num.* 11. *Clauis Regia lib.* 4. *cap.* 5.

Idem dicitur de ijs, qui ob ſufficientem ſimplicitatem adorant imaginem,

Digitized by Google

nem, non referendo intentionem ad prototypum, ſeù repreſentatum, .s. Deum, &c. Idem demùm de ſimilibus. *Clauis Regia lib. 4. cap. 7. n. 3.*

§. III.

36 Quò ad tertium paragraphum aſſignantur ſuperſtitiones, in quibus expreſsè, & in quibus tacitè inuocatur Dęmon. Sciendum eſt inuocationem Dęmonis duplicem eſſe, nempè expreſſam, & tacitam. Expreſſa fit, quando inuocatur Dęmon apertè, vel fit aliquid, quod creditur opera ipſius Demonis perfici debere. Tacita autèm inuocatio Dęmonis fit, quotiès, quis nititur per cauſas, quæ nec propria virtute, .s. naturali, nec diuina, aùt eccleſiaſtica auctoritate poſſunt illud efficere: vel quando huiuſmodi cauſæ, tanquàm ſi eſſent neceſſariæ, iunguntur alijs, quæ poſſent talem effectum producere. Ita *Gambarupta de Caſib. reſeru. caſ.* 10. *num.* 7. *poſt Nauar. in Manuali, cap.* 11. *num.* 25.

37 Nunc deueniendo immediatè ad propoſitum, ſuperſtitiones, in quibus expreſsè Dęmon inuocatur, ſunt quatuor, quas viderim ipſe, .s. diuinatio per ſomnia, diuinatio per phytones, diuinatio per figuras apparentes in rebus inanimatis, & diuinatio per apparitionem mortuorum.

Prima, diuinatio per ſomnium fit mediante phantaſiæ motu à Dęmone cauſato ſic repreſentante, ſeù reuelante per ſomnium.

Secunda, diuinatio per phytones, fit per homines arreptitios à Dæmone oppreſſos; & quamuis dempta omni prece, & omni ſocietatis pacto liceat Exorciſtis, maximè, ſi ſint viri magnæ bonitatis, & Sacerdotes, vt vult Synodus citata, ipſos interrogare de futuris ad aliquorum ſpiritualem vtilitatem; ab alijs tamèn nullo modo abſque peccato fieri poteſt, cum ipſe Dæmon, nè dum ſit mendax, ſed pater mendacij; nec conſueuerit dicere veritatem, niſi ad aliquem decipiendum, vel diffamandum.

Tertia, diuinatio per figuras; vel ſigna apparentia in rebus inanimatis variat nomen, ſecundum quod figuræ, vel ſigna in diuerſis creaturis apparent.

Si figuræ, vel ſigna apparent in corpore terreſtri, vt in ſtatua, lapide, ligno, &c. dicitur geomantia.

Si appareant in aqua dicitur hydromantia.

Si in aere appareant dicitur aeromantia.

Si in igne pyromantia.

Si appareant in viſceribus animalium immolatorum in aris Dęmonum dicitur aruſpicium.

Quarta, diuinatio per apparitionem, uel locutionem mortuorum, ut quando Dęmon aſſumpto corpore humano apparet alicui, illi diuinando, ſeù

do, ſeù reuelando aliquid, dicitur nycromantia.

Hactenùs de ſuperſtitionibus primi generis, in quibus explicitè inuocatur Demon.

De ſuperſtitionibus ſecundi generis, in quibus tacitè inuocatur Dæmon, quæ ſunt in numero ſex.

SVperſtitiones, in quibus fit inuocatio Demonis tacita, ſunt ſequen- 38
tes, aſtrologia, augurium, auſpicium, omen, chyromantia, ſpatulamantia.

Prima eſt aſtrologia, quæ duplex eſt, .s. naturalis, & iudiciaria. Naturalis non eſt peccaminoſa, quia naturalitèr, & abſquè Demonis auxilio acquiritur. Cæterùm iudiciaria eſt peccaminoſa, tùm quia in ipſa tacitè ſaltèm auxilium Demonis imploratur: tùm quia Iure Pontificio damnata eſt, uti claret *ex 26. qu. 2. cap. Sed, & illud, & queſt. 3. cap. Igitur, & quæſt. 5. cap. Non liceat, eadem cauſa, & ex Bulla Sixti v. Incipiente, Cæli, & Terra.* tùm quia contendit præſcire futuros euentus dependentes à facultate liberi arbitrij. *Nal. verbo, Aſtrologus.*

Secunda eſt augurium. Dicitur autèm à garritu auium, & eſt duplex, .s. naturale, & ſortilegium, ſeù pertinens ad diuinationem. Naturale eſt, quandò diuinatio futurorum deducitur ex uoce, ſeù cantu illorum animalium, quæ ualent inſtinctu naturali ex ſe prænunciare talia futura, ut ſi diuinarem futuram pluuiam ex uoce corui: & iſtud augurium non eſt ſuperſtitioſum, nec in textu damnatum. Cæterum augurium ſortilegum eſt, quando diuinatio deducitur ex uoce, uel cantu animalium, quæ ſuaptè natura non prænunciant talia futura, & de iſto textus intelligendus eſt.

Tertia eſt auſpicium, & fit primariò per conſiderationem motus, ſeù uolatus auium: ſecundariò per motum quorumcunque animalium, ex eorum motu; uel uolatu deducendo adhæſiuè cognitionem alicuius occulti futuri; ut ſi filius, infirmo patre ſuo, uidens accipitrem eius tendere ad uallem uerſus, deducat ex hoc certudinalitèr animam illius ad infernum deſcenſuram.

Quarta eſt omen, & fit per conſiderationem uerborum, aùt factorum hominis abſque intentione, uel ſaltèm abſque tali intentione, ſed caſu prolatorum, aùt geſtorum. V. g. legitur de quodam apud *Valerium Maximum lib.* 4. qui, cum eſſet commiſſurus bellum cum Rege Perſeo, accidit ei, ut filiam ſuam ſibi occurentem oſcularetur, quam uidens mæſtitia affectam, de mæſtitiæ cauſa ipſam interrogauit, ipſique reſpondens ait, Perſeum perijſſe (loquendo de catulo, qui uocabatur Perſeo) & ipſe ab hoc reſponſo, tanquam certæ uictoriæ reportandæ de Rege

Perſa,

Digitized by Google

Perſeo, omen accepit. Ita *Finellius caſ. 2. de Sortilegijs*.

Quinta eſt chyromantia, quæ fit per conſiderationem lineamentorum manus, & ita uocatur à chyros, .i. manus, & mantia, .i. diuinatio. Exempli gratia, cum ex figuris, & lineamentis manuum inquiritur notitia futurorum dependentium à uoluntate uel à gratia Dei, quòd profectò ſuperſtitioſum eſt, ac mortiferum peccatum: uerùm ſi fieret tantùm, ut plerunquè fieri ſolet, ex curioſitate, uel ad indagandam naturalem inclinationem, non foret ſuperſtitioſum, nec mortale; ſicut nec eſt ſuperſtitioſa, nec peccaminoſa aſtrologia naturalis, qua præuidentur futuræ pluuiæ, ſiccitates, & ſimilia: eſt tamen ſicut chyromantia parùm certa, cum aſtrologi magna cum difficultate noſſe ualeant Cęli punctum, in quo natiuitas huius, uel alterius contingit; difficilis, inquam, & nimis incerta eſt reſpectu illius partis, qua ex ſitu Cęli tempore natiuitatis hominis fatentur prænoſcere eius futuras inclinationes. Profiteor circa hanc duplicem facultatem in annis iuuenilibus ſatis, ſuperq; ſtuduiſſe, & ſolummodò tempus contriuiſſe, quod utinam non eſſet, & orationibus, meditationibuſquè, præcipuè paſſionis pijſſimi Ieſu uacaſſem. Vide *Nauar. in Manual. cap. 11. num. 3. Rodriquez in ſum. par. 1. cap. 7. nu. 1. Clauem Regiam lib. 1. cap. 5. num. 13.*

Sexta demùm eſt ſpatulamantia, quæ fit per conſiderationem ſignorum apparentium in ſpatula alicuius animalis; ut ſi diuinatem, Petrum fore percutiendum, quia uidi in ſpatula equi illius uulnus. Hucuſquè de ſuperſtitionibus, in quibus interuenit tacita Dæmonis inuocatio, ut patet ex fundamentis; cum huiuſmodi ſigna, ex quibus deducuntur tales cognitiones, nec ex ſua natura, nec à Deo, nec ab Eccleſia talem habeant uirtutem.

Verùm unum ſupereſt obſeruandum, .ſ. quòd ſicut dantur ſuperſtitio-
39 nes, in quibus expreſsè inuocatur Dęmon, & in quibus tantùm tacitè; ita etiam dantur ſuperſtitiones, in quibus interdùm intercedit inuocatio Dęmonis expreſſa, & interdùm tacita, ut in arte magica, in ſortilegijs, &c. & item datur genus ſuperſtitionum, in quibus nec tacitè, nec expreſsè inuocatur Dęmon, uti ſunt illæ, in quibus ſuperfluus cultus impertitur Deo, uerbi gratia multiplicando alleluia, quando non eſt multiplicandum.

§. IV.

40 Quò ad paragraphum quartum aſſignatur regula generalis pro doctis, ex qua ſimul cum iactis fundamentis in primo paragrapho ſatis ipſis apparet, qui in caſum hunc ruant, qui uerò non.

RE-

Digitized by Google

REGVLA.

Ad incurrendum caſum hunc requiruntur quinquè copulatiuè.

Primum, quòd ſuperſtitio ſit peccatum mortale.

Secundum, quòd ſit actualis.

Tertium, quò ſit actiua.

Quartum, quod ſit exterior.

Quintum, quod ſit formalis. Patetq; regula ex fundamentis in primo §. poſitis.

Pro minùs doctis practicatur regula ſimul cum fundamentis, & in primis eliciuntur, qui nõ incidant in caſum.

ADDITIO.

A*Ntequam ſecernantur Incidentes, & non incidentes in caſum hunc* duodecimum *neceſſariò prænotari debet diſtinctio, vt Confeſſarij cognoſcant quando nam magicæ artis, ſuperſtitionum, ſortilegiorum, & ſimilium vſus ſit caſus Epiſcopo reſeruatus, vel quando pertineat ad S. Officium Inquiſitionis, & ideò quando ſuperet quamcumque iuriſdictionem ab Epiſcopo delegabilem in caſibus, & cenſuris reſeruatis.*

Eſt igitur generalis diſtinctio hac. Aut in exercitio nefario ſuperſtitionum, ſortilegiorum, magiæ, & ſimilium interuenit hæreſis formalis, aut non.

Si in exercitio, vel vſu teterrimo ſimilium immixta ſit hæreſis, vt ſi magus non ſolum adoret Dæmonem cultu externo, ſed etiam internè cum errore pertinaci intellectus credat eſſe adorandum, & verum cultum illi deberi; vel ſi rem inanimatam baptizet credens pertinaciter, virtute dæmonis capacem eſſe poſſe ſacri lauacri; vel firmiter exiſtimet ſibi poſſe à Dęmone paradiſum poſt mortem concedi; aut alia huius generis contra veritatem Catholicam, aut articulos fidei, quibus cognoſcat ſe pertinaciter interna credulitate contraire, talis, vtpotè hęreticus, internè, & externè innodabitur ipſofacto excommunicatione generali Papæ ſoli reſeruata in Bulla Cœnæ Domini; ideoque nullam circa talem miſerandum pęnitentem iuriſdictionem habebit qualiſcunque Confeſſarius ab Epiſcopo delegatus, etiam ad omnes caſus, & cenſuras reſeruatas, vt diximus in caſu ſimili in addit. ad caſum vndecimum num. 33. *& expreſsè docent.* Nauarus in man. cap. 11. nu. 27. Suarez tom. 1. de relig. lib. 2. de ſuperſt. cap. 6. num. 20. Mazuchellus diſp. 2. cap. 10. nu. 21. quæſt. 3. Sanchez lib. 2. moral. cap. 7. nu. 20. Carena de off. S. Inquiſit. p. 2. tit. 12. §. 10. num. 56. *Et Reus atrocis huius delicti*

Digitized by Google

cum errore intellectus contumaci debet dirigi ad abſolutionem petendam, & impetrandam iudicialiter, cognita cauſa coram Notario, & teſtibus à Reuerẽdiſsimis P.P. Inquiſitoribus contra hæreticã prauitatem, à quibus nequit beneficium abſolutionis recipere pro ſolo conſcientiæ, vel pœnitentiæ foro, ſed tantum, vt præmittitur, iudicialiter, cauſa cognita, vti notauimus ſupra in addit. ad numerum 33. caſus vndecimi, *& cum allegatis doctè reſoluit* P. Raimundus Nidus in Lucerna Confeſſariorum abſoluentium ab hæreſi pag. 81. & 82. ſect. 2. diſcept. 2. *Et ita explicari debet* additio, *de mandato* Reuerendiſs. P. Nicolai Ricardij Magiſtri Sacr. Pal. Apoſtolici *impreſſa in præſentis operis prima editione ad finem* num. 52. huius caſus duodecimi, *qua voluit innuere, magicis experimentis, ſuperſtitionibus, & alijs huiuſmodi vtentes non poſſe abſolui ab vllo Confeſſario, etiam habente iuriſdictionem in cenſuras, & caſus reſeruatos pro foro pœnitentiali, quando pœnitens habuit pertinacem errorem intellectus contra fidei articulos, & Catholicam veritatem.*

Si verò inquinatus viliſſimo vſu magicarum artium, ſuperſtitionum, ſortilegiorum, & cæt. fuit ſine errore, & hæreſi intellectus, vt quando internè non credidit deberi cultum Dæmoni, quem præſtabat, nec poſſe ab illo æterna præmia concedi, nec res inanimatas capaces eſſe baptiſmi, ſed tantum perfecit ea omnia, vt obediret Dæmoni, cui ſe mancipauerat ſperans ab illo nequiſſimo nebulone impetrare dona, voluptates, cognitiones, quas optabat non innodatur pœnis contra hæreticos latis, nec cenſura Bullæ Cœnæ, ſed in foro externo venit denunciandus, & puniendus grauiſſimè in tribunali Sanctiſſimæ Inquiſitionis; Et in foro interno ſubditur facultati Epiſcopali, quæ magias, ſortilegia, ſuperſtitiones, & cæt. ſine hæreſi, & errore intellectus reſeruat in hoc caſu duodecimo; *nec poterit abſolui, niſi ab Epiſcopo, aut Confeſſario, cui delegata fuerit iuriſdictio in caſibus reſeruatis.* Mazuchel, quæſt, 3. de reſeruat. cap. x. nu. 21. & n. 133. difficult. 1. quæſt. vltimæ. Nauar. cap. 11. in manuali nu. 27. *Latiſſimè* Quadrius de reſeruat. Comen. nu. 288. & concluſ. 18. diſput. 3. nu. 459. & 460. *faciunt tradita per* Pennam in Direct. Inquiſit. p. 2. comment. 68. Scacciam de iudicijs lib. 1. cap. 12. n. 39. Grillandum de ſortilegijs cap. 10. Bellochium in Theologia morali p. 2. quæſt. 9. nu. 54. Farinacium de hæreſi quæſt. 181. nu. 82. & Nald. verbo Maleficium nu. 7.

Hæc erant ex neceſſitate præmittenda, vt conſtet quinam ex ſortilegis ſuperſtitioſis, & magis ſubdantur reſeruationi Epiſcopali, quo ad forum pœnitentiæ; & quinã ſuperent iuriſdictionẽ ordinariam, & ideo non ſubijciantur reſeruationibus Epiſcoporũ, ſed cenſuræ Pontificiæ in hæreticos latæ per Bullã Cœnæ Domini.

Modo inoffenſo pede legi poſſunt, quæ ſequũtur, vt innoteſcat quinam incurrant, vel non incidant in Caſum Duodecimum *noſtræ tabellæ.*

§. V. NON

§. V.

NON INCIDENTES.

Ex defectu primæ conditionis regulæ, .s. (*quòd ſuperſtitio ſit mortale* 41
peccatum) ſequitur primò illum non incidere, qui vtitur arte magica naturali, aut artificiali.

Secundò ſequitur, illum non incidere, qui vtitur ſortilegio diuiſorio, aùt conſultorio, ſeruatis conditionibus, quas ferunt Doctores, verbo, Sors, & verbo, Sortilegium. *Auguſtini eſt doctrina, Epiſtola* 180. *& Alexandri de Aleſ. 2. par. quaeſt.* 185.

Tertiò, ſequitur illum non incidere, qui mittendo ſortes, expectat euentus à fortuna, ſuppoſito, quòd ſit ſolum vitium vanitatis.

Quartò, ſequitur nec illum incidere, qui ob ſolam curioſitatem recurrit ad obſeſſos à Dæmone, aliquid curioſum poſtulando, dempta omni circunſtantia mortale peccatum conſtituente.

Quintò, idem infertur de illo, qui exercet aſtrologiam naturalem, vel augurium naturale, diuinando per conſiderationem vocis, vel motus alicuius animalis illud, quod tale animal prænunciare conſueuit, vt cum cornicula crocitat diuinando pluuiam citò futuram: & ex eo quòd videt hyrundines volitantes iuxta aquas, & quaſi eaſdem attingentes, illud idem diuinando. Faciunt adducta per *Angelicum Doctorem 2. 2. quaeſt. 95. art. 6.*

Sexto, hoc idem dicitur de illo, qui ex conſideratione lineamentorum manus alicuius, diuinat eius inclinationem naturalem. *Clauis Regia lib. 4. cap. 5.*

Septimò, idem de homine omnino rudi, qui adorauit pictam imaginem Dei, vel alicuius Sancti, non referens intentionem ad prothotypon .s. ad repreſentatum, (ſupponitur hìc, ſimplicitatem tantam eſſe, vt etiam à mortali peccato excuſet.)

Octauo, idem tandem dicitur de illo, qui obſeruat ſomnia, quæ procedunt ex reuelatione diuina, ſi omninò nouit illa à Deo eſſe: vel ex cauſa naturali intrinſeca, vel extrinſeca. Faciunt adducta per *Peregrinum in Lucerna, verbo Somnia, referentem D. Thom. 2.2. quaeſt. 95. art. 6. in corpore*. Omnium prædictarum conſequentiarum vnicam affero rationem caſui intrinſecam, nimirùm quia nulla ſupradictarum ſuperſtitionum eſt peccatum mortale, vt ſuppono.

Nono, ex defectu ſecundæ conditionis regulæ, .s. (*quòd ſuperſtitio* 42
ſit actualis, ſequitur illum non incidere, qui libros artis magicæ, ſortilegiorum, cæterarumq; ſuperſtitionum apud ſe retinet, ſed nulla iſtarum ſuperſtitionum vſus eſt. Ratio eſt, tùm quia textus non militat contra hu-

Digitized by Google

huiuſmodi libros retinentes, ſed contra exercentes, aùt vtentes ſuperſtitione aliqua: tùm quia Caſuum reſeruationẽ, cum habeat quandam rationem pęnæ, quæ eſt odioſa, reſtringi potiùs, quàm ampliari oportet. Quapropter in hac reſeruationis materia non ſpectatur paritas rationis, nec valet argumentum à ſimili, ab æquipollenti, à maiori &c. non enim ſequitur legens librum hæreticum eſt excommunicatus; ergò & audiens Concionantem hæreticum; licèt hoc ſit illo periculoſius: reſeruatio .n. magis pendet ex voluntate legiſlatoris, quàm ex ratione ipſius reſeruantis. Ita *Nal. verb. Caſus, nu. 3.* Verùm, quamùis retinens huiuſmodi libros hoc caſu non annodetur; tamen non debet abſolui, niſi promittat ſe ſeruaturum Edictum Sanctæ Inquiſitionis circa delationem librorum ad S. Tribunal, re ipſa illos deferendo.

Decimo, ſequitur illum non incidere, qui attribuit alicui orationi, vel pſalmo aliquam virtutem. Exemp. grat. credendo, vt qui illam, vel illum portat apud ſe, non poſſit perire mala morte; vel quod per talem orationem, vel pſalmum temporale, vel corporale beneficium omninò conſequetur. Ratio eſt, quia textus non inſurgit contra credentes talia, ſed contra vtentes, vel exercentes ſimilia; ideò ſi oratione, vel pſalmo tali ſuperſtitione non eſt vſus, non incidit in caſum.

Vndecimò, idem infertur de procurante, vt alteri fiant maleficia; ſi tantùm illa procurauit, ijs minimè vtendo. Idem ſimilitèr de illo, qui procurauit talia addiſcere. Attendat hìc Confeſſarius, an qui talia procurauit, vel addiſcere voluit, habuerit recurſum ad magos, quia ſic remaneret ligatus excommunicatione, vt habetur *26. quæſt. 5. cap. Si quis, il primo*. Verùm iſta excommunicatio nulli reſeruatur. Legendus eſt *Toletus lib. 4. cap. 14. num. 11. circa finem. Azor. loco infra citando.*

ADDITIO.

V*Ide infra in additione ad num. 52. §.* VIII. pag. 561. huius caſus duodecimi, *vbi notabimus Cenſuram canonis* ſiquis Ariolos 26. quæſt. 5. *Eſſe tantum comminatoriam, non latæ ſententiæ, de qua lege etiam* Mazuchellum de reſeruatis difficult. prima quæſt. octauæ diſput. 2. capite vndecimo nu. 134. & 135.

Duodecimo, idem de mandante, de conſentiente, de permittente, de conſulente. Ratio harum appendicum eſt, tùm quia nullus prædictorum egit prohibita in textu; cum non interceſſerit actualis vſus: tùm quia textus nullam facit mentionem de ſupradictis. Reſeruatio autem non comprehendit procurantes, mandantes, conſulentes, conſentientes,

per-

permittentes, nec ſimiles, niſi exprimantur; caſus enim fictus non comprehenditur ſub caſu reſeruato, licèt autem prædictæ perſonæ coram Deo verè delinquant; humano tamen more loquendo dicuntur fictè delinquere, ſecundum quod notat *Euerardus in Topica legali, in loco ab æquipollenti:* quapropter videmus, quòd cenſuræ Pontificiæ etiam latæ in Bulla Cœnæ, non facientes expreſſam mentionem mandantis, conſulentis, & ſimilium, non comprendunt illos, *Naldus verbo, Caſus num. 3.* veniunt tamen iſti grauitèr puniendi in S. Officio.

Decimotertio, idem etiam infertur de illo, qui alium inſtruit de modo vtendi aliqua ſuperſtitione, quia à diuerſis non fit illatio; at diuerſum eſt exercere: ſeù vti ſuperſtitionibus in damnum proximi & illas docere: ſicut eſt aliud docere modum gladiandi, ſeù bellandi, & aliud gladiatio, ſeù bellicatio; ideò non incidit, qui ſuperſtitionem non exercet, nec ea vtitur; peccat tamen vterq; grauiſſimè, & cenſeo denunciandum eſſe vtrumq; ſanctæ Fidei Cenſoribus, qui contra ipſos procedere poſſunt. Vide *Azor. par. 1. lib. 9. cap. 29. quæſito* 4.

Decimoquarto, ex defectu tertiæ conditionis regulæ, .s. (*quòd ſuperſtitio ſit actiua*) ſequitur, illum non incidere, qui cum poſſet ſe liberare à 43 maleficio ſuæ amaſiæ, voluntariè permiſit contra ſe fieri, vt ab illius amore non poſſet diſiungi. Ratio eſt, quia textus cantat contra agentes, .i. contra vtentes ſuperſtitionibus, vel exercentes; non autem contra patientes, aùt permittentes contra ſe fieri talia.

Decimoquinto, ex defectu quartæ conditionis regulæ, .s. (*quòd ſuperſtitio ſit exterior*) ſequitur, illum non incidere, qui, & ſi deliberauerit vti magicis artibus, ſortilegijs, alijſq; ſuperſtitionibus; nunquam 44 tamen illis vſus eſt. Ratio eſt, quia non reſeruatur interior, ſeù mentalis ſuperſtitio: ſed exterior, non reſeruatur (inquam) propoſitum, ſed factum, vti etiam ſeruatur regularitèr in alijs caſibus: propoſitum enim in mente retentum nihil operatur, *L. Si repetendi, C. de Condit. ob cauſam.*

Decimoſexto, ſequitur, illum non incidere, qui tantùm animo, abſq; verbo, vel facto inuocauit Dæmonem, vt ſibi in re aliqua auxilium, conſilium, aut obſequium præſtaret. Ratio eſt, quia caſuum reſeruatio ſit tantum de peccato externo, & quod de ſe abſq; reſpectu malitiæ internæ pertingit ad mortalem culpam. Faciunt adducta per *Nald. verbo, Caſus num. 4. Henriquez de Penitentia lib. 3. cap. 14. num. 6.* peccauit tamen mortalitèr ex *communi Doctorum placito, & præcipuè ex Seraphico Doctore in 2. diſt. 7. & ex Alexand. de Arioſtis in Summa præcep. 1. pag. 1.*

Decimoſeptimo, ex defectu quintæ conditionis regulæ, .s. (*quòd ſuperſtitio ſit formalis*) ſequitur, illum non incidere, qui præ cæteris diligit 45 nummos; quamùis S. Auguſt. dicat illud coli, quod præ cæteris diligitur, & Apoſtolus appellet auaritiam Idolorum cultum.

De-

Decimoctauo idem infertur de illo, qui pro creaturis facit, quod pro Deo non ageret, licèt occaſio tale quid exigeret: peccat tamen mortaliter, vt communitèr aſſerunt *Theologi*, *maximè Scotus*, *& Franciſcus de Mayrone in 1. diſt. q. 1.*

Decimonono, idem inferendum eſt de illo, qui vtitur fruendis, vt potè facit, qui ex hoc ſolùm Deum amat, quia dat ei bona; vel è contra fruitur vtendis, quamuis (teſte *S. Auguſtino lib. 83. qq. quæ. 6.*) ſit ſumma peruerſitas, & (teſte *S. Hieronymo*) quod quiſq; plus veneratur, & amat, hoc illi Deus eſt. Ratio harum trium vltimarum conſequentiarum eſt; quia huiuſmodi adoratio, inordinatus cultus, & peruerſitas non ſunt formales ſuperſtitiones, vt ſuppono.

ADDITIO.

Vigeſimo ſequitur, non incidere, qui peccant tantum venialiter in vſu ſuperſtitionum, aut vanæ obſeruantiæ, vti ſunt, qui aſſidentes conuiuio cum alijs duodecim conuiuis, & rati, quod ſicut ex tredecim celebrantibus vltimam cœnam in Bethania vnus videlicet Saluator noſter paulo poſt crucifixus fuit, ita etiam morituri ſint, vel ipſi, vel vnus ex recumbentibus intra vnius anni curriculum, ſtatim diſcedunt è menſa donec vel numerum decimũ tertium, alijs aduocatis, augeant, vel minuant, aliquibus remotis.

Item, qui exeuntes è domo ſi fortè pedem offendant in limine futura mala ſuſpicantur.

Vel, qui ex fremitu lignorum igne admoto crepitantium, die ſequenti dona credunt ab amicis mitenda.

Aut qui, ex diſperſione Salis, aut Vini in menſa, triſte ſiue lætum omen deriuant.

Siue ſi domo egreſſis Virgo occurat putant, dicũ illam ſibi futuram ſterilem, ſi vero meretrix fœcundam.

Hic addi poſſunt, Obſeruantiæ puellarum in nocte Sancti Io. Baptiſtæ orantium, & arrectis auribus attendentium, ex eo quod credãt nomen, quod audiuerint ex forte tranſeuntibus futurum nomen ipſarum mariti.

Superſtitiones Ludentium, qui mutato loco, vel aleis malã fortunam mutare credunt, & aliæ huiusmodi, quarũ Catalogum curiosè indicat P. Georgius Gobat in ſuo nouiſſimo Alphabeto Quadruplici tract. vltimo à nn. 898. vſque ad finem libri.

Omnes iſtæ hic enumeratæ ſuperſtitioſæ, & vaniſſimæ obſeruantiæ, vt plurimum veniales ſunt, ſi tamen aliquis vilibus his indicijs adeo moueatur, vt illis omnino pertinaciter, & certa credulitate adhæreat mortaliter peccabit, & reus erit reſeruationis. Ita P. Gobat l.c. nu. 999. pag. mihi 724. Tamburrinus in Decalogum lib. 2. cap. 6. §. 1. num. 27. & 36. & 76.

Leſ-

Leſſius lib. 2. cap. 43. dub. 10. nu. 65. Sanchez. lib. 2. in ſumma cap. 40. à num. 14. vſque ad 21. Mendo in epitome verbo Augurium.

§. VI.

INCIDENTES.

Ex regula generali, cognitis, qui non incidant, facillimè poſſumus cognoſcere, qui incidant: nam oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, teſte Philoſopho. 46 Incidunt itaq; (generalitèr loquendo) omnes, qui aliquam committunt ſuperſtitionem circunſtantiatā ſingulis conditionibus, de quibus extat regula generalis, ſiuè in executione ſuperſtitionis immiſceantur Sacramenta, ſiuè ſacramentalia, ſiuè res ſacræ, ſiuè etiam non immiſceantur. Prædictæ autem conditiones regulæ ſupponentur inſimul adeſſe in omni ſequela: nam totum copulatum deſtruitur ex dextructione cuiuslibet partis.

In ſpecie autem loquendo, primò ſequitur, illum incidere, qui vtitur arte magica diabolica.

Secundò, ſequitur illum incidere qui vtitur ſortilegijs diuinatorijs.

Tertiò, ſequitur illum incidere, qui actu externo honorem ſoli Deo debitum, .ſ. latriam impertit Dæmoni, quamùis cognoſcat, & credat, quod ſoli Deo debetur. Dicitur, quamùis credat, quòd ſoli Deo debetur; quia ſi quis crederet, quòd honor latriæ deberetur creaturæ, & ſic credendo illam adoraret, incideret in caſum in Bulla Cœnæ reſeruatum; cum talis latria creaturæ exhibita ſit coniuncta cum hæreſi formali; Cruci tamen eſt exhibendus honor latriæ, quamùis ſit creatura; quia refertur ad prothotypum .i. ad Christum, qui eſt Deus. Ita *Alexander de Ales in 3. par. in expoſitione primi præcepti, & Alexander de Arioſtis in Summa item in Expoſitione primi præcepti.*

Quarto, ſequitur illum incidere, qui vtitur diuinatione facta auxilio Dæmonis, diuinando occulta, quæ humano modo conoſci non poſſunt.

Quintò, ſequitur illum incidere, qui vtitur vanā obſeruantia adhibendo ad finem conſequendum media inutilia, quæ nec à natura, nec à Deo virtutem habent pro fine conſequendo.

Sextò, idem infertur de illis, qui vtuntur arte notoria, vel obſeruantia ſanitatum, aùt obſeruantia futurorum euentuum, ſeù obſeruantia ſacrarum Reliquiarum.

Septimò, idem inferendum eſt de illis, qui vtuntur maleficijs, ſiuè amatorijs, ſiuè veneficis. Et ratio iſtarum ſequelarum eſt, tùm quia concurrunt ſingulæ conditiones regulæ generalis, vt ſuppono: tùm quia

in

in iſtis ſemper tacitè, vel expreſsè inuocatur Dæmon. Idem inferendum eſt de alijs ſimilibus ſuperſtitionibus, quas conſultò omitto ad ſequendam breuitatem, qua gaudent moderni.

ADDITIO.

A*Duertant Confeſſarij in hoc* caſu duodecimo, *non procedere doctrinas propoſitas in commentarijs ad caſum inceſtus, Homicidij, Sodomiæ, & ſimilium, ſcilicet non incurri reſeruationem niſi effectu conſumato, & ſequuto; In hac enim reſeruatione Superſtitionum, Magicarum artium, Sortilegiorum, &c. ſufficit, pro incidendo in caſum reſeruatum, ſuperſtitiones ipſas ex parte operantis, vel abutentis conſumari, & ad praxim deduci, licet non ſequatur effectus petitus, & expectatus à Dæmone, ideoque licet puella non inflammetur impuro affectu, licet puerulus non ligetur maleficio, licet non inueniatur occultus raptor rei amiſſæ, tamen ſemper ſuperſtitioſus, & ſortilegus erit abſoluendus à ſolis habentibus iuriſdictionem pro caſibus tabellæ, quia iam ſuperſtitio quo ad ſubſtantiam exijt in actum, licet pater mendacij noluerit, vel non potuerit obtemperare pacto tacito, vel expreſſo. Sic* Capeauillà, Belloch. *& alij communiter, cum* Mazuchello diſp. 2. cap. x. quæſt. 7. nu. 125. difficult. 3. *& patet ex verbis tabellæ, quæ vſum non effectum requirit ſuperſtitionum.*

§. VII.

ANNOTATIO I.

47 Quamuis vtens medijs vanis aſſerat, ſe nolle Demonem inuocare, & expreſsè in mente ſua intendat non inuocare; nihilominùs, dum ſeriò vtitur talibus, dicitur tacitè inuocare: nam hæc media, cum ſint vana, non ſunt ex ſe ſufficientia ad finem intentum. Exemp. gratia, ad inducendam talem cognitionem, niſi cum aliquo auxilio Dæmonis, & conſequenter cum tacita Dæmonis inuocatione, vt iure optimo affirmat *Leſſius, lib. 2. cap. 3. dub.* 8. *num.* 51.

ANNOTATIO II.

48 Incidit in caſum, qui ob ſciendam aliquam rem occultam ad Dæmonem recurrit tacitè, vel expreſsè; quamùis res, quam vellet ſcire, ſit parui momenti. Et ratio eſt, quia non datur paruitas materiæ in diuinatione facta auxilio Dæmonis, quæ à mortali excuſet ſi diuinatio ſeriò fiat. Ita *Bonac. de Legib. diſp.* 3. *q.* 5. *punc.* 3. *Reginal. lib.* 17. *nu.* 170.

AN-

ANNOTATIO III.

Incidit etiam, qui maleficium deſtruit maleficio, in quo eſt ſaltem
tacita Dæmonis inuocatio. Ratio eſt, quia ſecundum maleficium eſt 49
ſuperſtitioſum, & dæmoniacum, ſicut primum: nec fas eſt ad expellendam maleficam infirmitatem ad Deum Accaron recurrere, quaſi non ſit Deus in Iſrael. Ita *Alexand. de Ales in tractatu de Diuinatione part. 2. D. Bonauentura in 4. diſt. 34. art. 2. quæſt. 2.*

ANNOTATIO IV.

Cenſeo probabilitèr, illum incidere, qui obſeruat dies Ægyptiacos.
Exempl. grat. de non exeundo domo tali die, vel diebus credens certi- 50
tudinaliter, quòd ſi exierit nihil fauſtum, .i. proſperum ei eueniet, ſed omnia infauſta, & aduerſa; quamùis negotia per ipſum facienda ſint ſimpliciter dependentia ex libera hominis voluntate: & idem infertur, ſi è contra teneat certitudinalitèr omnia ſibi fauſta ſucceſſura, ſi alijs diebus exierit. Ratio eſt, quia in tali obſeruatione eſt manifeſta ſuperſtitio, cum nec dies, nec cęlum poſſint liberam hominis voluntatem cogere. Medicis tamen in flebotomijs ordinandis, vel in præbendo medicinas, & ruſticis in putando vineas, arbores, aùt in ſeminando curſum lunæ, vel ſtellarum ſeruare fas eſt.

ADDITIO.

Vana obſeruantia non exeundi tali die, vel incipiendi opus certo tempore, nè degeneret in malum exitum, vel vt ſortiatur optimum finē, ſi ſit cum firma credulitate, & pertinacia erit lethalis, & ideo reſeruata; ſi vero cum ſolo timore, vel credulitate non firma, ſed timida æſtimabitur tantum venialis, & à reſeruatione immunis, vt in ſimilibus reſoluitur ſupra in addit. ad finem nu. 45. §. V. *huius caſus* duodecimi pag. 558. *cum allegatis* ibi DD. *ex quibus lege in his terminis expreſſis.* Tamburinum in Decalogum lib. 2. cap. 6. §. 1. num. 27. & 28. & 76. & P. Andream Mendo, in Epitome morali, verbo Augurium, numero vltimo.

ANNOTATIO V.

Incidit, qui vulneratos in loco à ſe diſtanti exiſtentes curat, applica- 51
to remedio vittis, gladio, aut ligno ſanguine aſperſis. Ratio eſt, quia

Bbbb hic

hic curandi modus ſuperſtitionis morbo laborare cenſetur; cum nec à Deo, nec à cauſa naturali pendere videatur: non à Deo, cum ex Scriptura ſacra, vel Eccleſiæ traditione non conſtet: nec à natura, cum virtus naturalis non agat in diſtans, ſed per contactum, & actiua paſſiuis ſint applicanda debito modo. Ita per *Martinum Delrium, l. 3. Diſquiſit. mag. q. 4. ſect. 1. & Sanchez lib. 2. de præceptis, cap. 4. n. 44. relatos per Homob. de Exam. Eccleſiaſt. tom. 2. tract. 11. cap. 9. q. 19.*

§. VIII.

Modus obſeruandus per Confeſſorem Pœnitentiarium, antequàm abſoluat annodatum hoc caſu.

52 TRia ſaltem præſtabit. Primum interrogabit pœnitentem, an alicui in corpore, vel in ſubſtantijs intulerit damnum, quia illud omne reſarcire tenetur. Item interrogabit illum, an habeat aliqua maleficia alicubi collocata, quæ nondum damnum intulerint; nam non eſt abſoluendus, donec quocunq; modo licito futuris malis obſiſtere conetur: & caſu, quo aliquem ſuis veneficijs occiderit, admonebit eſſe irregularem. Suppoſito autem, quòd occiſus fuerit Clericus, item ipſum admonebit etiam excommunicatione Papæ reſeruata annodatum exiſtere, per *cap. Si quis ſuadente Diabolo. 17. q. 4. & vulgata iura.*

Alterum imponet pœnitenti, vt omninò conſuetudinem hominum talis generis euitet: & in caſu, quo pœnitens ſuas diabolicas artes alium docuerit, eum non abſoluat, niſi auertere conetur ab hac arte, quem tam impijs documentis imbuerit. Tertium interrogabit demùm, an apud ſe libros, vel aliud ad ſuperſtitiones pertinens habeat, quia ſi illos retinere voluerit, non debet illum abſoluere.

Hos autem libros, non propria auctoritate, cõburere debet, ſed prorſùs ad S. Inquiſitionem debet illos deferre, ex *Conſtitutione Iulij iij. incipiente, Cum meditatio. Azor. 1. par. lib 8. q. 12. & ſeq. Martinus Delrius lib. 5. ſect. 16. fol. mihi 96. & alij.*

Admoneat deniq; Pœnitentiarius pœnitentem de Conſtitutione Pontificia edita à Io: xxij. in qua ipſo iure excommunicationis pęna irrogatur ijs omnibus, qui Sacramentis, aut rebus ſacris in diuinationibus abutuntur, aùt nefarijs precibus Dæmones inuocant, aùt Sacrificia illis offerunt, aùt eos venerantur, & colunt, aùt cum eis impia pacta faciũt. Vide *Azor. par. 1. lib. 9. cap. 26. quæſt. 3. Direct. Inquiſit. par. 2. quæſt. 43. Item inſtruat de Bulla Sixti Quinti, quæ incipit, Cœli, & Terræ*, vbi habetur, quòd Inquiſitores hæret. prau. poſſunt procedere contra illos, qui

addiſcunt, vel docent aliquam ſuperſtitioſam artem diuinandi. Refertur ab *Azor. 1. par. lib. 9. cap. 29. quæſito 4.*

ADDITIO.

E*Xcommunicationem Ioannis XXII. quam citat* Lupus hoc vltimo *ſ.* *eſſe lata ſententię cũ ipſo* Lupo *tenent* Martinus Antonius Delrio l. 4. diſquiſit. magic. cap. 2. q. 7. ſect. 4. Azorius l. c. ab Auct., & alij perpauci.

Verum certior, & receptior opinio negat, ipſam cenſuram eſſe latæ ſententiæ, ſed tantum comminatoriam, quod deducunt ex verbis ipſius conſtitutionis. Leſſius lib. 2. cap. 43. dub. 5. num. 29. Sanchez lib 2. cap. 38. nu. 91. Nauarus cap. 27. num. 12. Siluester verbo ſuperſtitio quæſt. vltima, cum allegatis, *Ideoque Aruſpices, Magi, Sortilegi, Augures, Diuinatores, deferentes Dæmonem ligatum in anulo, vel agentes turpiſſima copula cũ tartareis ſpiritibus ex quocumque pacto, vel quacumque ſuperſtitione, etiam cum abuſu rerum ſacrarum, dummodo non habeant hereſim, internã cum pertinaci intellectus errore non ligantur cenſura Bullæ Cenę, vt ſupra diximus* in addit. ad n. 40. §. 4. huius caſus duodecimi pag. 553. *neque cenſura* Ioãnis XXII. in Directorio Inquiſit. p. 2. quæſt. 43. *quæ reducitur ad terminos pęnæ ferendæ per iudicis ſententiam; licet enormiſſimè peccent peccato Epiſcopis reſeruato, & denunciandi ſint Sancto Offitio Inquiſitionis à conſcijs extra Confeſſionem Sacramentalem, vbi grauiſſimè puniuntur debito plagarum modo.*

Neque obſtant canones cap. Siquis Ariolos 26. quæſt. 5. & cap. Sortes Leonis IV. *quia ex ipſorũ contextu quamuis eliciatur prohibitio ſimiliũ nefariorum exercitiorum, non tamen conſtat, inflictam eſſe cenſuram latæ ſententiæ. Vide D. D. prætitatos.*

Additio F. Nicolai Riccardij Sac. Pal. Ap. Magiſtri.

TAndem admonebit pro qualitate ſortilegij, & ſuperſtitionis, quantùm interſit pęnitentis, vt adeat Sanctum Officium abſolutionem etiam in foro externo impetraturus, ſi ſponte comparеat, nè ab alijs præuentus, etiamſi in foro interno abſolutus, (vt aliquando poteſt contingere in Iubileis,) puniatur pro ſupplicij qualitate. De cętero ſciat meus lector hæc, quæ dicta ſunt propter ordinem doctrinæ (propterea quòd in Tabulis Epiſcopalibus reperiuntur) ad Sanctum Inquiſitionis Tribunal pertinere, & neminem Confeſſarium, etiam habentem reſeruata Epiſcopo illa abſoluere.

His additis cenſeo reliqua huius capitis imprimi poſſe.

F. Nicolaus Riccardius Sac. Pal. Ap. Magiſt.

Digitized by Google

CASVS XIII.

SVMMARIVM.

1 *Terminus* (Qui) *hoc in loco quos complectatur.*
2 *Fœminæ ſub relatiuo* (Qui!) *in hoc textu minimè comprehenduntur.*
3 *Monialium nomine quæ veniant.*
4 *Monialium nomine an veniant Virgines Deo dicatæ.*
5 *An huiuſmodi Virgines ſint Moniales.*
6 *An Monialium nomine veniant illę, quæ choro non ſunt mancipatæ.*
7 *Monialium nomine veniunt viduæ in Religione profeſſæ.*
8 *Conditio iſtius termini .ſ. etiam, qualis ſit.*
9 *Clauſtri nomen in hoc textu non ſumitur ſtrictè.*
10 *Violatio eſt duplex.*
11 *Tentare quid.*
12 *Tentatio fieri poteſt tàm mediatè, quàm immediatè, & de qua loquatur textus.*
13 *Regula generalis.*
14 *Non incidentes ex defectu primæ conditionis regulæ generalis.*
15 *Verba textus cum effectu intelligenda ſunt.*
16 *De quo effectu intelligenda ſint verba.*
17 *Verba textus exigunt attentationem actualem.*
18 *Non incidentes ex defectu ſecundæ conditionis regulæ.*
19 *Non incidentes ex defectu tertiæ conditionis regulæ.*
20 *Pœna contra Regulares cum Monialibus colloquentes.*
21 *An Regulares cum Monialibus loquentes per Epiſcopum puniri poſint.*
22 *Non incidit Regularis in pœnam contra colloquentes cum Monialibus, ſi tantummodò ad illas traſmittat epiſtolas.*
23 *Soluitur difficultas.*
24 *Pœna contra frequentantes Monialium monaſteria.*
25 *Incidentes ex concurſu ſingularum conditionum regulæ.*
26 *Ingredientes clauſuram Monialium ad malum finem, à quo abſolui poſſint.*
27 *An Regulares ab hoc crimine nunc temporis abſoluere poſſint.*
28 *An incidat, qui delicta, de quibus textus, extra Diœceſim patrat.*

29 *Sol-*

29 *Soluitur obiectio.*
30 *Diœceſis quid eſt.*
31 *Incidit, qui crimina, de quibus textus, committit cum Monialibus, licèt Regularibus ſubiectis.*
32 *An Moniales caſibus Epiſcopo reſeruatis ſubiectæ ſint, remiſſiuè.*
33 *Modus tenendus per Pœnitentiarium ante abſolutionem prædicto caſu annodati.*

IN TEXTVM CASVS XIII.

Qui Moniales, etiam extra Clauſtra, violauerint, aùt violare tentauerint.

COMMENTARIA.

Caſus iſte in duas diuiditur partes principales, quarum vtraquè in duas ſubdiuiditur particulas. Prima pars principalis eſt de violantibus Moniales. Altera verò eſt de tentantibus illarum violationem. Prima particula prioris partis èſt de illis, qui Moniales intra clauſtra violant. Altera verò eſt de violantibus Moniales extra clauſtra. Prima particula poſterioris partis eſt de tentantibus violare Sanctimoniales intra clauſtra: at altera eſt de tentantibus violare eaſdem, ſed extra. Circa ambas principales partes, & earum particulas ſimul differendo ſeptem percurremus paragrapha. Quorum

. Primum erit terminorum textus expoſitio, quæ deſeruit pro fundamentis huius caſus.

. Alterum erit aſſignatio cuiuſdam regulæ generalis ad deſignandum incidentes, & non incidentes in caſum.

Tertium notat non incidentes in caſum.

Quartum ſignat annotationes circa non incidentes.

Quintum oſtendit incidentes.

Sextum deſignat annotationes circa incidentes.

Septimum verò præbet modum ſeruandum per Pœnitentiarium, antequam abſoluat prædicto caſu obſtrictum.

§. I.

Quò ad primum paragraphum. Primus terminus exponendus eſt, 1
(*Qui*).

(*Qui*). Circa quem in primis notandum eſt, quòd ſub ſe complectitur in hoc loco tùm Seculares, tùm Clericos; Clericorum autem nomine in iure veniunt etiam Sacerdotes, *Sum. Aſtenſis in tract. terminorum*, & *& communiter DD.*

Verùm ſub nomine iſto, (*Qui*) probabilitèr exiſtimo non compre-
2 hendi fœminas. Ratio eſt, tùm quia nomine violantium Moniales, aùt tentantium eas violare, ſecundum communem ſenſum non veniunt fœminæ: tùm quia iura conſtitui oportet de his, quæ vt plurimum accidũt; non autem de illis, quæ ex inopinato, *l. Iura*, 3. *ff. de Legibus*; violatio autèm, vt plurimum per viros contingere ſolet, per fęminas verò tantùm ex inopinato. Dices quemadmodum malitijs hominum non eſt indulgendum, *l. Infundo*, 39. *ff. de Rei vindicat.* ita nec malitijs fœminarum, præcipuè quia fœminæ bonæ raræ ſunt, ex *l. Qui teſtamento*, *ff. de Teſtament.* Reſpondetur primò, quòd textus intendit occurrere malo probabiliori: amor autem turpis eſt fræquentior inter viros, & fęminas, quam inter fęminas ad inuicem; ideò iura inter ipſas fœminas nec malum huius generis ſuſpicari conſueuerunt. Reſpondetur ſecundò, quod Legiſlator inſpicere debet, quòd conuenit fieri; non conuenit autem ei nimis emungere, ne eliciat ſanguinem. Cenſeo itaq; probabilitèr ſub termino (*Qui*) non comprehendi fęminas: quapropter ſi inter Monialem, & ſecularem fęminam aliquid obſcænitatis contingeret, non eſſet reſeruatum per hunc textum, ſed per decimum caſum huius tabellæ Bergomenſis: ſuppoſito tamen, quòd intercederet copula, quam nec ſuſpicari poſſum.

3 Secundus terminus eſt (*Moniales*.) Monialium nomine veniunt omnes profeſſæ, ſiuè expreſsè, ſiuè etiam tantùm tacitè profeſſionem emiſerint. Dico Moniales profeſſas, quia Nouitiæ à contrariò ſenſu arguendo, cum non emiſerint profeſſionem expreſſam, nec tacitam, non veniunt nomine Monialium, ſaltem in materia odioſa. *cap. Super eo, de Regular. cap. fin.* 12. *q.* 2. *in fine*. *Graff. Caſuum reſer. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 7. *contrà Gambaruptam de Caſib. reſer. caſ.* 2. *nu.* 3. *citantem textum in cap. Si quis rapuerit* 27. *quæſt.* 1. Similiter, immò à fortiori nomine Monialium non veniunt puellæ, quæ educationis gratia degunt in Monaſterijs Monialium, vt tradit. *Graff. vbi ſupra.*

4 Itidem nomine Monialium non veniunt virgines Deo dicatæ, etiam ſi certum modum viuendi habeant, ſiuè habitent ſimul in vno loco, ha-
5 bentes omnia communia; ſiuè in domibus parentum. Ratio eſt, quia nec iſtæ ſunt Moniales. *Nauar. conſil.* 81. *de Regularib. Gambarupta de Caſib. reſer. caſ.* 2. *num.* 3.

6 Verùm circa prædicta emergunt duo dubia, quorum primum eſt, an nomine Monialium veniant illæ, quæ non ſunt conſecratæ, nec Choro ad-

addictæ, vulgò conuerſ[illegible] commiſſæ, alioue nomine nuncupatæ. Alterum eſt, an Mon[illegible]m nomine veniant viduæ, .s. quæ in viduitate profeſſionem emiſe[illegible]t.

Ad primum, di[illegible]ur quòd veniunt abſquè dubio nomine Monialium; dummodò ſint pr[illegible]ſſæ iuxta *Bullam Pij v. incipientem, Circa Paſtoralis:* nam omnes iſtæ ſ[illegible] ſub perpetua Clauſura, de qua loquitur *Greg. viij. in Conſtitutione inc[illegible]nte, Deo Sacris virginib. Graff. lib. 2. Caſuum reſer. cap. 5. num.* 8.

Ad ſecundum reſpondetur abſolutè affirmatiuè, vt videre eſt apud *Gambaruptam de Caſib. reſer. caſ. 2. nu. 3. & apud Graff. de Caſibus reſer. lib. 2. cap. 14. nu. 6.* 7

Tertius terminus eſt iſta dictio, (*etiam.*) natura autem huius termini eſt implicare id, quod dictum eſt, eſſe quoq; in caſu contrario; licèt in caſu dicto fortior militet ratio. Deſignat itaq; in propoſito, quod ille incidit, qui violat Moniales, quamùis hoc præſtaret extra Clauſtra; ſed à fortiori ille incidit, qui illas violat intra Clauſtra. Legēdus eſt *Franciſcus Soarez verbo, Interpretatio, poſt Sanchez lib. 2. de Matrim. diſp. 39. num. 6. Euerardus in Topica iuris in loco à natura dictionum implicatiuarum num.* 1. 8

Quartus terminus eſt (*extra Clauſtra.*) Clauſtri nomen non venit hoc in loco ſtrictè intelligendum, .s. tantùm locus deambulatorius circa officinas, aut alia loca, ſiuè communia, ſiuè ſpecialia Conuentus; neq; ſumitur tantum pro ipſiſmet officinis, vt pro Refectorio, Capitulo, Dormitorio, &c. ſed largè accipiendus eſt, .s. pro omni loco intra ſeptam, ſeù Monaſterij Clauſuram; ita vt vbiuis facta, aut attentata fuerit violatio, violator, aùt attentator remaneant obſtrictus reſeruatione huius caſus. 9

Quintus terminus eſt, (*violauerint.*) Violatio ſumitur duplicitèr, nimirum propriè, & impropriè. Propriè teſte *Cic. 3. lib. de natura Deorum*, verificatur de virgine, cum eius pudicitia vi eripitur. Impropriè verò ſumitur pro omni fœdatione habita cum virgine. Vtroq; modo cenſeo accipi in textu. Patet in ſimili per ea, quæ habet *Graff. de Caſib. reſer. lib. 2. cap. 14. num. 6. de corruptoribus Monialium*, & faciunt adducta per *Gambaruptam de Caſib. reſer. caſ. 2. num. 4.* & maximè patet per terminum ſequentem. 10

Sextus terminus eſt (*Tentauerint.*) Tentare iuxta ſubiectam materiā ſumitur dupliciter. Primo modo eſt experimentum facere de conſtantia continentiæ caſtitatis, aut virginitatis alicuius abſq; malo fine. Secundo modo eſt procurare actibus externis, an valeamus aſſequi intentum circa turpitudines carnales. De tentatione præcisè ſecundò modo loquitur textus. Ratio eſt, quia quoties idem terminus duos ſenſus expri- 11

pri-

Digitized by Google

primit, is potiſſimum accipi debet, qui ad rem gerendam aptior eſt; nam ſemper credendum eſt, legem propriè loqui, niſi ex ſignis aliùd nobis demonſtretur; tentare autem, ſecundum proprium, & communem loquendi modum, ſumitur ſecundo modo.

ADDITIO.

TErminum illum *textus reſeruantis* Violauerint intelligit Lupus *de quolibet peccato carnis, etiam per oſcula, tactus, amplexus, & pollutiones habitas (quod refugiunt aures audire) cum moniali, & ſequitur doctrinam* Graffij lib. 2. cap. 14. num. 6. *Fateor, ſententiam eſſe tutiorem, & Sanctimonialium honeſtati fauorabiliorem.*

Nihilominus de rigore iuris probabilior videtur contraria. Scilicet in terminis caſus decimi tertij *noſtræ tabellæ, reſeruationem comprehendere ſolos corruptores monialium per copulam completam, non vero temeratores ipſarum pudicitiæ per actus voluntariè incompletos, & ideo per factus quoſcumque, & alias turpiſſimæ veneris illecebras abſque tentatione, vel inuitatione ad copulā reſeruationem nō incurri. Ratio patet, quia verbum illud* violauerint *idem ſonat apud Iuriſconſultos, quod* Oppreſſerint, corruperint, cognouerint. Albericus de Roxiate in ſuo Dictionario, verbo Violare, *argumento textus in* cap. Si quis ſponſam 27. quæſt. 2. iuncta Gloſſa. *Sed ſimiles termini important copulam conſummatam vt liquet ex ipſo* cap. Si quis ſponſam *citato, ergo ly* violauerint *ſignificat conſummatum luxuriæ peccatum. Accedit, quod diximus ſupra, ex communi ſententia, reſeruari Inceſtum, & Sodomiam ſolum quando hæc peccata fuerint completa per ſeminationem in vaſe, vnde non eſt dicendum, violationem Monialis incompletam reſeruatione innodari. Hinc eſt quod in Diœceſi Mediolanen. volentes Reuerendiſs. Archipræſules reſeruare violationem Monialium etiam incompletam addiderunt tabellæ claram huius voluntatis expreſſionem; Quare ſic cantat reſeruatio in Diœceſi prædicta.* Qui Moniales violauerint, tactibus etiam impudicis, *Suppoſito tenore noſtræ tabellæ ſic in terminis docet* Oliuarius Mazuchellus diſput. 2. cap. 2. de reſeruatis num. 6. & 7. quæſt. 2. *& patet ex traditis à* Quadrio *circa reſeruationem huius caſus in Diœceſi* Comen. diſput. 3. num. 1455.

Dixi, violatores Monialium per copulam conſummatam reſeruatione ligari, non autem eos, qui turpiter agant cum Monialibus, omiſſa voluntariè conſummatione copulæ, & ſollicitatione, ſiue inuitatione ad illam.

Itaque notari debet ly omiſſa voluntariè conſumatione, *nam ſi quis deſideret, & intendat copulam perficere, & ad id inuitet Monialem ipſam, vel aliquo modo tentet conſummationē incidet ſine dubio in reſeruationem; non quidem ex vi primæ partis decreti,* Qui Moniales violauerint *ſed ex*

tenore

tenore ſequentis declarationis, aut violare tentauerint.

Notent igitur Confeſſarij, quamlibet inuitationem, vel exhortationem ad copulã conſummandã ſiue verbis, ſiue literis, ſiue geſtibus inducere reſeruationem, etiam ſi conſummatio ipſa actu non ſequatur, vel ob Clauſuræ firmitatem, vel ſuperuenientiam perſonarum, vel repugnantiam ipſius monialis, aut quamcunque aliam cauſam; quia quotieſcunque interuenit qualiſcunque attentatio, auſus, conatus, aggreſſio, ſollicitatio ad copulam verificantur conditiones neceſſariæ ad incurrendam reſeruationem latam per illa verba tabellæ aut violare tentauerint.

Verum tentatio ſecundo modo accepta ſubdiuidi poteſt, nimirum in mediatam, .s. quæ fit per internuntium, & immediatam, .s. quæ per alium non fit; textum autèm interpretandum eſſe puto duntaxat de immediata: nam in dubio, & maximè in pœnalibus mitior interpretatio eſt facienda, *cap. In pœnis, de Reg. iur. in 6.* reſeruatio autem habet propèmodum rationem pœnæ, vt teſtatur *Naldus verbo, Caſus reſeru. num. 3.* licèt ſit ſecurior eum interpretari etiam de mediata, iuxta regulam, *Qui facit per alium eſt proindè, ac ſi faciat per ſe ipſum, Reg. 72. de Reg. iur. in 6.* 12

§. II.

Quò ad ſecundum paragraphum traditur regula generalis pro doctis, ex qua ſimul cum fundamentis iactis in primo paragrapho, ipſis conſtat, qui incidant in caſum, qui verò non incidant. 13

REGVLA.

Ad incidendum in caſum hunc tres copulatiuè requiruntur conditiones. Quarum

Prima eſt, quòd violatio actualis, aut violationis tentatio interceſſerit itèm actualis.

Secunda, quòd perſona tentata ſit Monialis.

Tertia, quòd iam emiſerit profeſſionem. Conſtatq; regula ex iactis fundamentis in primo paragrapho.

Pro minus peritis practicatur regula ſimul cum fundamentis, & in primis colligitur, qui non incidant in caſum.

§. III.

NON INCIDENTES.

14 Ex defectu primæ conditionis regulæ, .s. (*quòd violatio actualis, aut, &c.*) ſequitur primò, illum non incidiſſe, qui habuit animum violandi aliquam Monialem, ſed illam minimè violauit, nec tentare auſus fuit.

Secundò ſequitur à fortiori, illum non incidiſſe, qui præcisè propoſitum habuit colloquendi cum Moniali de rebus venereis.

Tertiò ſequitur, nec illum incidiſſe, qui tantùm epiſtolas amatorias ad aliquam Monialium tranſmiſit; ſi epiſtolæ illæ ad illam non peruenerint, eſtò per textum vetita in ipſis poſtularet. Harum trium conſequentiarum vnam affero rationem, nempè, quia non interceſſit actualis violatio, nec attentatio actualis; voluntas autem non ſufficit, vbi opus eſt facto, *cap. Cum aliquibus, de Senten. & re iudicata*.

15 Dices, qui tranſmiſit epiſtolas amatorias petendo id contra quod inuehit textus, tentauit, & proinde obſtringitur caſu. Reſpondetur, quòd verba textus ſunt intelligenda cum effectu actuali, *l.* 1. *§. hac autem, ff. Quòd quiſq; iuris;* epiſtolæ autem ad manus Monialis non peruenerunt, ideò non eſt ſequutus effectus, .s. ipſa actualis tentatio: peccauit tamen admodum grauiter. Verùm hìc obſeruandum eſt regulam illam, nempè verba ſunt intelligenda cum effectu, non de quocunque effectu ex-
16 trinſeco eſſe intelligenda; ſed de illo tantùm, quem verba exigunt attenta ſubiecta materia, vti probat *Nauar. in cap. Hæc autem verba num.* 1. *de Pœnitentia, diſt.* 1. In propoſito autem verba textus exigunt in rigore
17 attentationem actualem; idcircò Monialem, cui miſſæ fuerunt litteræ, nullo modo poteſt dici fuiſſe actualiter tentatam, niſi litteræ ad eam peruenerint.

18 Ex defectu ſecundæ conditionis regulæ, .s. (*quòd perſona tentata ſit Monialis,*) ſequitur quartò illum non incidere, qui aliquam ex puellis in Monaſterio Monialium, educationis gratia, degentibus, violauit, aùt violare tentauit.

Quintò ſequitur, nec illum incidere, qui mulierem aliquam nuptam, aùt viduam, quæ ob aliquam cauſam incluſa detinetur in Monaſterio Monialium, violaret, aùt, &c. Harum conſequentiarum vna aſſignatur ratio, nempè, quia huiuſmodi fęminæ non ſunt Moniales, licèt degant in Monialium Monaſterijs: & quibus non conueniunt verba legis, nec eius diſpoſitio conuenire debet. Et ob eandem rationem idem dicendum de alijs mulieribus, quæ non emittunt vota Monialium, in proprijs domibus exiſtentibus, cuiuſcunq; Ordinis induant habitum: nam vbi

Digitized by Google

vbi eſt eadem ratio, ibi debet eſſe idem ius, *l. Illud ff. Ad legem Aquiliam*.

Ex defectu tertiæ conditionis regulæ, .ſ. (*quòd iam emiſerit profeſſionem*,) ſequitur ſextò, illum non incidiſſe, qui violauit (quòd abſit,) vel 19
attentauit violare aliquam ex Monialibus, quæ ſunt in primo anno tyrocinij. Ratio eſt, quia talis adhuc non eſt profeſſa.

ADDITIO.

Septimo ſequitur, non incidiſſe, qui tradidit amatorias literas, Moniali, vel turpes habuit ſermones cum illa, vel etiam (quod abſit) per tactus amplexus, & cętera venerea ipſius pudicitiam, poſthabita ſponſi celeſtis reuerentia, dehoneſtauit, dummodo copulam non conſummauerit, vel conſummationem non tentauerit, inuitauerit, aut ſollicitauerit verbis, aut factis; quia per textum reſeruatur ſola violatio, aut tentatio violationis, quæ verba indicant copulam, vt, ex probabiliſſimo fundamento, firmauimus ſupra in addit. ad ſ. 1. huius caſus 13. nu. 11. pag. 568. cum Mazuchello qu. 2. nu. 6. diſput. 2. cap. 2. de reſeruatis.

§. IV.

ANNOTATIO I.

Quamuis Regulares exempti non ſint ſubiecti huic caſui, nec alijs 20
Epiſcopalibus, cum ligentur caſibus in eorum Conſtitutionibus reſeruatis, quiadmodum ſtrictiores ſunt; attamen Regularis, qui abſquè facultate Sacræ Congregat. Cardinalium ad Monialium Monaſterium acceſſerit ad colloquendum cum illis, incidet in pęnas priuationis officiorum, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ, ipſo facto incurrendæ, vt conſtat ex Decreto *edito 12. Kal. Decemb. 1623. incipiente, Cum aliàs*. Quo Decreto præſcribitur etiam facultas Ordinarijs in certis caſibus concedendi licentiam Regularibus circa acceſſum ad Monaſteria Monialium. Hinc fit, vt Regulares accedendo contra Decretum, non excuſentur à mortali, vt teſtatur *Nald. verbo, Monialis num. 17. & Gauantus in Manu. Epiſc. ver. Regularium iura in ordine, num. 5.*

Inſuper Sacra Congregat. Cardinalium Concilij Tridentini Interpre- 21
tum cenſuit, quòd Regularis abſquè legitima licentia accedens ad Monaſterium Monialium Regularibus ſubiectarum, ibiquè in loco colloquij ordinato, cum Moniali colloquens à Diœceſano Epiſcopo, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato, coerceri, & puniri poſſit. Quam Congre-

Digitized by Google

gationis ſententiam Sanctiſſimus Dominus Noſter Vrbanus VIII. ad ſe delatam, approbauit, vt patet in declarationibus eiuſdem *Sacræ Congregat. ſuper Conſtitutionem Felic. recordationis GREGORII XV. de Exemptorum priuilegijs*.

ADDITIO.

D*E vetito acceſſu ad collocutoria Monialium tam Clericis Secularibus, quam Regularibus; & an comprehendantur Monaſteria exempta, in Decreto Epiſcopali inhibente Clericis collocutiones cum Monialibus in genere, fusè ſcripſimus ſupra in* addit. ad primam operis partem diſt. 17. art. 1. diffic. 1. pag. 216. & 217.

An liceat Regularibus Monaſteria quæcunque Monialium etiam exempta adire cauſa ſermonem habendi de rebus ſpiritualibus, vel materijs pertinentibus ad conſcientiæ ſecuritatem, vel prætextu quod ceſſet finis legis, & prohibitionis, aut titulo paruitatis materiæ ibidem egimus pag. 216. & 217. & 218. *citatis S. Congregationis placitis, & D.D. reſponſis hanc quæſtionem tangentibus*.

ANNOTATIO II.

22 Regularis, qui ſolummodò ad Moniales tranſmittit epiſtolam, vel dirigit nuncium, non incidit in prædictas pœnas: acceſſus .n. & allocutio ad ſcripturam, vel nuncium non extenditur, cum ſimus in pœnalibus, in quibus ſtricta fieri debet interpretatio. Ita tradit *Homob. de Exam. eccleſiaſt. tom. 2. tract. 11. cap. 9. quæſt.* 20. qui refert *Graſſium de Sent. excommun. par. 1. conſ. 22. num. 29.* Et ſanè prudentiùs acceſſus, & collocutio potiùs ſunt vetita, quàm litteræ, & internuncij: nam vbi maius periculum dignoſcitur, ibi procul dubio eſt pleniùs conſulendum, *c. vbi periculum, de Elect. in 6.*

23 Dices cum *Naldo in loco infra citando* ſtatutum puniens loquentes cum bannito comprehendit etiam mittentes epiſtolam, vel nuncium, aliàs lex redderetur illuſoria. Ita *Nal. verbo, Statutum, num.* 10. *poſt Maran. in Singularibus iur. verbo eodem*. Reſpondetur hoc procedere tantùm in caſibus expreſſis in iure; non habetur autèm in iure, quòd vetita ſub pœnis allocutio cum Monialibus, per idem ius ſit vetita ſub iiſdem pœnis miſſio epiſtolæ, vel internuncij.

ANNOTATIO III.

24 *Alexander III. in Conc. Lateranen.* ſtatuit, quòd quæcunque perſona frequen-

frequentaret Monaſteria Monialium, ſi Clericus eſſet, deponeretur; ſi verò laicus, excommunicaretur. *Et Gloſſa in cap. Monaſteria, verbo, Frequentare, de vita, & honeſtate Clericorum*, dicit, quòd frequentare eſt bis actum committere, & quòd ad frequentandum non ſufficit rationabilis cauſa, niſi ſit manifeſta. Habetur ſtatutum hoc in prædicto *cap. Monaſteria*, & refertur in *Compend. Priuileg. Mendic. verbo, Accedere ad Monaſteria Monial. num.* 3. *Armill. verbo, Monaſterium, num.* 2. addit Clericum ante depoſitionem de hoc debere priùs admoneri. *Angel. verbo, Monaſterium, num.* 8.

§. V.

INCIDENTES.

Ex regula ſequitur ſecundariò, qui incidant: quemadmodum .n. cui deficit aliqua conditio regulæ non incidit; ſic, qui in ſuo delicto omnes 25
habet prauas conditiones, ſeù qualitates regulæ, incidit: quia idem operatur oppoſitum in oppoſito, quod operatur propoſitum in propoſito, *l. fin. §. fin. ff. de Legatis* 3. ſuppoſitis itaq; conditionibus regulę ſequitur primò illum incidere, qui violauit, vel attentauit violare viduam, quæ ſuſcepit Monialium inſtitutum, .i. emiſit profeſſionem.

Secundò, infertur idem de tentantibus Moniales conuerſas.

Tertiò, idem ſequitur, etiam ſi Monialis attentanti (quòd nec ſuſpicandum cenſeo) conſenſum præbuerit.

Quartò, idem concluditur quocunq; in loco obtigerit attentatio, vel quid peius, ſiuè intrà clauſtra Monaſterij, ſiuè extrà clauſuram; ſiuè in oſtio clauſuræ, ſiuè etiam in domo parentum. Omnium prædictarum conſequentiarum vna aſſignanda eſt ratio, ſed ſanè ſubſtantialis, vz. quia concurrunt omnia, quæ ſunt de intrinſeca ratione huius caſus, .s. violatio, vel attentatio ex parte delinquentis, & ex parte Monialis profeſſio.

Quintò ſequitur, incidere, qui violat, vel violare tentat Monialem, quæ ingreſſa rotam; illam vertit ad partem, quæ ſecularibus patet. Ratio eſt, quia, quamuis Monialis ibi exiſtens non dicatur neq; intrà, neq; extrà Monaſterium ſecundùm apparentiam; tamèn ſecundùm exiſtentiam eſt intrà; vel extrà; alioquin pateret via fraudi, & dolo; fraus autem & dolus nemini patrocinari debet, *cap. Sedes Apoſtolica, de Reſcriptis*; malitijſq; hominum non eſt indulgendum, *l. In fundo* 39. *ff. de Rei vindicat.* & verba textus potiùs ſunt intelligenda in ſenſu naturali, quàm in ficto, *l. fin. C. de His, qui veniam ætatis impetrarunt*.

Sextò ſequitur, illum annodari caſu, qui intrà, vel extrà clauſuram violat,

Digitized by Google

violat, (heù, quàm abhorrent aures talia audire) vel attentat violare Monialem; etiam ſi ipſa violatori proteſtetur ſe profeſſionis tempore non habuiſſe animum obligandi ſe ad clauſuram. Ratio eſt, tùm quia onus clauſuræ non oritur ex voluntate Monialium, ſed ex diſpoſitione Summorum Pontificum, qui Moniales profeſſas ad clauſuram obligant: tùm quia talis reſeruatio non eſt impoſita principalitèr, quia ſint in clauſura, ſed quia arctiori vinculo ſunt Deo dicatæ, tùm etiam quia hoc nihil refert, cum tex. dicat intrà, & extrà clauſtra. Vide *Mirandam tract. de Monialib. qu.* 1. *art.* 4. *Bonac. de Clauſura q.* 1. *punct.* 2. *prop. vnica, n.* 5. Quòd ſponſa Dei ad turpia prouocetur, eſt adeò graue facinus, vt aures ipſæ abhorreant, refugiantquè id audire; quapropter, ne vos tædio afficiam, conſultò multa ſilentio inuoluo.

§. VI.

ANNOTATIO I.

26 Notandum eſt, ingredientem clauſuram Monialium ad malum finem, vti facit, qui ingreditur animo violandi, vel excitandi Monialem, nedum irretiri caſu Epiſcopali, ſed etiam excommunicatione Papali, à qua neminem, præter Summum Pontificem; vel ab ipſo habentem facultatem, poſſe abſoluere, citra mortis articulum patet. Ratio eſt, quia ipſius abſolutio duntaxat Summo Pontifici reſeruatur in *Conſtit. Gregorij XIII. incipiente*, *Vbi gratia*.

27 Dixi, vel habentem ab ipſo facultatem. Circa quam particulam ſciendum eſt Regulares aliàs habuiſſe priuilegium abſoluendi à prædicta excommunicatione, ſed hoc tempore reſtrictum eſt priuilegium, itaut ampliùs ab ipſa non poſſint abſoluere; ſi violatio clauſuræ facta fuerit ad malum finem, vt conſtat *ex Decreto Sacræ Congregat. incipiente*, *Editum fuit*, *apud Nald. verbo*, *Caſus*, *ſub num.* 14.

ANNOTATIO II.

28 Incidit, qui violauit, vel attentauit violare Monialem, quamuis extrà Diœceſim repertam, quòd ſatis conſtat per illa verba textus, etiàm extrà

29 clauſtra. Dices cenſuras latas per modum ſtatuti non ligare peccantem extrà Diœceſim Legislatoris (quid autèm ſit Diœceſis, dicetur infra) licèt exeat è Diœceſi in fraudem, & ſtatim ac perpetrauerit delictum, cui annexa eſt excommunicatio, redeat ad propriam Diœceſim: ergò à ſimili nec caſus reſeruatus afficit peccantem extrà Diœceſim. Reſpondetur, quòd non eſt ſimilis ratio hinc, & indè, .ſ. de excommunicatione, & caſu

caſu reſeruato; nam excommunicatio, cum ſit maxima pęnarum, non debet complecti peccantem extra locum, vbi non eſt lex: intellectus .n. ex quo reſultare poteſt inhumanitas, eſt fugiendus, & protsùs explodendus, *l. Furti, §. Si quis, ff. de His, qui not. infam.* Cęterùm caſuum reſeruatio, cum ſit, vt ita loquar, leuiſſima pęnarum, habet ſolùm quandam rationis pęnam, teſte *Naldo, verbo, Caſus, num. 3.* ideò non ſequitur inhumanitas; quamùs liget etiam, qui extra Dięceſim commiſit delictum: reus .n. reſpectu caſuum reſeruatorum iuxta leges loci iudicandus eſt. Faciunt adducta per *Floronum de Caſibus reſeru. part. 1. cap. 3. nu. 20.*

ADDITIO.

PRo *reſolutione probabiliori propoſitæ* hoc numero *quæſtionis lege addita in* prima operis parte ad diſtinctionem 23. art. prim. pag. 293. & ſequenti.

ANNOTATIO III.

Omne promiſſum de iure debitum eſt, *C. de Suffragio, l. vnica*, ideò
attendendo promiſſis dico Dięceſim eſſe regionem, in qua Epiſcopus ha- 30
bet ordinariam iuriſdictionem, ita ut poſſit in qualibet eius parte, non
exempta, ſedere pro Tribunali: nomen autèm Dięceſis dicitur ad diſtin-
ctionem huius nominis *(Territorium,)* quod proprium eſt Dominorum
temporalium. Ita colligitur *ex Praxi Archiepiſcopali Ioan. Franciſ. Leonis. par. 1. num. 18.*

ANNOTATIO IV.

Incidit etiam prædicta patrans contra Moniales, licèt Regularibus ſu-
biectas. Patet in ſimili de accedente ad Monialium Regularibus ſubie- 31
ctarum Monaſteria, *cap. Monaſteria, de vita, & honeſtate Clericorum*, vbi, cum non fiat diſtinctio, an ſint exempta, nec ne, comprehendit accedentes ad vtraque: ſic in propoſito, cum caſus ſimpliciter loquatur de Monialibus abſque diſtinctione exemptarum, vel non, comprehendit violantes, & violare tentantes intra, vel extrà clauſtra quaſlibet Moniales, tàm Ordinarijs, quàm Regularibus ſubiectas, cum hoc tendat ad ſuorum ſubditorum bonum ex cauſa legitima, .s. vt ipſorum ſaluti ſatis conſultum ſit, & præcaueatur peccatum. Ita *Lazarius Canon. Quæſtion. quæſt. 10. num. 28.* Et faciunt adducta per *Geminian. in cap. 1. de Conſtit. lib. 6. num. 9. Sylueſt. verbo, Excommunicatio, num. 25.*

AD-

ADDITIO.

N*Iſi Monaſteria exempta, & Regularibus ſubiecta ſpecificè nominentur in decretis Epiſcopalibus de collocutione cum Monialibus in genere diſponentibus, non comprehenduntur; quia intelliguntur edicta in terminis iuriſdictionis ordinariæ non delegatæ, niſi legislator ſe exprimat. Lege dicta in his terminis in* addit. ad primam operis partem diſt. 17. difficult. 1. art. 1. pag. 216. & 217.

Neque obſtat cap. Monaſteria de vit. & honeſt. Clericorum, ibi enim Legislator non eſt Epiſcopus; ſed Papa, reſpectu cuius nullum eſt Monaſterium exemptum.

Quæri poſſet, an Moniales ſint ſubiectæ caſibus Epiſcopalibus, pro
32 cuius reſolutione conſule par. 1. diſt. 4. art. 1. diff. 1.

§. VII.

Modus obſeruandus per Confeſſorem Pœnitentiarium, antequàm abſoluat annodatum hoc caſu.

33 TRia obſeruabit. Primum admonebit pœnitentem non ſatis ſibi conſulere, ſi præcisè dicat, ſe peccaſſe cum muliere, quæ voto caſtitatis erat ligata, ſed in ſpecie exprimere debet, quòd erat Monialis profeſſa. Ita *Homob. de Caſibus reſeru. par. 2. cap. 5. ſect. 1.*

ADDITIO.

S*Vfficienter confitetur iuxta probabiliorem opinionem, qui dicit ſe peccaſſe cum fœmina voto caſtitatis obligata, nec tenetur exprimere, ipſam fuiſſe religioſam, vel votum fuiſſe ſolemne; quia votum ſolemne à voto ſimplici ſpecie non differt, ſed ſolum accidentariè ratione maioris reuerentiæ; Vnde circumſtantia, quæ inde oritur, aggrauat tantum, non mutat ſpeciem.* Filiucius to. 2. tract. 30. cap 9. n. 124. & ſequent. Megal. 1. par. lib. 5. cap. 11. num. 8. Thomas Sanchez de Matrimonio lib. 7. diſp. 27. n. 27. & 32 & 36. cum citatis.

Hæc notata procedunt caſu, quo pœnitens confiteatur Pœnitentiario, vel ſuperiori prædito facultate circa reſeruata, cui de neceſſe aperienda non eſt circumſtantia reſeruationem inducens; Si verò non conſtabit pœnitenti, an Confeſſarius ſit approbatus ad abſolutionem reſeruatorum, aut careat, tali facul-

facultate copula cum Moniali erit expreſsè accuſanda, ne abſolutio irrita fiat ex defectu iuriſdictionis; & vt poſſit Sacerdos ſe continere intra terminos ſuæ approbationis. Sic in ſimili Mazuchellus de reſeruat. cap. 4. diſput. 2. quæſt. 1. diffic. vlt. num. 30.

Inquiretq; vlteriùs, an ad huiuſmodi facinus perpetrandum ſepta Monaſterij ingreſſus fuerit; quia ſic ruit etiam in excommunicationem Papæ reſeruatam. In ſententia autèm nonnullorum DD. talis illa innectitur, etiam ſi peccando conſtiterit in oſtio ad clauſtra ſito, quia in oſtio exiſtens, in domo etiam conſiſtere cenſetur: & in pęnam ingredientis domum incidit, iuxtà doctrinam *Bartoli, & aliorum in l. 1. ſ. hoc interdictum, ff. de Cloacis*, quàm tamèn aſſertionem non admittit *Homob. loco citato*, cui etiam me ſubſcribo; nam, cum ſimus in pęnalibus, ſtricta interpretatio fieri debet, *c. Odia, de Reg. iur. in 6.*

Notandum tamèn, quòd ingrediens ex conceſſa ſibi legitima facultate, licèt poſteà in eo ſacrilegium committat, ab excommunicatione excuſatur, *Nauar. conſ. 34. de Sent. Excommunic. Lazarius de Blaſphemia qu. 10. num. 3. Zerola in Praxi Epiſcop. par. 1. verbo, Moniales, quæſt 8. Sanchez lib. 6. de Præcept. nu. 69. contra Bonac. de Clauſ. quæſt. 4 punct. 4. num. 22.*

Alterum. Interrogabit pęnitentem, an aliquid à Monialibus abſque Superioris licentia acceperit, quia niſi cum effectu (ſi quid notabile ſit) reſtituat Monaſterio, abſolui non poterit, prout cauetur *in Bulla Clem. VIII. incipiente, Religioſæ Congregationes*, vt apud *Quarantam in verbo, Munerum largitio.*

Tertium. Obſeruabit Pœnitentiarius, an Monialis intra clauſuram, vel ad cratem à ſuo Confeſſario ordinario, aut extraordinario (quod Deus auertat) ad turpia fuerit ſollicitata, vel cum ea obſcenos ſermones habuerit in confeſſione, vel ad confeſſionale; quia talis Monialis prædictum Confeſſarium ad loci Ordinarium, vel ad Inquiſitorem deferre tenetur, ex *Conſtitut. Gregorij XV. incipiente, Vniuerſi, & apud Naldum in ver. Confeſſarius, num. 41.* Quod ſanè officium, cum incluſa ſit, nec exire poſſit, per chyrographum præſtabit, *Lazarius de Blaſphemia, qu. 12. n. 65. & Bellocb. in Praxi Moralis Theol. par. 2. quæſt. 9. n. 209.*

Cęterum ſi è contra ipſa Monialis in confeſſione, vel in loco ad eam excipiendam deſtinato ipſum Sacerdotem ſollicitat, quamuìs flagitio conſentiat, ac ad turpem actum deueniat, non tenetur tamèn illum denuntiare. Ratio eſt, tùm quia in Bullis tantùm de Confeſſarijs ſollicitantibus ſit ſermo: tùm quia iſtum nullo modo dicitur ad turpia prouocaſſe, ſed prouocatum fuiſſe; & cui non conueniunt verba legis, nec eius

diſpoſitio, vt per *Bonac. de Oblig. denunc. diſp. 6. punct. 3. Homob. de Caſibus reſeru. par. 2. caſ. 4. ſectio 3. except. 3.* qui teſtatur de communi. Caueat tamen Confeſſarius à dolo, & fraude, quæ nulli patrocinari debet.

Demùm notabit, ingredientem Sanctimonialium Clauſuram, & Moniales ingreſſum permittentes ſine licentia in ſcriptis ab Epiſcopo obtenta, in caſibus tantùm vrgentis neceſſitatis concedenda, irretiri excommunicatione Papali, à qua nemo, præter Summum Pontificem, vel ab ipſo habentem facultatem, abſoluere poteſt, *Ex Conſtitutione cit. Greg. XIII. incipiente, Vbi gratiæ, apud Quarantam in Summa Bullarij, verbo, Monaſteria Monialium.*

CASVS

Digitized by Google

CASVS XIV.

SVMMARIVM.

1 *Terminus iſte* (Qui) *quos filios comprehendat.*
2 *De parentibus tripliciter loqui poſſumus.*
3 *De parentibus quomodo loquatur textus.*
4 *Percuſſio quotuplex.*
5 *Non minus de leui percuſſione, quàm de graui loquitur textus.*
6 *Parentum percuſſio ab iniectione manuum in parentes differt.*
7 *Ad plura ſe extendit verbum percuſſio, quàm vulneratio, aut mutilatio.*
8 *Percuſſio non adeò ſtrictè accipitur in textu, vti in Canone*, Si quis ſuadente Diabolo.
9 *Regula generalis.*
10 *Non incidentes ex defectu actualis percuſſionis.*
11 *Non incidentes ex peccati mortalis carentia.*
12 *Non incidentes ob defectum ſtrictæ parentelæ.*
13 *Filius pro patriæ defenſione patrem ſuum percutiendo non incidit in caſum.*
14 *Item nec filius ille incidit, qui omninò coactè ſuum percutit patrem.*
15 *Incidentes qui.*
16 *Incidit filius, qui per parentes diſcretè percuſſus, illos repercutit.*
17 *Item, qui patrem bannitum occidit.*
18 *Adoptio quotuplex.*
19 *Modus per Pœnitentiarium obſeruandus.*

IN TEXTVM CASVS XIV. ſ.

Qui Parentes percuſſerint.

COMMENTARIA.

PEnès caſum hunc ſeptem percurremus paragrapha, quorum

Primum erit expoſitio terminorum textus, & deſeruiet pro fundamentis huius caſus.

Alterum erit aſſignatio cuiuſdam regulæ generalis demonſtrantis non incidentes in caſum, & incidentes.

Tertium deſignat non incidentes in caſum.

Quartum ſignat annotationes circa non incidentes.

Quintum demonſtrat incidentes in caſum.

Sextum affert annotationes penès incidentes.

Septimum deniq; aſſignat modum ſequendum per Pęnitentiarium, priuſquam à ſe dimittat pęnitentem hoc caſu obſtrictum.

ſ. I.

1 Quò ad primum paragraphum nobis ſe ſe offert in primis terminus (*Qui*,) circa quem obſeruandum eſt, qui nam veniant comprehenſi ſub ipſo. Comprehenduntur itaq; ſub eo omnes filij, & filiæ cuiuſcumq; generis ſint, hoc eſt, legitimi, legitimati, naturales, ſpurij, adoptiui, & arrogati; quinimmò in ſententia *Capeauillæ par. 2. cap. 4. qu. 9. & Bellochij in Praxi Moralis Theolog. p. 2. quæſt. 2. num.* 58. comprehenduntur filij, & filiæ ex infidelitate ad Chriſtianam fidem conuerſi, qui ſuos percutiunt parentes, licèt ipſi parentes adhùc viuant ſub infidelitate. Itidem comprehenduntur filij hæreticorum, ſi ſuos percutiant parentes hæreticos. Demùm comprehenduntur omnes filij, tàm ſi ſint coniugati, quàm clerici. Ratio omnium iſtarum comprehenſionum eſt, quia cum textus loquatur indiſtinctè, & abſolutè, ſignum eſt, omnes prædictos filios ſub ſe comprehendere; lex .n. generalitèr loquens, generalitèr eſt intelligenda, *l. De pretio, ff. de Publici, in rem act.* Et hoc maximè procedit in hac materia, teſte *Belloch. loco infra citando*, in qua conſideratur tantùm cauſa reuerentiæ, & affectionis, quam omnes filij ergà parentes exhibere debent. Ita *Petrus Belloch. par. 2. Caſuum reſer. quæſt. 2. n.* 58. *Capeauilla de Caſib. reſeru. par. 2. cap. 4. qu. 9.* & facit ad hoc *textus in l. Hos accuſare, ſ. Omnibus, ff. de Accuſationibus.*

ADDE

ADDITIO.

NOn comprehenduntur ſub reſeruatione preſenti filiaſtri percutientes vitricum, aut Nouercam, aut filij adoptiui, vel arrogati percutientes Patrem arrogantem, aut adoptantem; quia erga tales non eſt de iure naturæ debita reuerentia qualis debetur Patri aut Matri, à quibus naturaliter deſcendimus, quæ præcipitur explicitè Decalogi præcepto, & c.27. Deuteronomij, & ca.3. Eccleſiaſt., & 21. Exodi. *maxime cū agatur de reſtringenda lege penali, & odioſa, quæ iuxta certiorem verborum proprietatem capi debet. Sic* Gambarupta caſu 8. Mazuchellus diſp. 2. cap. 8. diſt. 1. num. 2. & 3. & quæſt. 2. num. 22. Graffius in praxi lib. 2. cap.40. num.22. Finel. de reſeruat. caſu 7. num. 2.

Secundus terminus eſt (*Parentes.*) Trifariam loqui poſſumus de parentibus, .s. largè, ſtrictè, & ſtrictiſſimè. Largè loquendo appellatione parentum veniunt omnes conſanguinei, & affines, vt conſtat ex communi vſu loquendi. De parentibus hoc modo ſumptis loquitur *Ariſt. 8. Aethica, cap.* 8. quando oſtendit pietatem eſſe virtutem, qua exhibemus cultum patriæ, & parentibus, & *D. Thomas* 2. 2. *quæſt.* 110. *art.* 1. 2

Strictè veniunt auus, & auia, proauus, & proauia, abauus, & abauia, *l. Iuriſconſultus, ff. de Gradibus. Lelius Zecchius de Caſib. reſ. caſ.*14. *n.* 2. Quinimmò nonnulli in hoc parentum genere ſtrictè ſumptorum reponunt quoq; ſuperiores in recta linea vſq; ad Adam, tàm ex parte patris, quàm ex parte matris. Itèm veniunt vitricus, & nouerca, itemquè patres adoptiui, & qui arrogant ſibi filium. Qui ſint autèm, qui ſibi arrogant filios, vide in fine huius caſus.

Strictiſſimè verò parentum nomine veniunt tantùm pater, & mater, ex quibus filij immediatè geniti ſunt: ſumus in claris, ideò nulla opus eſt probatione. Nunc deueniendo ad rem noſtram cenſeo cum *Barboſa de Officio, & poteſtate Epiſc. allegat.* 51. *num.* 114. textum ne dum loqui de parentibus ſtrictiſſimè ſumptis, ſed etiam de parentibus ſtrictè. Et ratio eſt ſatis clara, & valida, ſi conſideremus diſcrimen intèr parentes, & genitores: hoc nomen (*Parentes*) ad plura ſe extendit, quàm nomen (*Genitores;*) nam hoc nomen (*Parentes,*) cum veniat à patre, ſe extendit ad omnes, qui vel ſunt patres per generationem, vel proximè tenent locum noſtrum genitorum in corporalibus, vti ſunt omnes illi, qui ſortiuntur nomen parentum ſtrictè ſumptorum ad differentiam illorum, qui tantùm fictè habentur parentes, vt nutrix, aùt nutricius: itemq; ad differentiam Confeſſariorum, qui etiam non propriè, ſed iuris fictione, ſeù ſimilitudi- 3

narie

nariè dicuntur patres, .s. in ſpiritualibus. Ceterùm hoc nomen, (*Genitores,*) non ſe extendit niſi ad homines illos, & mulieres illas, qui naturalitèr proprio ſemine filium, aùt filiam genuerunt; textus autèm non vtitur nomine genitorum, ſed nomine parentum ad deſignandum, quòd omnes filij cuiuſcunq; generis, demptis filijs putatiuis, & ſpiritualibus, obſtringerentur caſu, ſi quoſuis patres ſuos percuterent. Faciunt adducta per *Bellocbium in Prax. moralis Theol. par. 2. qu. 14. Graff. de Caſibus reſeru. lib. 2. cap. 40. Gambaruptam de Caſibus reſeru. caſ. 8. num. 3.*

ADDITIO.

Comprehenduntur ſub rubrica ſoli aſcendentes, à quibus naturaliter deſcendimus; ideoque incidit in reſeruationem tantum nefarius ille filius, qui percuſſerit Patrem, aut Matrem, Auum, Auiam, & alios vſque ad Tritauum excluſiuè, quia de iure hi ſoli veniunt nomine Parentum in ſenſu proprio L. Iuriſconſultus ff. de Gradibus. L. 4. §. parentes ff. de in ius vocando. Maſtrill. deciſ. Siciliæ 256. num. 11. Fuſarius de ſubſtitutionibus quæſt. 365. num. 5. Barboſa in tract. varijs appellat. 185. num. 1. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. to. 5. cap. 977. num. 3. *Quæ deſignatio parentum locum habebit tam in linea Patris, quam Matris, cum naturaliter deſcendamus tam ab vna, quam ab alia linea, & eadem de iure debeatur reuerentia tam aſcendentibus ex parte Patris, quam Genitricis.* Iaſon in L. Prætor. ff. de in ius vocando.

Tertius terminus eſt (*Percuſſerint.*) Percuſſio eſt triplex, nimirùm,
4 leuiſſima, leuis, & grauis. Leuiſſima dicitur illa, quæ ex imperfectione
actus, aùt deliberationis eſt citrà mortale, vt potè ſi filius ſentiens ſe per-
cuti à patre, aùt à matre abſque plena deliberatione, aùt ex ſubitanea
paſſione repercutiat; ſed aduertens, quid agit, ſtatìm manum retrahit.
Leuis eſt illa, qua percutitur parens per filium plena deliberatione; ſed
leuitèr, vt pugno, aùt alapa. Grauis eſt illa, qua parens à filio deliberatè
percutitur enſe, ſclopo, ligno, &c. Habita tali diſtinctione exiſtimo tex-
tum interpretandum eſſe ne dum de percuſſione graui, ſed etiam de leui,
5 quia parentum percuſſio, quamùis de ſe foret leuis; attamèn, penſato
honore, quem filij, ac filiæ erga parentes debent, & circunſtantia paren-
telæ, cenſetur grauis, & conſequentèr annodatur. *Ita Nauar. in Manual.*
cap. 14. n. 12. Finellius de Caſibus reſeru. caſ. 7. qui expreſsè aſſerit, etiam
percuſſionem leuem filiorum in parentes reſeruari debere. Idem aſſerit
Gambarup. de Caſibus reſer. caſ. 8. num. 2. afferens Ricardum in 3. Sentent.
diſt. 37. Barboſa, loco infra citando, & alij.

Sunt

Sunt autèm tria potiſſimè obſeruanda circa parentum percuſſionem; 6
quorum primum eſt, percuſſionem parentum differre ab iniectione manuum in parentes, cum terminus, (*Percuſſio,*) non adeò ſtrictè ſumatur, vt iniectio manuum: nam nomine iniectionis manuum venit non modò percuſſio immediata, aùt mediata, ſed etiam venit quæcunq; alia realis iniuria in parentes commiſſa, vt proiectio pulueris, iniurioſa per veſtem retentio, violenta acceptio rei ex manibus eorum, incarceratio, &c. cum hac tamèn limitatione, quòd ſi filius non tangat parentes, nec immediatè vt manu, aùt pede, aùt mediatè, vt baculo, enſe, &c non cenſetur iniјcere manus in parentes; vt ſi filius tantùm incutiat parentibus timorem verbis minacibus. Cęterùm ad percuſſionem non ſufficit realis iniuria, nec ſimplex tactus abſq; vlla percuſſione, ſed requiritur realis percuſſio grauis, aùt leuis; nam vbi opus eſt facto, non ſufficiunt verba; ſicut etiam non ſufficit voluntas, vbi opus eſt facto, *c. 1. de Eo, qui mit. in poſſ. cau. rei ſer.*

Secundum obſeruandum eſt, verbum percutere largiùs eſſe, quàm verbum vulnerare, aùt mutilare: nam percutere comprehendit vulnerare, & mutilare, ſed non è conuerſo; quia ſi vulneratio, aùt mutilatio eſt, percuſſio eſt: ſed ſi percuſſio eſt, non ſequitur, quòd ſit vulneratio, aùt mutilatio, quia datur percuſſio abſque mutilatione, & vulneratione; illud autèm eſt largiùs, .i. communiùs, à quo non fit ſubſiſtendi conſequentia, vt vtar *Philoſophorum verbis.* 7

Tertium obſeruandum eſt percuſſionem in textu non eſſe ita ſtrictè accipiendam, vt accipitur in Canone, *Si quis ſuadente Diabolo,* 17. *quæſt.* 4. quia ibi ad incurrendam excommunicationem ſufficit expuere in Clericum, vel arripere eum per veſtem iniurioſè; aùt incarcerare violentèr contra iuſtitiam: ad incurrendum verò hunc caſum reſeruatum contra percutientes parentes non ſufficit ſimilia patrare, licèt grauitèr peccetur: à diuerſis .n. non fit illatio, *l. Papinianus, ff. de Minorib.* 8

§. II.

Quò ad ſecundum paragraphum traditur regula generalis pro doctis, ex qua ſimul cum fundamentis in explicatione terminorum iactis, ſatis patere poteſt, qui incidant in caſum, & qui non incidant. 9

REGVLA.

Ad incurrendum hunc caſum tres requiruntur conditiones copulatiuè.

Prima

Prima eſt, quòd percuſſio ſit actualis.

Secunda eſt, quòd percuſſio ſit mortalitèr peccaminoſa.

Tertia eſt, quòd percuſſio ſit contra parentes, ſtrictiſſimè, aùt ſaltèm ſtricte captos.

Patetq; veritas huius regulæ ex iactis fundamentis.

Pro minus peritis practicatur regula ſimul cum fundamentis, & in primis colligitur, qui non incidant.

§. III.

NON INCIDENTES.

10 Ex defectu primæ conditionis regulæ, .s. (*quòd percuſſio ſit actualis*,) ſequitur primò, illum non incidere, qui apprehenſo patre ſuo per brachia, vel alio modo ſtrictè detinet ipſum impediendo, ne ſe, vel alium percutiat.

Secundò ſequitur, illum non incidere, qui iracundia motus, manum admouet, vel eleuat baculum, vt patrem, aùt matrem percutiat, quem tamèn minimè percutit, licèt peccet mortalitèr. Faciunt adducta per *Barboſam de Officio, & poteſt. Epiſcopi, allegat.* 51. *num.* 113. quia verba cum effectu ſunt accipienda.

Tertiò ſequitur, illum non incidere, qui verbis contumelioſis patrem, vel matrem afficit; peccat tamèn mortalitèr.

Idem quoque infertur de illo, qui minacibus verbis cogit parentes ad aliquid ſibi indulgendum, vel impertiendum, *Belloch. de Caſib. reſeru. par.* 2. *quæſt.* 2. peccat tamèn mortalitèr.

Quartò ſequitur, illum non incidere, qui furore motus ponit enſem, vel baculum ſuper caput patris, vel matris ſuæ, aſſerens, quòd vtique ipſum, vel ipſam validè percuteret, niſi timor Dei ipſum retraheret; peccat tamèn grauitèr.

Quintò ſequitur, illum non incidere, qui ſpuit ſaliuam in patrem, aùt matrem, vel arripit eos per veſtem; annodatur tamèn mortali piaculo.

Sextò ſequitur, illum non incidere, qui mandat, conſulit, conſentit, aùt auxilium præbet, &c. vt percutiatur eius pater, vel mater; irretitur tamèn peccato mortali.

Septimò, idem infertur de illo, qui patrem ſuum in carcere detrudere fecit, obſtringitur tamèn mortali culpa, ſuppoſito, quòd iniuſtè hoc præſtiterit.

Octauò, idem dicitur de illo, qui patri, aùt matri inſidiatus eſt, ſed nihil mali ſequutum eſt, ligatur tamen mortifero crimine.

Omnium

Omnium ſupradictarum conſequentiarum, & aliarum ſimilium vna eſt ratio eſſentialis, .s. quia in prædictis delictis nunquàm interceſſit actualis percuſſio; quando autèm plura copulatiuè requiruntur ad conſtitutionem rei, vno deficiente nihil ſequitur.

Nonò, Ex defectu ſecundæ particulæ regulæ; .s. (*quòd percuſſio ſit mortalitèr peccaminoſa,*) ſequitur illum non incidere, qui caſualitèr, vel iocosè percuſſerit parentes; licèt percuſſionem contigerit grauem eſſe. 11

Decimo ſequitur, illum non incidere, qui ad defenſionem ſui repercutit patrem, qui eius mortem, mutilationem, aùt vulnerationem intendit; dummodò repercutiat cum moderamine inculpatæ tutelæ; quod tunc ſeruari dicitur, cum quis alitèr quàm repercutiendo inuaſorem euadere non poteſt. Legendus eſt *Finellius de Caſibus reſer. caſ.7. poſt Couar.* qui latiùs hoc probat, *Barboſa de Officio, & poteſtate Epiſc. allegat.* 51. *num.* 116. *& alij.*

Vndecimò ſequitur, illum non incidere, qui, vt citiùs ſe eripiarè manibus ſui inimici ipſum perſequentis, impingit fortitèr in patrem, aùt matrem, ipſam retardantem à fuga.

Duodecimò, idem infertur de illo, qui, vt liberet patrem ſuum ab inimico ipſum perſequente, eum in domum valido impetu intrare compellit.

Idem de illo, qui, vt eripiat patrem ſuum ab inimico, ipſum ex induſtria retrorſum cadere facit, vt vel ſic effugiat eius ictum.

Decimotertiò, idem de illo, qui abſque peccato, & ex ignorantia inuincibili percutit quempiàm parentum. Ratio omnium harum ſequelarum eſt, quia in ſupradictis percuſſionibus non inuoluitur peccatum mortale, vt ſupponitur, quod prorsùs requiritur, in caſuum reſeruat. vt conſtat ex *Decr. interpretat. Sac. Congreg. ſuper Caſus reſeru. incipientis, Editum fuit.* Vid. *Nald. verbo, Caſus, ſub num.* 14. *& Quaranta verbo, Caſus reſeru. Barboſa, vbi ſupra, num.* 119.

Decimoquartò, ex defectu tertiæ particulæ, .s. (*quòd percuſſio ſit contra parentes ſtrictiſſimè, aùt ſaltèm ſtrictè ſumptos,*) ſequitur non incidere eum, qui fratrem ſuum, vel ſororem; conſobrinum, vel conſobrinam, nepotem, aùt neptem, patruum, vel amitam, aùt alium quempiam ex parentibus largè acceptis, percutit, quamuis iniuriosè, ac lethalitèr percutiat. Ratio eſt, quia textus non comprehendit parentes largè acceptos, quales ſunt ſupra relati, vt in primo §. notatum fuit; quibus .n. non conueniunt verba textus, nec eius diſpoſitio conuenire debet, *vulgatis Iuribus.* 12

Digitized by Google

§. IV.

ANNOTATIO I.

13 Ille non incidit in caſum, qui percutit patrem ſuum ob neceſſariam de-
fenſionem patriæ, .s. vt ipſam liberet ab ipſo iniuſtè inuadente. Ratio
eſt, quia teſte *Finellio de Caſib. reſer. caſ.* 7. in pari neceſſitate plus tene-
mur patriæ, quàm patri, plus bono vniuerſali, quàm particulari: vtilitas
.n. publica eſt præferenda priuatæ, *cap. Bonæ, il pri. de Poſtu. Prælat., l.
vnica, §. pen. C. de Caducis, tol. c. Scias.* 7. *q.* 1. *Couar. ſup. cap. Raynutius,
de Teſtam. num.* 8. *ver.* 1. Idem dicendum de filio percutiente patrem
ſuum contra fidem Chriſti bellantem, *Barboſa vbi ſupra, n.* 115.

ANNOTATIO II.

Ille non incidit, qui aſtrictus, v. g. ab aliquo Potente, coactione ca-
14 dente in conſtantem virum, ſuum verberat patrem, aùt matrem. Et ra-
tio ea eſſe videtur, quia, quamùis ſupradictus timor non excuſet à tranſ-
greſſione diuinorum præceptorum, cum teneatur vnuſquiſq; magìs mo-
ri, quàm fędari aliquo mortali crimine; attamèn excuſatur à reſeruatio-
ne, quæ eſt ab Eccleſia, *Alexander de Arioſtis, circà finem quarti præ-
cepti, Emanuel Sà, verbo, Lex, num.* 1.

Aliæ annotationes addi poſſunt, ſed breuitatis gratia conſultò omit-
tuntur; gaudent .n. breuitate moderni; meliuſquè eſt pauca vtilia effun-
dere, quàm multis inutilibus corda hominum prægrauare, *l. Tanta, C. de
Vetere iure enucleando.*

§. V.

INCIDENTES.

Ex regula ſecundariò ſequitur, qui incidant: argumentum .n. à con-
15 trario ſenſu aptiſſimum eſt in iure ad magis, ac magìs cognoſcendam
veritatem rei. Verùm quia fruſtrà fit per plura, quod poteſt fieri per
pauciora æquè benè; propterea, cum regulam generalem, de qua ſupra,
& per argumentum à contrario ſenſu, quiuis cognoſcere poſſit, qui è
contra incidant; ideò conſultò omitto conſequentiarum longum contex-
tum. Solummodò breuitèr dico quemlibet filium, vel filiam incidere,
qui, vel quæ alterum parentum percutit grauitèr, vel leuitèr iuxtà expo-
ſitionem habitam in primo §. ſuppoſito, quòd percuſſio exiſtat mortalitèr
peccaminoſa.

AN-

Digitized by Google

§. VI.

ANNOTATIO I.

Incidit, qui percuſſus à patre, vel matre diſcretè, correptionis, aût diſciplinæ gratia, ſe ipſum defendendo repercutit parentem; quia, cum parens ſuum exequatur officium, non poteſt filius in tali caſu abſque graui culpa parentem repercutere. Ita *Fluellius de Caſibus reſeruatis, caſ. 7. poſt Angelicum Doctorem 2. 2. qu. 66. art. 2. & Caiet. ibidem. Sotum de Iuſt. & Iure lib. 5. quæſt. 2. art. 2. cap. Aût facta, de Pœniten. diſt.* 1. vbi patri permittitur filium percutere ad correptionem; non verò ad iniuriam irrogandam, vel ad vindictam. 16

ANNOTATIO II.

Incidit, qui patrem bannitum interimit, quia, quamuis bannitorum occiſio per legem permittatur; non tamèn licèt filio reſpectu patris. Ita *Graſſius de Caſibus reſeru. lib. 2. cap.* 40. Hic non immoror, quia crimen hoc potiùs pertinet ad caſum homicidij, qui eſt octauus, quàm ad iſtum, qui eſt quartusdecimus. 17

ANNOTATIO III.

Adoptio ſecundum *Angelicum Doctorem* 4. *Senten. diſt.* 42. *art.* 1. *ibi ad primum*, eſt duplex, vna, quæ naturalem filiationem perfectè imitatur, & hæc vocatur arrogatio, per quam reducitur adoptatus in poteſtatem adoptantis, itaut adoptatus ſuccedat adoptanti ab inteſtato; nec poteſt eum pater adoptans priuare quarta parte hæreditatis; & ſic adoptari non poteſt, niſi qui eſt ſui iuris, & poſtquàm quis eſt adoptatus, non habet poteſtatem, aût ſi habet, eſt emancipatus: quæ quidem emancipatio non fit, niſi per Principis auctoritatem. 18

Alia eſt adoptio ſimplex, in qua adoptans non tenetur in teſtamento aliquid relinquere adoptato, nec habet alias conditiones arrogationis. Nos loquimur de prima, .i. de patribus adoptantibus primo modo, & de filijs adoptiuis item primo modo. *Armilla verbo, Adoptio, num.* 2.

ADDITIO.

Licet maxima fuerit arrogantia filij, qui patrẽ arrogantem percuſſerit, tamen non ligatur reſeruatione, contra ſententiam Auctoris, *vt oſtenſum eſt ſupra in* addit. ad num. 1. §. 1. huius caſus decimiquarti, *quia*

propriè tantum venit parentis nomine is, à quo naturaliter deſcendimus, non vero ille, cui per Iuris diſpoſitionem ſubijcimur, aliter incurreret reſeruationem, etiam percutiens Iudicem, Tutorem, Curatorem, & ſimiles, quod non eſt dicendum.

§. VII.

Modus obſeruandus per Pœnitentiarium, priuſquàm abſoluat hoc caſu irretitum.

19 TRia præſtabit. Primum animaduertat, non ſufficere ſi pęnitens dicat ſe hominem percuſſiſſe, ſed neceſſariò ſpecificare debet, ſe percuſſiſſe aliquem ex parentibus, vel ſtrictè, vel ſtrictiſſimè ſumptis, de quibus ſupra in primo paragrapho; quia circunſtantia hæc mutat ſpeciem peccati, teſte *D. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 76. *art.* 3. & idcircò neceſſariò aperienda eſt in confeſſione. Et idem dicitur, ſi matrem grauidam abortiri fecerit, vt notat *Bellochius in Praxi moralis Theolog. par. 2. qu. 2. n. 2.*

Inſuper Pęnitentiarius declaret Pęnitenti, quàm graue ſit hoc peccatum, cum ſit contra ius naturale, diuinum, & humanum. Contra ius naturale: nam inſtinctu naturæ animalia irrationabilia defendunt eorum genitores, vt *D. Ambroſius in Exameron teſtatur de Ciconia, & Cornice* ergà eorum parentes. Contra ius diuinum, vt habetur *Exodo, c.* 21. nam ibi dicitur, qui percuſſerit patrem ſuum, aùt matrem morte moriatur: & alibi. Et contra ius humanum, cum de iure ciuili percutientes parentes exhæredari poſſint, vt in *Paragrapho, Aliud, ver. Si quis, Auth. Vt cum de appellatione cognoſcitur.*

Alterum, inducat filium, aùt filiam percutientem parentem, vt ei ſatisfaciat omni meliori modo.

Tertium, inducat ſimilitèr vt ſatisfaciat, quoad fieri poterit ijs, qui ſuo prauo exemplo ſcandalum, aùt occaſionem patrandi ſimilia, attulit, *Petrus Bellochius, vbi ſupra.*

Notandum eſt autèm ſcandalum actiuum duplex eſſe: aliud intentum, vt ſi peccator dicto, vel facto intendat trahere aliquam perſonam ad peccatum; & aliud minimè intentum. Primum eſt ſpeciale peccatum. Secundum verò eſt conditio tantùm aggrauans. Ita *Angelus Hellenſis in Speculo Confeſſ. c.* 14.

CASVS

CASVS XV.

SVMMARIVM.

1 *Terminus* (Qui) *interdùm ſub ſe complectitur inſimùl maſculinum, & femininum, interdùm maſculinum tantùm.*
2 *In hoc textu terminus* (Qui) *præciſè complectitur ſolùm maſculinum.*
3 *Maſculus prima vice, qua ſe commiſcet cum fœmina, licèt omninò inuitus, non dicitur ſtupratus.*
4 *In mari iuuene deformitatis rationes, quæ in puella virgine inueniri ſolent, minimè reperiuntur.*
5 *Violentia eſt duplex, nimirùm propria, & interpretatiua.*
6 *De vtraquè violentia loquitur textus.*
7 *Stuprum eſt ſpecies luxuriæ ab alijs diſtincta.*
8 *Stuprum eſt virginis fœminæ defloratio.*
9 *Cum maſculus primò defloratur, non dicitur committi ſtuprum.*
10 *Duplex eſt virginitas, altera naturalis, virtuoſa altera.*
11 *Virginitas naturalis à virtuoſa ſeparari poteſt.*
12 *Stuprum duplicitèr contingere poteſt, .ſ. abſq; violentia, & cum violentia.*
13 *Terminus* (virginis) *in textu non ſtat pro maſculo.*
14 *Puella procurans in ſe mollitiem, an integritatem carnis frangat.*
15 *Verbum* (intulerint) *in textu idem valet, ac qui contra voluntatem tulerint.*
16 *Quintuplicitèr differt ſtuprum à raptu.*
17 *Raptus etiam eſt ſpecies luxuriæ ab alijs diſtincta.*
18 *Ad incidendum in caſum hunc tria copulatiuè requiruntur.*
19 *Non incidit in caſum iuuenis, qui puellam ſibi vltrò oblatam ſtuprauit.*
20 *Nec ille, qui ſtuprauit virginem, quæ leuitèr rogata fuit.*
21 *Nec ille, qui duntaxàt munuſculis allexit virginem.*
22 *Nec ille, qui priùs fuit laceſſitus.*
23 *Nec ille, qui cognouit puellam non virginem, licèt haberetur talis, & vim illi intulerit.*
24 *Nec, qui maſculo virgini vim intulit.*
25 *Nec, qui habuit propoſitum deflorandi virginem, ſed non deflorauit.*

26 Nec,

26 *Nec, qui niſus fuit deflorare virginem, ſi re ipſa illam non defloraūit.*

27 *Nec ille, qui præcisè per tactus impudicos ad pollutionem induxit virginem.*

28 *Nec ille, qui cognouit virginem contra naturam.*

29 *Incidit, qui defloraūit virginem fide data illam in vxorem ducendi.*

30 *Incidit, qui pellexit virginem ſub præſtito iuramento illam dotandi.*

31 *Incidit, qui celebratis ſolis ſponſalibus extorſit virginis conſenſum ad copulam carnalem, timore incuſſo aliam ducendi, niſi aſſentiret.*

32 *Incidit diues, qui laceſciuit pauperculam virginem ad ſtuprum ſub ſpe illam ducendi in coniugem.*

33 *An, quando adeſt imparitas, puellam præſumi poſſit fuiſſe deceptam.*

34 *Admodùm grauiter peccat, qui aufert ſignaculum virginale.*

35 *Stuprator virginis tenetur ſatisfacere patri illius.*

36 *Itèm tenetur ſatisfacere virgini.*

37 *Stuprator virginis tenetur augere dotem illius.*

38 *Attendat Pœnitentiarius, an ex ſtupro nata ſit proles.*

39 *Confeſſarius itèm omninò attendat, an remota ſit occaſio recidiui.*

IN TEXTVM CASVS XV. .s.

Qui ſtuprum violentum virgini intulerint.

COMMENTARIA.

OMni afficior tædio, vndequaquè verecundia confundor, dum nimiam ſtupri fęditatem expoſiturus caſum quintumdecimum prouidè additum in tabella caſuum reſeruatorum in prima Synodo ſub Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. D.D. Aloyſio Grimano celebrata, aggredi volo. Sed illud mihi ſubſidij comparabo, vt quàm celerrimè ab hoc omnis immunditiæ veluti limo me expediam.

Verùm circa caſum hunc pro inſtituto diſtinctè procedendo octo percurremus paragrapha (iuxta numerum octo Beatitudinum, quas nos aſſequi concedat Beatiſſimus omnium Pater in via, vt poſtmodùm plena, ac vera fruamur beatitudine in patria;) quorum

Primum præſefert declarationem terminorum in textu incluſorum, qui pro iaciendis fundamentis textus omninò ſunt exponendi.

Secundum affert diſcrimen intèr ſtuprum, & raptum.

Tertium

Tertium dat regulam generalem pro dignoſcendis incidentibus, & non incidentibus in caſum.

Quartum oſtendit non incidentes in caſum.

Quintum addit annotationes circa non incidentes.

Sextum demonſtrat incidentes.

Septimum ponit annotationem penès incidentes.

Octauum deniq; tradit modum per Pęnitentiarium ſeruandum, priuſquàm impertiat abſolutionis beneficium annodato huiuſmodi caſu.

§. I.

Quò ad primum paragraphum immediatè præ oculis objicitur terminus (*Qui*,) de quo coacti in vnoquoq; caſu ſemper aliquid nobis neceſſum fuit prænotare; cum iuxta materiarum, ſeù caſuum varietatem in his Commentarijs regula generalis ſingulis caſibus communis in medium minimè afferri potuerit.

Terminus iſte interdùm ſub ſe complectitur genus fęmininum, vt claret in prænotatis Commentarijs circa hunc terminum diſcurrenti; & interdùm etiam à ſe prorsùs genus fęmininum excludit, quod item ex ſupradictis caſuum Commentarijs non obſcurè colligitur. 1

In hoc caſu potiſſimùm pro certo habeo, termino (*Qui*) minimè includi genus fęmininum. Quod quidem liquidò claret, primo ſumpto argumento ex ſolitis: iura enim ſe adaptant ad ea, quæ vt plurimùm contingere ſolent, non ad ea, quæ rarò, *l. Iura. 3. ff. de Legibus*, non ſolent autèm fęminæ viris, niſi rarò, vim inferre. 2

Secundò, quia, quando mas iuuenilis ætatis primò ſe commiſcet cum aliqua corrupta muliere, licèt ab ipſa admodùm ſollicitatus, vti iam fuit Ioſeph Patriarcha, *Gen. c.* 38. non dicitur fuiſſe ſtupratus; ſed tantummodò flagitium fornicationis commiſiſſe (ſuppono mulierem hanc non eſſe nuptam, nec iſti ſanguine, aùt affinitate coniunctam, aùt voto aſtrictam,) tametſi per hanc coniunctionem corporis virginitatem amiſerit. Faciunt allata per *Capeauillam de Caſibus referu. caſ.* 11. *difficul.* 1. 3

Ducor hac ratione, quia in mari adoleſcenti non reperiuntur rationes deformitatis, quæ in puella virgine reperiri ſolent; nam puella quoad ſignaculum virginitatis noſcitur eſſe ſub parentum cuſtodia; & per ſignaculi virginalis fractionem ad nuptum minùs apta reperiri, quæ conditiones in adoleſcente mari minimè attenduntur, vt de ſe conſtat. *Capeau. inf. loc. cit.* 4

Secundus terminus eſt (*violentum.*) In gratiam huius termini obſeruandum eſt, violentiam duplicem eſſe, nempè propriam, & interpretatiuam: propria, vt cum virgo ob debilitatem ſexus opprimitur à viro, vti 5

iam

iam fuit Thamar ab Amon, 2. *Reg. c.* 13. interpretatiua verò, vt cum virgo amplis donis, aût promiſſionibus iuratis, &c. ſeducta ſuſtinet copulam. De vtraq; cenſeo loqui textum: nam vtroq; etiam modo violen-
6 tum patratur ſtuprum. Cui autem conueniunt verba textus, diſpoſitio quoq; conuenire debet, *l.* 1. *verſ. Offilius, ff. Ne quis eum*. Faciunt allata per *D. Antoninum 2. par. Summæ Theologicæ tit.* 8. *c.* 6. *§.* 1. *Graff. lib.* 2. *Deciſ. aurear. c.* 78. *num.* 4. *apud Capeau. de Caſib. reſer. c.* 11. *num.* 4.

ADDITIO.

INterpretatiua violentia qualis ab Auctore proponitur non admittitur à iuriſconſultis, ſed tantum ab aliquibus Theologis; quapropter iuxta communiorem ſenſum dicendum eſt.

Primò, copulam à virgine obtentam per blanditias non dici ſtuprum violentum, quia blanditiæ voluntarium non tollunt, ſed augent ex D. Thoma 1. 2. quæſt. 6. art. 7. & L. fin. C. ſi quis alter. teſt. proh. iuncta gloſſa verbo maritali. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 4. caſu 395. *Sic in terminis docent* Sanchez de matrim. diſput. 11. lib. 4. nu. 2. Gutierez quæſt. Canonic. lib. 1. cap. 37. n. 19. Molina to. 1. de iuſt. tract. 2. diſput. 94. §. ſi fornicariè. Nauarrus in ſumma cap. 17. num. 16.

Secundo, copulam habitam cum virgine medijs precibus importunis, ſine admixtione timoris reuerentialis, vel minarum, non efficere ſtuprum violentum, nec tollere voluntarium, Nauarrus lib. 2. de reſtitut. cap. 3. p. 4. dub. 2. num. 429. Carbon. de reſtit. quæſt. 46. concluſ. 8. Manuel. tom. 1. Summæ edit. 2. cap. 208. Bannes 2. 2. quæſt. 62. art. 2. dub. 7. concl. 3. *Si tamen daretur caſus, in quo Puella importunis precibus victa, voluntate verè repugnante, ſolum, vt importunitatem repelleret conſentiret deflorationi, reus eſſet violator ſtupri violenti, iuxta multorum ſententiam; quod de raro & difficiliter contingere poſſe in praxi notant* Sanch. lib. 4. diſput. 10. num. 5. & Baſilius Pontius de matrim. lib. 4. cap. 12. num. 7. *qui ſubdit difficile eſſe, preces importunas violationem inferre, licet initium prabere ſoleant, vt tandem virgo illecta libera deliberatione conſentiat.*

Tertio, ſtuprum illatum per preces importunas, iuncto timore reuerentiali, vel minis ſemper eſſe violentum. Pontius l. c. & Sanchez diſput. x. n. 4. verſ. 1. concluſ. Maſcard. de probat. concl. 193. n. 9. & alij.

Quarto, copulam habitam amplis donis vel pecunijs intercedentibus non inducere ſtuprum violentum, munera namque mouent non cogunt. Salon. 2. 2. quæſt. 62 art. 5. controu. 40. concl. 3. Manuel. 2. tomo ſummæ cap. 40. nu. 4. *poteſt enim puella vel reſpuere libera voluntate dona oblata ſub conditione copulæ, vel data ad inuitandum accipere, & deinde ſeriò negare turpem corporis vſum donanti.*

Quinto,

Digitized by Google

Quinto, copulam extortam per promiſſiones falſas, mendacia fraudes, & dolos, vt v. g. per promiſſionem futuri matrimonij; quod tamen promittens intendebat non contrahere violentam eſſe, & ſtuprum violentum reſeruationi obnoxium inducere; Quia nihil eſt magis voluntati contrarium, quam deceptio, error, & dolus, vulgata inter iuriſconſultos paræmia. Sotus, Ledeſma, Molina, Lopez; Gutierez, Bannes, Salon. & alijcum Sanchez lib.4. de matrim. diſput. 11. num. 2. verſ. Teneretur; Capua lib. 2. deciſionum cap. 223. num. 10. Baſil. Pontius lib.4. cap.12. n.3. in fine.

Sexto, deflorationem illatam virgini conſentienti ob promiſſiones veras iuratas, vel non iuratas ducendi in matrimonium, ſi tamen intendat animo promittens ſe obligare, & promiſſionem implere non eſſe inuoluntariam, neque venire ſub reſeruatione ſtupri violenti; quia dummodo non ſit dolus vel fraus, aut mendacium in promittente idem eſt mouere promiſſionibus, donandi, vel faciendi, ac inducere actuali executione, vel donatione. Conſtat ex ratione à contrario in præcitatis Doctoribus ſuperiori verſic. 5. *& patet ex traditis cum* Suarez, & alijs à Capeauilla nu. 8. caſu 11. qu. 2. *in terminis* Mazuchellus de reſeruatis diſput. 2. cap. 23. num. 52. iunctis 53. & 54. ſequentibus difficult. 2. quæſt. 2. & Leſſius de iuſtitia lib. 2. cap. 10. dub. 2. num. 14.

Tertius terminus eſt (*ſtuprum.*) Pro intelligentia operæ pretium eſt tria attendere. **Primum, an ſtuprum ſit ſpecies luxuriæ. Secundum quid ſit. Tertium quomodò ſumatur in textu.**

Sciendum eſt primò ſtuprum eſſe ſpeciem luxuriæ ab alijs diſtinctam; 7
nam, vbi circa aliquod peccatum contingit aliqua ſpecialis deformitas, ibi ſpecies determinata illius peccati poni debet; in virgine autem ſub cuſtodia patris, vel alterius exiſtente occurrit ſpecialis deformitas, ſi à viro corrumpatur extrà matrimonium; amittit enim ſigillum virginitatis ob cuius amiſſionem ſolet fieri vilis, & magna cum difficultate, niſi aucta dote, dari nuptui, in damnum, ac dedecus parentum, aut cuſtodum: quod cum pateat expreſsè, probare non eſt neceſſe. Eſt *Doctrina D.Thomæ 2. 2. qu. 154. art. 6.* quàm doctè, & fusè explicat *Caiet. ibi*, vt notat *Capeau. de caſ. reſ. c. 11. q. 1. diffic. 1.*

Secundò, quid ſit. Stuprum eſt virginis fęminæ defloratio: Ita *Tolet.* 8
lib.5. c.11. num.1. poſt D.Thom. 2.2. q.154. arg.6. & Caiet. ibi, & in Sum. verbo, Stuprum, & Capeau. loc. cit. DD. communitèr.

Dicitur virginis fęminæ, quia, cum mas primò defloratur, non dicitur 9
ſtuprum; ſed ſolummodò cum defloratur fęmina. Itèm dicitur fęminæ virginis, nam ſtuprum dicitur, ſi fęmina virgo ſit; non autèm ſi mas licèt virgo exiſtat. Legendus eſt *Emanuel Sà, verbo, Luxuria, num. 3. Tol.*

vbi

vbi ſupra, Caiet. item vbi ſupra, & alij.

10 Verùm hìc notandum duplicem eſſe virginitatem, alteram naturalem, virtuoſam alteram: naturalis eſt integritas carnis, .s. clauſtri virginalis; virtuoſa verò eſt, cui debetur laureola. Faciunt allata per *Bonac. de Decem præceptis diſput. 7. q. 1. pun. vnic. pri. prop. num. 4.* & reperitur in perſona, quæ nunquam carnalem copulam habuit; aùt veneream aliquam delectationem interiùs, aùt exteriùs voluntariè admiſit.

11 Notandum prætereà huiuſmodi virginitatem nempè naturalem, & virtuoſam ad inuicem ſeparari poſſe: fęmina enim naturalem virginitatem poſſidet, quandiù ab aliquo viro non fuit carnalitèr cognita; quamùis virginale clauſtrum alio modo læſum retineat: fieri autèm poteſt, vt clauſtrum virginale illæſum ſeruet, etiam ſi alicui impudico tactui, aùt internæ delectationi aſſenſum præſtet; quo in caſu virginitatem naturalem retinet, non verò virtuoſam: ex oppoſito fieri poteſt, vt virginitatem virtuoſam retineat, amiſſa naturali, vt patet in fęmina, quæ per vim abſolutam abſquè vllo conſenſu corrumpitur. Ita *Bonac. loc. cit.*

12 Quò ad tertium, ſciendum eſt, ſtuprum duplicitèr contingere poſſe, .s. abſquè violentia, & cum violentia: abſq; violentia, vt cum virgo vltrò ſe violandam offert, vel ſaltèm leuitèr rogata aſſentit ſtupratori: cum violentia eſt, quandò virgo precibus importunis, amplis donis, promiſſionibus iuratis allecta conſentit viro eam opprimenti, tunc .n. dicitur moraliter coacta. His habitis, pro certo habeo hoc in loco textum non eſſe extendendum ad ſtuprum ſine violentia, quamùis admodùm graue peccatum inuoluat; ſed ſolùm ad ſtuprum patratum cum violentia altero ex prædictis modis ſumpta. Faciunt, quæ habet *Capeau. loco ſupra citato*, & claret in textu, ibi, *violentum*.

ADDITIO.

IMportunæ preces, pollicitationes, & dona an inducant coactionem moralem, & cadant ſub violentia in hoc caſu decimo quinto *Tabellæ reſeruatæ egimus in* addit. ad num. 6. pag. ſuperiori 592. *& ibi notatis clarè ſubſcribit* Leſſius de iuſt. lib. 2. cap. 10. dub. 2. n. 13. & 14. cum citat.

13 Quartus terminus eſt (*virginis,*) circa quem nullus remanet ambigendi locus ex ſupradictis, quin præciſè ſumatur pro fęmina, cuius integritas clauſtri virginalis adhùc illæſa remanet; quod ſecùs eſt de illa, quæ in foro fori virgo cenſetur, ſed re ipſa talis non eſt; ſumus .n. in foro poli, in quo ſolummodò ſpectatur rei veritas. *Soarez ver. Lex. Felin. in cap. 1. de Conſtitu. verſ. Fallit. 6.*

14 Verùm notandum, quòd, quamuis puella procurans in ſe, quod abſit,

pollu-

Digitized by Google

pollutionem amittat laureolam virginum, ſi illam priùs non perdiderat; attamèn formalitèr non frangit ſigillum virginitatis, .s. integritatem carnis, eſto per talem fractionem euadat vilis, & ad matrimonium ineptior: nam licèt quis noſſet ſimilem turpitudinem ab illa commiſſam fuiſſe, non idcireò eius nuptias à ſe reijceret, quod ſatis conſtat.

Quintus deniq; terminus eſt (*intulerint.*) Quamobrèm ſciendum eſt, quod, infero, vt plurimùm ſumitur deteriorem in partem, vt inferre manus, inferre damnum, cladem, detrimentum, inferre crimen, inferre arma, &c.

Sed hoc in loco mihi probatur verbum (*intulerint,*) idem valere, ac 15
iſtud, .s. contra tulerint, .s. contra voluntatem virginis, ſupponimus enim ſtuprum contra propoſitum virginis extorqueri. hactenùs de terminis.

§. II.

Non modicum intercedere diſcrimen intèr ſtuprum, & raptum noui- 16
mus; in his autèm præcipuè ad inuicem differunt. Primò, quia ſtuprum committitur ſolùm cum virginibus; raptus verò eſt non tantùm virginum, ſed etiam mulierum corruptarum, ſiuè illæ ſint coniugatæ, ſiuè viduæ, ſiuè ſolutæ, etiam meretrices, *36. qu. 2. c. Raptores, &c. Si quis non dicam, de Pœnit. diſt. 1.*

Secundò, quia ſtuprum eſt ſolùm reſpectu fęminini ſexus, vt dictum eſt: raptus verò eſt etiam maſculini, quia eſt etiam raptus virorum, vt ſi mulier rapiat per ſe, vel per alios virum, vt eum in matrimonium ducat; vel, vt eius amplexibus fruatur; verum tamèn eſt, quod raró contingit mulierem virum rapere; è contra verò ſępiùs contingit, quod vir fęminam rapiat. Legendus eſt *Hoſtienſ. in Sum. lib. 5. rub. de pœnis raptoris, num. 1.*

Tertiò, ſtuprum poteſt fieri abſque violentia, ut contingit cum uirgo ultrò dat copiam ſui corporis uiro; raptus uerò intrinſecè inuoluit uiolentiam, & per hanc differentiam raptus extat diſtinctus non ſolùm à ſtupro, ſed etiam ab alijs luxuriæ ſpeciebus. Nec ſufficit ad raptum uiolentia interpretatiua, qualis ſufficit ad ſtuprum, de quo eſt caſus iſte, ſed requiritur uiolentia formalis.

Quartò, uiolentia, quæ interdùm contingit in ſtupro uerſatur circa uirginem tantùm; uiolentia uerò in raptu eſt etiam reſpectu parentum, aùt cuſtodum perſonæ.

Quintò, ſtuprum non inuoluit in ſe excommunicationem, quemadmodùm facit raptus; ideò raptor omnis ab excommunicatione lata per *Conc. Trid.* abſolui debet. Verùm, quia nemini reſeruatur, poteſt per quemcunq; Confeſſarium auferri: quod notat *Capeau. de Caſib. reſ. caſ. 12. q. 3.*

17 Colliguntur hæ differentiæ ex diffinitione raptus ſtrictè, & propriè ſumpti, qui eſt ſpecies luxuriæ ab alijs diſtincta, qua perſona violentèr contrà eius voluntatem, vel parentum carnalitèr cognoſcitur. Ex *36. q. 1. & 2. per diuerſa ibi capitula, ex D. Thom. 2. 2. qu. 154. art. 7. & ex alijs apud Capeau. caſ. 12. q. 1.*

§. III.

18 Pro doctis affertur regula generalis, ex qua vnà cum iactis fundamentis in primo paragrapho ſatis conijcere queunt, quinam incidant in caſum, & qui non incidant.

REGVLA.

Ad incidendum in caſum hunc tria copulatiuè requiruntur.

Primò eſt violentia formalis, aùt moralis ex parte ſtuprãtis.
Secundò virginitas naturalis.

Tertiò ſexus fęmineus. Et vtraq; harum conditionum ſe tenet ex parte perſonæ ſtupratæ.

Conſtat regula ex poſitis fundamentis in primo paragrapho.

Pro minùs peritis practicatur regula, & primò colligitur, qui non incidant in caſum.

§. IV.
NON INCIDENTES.

19 Ex defectu, ſeù carentia primæ conditionis regulæ, .s. (*violentia, &c.*) ex parte ſtuprantis, ſequitur primò iuuenem illum non incidiſſe, qui ſtuprauit virginem, quæ ſpontaneè ſe tradidit ob quamcunque cauſam, .s. ſiuè vt ab ipſo dotem conſequeretur, ſiuè ob beneuolentiam in ipſum, ſiuè etiam, vt frueretur eius amplexibus, &c.

20 Secundò ſequitur, nec illum incidiſſe, qui item ſtuprauit virginem, quæ leuitèr rogata ſtupratori fecit copiam ſui corporis. Ratio harum conſequentiarum vna eſt, ſed ad incidendum in caſum omninò neceſſaria, nempè quia hìc nulla interuenit violentia, nec vera, nec interpretatiua. Nec obſtant munuſcula, quibus fortaſsè fuit allecta; quia, cum virgo tàm facilitèr, tamq; vilitèr ſe proſtituerit, ſignum eſt euidens nullam violentiam interceſſiſſe.

Tertiò

Tertiò ſequitur, nec illum incidiſſe, qui, vt alliceret virginem, miſit 21
illi epiſtolas amorem inhoneſtum vndequaque redolentes, ob quas ei conſenſit.

Quartò ſequitur, à fortiori nec illum incidiſſe, qui ſtuprauit virginem, 22
à qua ipſe fuit laceſſitus, quocunque modo id obtigerit, ſiuè per lenas, ſiuè per dona, &c. Ratio harum ſequelarum eſt eadem, quam paullò ſupra attuli.

ADDITIO.

E*X defectu conditionis eiuſdem regulæ* Violentia, &c. *ſequitur non incidere, qui rem habuit cum virgine conſentiente, inuitis tamen eius conſanguineis, vel parentibus, aut Tutoribus, ſub quorum poteſtate regebatur,* quia violentia, *quæ cadit ſub reſeruatione noſtræ tabellæ, eſt in ordine tantum ad ipſam ſtupratam, non ad conſanguineos, vel parentes.* Sylueſter verbo Luxuria quæſt. 1. Nauarrus lib. 2. de reſt. c. 3. par. 4. dub. 1. Vega 2. tomo ſummæ cap. 105. caſu 1. ad finem Sanchez tomo 2. lib. 7. de Matrimonio diſput. 12. num. 35. & diſput. 14. clarius nu. 10. Valentia 2. 2. diſput. 9. quæſt. 3. puncto 3. col. 2. Manuel 1. tomo ſummæ cap. 55. caſu 25.

Aduertendum tamen eſt, quod ſi fœmina ipſa omninò conſentiens, inuitis parentibus abducatur domo aderit alia culpa iuſtitiæ oppoſita, quæ raptus dicitur, etiam ſi, vt dixi, deflorata conſentiat, quia manifeſta iniuria infertur parentibus, vel Tutoribus, ſub quorum cuſtodia quieſcit, ideoque raptor licet non incidat in reſeruationem ſtupri violenti tenebitur fateri in confeſſione vim illatam parentibus, aut Tutoribus. Sic D. Thomas 2. 2. quæſt. 154. art. 7. ad 2. D. Antonin. 2. par. tit. 5. cap. 2. in principio. Nauarr. lib. 4. conſil. de ſponſal. conſ. 32. & tit. de raptoribus lib. 5. conſ. 2. Tolet. lib. 5. ſummæ cap. 12. num. 7. Emanuel Sà verbo matrimonium num. 9. Mazuchellus de reſeru. diſput. 2. cap. 23. nu. 38. difficultate prim. quæſt. 2. *& alij communiter.*

Ex carentia ſecundæ conditionis, .s. (*virginitas naturalis,*) ſequitur 23
quintò illum non incidiſſe, qui violentèr habuit rem cum adoleſcentula, quæ re ipſa non erat virgo, licèt communitèr ab omnibus haberetur virgo: quod proculdubiò verum eſt in foro conſcientiæ, in quo ſoli veritati locus eſt; quamuis in foro exteriori talis iudicabitur ſtuprator, & vt talis punietur. Mecum eſt *Capeau. vbi ſupra,* & veritas ipſa optima comes. Faciunt, quæ habet *Felinus, & Soarez, loc. cit.*

Ex carentia tertiæ conditionis, .s. (*ſexus fœmineus,*) ſequitur ſextò 24
illum

illum minimè incidiſſe, qui vt haberet rem cum maſculo virgine, vim ei intulit: nam hic licèt vera, & formalis violentia interceſſerit ex parte agentis, & virginitas ex parte patientis; attamen, quia deficit ſexus fęmineus, non eſt ſtuprum, nec ſimplex, nec violentum; nam ſtuprum prçcisè cum fęmina committitur. Verùm huiuſmodi horrendum delictum ex alio capite reſeruatum eſſe conſtat, .s. in caſu decimo in ordine tabellæ Diœceſis Bergomi, cuius delicti nomen ob nimiam ſuam fęditatem ſilentij tenebris inuoluo.

§. V.

ANNOTATIO VNICA.

25 Non comprehenditur ſub caſu iſto ille, qui habuit propoſitum deflorandi virginem, ſi re ipſa minimè deflorauit. Ratio eſt, tum quia propoſitum in mente retentum nihil operatur, *ad tex. in c. Cum aliquibus, de Sententia, & re iudicata*: tùm quia verba ſunt intelligenda cum effectu, .s. conſummatione operis, *c. Hæc autem verba, de Pænit. diſt.* 1. tùm etiam, quia hic reperitur præcisè ſtuprum mentale, quod reſeruationi minimè
26 ſubiacet, *cap. Cogitationis, eadem*. Idem inferendum eſt de illo, qui niſus fuit deflorare virginem, ſi in facto illam non corrupit, *cap. Iuuenis, de*
27 *Sponſal.* Itidem idem inferendum eſt de illo, qui ſolummodò per tactus impudicos ad pollutionem attraxit virginem.

ANNOTATIO II.

28 Non incidit in hunc caſum, qui (quod abſit) virginem cognouit contra naturam, licèt etiam eius procurauerit pollutionem: ratio eſt, quia neque per concubitum contra naturam, neque per virginis pollutionem aufertur ſignaculum virginitatis, in quo conſiſtit ratio ſtupri. Legendus eſt *Capeau. loc. cit.*

§. VI.

INCIDENTES.

29 Sequitur primò, illum incidiſſe, qui, vt honeſta virgine potiretur, quæ ſui copiam ſæpè ſæpiùs illi denegauerat, re ipſa deflorauit ſub fide data, ſiuè publicè, ſiuè ſecretò illam ducendi in vxorem, ſiuè poſteà illam ducat, ſiuè non. Ratio eſt, quia verè interceſſit ſtuprum cum violentia interpretatiua reſpectu virginis fęminæ, quæ aliter non aſſenſiſſet illi.

30 Secundò ſequitur, illum incidiſſe, qui præſtito iuramento dotandi uirgi-

Digitized by Google

uirginem, illam pellexit ad patrandum ſtuprum, quod re ipſa ſequutum fuit. Ratio eſt, quia adeſt ſtuprum, uiolentum, .ſ. uiolentia interpretatiua, quæ, ut ſupra ſuppoſuimus, ſufficit ad incidendum in caſum.

ADDITIO.

SI promiſſio futuri matrimonij, vel dotis conſtituendæ facta fuerit fraudolenter à defloratore, ſcilicet ſine intentione ſtandi promiſſis, ſtuprum numerari debet inter violenta, & ideo ſubiecta reſeruationi; ſi vero ſincerè promiſit quod poſtea præſtitit, vel præſtare intendebat ſtuprum non erit reſeruatum. Legantur addita ſupra in fine num.6. §.1. huius caſus XV. uerſiculo ſexto deflorationem.

Tertiò ſequitur, iuuenem illum incidiſſe, qui factis ſponſalibus, antequàm celebraretur matrimonium de præſenti coram Parocho, & teſtibus traxit uirginem ad copulam carnalem timore illi incuſſo, ducendi aliam, niſi ſibi aſſentiret, ſiuè poſteà illam, ſiuè aliam ducat. Ratio eſt, quia intercedit hìc uiolentia ſaltèm interpretatiua ob metum, quo affecta eſt uirgo, ne deſereretur à ſponſo ſibi promiſſo, *Capeau. loc. cit.* 31

Quartò ſequitur, diuitem illum incidiſſe, qui laceſſiuit pauperculam uirginem ad ſuſtinendum ſtuprum (quod quidèm ſuſtinuit,) aliàs minimè conſenſuram, niſi data illi ſpe futuri matrimonij cum ſtuprante. Nec obſtat diſparitas gradus, ut infra cauetur. 32

ADDITIO.

QVinto ſequitur, defloratorem incidiſſe in decretum reſeruatorium, qui cognouit virginem dormientem, vel ebriam, aut ſtultam, quia talis copula eſt contra iuſtitiam, & præter voluntatem ipſius cognitæ. Vega 1. to. ſummæ cap. 55. caſu 25. Palacios in 4. diſt. 34. diſp. 2. col. 12. Sanchez de matrim. lib.7. diſp. 12. n.33. & melius diſput. 14. nu.9.

§. VII.

Imparitas generis, .ſ. nobilitatis, fortunæ, aùt facultatum non obſtant, quin uirgo uiolentari poſſit promiſſione iurata futuri matrimonij; & perindè ſtuprator incidat in caſum: nam illud, quod nonnulli DD. ferunt, nempè in hoc caſu, & ſimilibus ob imparitatem nobilitatis, aùt diuitiarum præſumi puellam non fuiſſe deceptam, ſed ad ſuam colorandam turpitudinem potiùs finxiſſe; procedit quò ad forum exterius, præſum- 33

puoni-

ptionibus innitens: at quod nos hìc dicimus, certum eſt in foro poli, ſeù conſcientiæ, quem nos ſequimur; & in quo locus præſumptioni minimè datur. Faciunt, quæ habet *Felin. & Soarez loc. cit.*

§. VIII.

Modus obſeruandus per Confeſſorem Pænitentiarium, antequàm abſoluat annodatum hoc caſu.

34 TRia ſaltèm de more præſtabit. Primum, obijciet præoculis pęnitentis, qui ademit uiolentèr uirgini ſignaculum uirginale, quàm grauitèr peccauerit non modò ratione culpæ commiſſæ, ſed etiam quia ob hoc conſtituit ipſam in periculo grandi deinceps peccandi. Legendus eſt *Tolet. lib. 5. cap. 11. num. 1.*

35 Secundum. Ingeret illi, quòd ſtuprator uirginis (quocunq; modo illam dementauerit) obligatur in utroq; foro ad placandum illius patrem, & ad ſatisfaciendum illi pro iniuria allata, ad dicta *Angelici Doctoris, 2.2.q.154. art. 6. Caetani, & aliorum, apud Capeau. q. 3. diffic. 1.*

36 Itidem interrogabit, an ſtuprator ſatisfecerit uirgini, uel ſaltèm ſatisfacere paratus ſit ad arbitrium uiri prudentis; nam ſine illa ſatisfactione abſolui non poteſt, defectu contritionis.

ADDITIO.

Expedit attendere an ſtuprum, & iniuria ſit omnino occulta, & puella nullum damnum ſenſerit, ideoque nupſerit æque benè, vel nubere poſſit; Quia tunc, & eo caſu ſtuprator ad nullam ſatisfactionem, vel reſtitutionem tenebitur, nam ſola iniuria virginitatis ablatæ (ſecluſo damno) temporali æſtimatione compenſari nequit. Leſſius c. 10. lib. 2. dub. 2. Laiman lib. 3. ſect. 5. tract. 3. par. 3. cap. 13. num. 4. Vaſquez de reſtit. cap. 3. §. 2. dub. 3. Mazuchellus diſput. 2. cap. 23. num. 50. difficult. 2. qu. 2. Petrus Nauarrus lib. 2. de reſtitut. cap. 3. num. 450. cum allegatis, & Martinus Nauar. cap. 16. num. 17. & 19.

Notandum inſuper, dicta hoc §. 7. ab Auctore *ſupponere, quod ſtuprum illatum fuerit violenter in terminis, in quibus referuntur in tabella; ſi enim defloratio non fuiſſet talis, ſed virgo liberè conſenſiſſet in copulam, ad nihil tenebitur deflorator, & ideo nec ad ducendam, nec ad dotandam, quia non ſit iniuria volenti, & conſentienti; nec refragatur diſſenſus parentum, quia filia domina eſt ſui corporis. Et hæc procedunt etiam ſi mota fuiſſet ad turpem conſenſum per dona, promiſſiones, preces, etiam impor-*

Digitized by Google

importunas, dummodo abſuerint minæ, timor reuerentialis, fraus, dolus, vis, & deceptio. Sic Sotus lib. 4. de iuſt. quæſt. 7. artic. 1. ad 2. Mazuchellus loc. cit. num. 48. & 51. Leſſius loc. cit. dub. 2. num. 9. 12. & 14. in his omnibus terminis. Sanchez de matrimonio lib. 7. diſput. 14. num. 11. Petrus Nauarra loco allegato. num. 444.

Si ſtuprator falſis pollicitationibus, verbi gratia ducendi uirginem deceperit ipſam (quidquid ſit de foro exteriori) in foro interiori tene- 37
tur ad id, quod promiſit: & in caſu longæ inæqualitatis tenetur ſaltèm ad reficiendum damnum omne, quod indè illi euenerit; & præcipuè ad dandum illi eo plus, quo egebit, ut talem conſequatur maritum, qualem manens uirgo probabilitèr obtinuiſſet ad arbitrium uiri prudentis; & aliquid ampliùs ob uerecundiam, quam toto curriculo uitæ paſſura eſt, & ob contumelias, quibus ob id afficietur in poſterùm. Legendus eſt *Bizozerius in Summa par. 7. c. 5. num. 4. & 5. Capeau. de Caſib. reſer. c. 11. qu. 3. diff. 1. & alij.*

Tertium. Attendet Confeſſarius, an ex ſtupro nata ſit proles; nam 38
parentes ad alimenta illius obligantur: iure quippè canonico tàm pater, quàm mater etiam ſpuriam prolem alere tenetur, *cap. Cum haberet, de Eo, qui duxit in matrim.* Ad matrem quidem ſpectat alere prolem primis tribus annis, *l. Nec filium, C. de Patria poteſtate:* quod notat *Capeauil. de Caſib. reſeru. caſ. 11. qu. 3.* uerùm ſanè intelligendum eſt, .s. ſuppoſita poſſibilitate matris; abſoluto uerò triennio ſpectat ad patrem, dempto tamèn caſu, in quo pater pauper exiſteret, & mater diues; quia tunc ipſa prolem alere teneretur. Legendus eſt *Syluest. ver. Alimenta, nu. 2. & Capeau. loc cit.* Deniq; Confeſſarius linceis oculis proſpiciet an, 39
remota ſit occaſio recidiui.

Demùm, qua debemus humilitate, atque reuerentia, Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ, omnium Eccleſiarum matris, ac magiſtræ iudicio, & auctoritati, quæcunque in hac umbra Commentariorum ſcriptitata ſunt, emendanda, corrigenda, augenda, minuenda, & quouis modo mutanda, ſubijcimus. Sit Deo gloria, in Eccleſia, & in Chriſto Ieſu, in omnes generationes ſeculi, ſeculorum. Amen.

ADDITIO.

Eodem humilitatis debitæ obſequio ſe, ſuaſque additiones Sanctæ Romanæ Eccleſiæ infallibili iudicio ſubdit, ſubdetque ſemper Additionator.

ADDITIO

DE CASV XVI.

Nuper Aucto tabellæ reſeruatorum in Diœceſi Bergomen. ſub his terminis.

PATER, AVT MATER, AVT VIR, QVI CONSENSERINT, VT FILIA, AVT VXOR SE PROSTITVAT.

SVMMARIVM.

1 Quid intelligatur in textu per verbum *Pater*, & an veniat ſub rubrica Pater ſpiritualis.
2 Vel Confeſſarius, aut Parochus.
3 Aut Auus paternus.
4 Siue Vitricus.
5 An veniat Pater ex adoptione, vel arrogatione.
6 An comprehendatur in reſeruatione præſenti Pater illegitimus.
7 Quænam veniat nomine *Matris* in textu.
8 An veniat Nouerca, vel Auia.
9 Quid nomine *viri*, & an claudatur ſub reſeruatione ſponſus Matrimonij rati, vel ſponſalium de futuro.
10 Quomodo ſit explicanda particula *Qui conſenſerit*.
11 Quænam ſit *Filia*, de qua in caſu, & an nomine *Filiæ* veniant neptes.
12 Qualis *vxor* intelligatur in reſeruatione.
13 Qualiter interpretari debeat particula *ſe proſtituat*.
14 Traditur regula generalis pro dignoſcendis incidentibus in caſum.
15 An incidant conſentientes proſtitutioni filiæ, aut vxoris licet non ſequatur effectus.
16 Qui non incidant in reſeruationem ex regula generali.
17 An incidant conſentientes in proſtitutionem ſodomiticam filij, vel filiæ.

18 An

18 An incidant conſentientes per metum.
19 An incidant Fratres conſentientes in proſtitutionem ſororis, vel filij matris, aut conſanguinei alicuius coniunctæ.
20 An incidant non reſiſtentes proſtitutioni filiæ nuptæ, vel viduæ.
21 An ſit proſtitutio de qua caſus, quæ fit per tactus impudicos.
22 An incidant ſinentes filiam commiſceri cum ſponſo de futuro.
23 Quomodo intelligenda ſit proſtitutio quæ ligatur hoc caſu, & an fornicationes aliquæ non publicæ inducant proſtitutionem.
24 Qui nam ligentur hoc caſu, ex parentibus, & maritis.
25 An requiratur conſummatio matrimonij ad hoc vt ſit *maritus* in terminis textus.
26 An ſufficiat conſenſus tacitus pro incurſu.
27 An comprehendantur in caſu permittentes publicam proſtitutionem non in Lupanari, ſed domi.
28 An incidant Pater, aut Mater, aut Maritus tolerantes filiam, vel vxorem, quæ iam conſueuit venalem facere pudicitiam.
29 An excuſentur ab hac reſeruatione tolerantes proſtitutionem quęſtus cauſa, in ſubſidium grauis paupertatis.
30 Quam ſit graue piaculum, & quanta pęnitentia expiandum.
31 An poſſit abſolui conſtitutus in occaſione ſimili peccandi qui nolit ipſam abdicare ex vtilibus, vel honeſtis cauſis.

Corrupit adeò vniuerſa caro viam ſuam, & flagitioſæ libidinis impetus ſic exarſit, vt calcata ſinderesi, poſthabita famæ iactura, iugulato ſuauiſſimæ modeſtiæ rubore diuinas humanaſq; leges crudeli prædatione interuerterit. Quod peius eſt, & auditu incredibile, Patres, genitrices, mariti, quos filiarum, & vxorum honori præſides deſtinauit Altiſſimus, eiurata ſæpe fide cuſtodiæ, Iudæ infandum illud repetunt quid vultis mihi dare, *& natarum, & coniugum pudicitiam ſtupratoribus vendunt.*

Nefarium hoc delictum, & Gomorreo expiandum igne, ſibi prouidè reſeruauit Illuſtriſſimus noſter Præſul, cuius caſus dum explico reſeruationem, prauitatem abominor, fęditatem deteſtor.

Hærentes igitur veſtigijs Lupi *noſtri additionem præſentem quinque paragraphis ſic diuidemus.*

Primo, declarabimus terminos textus.

Secundo, aſſignabimus regulam generalem pro dignoſcendis incidentibus, & non incidentibus.

Tertio, notabimus ſpecialiori modo caſus non incidentium.

Quarto, dabimus reos incidentes in reſeruationem.

Quinto, aliquid obſeruabimus pro munere Pœnitentiarij in abſolutione talis delicti.

§. I.

1 *In primo paragrapho exponenda ſunt verba reſeruationis; Ideo noto per ly* Pater *intelligi Patrem naturalem non vero Patrem ſpiritualem v. g. qui ſuſcepit in Baptiſmo, vel in Confirmatione, nam nomine proprio appellatur Patrinus, & ſuſceptor, non pater.* cap. non plures de conſecrat. diſt. 4. & cap. quamuis de cognat. ſpirit. in 6. Conc. Magunt. cap. 55. & Tridentinum ſeſſ. 24. de reformat. cap. 2. Poſſeuin de officio Curati cap. 6. n. 33. Barboſa de poteſtate Epiſcopi alleg. 30 num. 40.

2 *Eo minus veniunt nomine Patris Confeſſarius, vel Parochus, quamuis, latè ſumpto vocabulo, Patres ſpirituales nuncupari poſſint, de rigore namq; Patres minimè dicuntur, ſed Sacerdotes proprij; patet ex* ca. Omnis vtriuſq; ſexus de pœnit. & remiſ.

3 *Licet in iure nomine Patris veniat aliquando Auus paternus* L. 4. ff. de in ius vocand. Surdus de aliment. tit. 6. quæſt. 8. *Hic cum ſimus in odioſis nec Auus, nec quilibet alius aſcendentium clauditur appellatione* Patris, *vt benè* L. lege ſ. hoc capite ff. de ritu nupt. Lauor. variarum to. 1. tit. 2. cap. 11. num. 128. Barboſa tract. varijs, appellat. 190. num. 2.

4 *Pari ratione ſentio, non venire vitricum, ideoque non incidere in præſentem reſeruationem ſi ſinat, filiaſtram ſe exponere proſtitutioni, vti reſolutum fuit in ſimili* in addit. ad §. 1. n. 1. caſus 14. cum allegatis.

5 *Item præſenti termino* Pater *non comprehenditur adoptans, vel arrogans, qui ſola fictione iuris pater eſt.* Fumus verbo adoptio n. 2. Ghilin. verbo eodem, & ex traditis per D. Thomam in 4. ſentent. diſt. 42. art. 1. in reſponſ. ad primum.

6 *Pater ligatur hoc caſu ſiue ſit legitimus, & naturalis, ſiue naturalis tantum, quia tam hic, quam ille vere Pater eſt* Capeau. p. 2. cap. 4. quæſt. 9. Graffius in praxi lib. 2. cap. 15. de conſentient. ad proſtit. n. 1. Belloch. in praxi moralis Theologiæ p. 2. quæſt. 2. num. 58. *& facit textus in* L. hos accuſare ſ. omnibus ff. de accuſat. iuncta gloſſa.

7 *Secundus terminus eſt*, aut Mater, *quę ligatur reſeruatione ſiue legitima ſit, ſiue illegitima, non tamen ſi ſit Mater ſpiritualis, vel ſi ſit ſuperioriſſa Monialium, magiſtra, vel directrix. Conſtat pari ratione ex præmiſſis de Patre.*

8 *Nomine* Matris *non venit Nouerca ex ſupra dictis de vitrico, neq; Auia* L. Iulia ſ. hoc capite ff. de ritu nupt. L. Patri ff. de adulterijs. Card. Tuſchus

ſchus concluſ. 108. num. 3. to. 5. lit. M. Gratianus diſcept. forenſ. to. 5. cap. 977. num. 5.

Tertius terminus eſt, aut Vir, *quo vocabulo intelligo Maritum, non vero* 9
Sponſum de futuro, in materia odioſa L. non ſine, vbi Cyn. C. de bonis, quæ liberis. Sanchez de matrim. lib. 1. diſp. 1. num. 2. verſic. ſed hoc ſanè; *imo maritum ſolum credo affici hac reſeruatione, ſi Matrimonium fuerit conſummatum, non vero ſi tantum ratum ſit per verba de præſenti, ex doctrina generali Canoniſtarum, quod in materijs reſtringendis nomine mariti minimè veniat ſponſus de preſenti.* Sanchez ibidem num. 3. Abbas in cap. tertio loco in fine, & ibi Felin. num. 4. de præſumpt. Cuch. lib. 5. inſtit. maior. tit. 10. num. 8. & 9. Auendan. reſp. 10. num. 3. Barboſa in tract. varijs appellat. 139. *contra* Couuaru. de ſponſal. par. 1. cap. 1. initio num. 2.

Quartus terminus eſt, qui conſenſerit, *circa quem aduertendum eſt, ſuf-* 10
ficere pro incurrenda reſeruatione nedum conſenſum expreſſum, ſed etiam tacitum, qui naſcitur ex plauſu, palpatione, omiſſione correctionis erga filiam ſe proſtituentem, vel proſtituere parantem, cum teneantur & parentes, & vir omnem amouere occaſionem, & opportunitatem proximam filijs ſuis ruinæ ſpiritualis, vt in ſimili Rodriquez prima parte cap. 5. num. 3. Nauarrus cap. 24. num. 22. & in terminis Graffius in praxi lib. 2. cap. 15. num. 25. & 38.

Quintus terminus eſt, vt Filia, *quo ſatis patet non affici reſeruatione pre-* 11
ſenti perditos illos parentes, qui conſenſum præſtarent, vt filius maſculus ſodomiticè ſe proſtituat, quia maſculinum concipit femininum, non è contra L. qui duos 60. in fine ff. de legatis 3. L. inter ſtuprum ff. de verb. ſignificat. Molin. de ritu nuptiarum lib. 3. quæſt. 16. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 7. à principio. Peregrin. de fideicom. art. 25. à principio. Graffius ad caſum l. c.

Simili ratione nomine Filiæ *nequeunt intelligi Nepotes, ideo ſi quis conſenſerit in proſtitutionem neptis reſeruationem vitabit, quia ſub appellatione Filij, & Filiæ nepotes non veniunt, vbi attenditur vocabuli proprietas, vt probat* L. quod ſi nepotes 6. ff. de teſtament. tutela, *nam conſtat Filios eſſe quos Pater genuit, Nepotes autem, qui ex ipſis natis naſcuntur, idcirco hos ſecundum gradum, illos autem primum conſtituere* L. 1. §. 1. cum ſequenti ff. de gradibus Anton. Gabriel. commun. concluſion. lib. 6. tit. de verb. ſignificat. concluſ. 1. num. 3. Barboſa tract. varijs appellat. 99. num. 84. Rota in vna Bononienſi fideicommiſſi 20. Martij 1576. corā Merlino.

Sextus terminus eſt, aut Vxor, *quo ſignificat reſeruans, ſe non compre-* 12
hendere ſponſam de futuro, quæ vxoris nomine capi non poteſt, niſi impropriè. Imo, vt diximus ſupra num. 9. *etiam ſi ſit ſponſa per verba de præſenti, ante tamen conſummationem non includitur præſenti reſeruatione. Vide*

Barbo-

Barboſam in tractatibus varijs appellat. 139. cum citatis ab eo.

13 *Vltimus terminus eſt*, Se proſtituat, *qui ſonat idem ac meretriciam artem exerceat, vel palam omnibus petentibus corporis vſum vendat*. Sic Vulpianus in L. palam ff. de ritu nuptiarum. Lexicon iuridicum verbo Proſtitutæ litera P. Albericus in Dictionario verbo meretrix. Cardinalis Tuſchus practicarum concluſionum litera M. & lit. P. verbo meretrix, & verbo proſtituere.

§. II.

14 *In ſecundo paragrapho formanda eſt Regula generalis pro ſecernendis ex vniuerſali fundamento incidentibus à non incidentibus; erit autem*

REGVLA.

Ad incidendum in pręſentem reſeruationem copulatiuè requiruntur conditiones tres.

***Prima*, quod ſequatur fornicatio filię, aut vxoris.**

***Secunda*, quòd fiat ex permiſſione, ſiue conſenſu libero Patris, aut Matris naturalis, ſiue mariti ſtrictè ſumpti.**

***Tertia*, quod ducatur vita meretricia cum proſtitutione publica.**

Liquet veritas regulæ præſentis ex præmiſſa explicatione terminorum huius decreti reſeruatorij.

§. III.

NON INCIDENTES.

15 *Ex defectu primæ conditionis regulæ, ſequitur non incidere Patrem, Matrem, aut Maritum, qui conſenſum præſtiterunt, ne dum tacitum, verum etiam expreſſum, vt Filia, vel Vxor venale faceret omnibus corpus ſuum, quod tamen ipſa vel noluit vel non potuit actu perficere; ratio eſt, quia reſeruatio fertur in pęnam meretricatus conſummati, & reſeruatur conſenſus Patris, & Mariti tanquam cauſa ipſius nefariæ artis, qua propter, niſi ſequatur proſtitutio, neq; reſeruabitur conſenſus, qui caruit effectu; ſicuti non reſeruatur conſilium, vel mandatum datum ad homicidium, niſi actu ſequatur homicidium ipſum vt fusè* Lupus parte 2. & 3. comment. ad caſum Octauum, *& diximus* in addit. ad ipſam partem ſecundam dicti Octaui caſus num. 20. pag. 471. Belloch. de reſer. p. 2. qu. 18. n. 27. & alij.

Neque

Neque opponas, non conſtare, an conſenſus Patris, aut Matris conſideretur in textu vti principalis, an vero acceßorius proſtitutioni. Nam in dubio ſupponi debet reſeruatus tanquam acceſſorius effectui, ideo niſi ſequatur proſtitutio non debet credi reſeruatus conſenſus datus ad ipſam ineundam. Lege Nauarrum lib. 5. Conſil. de ſent. excom. conſ. 5. Auilam 2. p. ca. 5. diſt. 3. dub. 6. Bonac. de cenſ. diſput. 1. qu. 1. pu. 3. prop. 4. nu. 15.

Ex defectu ſecundæ conditionis ſequitur, non incidere Patrem ſpiritualem, vel Auum paternum, aut Auiam, aut Patrem arrogantem, ſiue adoptantem, aut Vitricum, ſiue Nouercam, aut Sponſum de futuro, ſiue de preſenti ante matrimonij conſummationem, qui reſpectiuè conſenſerint, vt filia, ſeu filiaſtra, ſiue neptis, aut ſponſa ſe proſtituat. Patent omnia ex præmiſſis explicationibus terminorum, quas non repeto vt conſulā breuitati. 16

Item ſequitur, non incidere Patrem, aut Matrem conſentientes in infandam proſtitutionem filij maſculi, vt diximus num. 11. *Incident tamen conſentientes in proſtitutionem filiæ, vel vxoris, etiam ſi præpoſterè cognoſcatur; talis enim erit certiſſima proſtitutio.* 17

Sequitur etiam, defectu particulæ illius, ſecundæ conditionis permiſſione, ſiue conſenſu libero Patris, &c. *non incidere Patrem, Matrem, aut Maritum, qui conſenſerint in filiæ aut coniugis proſtitutionem ob timorem, vel metum grauem cadentem in conſtantem virum incuſſum, vel ab aliquo magnate, vel ab ipſa filia, ſiue vxore niſi permittant, & aſſentiantur proſtitutioni; nam licet metus in ijs, quæ ſunt iuris diuini, & naturalis non excuſet à peccato mortali, cum melius ſit mori quam fœdari, tamen liberat à præceptis iuris poſitiui, ſic què, per conſequens à reſeruatione, quæ iure humano* [illegible] *per* Emanuelem Sà verbo metus num. 11. & ferè in terminis noſtris per Lupum in comment. ad Caſum nonum tabellæ §. 4. num. 20. 18

Infertur perſpicuè, non incidere Fratres, Filios, vel alios conſanguineos conſentientes in proſtitutionem Matris, aut Sororis, aut coniunctæ, quia cum non comprehendantur in textu ligari nequeunt legis grauamine ex ſola identitate rationis cap. odia de Regulis iuris in 6. Lupus in comment. ad caſum 14. §. 3. num. 13. 19

Eruitur, non incidere Patrem, vel Matrem non impedientes proſtitutionem Filiæ propriæ coniugatæ, quæ ſub poteſtate viri reſidet, vel etiam filiæ viduæ, quæ habitet ſeparatim ſub vmbra, & memoria viri; cum enim iſtæ non ſubſint patriæ poteſtati non videtur pater obligandus ſub reſeruatione ad auertendam ab ipſis impudicitiam. Sic in caſu Mediolanenſi *reſoluit in terminis* Mazuchellus de reſeru. diſp. 2. cap. 17. quæſt. 2. num. 17. 20

Ex defectu tertiæ conditionis regulæ ſequitur, non incidere Patrem, Matrem, aut Maritum permittentes, vel aſſentientes, vt filia, vel vxor ab amaſijs ſecretò turpiter tangatur, vel polluatur, quia reſeruatio intelligi 21

debet

debet de actu conſummato, non de incompletis, vt ſupra reſolutum fuit in Commentarijs ad Caſum ſecundum, decimum, decimum tertium, & decimum quintum, *& faciunt notata per* Mazuchellum cap. 1. de raptu virginum quæſt. 3. & clarius diſput. 2. de reſeruat. cap. 22. qu. 2. nu. 13. Belloch. tract. eodem par. 2. quæſt. 1. num. 196.

22 *Similiter non incident Pater, aut Mater tolerantes Filiam turpiter commiſceri cum ſponſo de futuro ſibi in Maritum deſtinato, quia talis copula non eſt proſtitutio, cum non ſit actus Meretricis, quæ quærat quæſtum ex vendita pudicitia iuxta* L. palam ff. de ritu nuptiarum.

23 *Sequitur vltimo ex defectu dictæ tertiæ conditionis regulæ propoſitæ, non incidere Patrem, aut Matrem, aut Maritum conſentientes, vt Filia, vel Vxor peccet cum amaſio etiam pluribus vicibus, dummodo id fiat non omnino publicè, & tolerent ſine animo permittendi publicam proſtitutionem. Neque incident in reſeruationem ſi id concedant, vt aquirant dona vel magna ſtipendia, quia non ſolum turpe lucrum, ſed iunctum cum publicitate meretriciæ artis inducit proſtitutionem in textu reſeruatam.* Abbas cap. inter opera in fine de ſponſalibus. Albericus in dictionario verbo meretrix. Couaruuias de ſponſal. p. 2. cap. 8. §. 11. num. 4. Menoch. de arbitrarijs caſu 202. num. 7. & caſu 328. num. 4. Farinac. in praxi criminali quæſt. 136. num. 76. & ſequenti. Gratianus diſcept. forenſ. ca. 135. num. 8. *Neque dicitur, vel dici poteſt proſtituta, quæ copiam ſui fecit occultè alicui.* Farinac. deciſ. 444. nu. 2. p. 1. recentiorum. Barboſa cum prædictis in tract. varijs appellat. 150. num. 2. *Et in terminis terminantibus huius caſus, & reſeruationis ſic explicat.* Mazuchellus diſp. 2. ca. 17. num. 18. num. 22. *& alijs citatis.*

Noto tamen, quod hæc doctrina non procederet ſi in aliqua Diœceſi legeretur reſeruatus hic caſus ſub alia formula v. g. Qui Pater, aut Mater, aut Vir conſenſerint in fornicationem, aut copulam Filiæ, vel Vxoris, *ceſſaret, inquam, hæc doctrina, & haberet locum reſeruatio in quacumque etiam occulta fornicatione, vel adulterio, quod non accidit in Diœceſi Bergomen., in qua reſeruatio cantat ſub formula* qui conſenſerint in proſtitutionem, &c.

§. IV.

INCIDENTES.

24 *Perpendenti regulam* num. 14. *propoſitam, iunctis animaduerſionibus circa terminos textus, conſtare poteſt, qui nam afficiantur, reſeruatione quos vt ſummatim colligam, remoto tædio, dico*

Primo,

Primo, incidere Patrem, & Matrem conſentientes in proſtitutionem fi-
liæ etiam ſpuriæ, & illegitimæ, vel ex quocunque damnato coitu procreatæ
vt explicauimus ſupra num. 6. *& docet expreſsè* Capcauilla par. 2. cap. 4.
quæſt. 9. Graffius in praxi lib. 2. cap. 15.

Secundo, maritum poſt matrimonium conſummatum, qui permiſerit 25
Vxori venalem pudicitiam exponere ex dictis num. 9. *&* 13.

Tertio, tam Maritum, quam Parentes, qui conſenſerint in proſtitutio- 26
nem Filiæ, vel Vxoris etiam tacitè, modo dicto num. 10.

Vltimo, tam Maritum, quam Parentes ſi permiſerint publicam proſti- 27
tutionem Vxoris, vel Filiæ ne dum in lupanari, ſed etiam in propria domo,
admiſſis omnibus ad concubitum accedentibus, quia hæc vera dici debet pro-
ſtitutio, nec locus facit meretricem, ſed vita. Albericus l. c. Alex. conſ.
157. num. 3. lib. 5. Card. Tuſchus tom. 5. lit. M. concl. 211. à num. 1.
Barboſa in terminis, appellat. 150. num. 1.

Neque immunis redditur à reſeruatione Pater, Mater, aut Maritus, ſi 28
Filia, vel Vxor iam ſit parata ad quæſtum faciendum turpi corporis proſti-
tutione, vel iam expoſita omnibus accurrentibus, ſemper enim reus erit, &
obnoxius reſeruationi, ſi cum poſſit eam reducere ad bonam frugem, & ab
infami ſtatu reuocare id negligat perficere, & per conſequens perſeueret im-
piè conſentire. Graffius in praxi lib. 2. cap. 15. num. 24.

Minus excuſabitur à reſeruatione Maritus, vel Pater, aut Mater ſi tole- 29
rent, vel aſſentiantur Filiæ, vel Vxori meretricanti ob ſubſidia, quæ ab ipſa
recipiunt pro indigentiæ, & paupertatis leuamine; Nam non ſunt facien-
da mala, vt eueniant bona, & nullam commutationem dare poteſt homo
pro anima ſua; quapropter ſi non obſtante paupertate, mortaliter delin-
quunt, ita etiam reſeruatione afficiuntur peccato adnexa. Graffius l. c. nu.
26. cum allegatis.

§. V.

Quid attendere debeat Pœnitentiarius in abſolutione ab hoc caſu.

Aduertat primo ad enormem delicti grauitatem, quod, etiam Iure Cæ- 30
ſareo pœna mortis punitur Auth. de Lenon. §. 1. *& iure Pontificio*
perpetua Infamiæ nota mulctatur; ideo congruam pro tanto piaculo ſatisfa-
ctionem, & pœnitentiam imponet.

Secundo, Pœnitentem in occaſione proxima peccandi conſtitutum, nec 31
volentem tollere grabatum ſuum, & perditam eliminare vitam, prætextu
grauiſſimi incommodi, quod patietur ſi reuocauerit ab effreni viuendi licentia
Filiam, vel Vxorem, eo quod male habebitur ab ipſa, vel res familiaris

Digitized by Google

ſterileſcet, ſerio admonitum, & ceno ſuo inhærentem ſine abſolutione dimittat; Nam non licet abſoluere, qui verſatur in proxima occaſione peccati, quam poteſt, & non vult omittere, eo quod aliqua cauſa vtilis, vel honeſta occurrat non omittendi, quid quid dixerint aliqui neoterici; quorum ſententiam reprobauit Sanctiſſimus Innocentius XI. opinione 61., & 62. die 2. Martij 1679.

Hæc ſufficiant pro explicatione caſus huius additionis, cui alia, & primaria ſit additio, qua quid quid addidi huic volumini ſubijcio maternæ cenſuræ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Ipſi veritatis Magiſtræ ſi quid non placet ex dictis indictum ſit.

Laus Deo, & Immaculatæ Virgini Matri.

CASVS

Digitized by Google

CASVS RESERVATI

Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D.D.

DANIELI IVSTINIANO

Epiſcopo Bergomen. Comiti, &c.

1 QVI excommunicationis maioris, ſuſpenſionis, vel interdicti vinculo aſtricti tenentur: idq; ſiuè à Nobis, ſiuè à iure communi, in caſibus tamen ab eodem Nobis reſeruatis.

2 Qui primo, vel ſecundo cognationis gradu inceſtum commiſerint.

3 Qui paupertie non impediti ſolutionem ex legato pio debitam longius biennio diſtulerint: id verò tamdiù tantùm, quamdiù in mora fuerint ſolutionis.

4 Qui ſtatim, elapſo biennio, officium adminiſtrationis locorum piorum, redditis rationibus, non dimiſerint, & quod debent, ſucceſſoribus in officio re ipſa non perſoluerint.

5 Qui piorum locorum bona, quæ adminiſtrant, conduxerint, vel alijs, adhibita fraude, locauerint.

6 Qui Notarij, intrà duos menſes à morte teſtatoris, legata pia non denunciauerint.

7 Qui falſum teſtimonium etiam ſinè damno, vel titulo defenſionis in iudicio depoſuerint, quiuè ad illud, incuſſo timore compulerint, preceuè, aut pretio perſuaſerint, vel corruperint.

8 Qui homicidium voluntarium commiſerint, vel committi mandauerint, aut conſuluerint.

9 Qui ſtudioſè abortum procurauerint, conſuluerint, operamq; præſtiterint, quiuè filios ex negligentia oppreſſerint.

10 Qui nefandum ſodomiæ tàm actiuæ, quàm paſſiuę peccatum commiſerint, vel cum brutis coierint.

11 Qui ex profeſſo, vel ex conſuetudine blaſphemauerint.

12 Qui Magicas artes, ſortilegia, ſuperſtitioneſuè exercuerint, eiſuè vſi ſint: quiuè Sacramentis, ſacramentalibus, aut ſacris rebus ad id fuerint abuſi.

13 Qui Moniales, etiam extrà clauſtra violauerint, aut violare tentauerint.

14 Qui parentes percuſſerint.

15 Qui violentum ſtuprum virgini intulerint.

16 Pater, aut Mater, aut vir, qui conſenſerit, vt filia, aut vxor ſe proſtituat.

LIMI-

Digitized by Google

LIMITATIONES,

Quibus reſtringitur in Diœceſi Bergomenſi facultas Caſuum reſeruatorum alicui generaliter conceſſa, vel concedenda.

1 Non conceditur.
2 Non conceditur pro viris in conſanguinitate, nec etiam in affinitate legitima in linea recta, cætera conceduntur; in fœminis autem ſine vlla limitatione.
3 Conceditur, præuia ſatisfactione, aut idonea cautione.

4 Conceditur, dimiſſa priùs adminiſtratione, redditiſq; rationibus, & præuia ſatisfactione, vel ſaltem pro paratis prædicta facere; quòdq; per eos non ſtet, quo minùs ea præſtent.
5 Conceditur, annullata priùs, caſſaq; iſtiuſmodi locatione.

6 Conceditur, præuia denuntiatione, & non aliter.

7 Non conceditur.

8 Non conceditur.

9 Conceditur, non ſubſequuto abortu.

10 Conceditur.

11 Conceditur.
12 Conceditur, dummodò abſit adoratio, vel inuocatio dæmonum, itemque abuſus Sacramentorum, Sacramentalium, & Sacrorum.
13 Non conceditur.

14 Conceditur, dummodò non grauitèr, iudicio veſtro.
15 Non conceditur.
16 Non conceditur.

Digitized by Google

INDEX

NOTABILIVM MATERIARVM Ordine Alphabetico diſpoſitus.

Primus numerus deſignat paginam; Secundus vero, vbi notatur, immediatum ſitum rei inquirendæ.

A

ABlatiuus abſolutus interdum importat conditionem, & interdum modum, 207.2.& 425. *in additione.*
Abortus eſt duplex, .s. fętus animati, & inanimati, 481.3.
Abortus vterque reſeruatur, 481.6.
Abortus ab aborſu differt, 483.8.
Abortum procurare quid ſit, 483.9.
Abortus quamuis non ſequatur, tamen illum procurantes cadunt in caſum, 483.10.
Abortus procuratio non eſt idem ac procuratio ſterilitatis, 483.11.
Abortus duplex eſt effectus, 484.13.
Abortui operã dare quid ſit, 484.15.
Abortum non intendens in ſua actione, quamuis praua an ligetur reſeruatione, 485.17.
Abortum procurans non prægnantis an incidat in reſeruationẽ. 486.18.
Abortus inefficax procuratio, vel conſilium, an inducat reſeruationem. 486.19.
Abortum procurans an abſolui poſſit per quemlibet Confeſſarium nondum effectu ſequuto, 487.23.
Abortum non diſſuadere non eſt abortum procurare, 488.25.
Abortus eſt reſeruatus etiã ſi fiat pro incolumitate prægnantis, 489.28. & 490. *in additione.*
Abortus ille eſt reſeruatus, quem ſibi mulier fęta pharmaco conciliauit, 491.30.
Abortus item eſt reſeruatus quamuis viuus partus emittatur, & etiam baptizetur, 491.31.
Abortus caſu conceſſo conceditur etiam excommunicatio illum comitans, 1066.
Abortus ꝓcuratio eſt reſeruata licet fętus non potuerit eijci, 491.32.
Abortus dubius an fuerit fętus animati,

Digitized by Google

mati, vel inanimi an inducat irre-
gularitatem, 482. *in additione*.
Quid ſi dubitetur an vllus abor-
tus ſequutus ſit, 482. *in additione*.
Abortus cauſatiuam potionem bona
fide ſumens fęmina, an incidat in
reſeruationem, ſi poſtea ratum
habuerit factum, nec impediat
abortum, quem poſſet alijs reme-
dijs auertere, 486. *in additione*.
Abortum procurantem inſtruens, &
remedia indicans bona fide, an
ligetur reſeruatione, 488. & 489.
in additione.
Abortum procurare an liceat ad ſer-
uandum honorem puellæ, vel ad
vitam tuendam, 489. *in additione*.
Quid ſi fętus ſit inanimatus,
ibidem.
Abortus fętus animati, vel inanima-
ti an, quomodo, quando procu-
rari poſſit pro tuenda vita matris
extremè ęgrotantis, 490. 491.
in additione.
Abortus procuratio an aliquando
licita ſit, 490. & 491. *in additione*.
Abortum an liceat conſulere fęmi-
næ volenti ſibi mortem inferre,
vel Patri, aut fratribus volētibus
filiā occidere, 492. *in additione*.
Abortum animati fętus procurātes,
an poſſint abſolui à Confeſſario
delegato ad omnes caſus reſer-
uatos, 493. *in additione*.
Quid ſi delegatus fuerit ad om-
nes caſus, & cenſuras Epiſcopa-
les, 493. *in additione*.
Abſoluens in dubio facti nō afficitur
pœnis contra præſumentes ab-
ſoluere, 28. 7. & 29. *in ad-
ditione*.
Abſoluere an poſſit ſimplex Con-
feſſarius à caſibus in dubio reſer-
uationis, 27. 1. & 29. *in addit.*
Abſoluere non debet ſuperior à ſolo
reſeruato, niſi ex neceſſitate, aut
ex cauſa rationabili, 74. 2.
Abſoluere qui poteſt à mortali, po-
teſt ēt ab ex communicatione ne-
mini reſeruata, 77. 2. & 79. *in add.*
Abſoluere qui poteſt ſubditum ſui
Epiſcopi in aliena Diœceſi, poteſt
etiam vti erga illum auctoritate,
quam habet, 131. 2.
Abſoluere iure ordinario in primis
poteſt, qui caſus ſibi reſeruauit,
pag. 286. 2.
Et ſuperior reſeruantis ibidem.
Et ſucceſſor anteceſſoris, ibi n. 3.
Et Capitulū ſede vacante, 4.
Abſoluere qui poſſit à reſeruatis iu-
re delegato, 287. 5
Abſoluere intendens vi alicuius Bul-
læ, quid notare debeant, 307. 6.
Abſoluere an poſſint Epiſcopi ab
hæreſi occulta, & alijs caſibus
Bullæ Cęnæ, & an fuerit ſententia
affirmatiua reprobata per S. Se-
dem, 26. *in additione*, & latiùs
234. *in additione*.
Abſolui an poſſint per ſimplicem
Confeſſarium caſus clarè, vel du-
biè comprehenſi in Bulla Cęnæ,
vel clarè, aut dubiè reſeruati
Epiſcopis, 29. *in additione*.
Abſolui an poſſint à Confeſſario
ſimplici pęnitentes, qui poſt in-
cæptam confeſſionem bona fide
narrant reſeruata, & parati ſunt
comparere pro ipſis coram ſupe-
riore, 94. *in additione*.
Abſoluere an poſſit Epiſcopus oc-
cul-

cultum excõmunicatum excommunicatione Pontificia, lata poſt Concilium Tridentinum, 168. *in additione*, & 233. *in additione*.

Abſolui an poſſit complex in crimine carnis completo, vel in completo, & an complex immediatus, ſicuti mediatus, & min⁹ principalis, 181. *in addit.* & 182. *ibid.*

Abſoluens ſine conſenſu Parochi Confeſſarius an validè abſoluat, 209. *in additione*.

Abſoluendi facultas conceſſa Epiſcopis in caſibus occultis Sanctæ Sedi reſeruatis explicatur latiſſimè, 233. & ſequentibus *in addit.*

Abſoluere an poſſit Epiſcopus in caſibus occultis Sãctæ Sedis virtute Tridentini non ſolum in foro ſacramentali, ſed etiam extra ſacramentum, & an poſſit hæc abſolutio alijs delegari, 236. *in additione*.

Abſoluens à reſeruatis ſine debita licentia, & facultate quas pœnas incurrat. Vide verbo Confeſſarius.

Abſoluendus in mortis articulo ab graui aliqua cenſura debet præſtare iuramentũ de parendo mandatis Eccleſiæ, 305. *in additione*.
Quid poſſit ſuperior, vel Confeſſarius mandare occaſione talis iuramenti, 305. *in additione*.
In quibus nam cenſuris tale iuramentum ſit exigendum; an in omnibus, vel tantum in aliquibus, ibidem.

Abſolui an poſſint venialia peccata per ſimplicem Sacerdotem, 323. *in additione*.

Abſolui an poſſit excommunicatio minor per Sacerdotem ſimplicẽ extra ſacramentum, vel à Parocho, 323. *in additione*.

Abſolui an poſſit ab omnibus Confeſſarijs, qui incidit in cenſuram reſeruatam viuente Epiſcopo, ſi accedat ad Confeſſarium poſt mortem Epiſcopi, 224. *in addit.*

Abſolui an poſſit ligatus reſeruatione contra procurantes abortum fetus animati per Confeſſarium admiſſum ad omnes caſus reſeruatos, 493. *in additione*.
Quid ſi delegatus fuerit ad omnes caſus, & cenſuras reſeruatas, 493. *in additione*.

Abſoluere ab hæreſi formali quinam, & quomodo poſſint, 532. & 533. *in additione*.

Abſolutio à delicto occulto Papæ reſeruato pro quo foro valeat, pag. 25. 13.

Abſolutio nõ eſt dimidianda abſq; rationabili cauſa, vel neceſſitate, 71. 2.

Abſolutio à cenſuris quãdo ad cautelam dari debeat, 80. 2.

Abſolutio ab excommunicatione nemini reſeruata quando item ad cautelam dari debeat, 80. 3.

Abſolutio non datur ad cautelam niſi adſit dubium, 81. 3.

Abſolutio datur ad cautelam etiam reſpectu ſuſpenſionis, & interdicti, 81. 4.

Abſolutio à cenſuris quando non iuuet pro foro externo, 84. 4.

Abſolutio à cenſuris non eſſentialiter præmittitur abſolutioni à peccatis, 87. 4.

Abſolutio in ordine ad Sacramentum datur tantum correpto, 89.4.
Abſolutio eſt duplex directa, & indirecta, 93.2.
Abſolutio directa datur tantum ab habente facultatem abſoluendi, 95.2.
Abſolutio à cenſuris dari poteſt ſub conditione de futuro, 96.1.
Abſolutio conditionalis triplex eſt, pag. 96.2.
Abſolutio à peccatis ſub conditione de futuro nihil valet, 96.3.
Abſolutio ſacramentalis data ab excommunicato denunciato, aut publico Clerici percuſſore quando valeat, 140.5.
Abſolutio data à carente facultate abſoluendi valida eſt in aliquibus caſibus, 140.5.6.
Abſolutio data virtute Indulgentiæ, quæ fuit reuocata valida eſt aliquando, 140.5.6.
Abſolutio data virtute Indulgentiæ reuocatæ valida eſt, ſi inuincibiliter ignorabatur talis reuocatio, 162.2.
Abſolutio, vt valida ſit tria præcipuè requiruntur, 145.1.
Abſolutio vnius Confeſſarij valida eſt licet ab alio denegata fuerit, 145.2.
Abſolutio Pęnitentiarij valida eſt licet Epiſcopus, vel Vicarius noluerit abſoluere, 146.5.
Abſolutio data à ſuſpenſo quando ſit valida, 164.2.
Abſolutio cenſurarum ad ſui eſſentiam non requirit verba, 192.1.
Abſolutio publica an valeat pro foro Conſcientiæ, 231.4.
Abſolutio à caſibus occultis in Bulla Cęnæ contentis an dari poſſit ab Epiſcopo, 232.5. & 234. *in additione*.
Abſolutio cenſurarum data tã ignoranti, quam abſenti valet, 266.1.
Abſolutio à cenſuris in foro conſcientiæ ad plura iuuat, 269.6.
Abſolutio ſine facultate impetrita quatuor mala inducit, 283.1.
Abſolutio ab excõmunicatione pro foro exteriori quid proſit, 298.3.
Abſolutio ab excommunicatione in foro cõſcientię quid iuuet, 302.3.
Abſolutio in foro externo publico quas ſolẽnitates requirat, 304.2.
Abſolutio à ſuſpenſione requirit etiã tres alias ſolemnitates, 308.4.
Abſolutio à ſuſpenſione requirit etiã ſolemnitatem iuramenti, 307.3.
Abſolutio in foro Sacramenti Pęnitẽtiæ, & conſciẽtię quæ, 307.1.
Abſolutio data complici in crimine carnis an nulla ſit, & quam pęnã incurrat Sacerdos ſic abſoluens, 182. *in additione*.
Abſolutio à Cenſuris an poſſit dari extra Sacramentum Pœnitentiæ virtute Iubilei, 271. *in additione*.
Abſolutio an ſit danda ſub reincidentia penitenti, qui tempore Iubilæi abſoluitur ab aliqua Cenſura, & tenetur ſatisfacere parti læſæ, 277. *in additione*.
Abſolutio *in forma Eccleſiæ conſueta* nulla eſt niſi ſeruetur ipſa forma Ritualis Romani ad amuſſim, 306. *in additione*.
Abſolutionem nullam reddit carentia facultatis abſoluendi, 86.5.
Abſolutioni à peccatis præmittenda eſt

Digitized by Google

eſt ſemper abſolutio à cenſuris, 87.1.
Abſolutionem non annullat ſola falſa credulitas, 133.2.
Abſoluentium quatuor ſunt genera, qui à pęnis poſitis in decretis eximuntur, 283.3.
Abſolutiones fori externi ſolemnitates omittuntur in foro pęnitentiæ, & in foro conſcientiæ. 302.6.
Abſolutionis ab excommunicatione formæ cur addatur particula illa.s. *Et communioni fidelium reſtituo te*, 305.3.
Abſolutionis à ſuſpenſione forma in foro Pęnitentiæ, & conſcientiæ qualis ſufficiat, 307.1.
Abſolutionis forma à ſuſpenſione in foro externo qualis, 307.2.
Abſolutionis forma ab interdicto in foro externo qualis, 308.2.
Abſolutionis forma ab interdicto quando non requiratur, 309.4.
Abſolutionem validam accipit, qui bona fide ignoranti confitetur, pag. 37.2.
Abſolutus vna vice directè non tenetur poſtea iterum eadem confiteri peccata, 71.3.
Abſolutus interdum remanet Pęnitens à peccatis, licet non à cenſuris, 87.3.
Abſolutus à peccatis mala fide an compelli poſſit ad iterandam confeſſionem, 88.5.
Abſolutus inuitè ab excommunicatione ab homine eſt verè abſolutus, 82.2.
Abſolutus ab excommunicatione reſeruata in articulo mortis ſi euadit tenetur ſe preſentare, ſed hoc nõ intelligitur ſi vi Iubilei fuerit abſolutus, 292.6. & 295. *in additione*, & 298.1.
Abſolutus in foro Pęnitentiæ, aut Conſcientiæ non ſemper eſt abſolutus in foro externo, 304.1.
Abſolut⁹ indirectè prima occaſione non ſe præſentãs non ideò eximitur ab onere ſe præſentãdi, 100.4.
Abſolutus à cenſura, vel peccato reſeruato dubio per ſimplicem Confeſſarium non tenetur ſe preſentare Superiori ſi deinde cognoſcat certò, ſe incidiſſe in reſeruationem, 38. *in additione*.
Abſolutus à peccato dubio, an teneatur illud denuo confiteri ſi cognoſcat, vt certũ, 38. *in addit.*
Abſolutus in articulo mortis à reſeruatis, an teneatur cum conualuerit ſe præſentare Superiori, 295. *in additione*.
Quid ſi abſolutus fuit à cenſuris non deductis ad forum contentioſũ, nec notorijs, 295. *in addit.*
Qui tenetur ſe præſentare an ſatisfaciat nouam abſolutionem recipiendo à Confeſſario facultatẽ habente abſoluendi à tali cenſura, 295. *in additione*.
Abſolutus in articulo mortis à cenſura reſeruata per Confeſſarium priuilegiatum virtute Iubilei, vel alterius Indulgentiæ an ſi conualuerit teneatur ſe præſentare, 296. *in additione*.
Abſoluendi forma in foro externo publico in quibus caſibus ſeruanda, 306.4. & *in additione*.
Abuti re quid ſit, 544.15.
Acceſſus ad Moniales prohibitus ab

Epi-

Digitized by Google

Epiſcopo an comprehendat etiā Moniales exemptas, & Regularibus ſubiectas, 216. & 217. *in additione*, tam quo ad Clericos, quam Regulares, *ibidem*.
Acceſſus ad Moniales an licitus ſit Regularibus prætextu ceſſationis finis legis, vel ob motiuum iuſtum, vel ad declarandum caſū conſcientiæ, vel ad breuiſſimum tempus, & in materiæ paruitate, vel occaſione prędicationis, 216. & 217. & 218. *in additione*.
Acceſſum ad Moniales exemptas, & Regularibus ſubiectas an prohibere poſſit Ordinarius, Clericis, Secularibus; Vel an teneatur ipſas Moniales exemptas ſpecificè nominare, 216. & 217. *in additione*.
Actus inualidus redditur cum ſit aliquid contra legem prohibentem, & irritantem ſimul, 18. 7. & 19. & 20. *in additione*.
Actum nihil dicitur in ſacramentis, quoties aliquid eſſentiale ſupereſt agendum, 86. 3.
Actus prohibitio per ſe loquendo odioſa eſt, 185. 4.
Adiutari quomodo poſſint animalia, tempeſtates, aut aliæ res inanimatæ, 546. *in additione*.
Adminiſtrans ab adminiſtratore differt, 405. 4.
Adminiſtrator bonorum loci Pij ſi conducat bona ipſa ſine fraude an licitè agat, vel incurrat in reſeruationem, 408. *in additione*.
Adminiſtratio locorum Piorum intra quantum tempus elapſo biennio reddi debeat ad euitandam reſeruationem, 397. *in additione*.
Adminiſtrantem loca Pia Confeſſarius interroget num aliquid de bonis locorum piorum ſibi retinuerit, 415. 18.
Adminiſtrationis officium eſt genus prædicatū ad plura officia, 398. 4.
Adminiſtrationis loci Pij ratio, cui reddenda, 398. 9.
Adminiſtratores bonorum Eccleſiaſticorum non recipientes ſtipendium ob adminiſtrationem ex qua culpa teneantur, 402.
Adminiſtrationem loci Pij indigno ſcienter committens ad quid teneatur, 403.
Adoptio quotuplex, 587. 28.
Adoptans, vel arrogans Pater Conſentiens in proſtitutionem adoptatæ filiæ an incidat in reſeruationem, 604. *in additione*.
Adoptati, vel arrogati filij ſi percuſſerint adoptantem, vel arrogantem an incidant in reſeruationem, 581. *in additione*, & 587. *in additione*.
Aduena dupliciter capitur, 59. 4.
Aduena, & Peregrinus diſtinguuntur à vagis, & vagabundis, 60. 5.
Aduena, & Peregrinus an comprehendantur ſub caſibus Epiſcopo loci vbi reperiuntur reſeruatis, 60. 6. & 221. *in additione*.
Aduenæ, & Peregrini an ſubdantur reſeruationibus caſuum Diœceſis ſuæ quando extra illam morantur, & an poſſint abſolui à reſeruatis in ſua patria per confeſſariū alterius Diœceſis, 60. *in addit.* & 288. & 289. & 296. *in addit.*
Aduenæ fugientes in fraudem proprium Epiſcopum, & Parochum an

an poſſint validè confiteri, & abſolui in alia Diœceſi, 60. *in addit.*

Aduenæ; & Peregrini an ſubdantur reſeruationibus, & cenſuris loci per quem tranſeunt, vel in quo ad breue tempus morantur, 221. *in additione.*

Quanto tempore durare debeat habitatio ad hoc vt ligentur peregrini, & forenſes legibus loci, 221. *in additione.*

Affinitas non contrahitur per ſola ſponſalia, 373. 32. & 374. *in additione.*

Affinitas quid ſit, 375.1.

Affinitas vndè dicatur, 376.2.

Affinitas tam ex licita, quam ex illicita copula oritur, 376.3.

Affinitatis gradus primus ex copula licita qualis ſit, 376.6.

Affinitatis gradus ſecundus ex copula licita qualis ſit, 376.7.

Affinitatis gradus primus, & ſecundus ex copula damnata qualis ſit, pag. 376.8.

Affinitas an oriatur ex ſeminatione extra vas, ſi aliqua pars ſpermatis intra diſtiller, vel attrahatur à matrice, 371. *in additione.*

Affinitas an oriatur ex ſponſalibus, vel matrimonio rato, vel tantum ex conſummato, 374. *in additione.*

Anima rationalis quando infundatur, 481.4.

Animæ in Purgatorio patientes an adiuuentur eleemoſinis ab ipſis ordinatis antequam actu ab hæredibus executioni mandentur, 382. *in additione.*

Animalia an poſſint citari, vel excommunicari, & quomodo adiurentur tam ipſa animalia, quam res inanimatæ, 546. *in additione.*

Approbatione Epiſcopi an indigeat Regulares pro Confeſſionibus audiendis ſi iam fuerant approbati ab Epiſcopis aliarum Diœceſum, 92. *in additione.* Et an ſaltem ſine Diœceſani approbatione poſſint audire confeſſiones ſubditorum Epiſcopi apprbantis, ibidem.

Approbatio pro abſolutione reſeruatorum an expiret morte concedentis, 141. *in additione.*

Quid ſi fuerit conceſſa cū clauſula ad *beneplacitum noſtrum*, ibid.

Approbari quomodo debeant Regulares ad audiendas Confeſſiones, an limitatè, vel illimitatè, 209. & 210. *in additione.*

Arbiter, vel Arbitrator an forment verum iudicium, ita vt teſtes coram illis falſum deponentes incurrant reſeruationem, 431. *in additione.*

Argumentum valet à loco ad perſonam, 215.5.

Arma Rotata deferentes Clerici, quam cenſuram incurrant, 326. *in additione.*

Ars magica triplex eſt, 541.2.

Ars magica ſolummodo diabolica reſeruatur, 541.3.

Ars magica tribus præcipuè modis exercetur à demonibus, 541.4.

Artes magicas, ſortilegia &c. exercere quid ſit, 544.13.

Ars notoria quid, 547.24.

Arte magica naturali, aut artificiali vtens an incidat in reſeruationem, 555.41.

Artis

Digitized by Google

Artis magicæ, ſortilegiorum cæterarumque ſuperſtitionum libros retinens, ſed non eis vtens an afficiatur reſeruatione tabellæ, vel alijs pęnis, 555.42.
Auxiliũ præſtantes homicidio an incidãt in reſeruationẽ, 477. *in addit.*
Auus conſentiens in proſtitutionem nepotum an incurrat reſeruationem, 604. *in additione.*

B

Bannitus nequit eſſe melioris conditionis hominibus liberis, 58.1.
Banniti quidam habent ſaluum conductum, quidam non, 58.2.
Banniti ſaluum conductum habentes non verſantur in continuo mortis periculo, 58.3.
Bannitos quales abſque peccato occidere poſſimus, 58.4.
Beneficia principum ſunt latiſſimè interpraetanda, 104.1.
Beneplacitum eſt duplex, ſcilicet Sedis, & Epiſcopi, 224.1.
Beneplacitum Sedis ſemper perſeuerat, 224.2.
Beneplacitum Epiſcopi finitur eius morte, 224.3.
Circa Beneplacitũ Epiſcopi quædam affertur notatio, 224.4. & 225. *in additione*, & 141. *in addit.*
Beneplacitum appoſitum in conceſſione iuriſdictionum pro foro conſcientiæ an expiret morte concedentis, 141. *in additione.*
Beſtiæ, & Bruta differunt, 513.1.
Beſtialitatis crimen quando, & quomodo reſeruetur, 513.
Beſtialitatis reſeruationem an incurrant impuberes, qui rem habent cum Brutis, 516. *in additione.*
Beſtialitatem committens an teneatur in confeſſione explicare circumſtantiam ſexus, & Beſtiæ, qua abuſus fuit, & an fuerit animal maſculũ, aut fęmineum, & in quo vaſe conſummauerit, 517. *in add.*
Blanditiæ pro obtinenda copula cũ Virgine an inducant ſtuprum reſeruatum, 592. *in additione.*
Blanditiæ an tollant voluntarium, 592. *in additione.*
Blaſphemare ex profeſſo quid ſit, 520.3. & 522. *in additione.*
Blaſphemandi conſuetudo variè explicatur, 520.4. & 522. *in addit.*
Blaſphemans quinquies ligatur tanquam conſuetudinarius, ex tenore tabellæ Bergomenſis, 521.5. & 522. *in additione.*
Blaſphemia quinqes in eodẽ impetu repetita non eſt reſeruata, 522.7.
Blaſphemiæ eodem impetu prolatæ nõ ſunt plures formaliter, 522.8.
Blaſphemiarum numeratio incipit ab vltima confeſſione vſque ad immediatè ſequentem, 523.9.
Blaſphemia ſumitur tripliciter, pag. 523.10.
Blaſphemia ſtrictè ſumpta eſt illa, quæ reſeruatur, 523.11.
Blaſphemia triplex, videlicet, cordis, oris, & operis, 523.12.
Blaſphemia alia eſt hæreticalis, alia ſimplex, & an vtraque reſeruetur, & quomodo reſeruari poſſit ab Epiſcopo, 523.13. 524.14. & latè, 532. *in additione.*
Blaſphemiarum ſimpliciũ aliç leues, aliç atroces, 524.15.

Bla-

Digitized by Google

Blaſphemię hæreticalis ſpecies quatuor ſunt, 524.16.
Blaſphemiæ ſimplicis quatuor ſunt ſpecies, 525.17.
Blaſphemiæ mentales non reſeruantur, 525.18.
Blaſphemiæ ſolent implicitè, & explicitè euomi, 526.19.
Blaſphemia leuis non reſeruatur, pag. 526.21.
Blaſphemare proponens, ſed actu non Blaſphemans an ligetur reſeruatione, 528.22.
Blaſphemia cordis non eſt reſeruata, 528.24.
Blaſphemus nõ eſt, qui dicit ſe velle patrare aliquod delictũ, 529.27.
Blaſphemus, vt quis cenſeatur videndum eſt qua intentione proferat verba, 529.28. & 530.29.
Blaſphemus, non autem prouocans ad blaſphemiam afficitur reſeruatione, 530.30.
Blaſphemia ſecreta non reſeruatur iure communi, 531.31.
Quid vigore tabellæ Bergomi, pag. 531.31. & 32.
Blaſphemat, qui maledicit creaturas, quatenus creaturæ Dei ſunt, pag. 534.34.
Blaſphemat, qui per falſos Deos iurat, 534.35.
Blaſphemat, qui dicit *al diſpetto di Dio* licet reticeat vltimam ſillabam, 534.36.
Blaſphemat, qui quamuis non intelligat totaliter vim verborũ tamen blaſphemare intendit, 534.37.
Blaſphemat, qui dicit, ſi hoc nõ faciã *poſſi rinegar Dio*, 535.38.
Blaſphemat, qui dicit *non piacia à Dio, che io faccia queſto bene*, pag. 535.39.
Blaſphemans inconſideratè ex conſuetutine, an & quando afficiatur reſeruatione, 535.40. & latè 527. *in additione*.
Blaſphemat, qui dicit, non credam Deum iuſtum, niſi talem ſumat vindictam, 535.41.
Blaſphemia cõſiſtere poteſt etiã ſine indignatione in Deum, 536.42.
Blaſphemiam proferens, ſi dubitet an animo hæretico nec ne protulerit, an debeat iudicari excommunicatus, 29. *in additione*.
Blaſphemandi conſuetudinem an teneatur Pœnitens manifeſtare Cõfeſſario interroganti, 527. *in addit.*
Blaſphemandi conſuetudinem habens quam non quærit eradicare, an peccet ſemper mortaliter, & ligetur reſeruatione quotieſcunque blaſphemat, 527. *in addit.*
Quid ſi quærat extirpare, an peccet quando blaſphemat, 527. *in additione*.
Blaſphemias ioco proferens an incidat in reſeruationẽ, 529. *in addit.*
Blaſphema an ſuponantur verba dubia, 530. *in additione.*
Blaſphemia hæreticalis quando poſſit abſolui ab Epiſcopo, vel eius delegato; & quando ſpectet ad S Officium Inquiſitionis, 532. & 533. *in additione*.
Inquiſitor, vel Epiſcopus, an poſſint abſoluere in foro conſcientiæ, & interno Blaſphemos habentes errorem in intellectu, *ibid.*
Blaſphemia hæreticalis quando cõpræhendatur ſub reſeruatione

Epiſcopali, & quando non, 532. & 533. *in additione*.
Blaſphemiarum diuerſarum circūſtantias, & qualitates, an fuerint in Deum, vel Sanctos, an teneatur, & quando pænitens in Confeſſione aperire, 536. & 537. *in additione*.
Bona Confratriæ Diſciplinorum, an ſint Eccleſiaſtica, 403.
Bona fide potionē ſumens ad abortum procurandum, an incidat in reſeruationem, ſi poſtea ratum habeat factum, 486. *in additione*.
Bona fides quo pacto excuſet docentes remedia pro procurando abortu, 488. *in addit.* & 489.
Bonus finis in patrando delicto non eximit à reſeruatione, 489.27.
Breuitas temporis dilati in ſolutione legati pij ſicut excuſat à reſeruatione, ſic & à peccato mortali, pag. 390.33.
Brutum, & animal quomodo differant, 514.3.
Bullæ Cœnæ Domini cenſuræ an poſſint abſolui per Epiſcopum quando occultæ ſunt, 168. *in addit.* & latius, 254. *in addit.*
Bullæ moderatio contra cauſantes abortum fętus animati, 107.8.

C

Candelas plures exigentes in funeribus titulo diuerſi in Eccleſia ſeruitij an incurrant ſuſpenſionem, 339 *in additione*.
Canonici, vel alij Clerici Eccleſiaſtici collegij, qui manu propria ſuffragium non dederint in Capitulis, & Conuentibus, quam pęnam incurrant, 339. *in additione*.
Caſus dicitur à cadendo, 2.4.
Caſus ſumitur materialiter, & formaliter, 2.5.
Caſus appellatur peccatum Luciferi, 2.6.
Caſu reſeruato annodatus minimè abſolui poteſt à ſimplici Confeſſario, 3. *in additione*.
Caſus an reſeruare poſſint tantum illi, qui pollent Epiſcopali vel quaſi poteſtate; an vero etiam inferiores, 3.3. & 4. *in additione*.
Caſus reſeruatio fit ad ſalutem animarum, 3.5.
Caſuum reſeruatorum quænam ſit propria interpratatio, 10.5.
Caſus fictus non comprehenditur ſub caſu reſeruato, 11.8.
Caſibus in duobus fit extenſio reſeruationis, 12.9.
Caſus qui cenſeātur ab homine, & qui à iure, 14.1. & 228. *in addit.* & 288. *in additione*.
Caſuum à iure conditiones quæ, & quot, 14.2.
Caſus ab homine qui, 14.3.
Caſus Bergomi an ſint ab homine; 15.4. & 228. & 288. *in additione*.
Caſus, qui nunquam expirant, 15.6.
Caſus, qui extra tabellam iure communi ſunt Epiſcopo reſeruati nūquam expirant, 15.7.
Caſus Epiſcopo reſeruati ſunt illi tantum, qui extant in tabella deſcripti, 18.5.
Caſus Papæ fit ſimpliciter Epiſcopi, cum aufertur Pęnitenti onus Papam adeundi, 23.4.

Caſus dubius Bullæ Cœnæ an præſumatur reſeruatus ſtante decreto Clementis Octaui, 27.5. & latè *in additione*, pag. 29.
Caſus an præſumatur reſeruatus in dubio facti, vel iuriſdictionis, 28.7. & *in additione*, pag. 29.
Caſuum reſeruatorum appellatione an veniant cenſuræ aliquando, pag. 106.
Caſus, cum conceduntur, quænam cenſuræ non concedantur, 106.4.
Caſus quando conceduntur quænã cenſuræ concedantur, 105.5.
Caſus à cenſuris propriè loquendo diſtinguuntur, 107.2.
Caſuum reſeruatorũ facultas abſolutionis, vel conceſſio quando reuocetur per mortem, reuocationem, aut amotionem concedentis, 140.1. & latè 141. *in addit.*
Caſus Papales, in quo differant ab Epiſcopalibus, 284.4.
Caſus Papæ, & Epiſcopi, in quibus conueniant, 285.5.
Caſus quinam non poſſint ab Epiſcopis reſeruari, 4. *in additione.*
Caſus peccatorum internorum, aut venialium an poſſint reſeruari, 4. *in additione.*
Caſus reſeruati debent eſſe pauciſſimi, & tantum, atrociores, & maximè neceſſarij, 4. & 5. *in addit.*
Caſus quinam poſſint ab Ordinarijs reſeruari, 4. *in additione.*
Caſus reſeruati Sanctæ Sedi, an reſeruentur in ratione peccati, vel cenſuræ, 22. *in additione.*
Caſus in dubio tam facti, quam iuris an ſint præſumendi reſeruati, 29. *in additione.*
Et an hoc procedat quando præſumptio fori externi militat pro reſeruatione, ibidem,
Caſus reſeruati in Diœceſi an afficiant penitentes confitentes extra Diœceſim in fraudem proprij Epiſcopi, & Parochi, 60. & 61. *in additione.*
Caſuum reſeruatio an expiret morte Epiſcopi, vel ipſius amotione ab Officio, vel tranſlatione, 228. *in additione.*
Quid ſi fuerint reſeruati in Synodo, ibidem, & 229. *in additione.*
Caſus Epiſcopis reſeruati an poſſint abſolui à Regularibus virtute ſuorum priuilegiorũ, 240. *in add.*
Caſus reſeruati in Diœceſi Bergomenſi, an ſint ab homine, vel à iure, & an morte Epiſcoporum expirent, 228. *in addit.*, & 288. *in additione.*
Caſuũ reſeruatio an comprehendat peccantes extra Territoriũ, 293. *in additione.*
Cauſæ piæ nomine, quæ veniant, pag. 416 8. & 417. *in additione.*
Celebrare. Vide verbo Miſſam.
Cenſura eſt pœna grauiſſima, reſeruatio vero minimè, 41.4.
Cenſura per ſententiam particularē ab homine lata in foro externo à quo auferri debeat, 82.1.
Cenſura per ſententiam generalem lata ab homine non reſeruata per ſimplicem Confeſſarium tolli poteſt, 83.3.
Cenſuræ quædam Epiſcopales ſunt à caſibus diſtinctæ, 106.2.
Cenſura generalis diſcrepat à ſpeciali, in quo, 83.6.

Digitized by Google

Cenſura ligatus nemo cenſendus eſt in dubio tam iuris, quam facti, 169.3. & 29. *in additione*.

Cenſuram auferre non poſſunt Epi, nec alij inferiores Prælati per ſolos nutus, aut ſigna, 192.3.

Cenſuræ occultæ Papæ reſeruatæ extra Iubilęum ſolis Epiſcopis, & ſuperiorib⁹ cõcedi ſolent, 267.1.

Cēſura Papalis alicui caſui adnexa, ſi tollatur an poſſit pœnitens quo ad culpam abſolui per quemcũq; Confeſſarium, 22. *in additione*.

Cenſuræ in dubio an ſint præſumendæ, vel potius ſit eſtimandus pęnitens liber ab ipſis, tam in dubio iuris, quam facti, 29. *in additione*.

Cenſuræ omnes an ſint Epiſcopis reſeruatæ, tam quæ ſunt à iure communi, quam quæ ſunt à iure Epiſcopali, 79. *in additione*.

Cenſuræ Pontifici reſeruatæ an poſſint abſolui per Epiſcopum virtute Tridentini ſi latæ fuerint poſt Concilium ipſum, 168. *in addit.* & 233. *in additione*.

Cenſuræ latæ per Epiſcopũ, aut aliũ Superiorem ordinarium, ſiue per Edictum, ſiue in Synodo, ſiue in Viſitatione an finiantur eius morte aut amotione ab officio, 228. *in additione*, & 229. *in addit.*

Cenſura ligatus viuente Epiſcopo an liberetur ipſo iure per eius mortẽ, 229. *in add.* & 288. *in add.* & latius, 324. *in additione*.

Cenſuræ oblitæ an tollantur per cõfeſſionem habitam tempore Iubilęi ſi poſtea omittantur opera præſcripta pro illius conſecutione, 262. *in additione*.

Cenſurę an poſſint abſolui extra Sacramentum à quolibet Confeſſario tempore Iubilęi, 271. *in addit.*

Cenſuræ latæ cum clauſula *nemo audeat, vel præſumat*, & ſimilibus an incurrantur ab operantibus cũ ignorantia affectata, vel craſſa, aut ſupina, 286. *in additione*.

Cenſuræ an ligent peccantes extra Territorium, 293. *in additione*.

Cenſuræ an tollantur per confeſſionem ſacrilegam, 262. *in additione*. & 300. *in additione*.

Quid ſi facultas delegata Confeſſario fuerit cum clauſula, *integra Sacramentali confeſſione audita*, 301. *in additione*.

Cenſuræ reſeruatio an tollatur per mortem Epiſcopi, 324. *in addit.*

Cenſuræ omnes etiam ob culpam læuẽ reſeruari poſſũt, 345. *in add.*

Ceſſante fine legis in particulari caſu an in eodẽ caſu ceſſet lex, 408. *in additione*.

Choreas, tripudia, & ſaltationes habentes in die titularis Eccleſiæ incurrunt interdictum Eccleſiaſticum, 353. *in additione*.

Quo pacto fuerit moderatum à poſteriorib⁹ Synodis, 353. *in add.*

Circulationes, ſpectacula, & ioculationes edẽtes in atrijs Eccleſiarum, tempore, quo adoratur expoſita SS. Euchariſtia incidũt ipſo facto in interdictũ, 353. *in addit.*

Circumſtantia gradus in inceſtu, aut ſodomia an ſit aperienda in Confeſſione, 367. *in addit.* & 510. *in additione*.

Quid tñ de primo gradu, 367. *in additione*.

Circumſtantia ſexus an ſit explicanda in ſodomia, ideſt an copula ſodomitica fuerit cum maſculo, vel cum fęmina, 372. *in additione*.

Circũſtãtia cognationis ſpiritualis, vel legalis an ſit explicanda in ſodomia habita cũ coniuncto ſimilibus cognationibus, 372. *in add.*

Circumſtantia raptus etiam puellæ conſetinentis quãdo ſit explicanda in Confeſſione, 597. *in addit.*

Circumſtantia Beſtiæ, & ſexus ipſius an ſit explicanda in confeſſione beſtialitatis, & in quo vaſe animalis fuerit copula conſummata, 517. *in additione*.

Circumſtantias Blaſphemiarum an fuerint in Deum, vel Sanctos, an & quando teneatur pęnitens explicare, vel poſſit Confeſſarius interrogare, 536. *in addit.* & ſeq. Quid de iurante per Deum, vel Sanctos, ibidem.

Circumſtantia voti ſolemnis in copula habita cum moniali an ſit neceſſario aperienda in confeſſione, 576. *in additione*.

Clerici deferentes arma rotata, quã cenſuram incurrant, 326 *in addit.*

Clerici ſemel in anno non confitentes quam cenſuram latæ ſententiæ incurrant, 354. *in additione*.

Clericus an poſſit occidere furem pro defenſione temporalis ſubſtantiæ, 457. *in additione*.
Quanti valoris eſſe debeat, ad hoc, vt liceat occidere capientem, 457. *in additione*.

Cognatio quid ſit, 365. 13.

Coire, Vide verb. ſodom. & Beſtialit.

Commutari an poſſunt à confeſſario opera præſcripta pro conſequendo Iubilęo, 252. *in additione*.
Quid de Confeſſione, & Communione, ibidem.

Commiſſio .s. Pænitentiariæ poterit expediri quo ad diſpenſationem etiam extra Sacramentum, 271. *in additione*.

Communicatio cum excommunicato qualis prohibeatur, 305. *in add.*
An ipſe excommunicatus ſi ſit toleratus peccet mortaliter in diuinis, & venialiter in humanis, & ciuilibus communicando cum fidelibus, 305. *in additione*.

Communicare an liceat ſine peccato mortali cum ſuſpenſo exercente actũ, à quo ſuſpenſus fuit, 347. *in additione*.

Comitantes puellas per Eccleſiam ſiue ad Eccleſiam cum cereis ad oblationem, & mortaria explodentes, vel agentes tibicines, liricines hac occaſione incidunt in interdictum, 353. *in additione*.

Communione ſacrilega an impleatur præceptum Paſchale annuæ communionis, 358. *in additione*.

Cõplex in crimine carnis non poteſt abſolui à Confeſſario complice nec validè, nec licitè, 20. *in add.*

Complex nõ poteſt abſoluere complicem in crimine carnis, 181. *in additione*, & 182. ibidem.
Quid ſi peccatum nõ fuerit completum, vtpotè patratũ per oſcula, tactus, amplexus, &c. ibidem.

Complex mediatus, & minus principalis an poſſit abſoluere complicem in crimine carnis, 180. 5. & 181. *in additione*.

Com-

Digitized by Google

Complicem in crimine carnis abſoluens quam pœnã incurrat, 182. & 183. *in additione*.
Complicis abſolutio an ſit valida, vel nulla, 182. 183. *in addit.* & 183.3.
Complicem in articulo mortis an Confeſſor abſoluere poſſit, 180.6.
Complicem in crimine carnali an ſaltem Iubilęi tempore poſſit Cõfeſſarius abſoluere, 183.2.
Complicem abſoluens, ſi non eſt ipſo facto ſuſpenſus abſolutio tenet, 184.3.
Complex an poſſit reticere crimen, vel criminis circumſtantiam, ne infamiã afferat proximo, 185.3.
Conceſſio iuriſdictionis facta ad beneplacitum pro foro conſcientiæ an expiret morte concedentis, 141. *in additione*.
Concionator miſſus ad prædicandũ monialibus an poſſit finita concione colloqui cum ipſis, aut aliqua earum ſuper materijs ipſius concionis, aut de rebus ſpiritualibus, 218. *in additione*.
Conditio alicui actui per legẽ adiecta ſi non reſeruetur actum irritat; modus autẽ non, 20. *in addit.*
Conditio non præſumitur, ſed modus, 209. *in additione*.
Conditionem an importet ablatiuus abſolutus, 425. *in additione*. Vide etiam verbo Ablatiuus.
Conductio eſt duplex nimirum perſonæ, & rei, 406.5.
Conductio bonorum loci Pij ſi fiat ab ipſo adminiſtratore ſine fraude an ſit delictum culpabile, vel reſeruatum, 408. *in additione*.
Confeſſarius quieſcere poteſt in approbata caſuum reſeruatorum expoſitione, 9.2.
Confeſſario ſimplici non denegatur ab Ordinario niſi abſolutio à peccatis, aut cenſuris, de quibus tabella, 17.3.
Confeſſarius ſimplex extra Italiam exiſtens in caſu neceſsitatis, & impedimenti à Papalibus abſoluere poteſt, 24.5.
Confeſſario eadem peccata regulariter bis ſubijcere nemo tenetur, pag. 71.1.
Confeſſarius debet vti forma communi, quamuis ab vno tantum peccato abſoluat, 75.3.
Confeſſarius ſimplex in aliquibus Diœceſibus nullam poteſt auferre cenſuram, 83.2.
Confeſſarius abſoluit etiam in foro externo ab excommunicatione nemini reſeruata, 85.5. & 79. *in additione*.
Confeſſarius ex approbatis eligi poteſt extra Diœceſim per habentẽ priuilegium, 91.1.
Confeſſarius carens facultate circa caſus reſeruatos nihil poteſt extra mortis articulum, 93.1.
Confeſſarius nullus à caſibus Epiſcopalibus abſoluere poteſt, 95.1.
Confeſſarius præſumitur habere intentionem abſoluendi etiam ab oblitis, 112.6.
Confeſſarius Regularis priuilegijs gaudens an poſsit extra Diœceſim ſuam exercere iuriſdictionẽ, quæ fit abſque ſtrepitu iudicij erga ſubditos ſui Epiſcopi, 134.4. & latius, 92. *in additione*.

Con-

Digitized by Google

Confeſſarius an teneatur iudicare etiam exterum ſecundum leges Ordinarij, à quo admiſſus fuit, 135.3. & latius pag. 221. *in add.*

Confeſſarius vnius Diœceſis quid poſsit in pęnitentē alterius Diœceſis habentem paſsiuam auctoritatem circa reſeruata, 136.7.

Confeſſarius ſimplex videtur non poſſe abſoluere ab vlla ſuſpenſione, 338.14.

Contrariū *in addit.* p.340.& 341.

Confeſſarius validè abſoluit ante habitam reuocationis ſuæ facultatis notitiam, 140.2.

Confeſſarij munera in abſolutione variorum caſuum reſeruatorum; Vide verbo Pœnitentiarius.

Confeſſarius ipſo facto ſuſpenſus quando non teneatur ſe abdicare à confeſsionibus, 163.6.

Quando verò teneatur, ibid. n.7.

Confeſſarius an, & quando poſsit abſoluere complicem in crimine carnali. Vide verbo Complex.

Confeſſarij ſpirituales filij ſunt pœnitentes, 187.1.

Confeſſarius, qui filiam ſpiritualem cognouit, an teneatur hanc circumſtantiam in confeſsione explicare, 187.3.

Confeſſarius formam præſcriptam omittens plus, minuſque peccat iuxta ſubiectā materiam, 211.4.

Confeſſarius ſimplex abſoluere poteſt ab omnibus caſibus, præterquam ab exceptis in tabellà Diœceſis ſuæ, non tamen à Papalibus, 238.1.

Confeſſarij ſimplices quid agere debeant quando illis occurrit peccatum reſeruatum, quod iam ab ipſis abſolutum fuit, 242.1.

Confeſſarius pœnitentem abſentem à peccatis nequit abſoluere, à cenſuris vero ſic, 242.4.

Confeſſarij poteſtatem an limitent illæ particulæ *ſatisfacta parte*, vel tantum indicent quid agere debeat, 384.18.

Confeſſarij non parentes præceptis Synodalibus nō ſemper peccant, vel non ſaltem grauiter, 19. *in additione*.

Confeſſarius nequit validè audire confeſsiones ſine conſenſu Parochi, 20. *in addit.* & 209. *in addit.*

Confeſſarius nequit abſoluere complicem in crimine carnis aliquando licitè, & aliquando nec validè nec licitè, 20. *in additione*.

Confeſſarius an poſsit liberè, vel licitè abſoluere Peregrinos, & alienæ Parochiæ, vel Diœceſis viros fugientes in fraudem proprij Parochi, vel propriæ Diœceſis, 60. & 61. *in additione*.

Confeſſarius ſimplex an, & à quibus cenſuris poſsit abſoluere, 79. *in additione*.

Confeſſarij Regulares ſi mutent Diœceſim debent iterum approbari ab Epiſcopo illius Diœceſis, nec ſufficit primi approbatio. 92. *in additione*.

Neque poſſunt audire Confeſsiones ſubditorum illius Diœceſis, in qua ſunt approbati ſi accedant ad ipſos extra Territorium Epiſcopi approbantis, ibidem.

Confeſſarius ſimplex an poſsit aliquando abſoluere ex iuſta cauſa

à

Digitized by Google

à reſeruatis, 94. *in additione.*
Confeſſarius abſoluens complicem in crimine carnali quam pęnam incurrat, 183. *in additione.*
Confeſſarius tempore Iubilęi an poſſit abſoluere à cenſuris, & reſeruationibus in foro conſcientiæ, & extra ſacramentũ, 262. *in addit.* & latius, 271. *in additione.*
Confeſſarius abſoluens à reſeruatis ſine prætextu priuilegiorum à Sancta Sede reuocatorum, an incidat in cenſuras Clementis VIII. pag. 285. *in additione.*
Confeſſarius an poſſit abſoluere caſus dubiæ reſeruationis, & cenſurarum dubiarum, etiam Bullæ Cęnæ Domini, 285. *in additione.*
Confeſſarius abſoluens ex ignorantia craſſa, vel affectata, aut ſupina ab aliquibus caſibus, vel cenſuris reſeruatis an incidat in pęnas latas à Clemẽte VIII. 286. *in additione.*
Confeſſarij Regulares non poſſunt abſoluere forenſes accedentes ad ſe in fraudem proprij Epiſcopi, eo quod commiſerint in ſua Dięceſi peccata ibi reſeruata, 289. *in additione.*
Confeſſarius ſimplex an poſſit abſoluere à ſuſpenſionibus, & interdictis nemini reſeruatis, 341. & 342. *in additione.*
Confeſſarius delegatus ad abſolutionem caſuum, & cenſurarum quandonam poſſit abſoluere ab abortu fętus animati, 493 *in add.* Quid ſi delegatus fuit ad ſolam abſolutionem caſuum reſeruatorum, ibidem,
Confeſſionis integritas ex parte pęnitentis reperitur, dum vult omnia confiteri, ſed nequit, 70.6.
Confeſſio interdum integra formaliter, & non materialiter, 71.7.
Confeſſio debet eſſe integra ex parte pęnitentis, 71.6.
Confeſſio quando ſit integra formaliter, 75.4.
Confeſſio mortalis peccati eſt *quamprimum* facienda à Sacerdote, qui ſine confeſſione ex neceſſitate celebrauit, 98.1. & latè 175. *in additione.*
Confeſſio quando non ſit iteranda poſt habitam notitiam ſuſpenſionis Confeſſarij, 204.5.
Confeſſionis, & communionis opera præſcripta in Iubilæis an poſſint in alia pia opera commutari, 252. *in additione.*
Confeſſio nulla ſcienter an tollat cenſuras tempore Iubilæi, 262. *in additione.*
Et tam in tempore Iubilæi, quam extra, an Confeſſario nulla tollat cenſuras, & reſeruata, 262. & 300. *in addit.* & ſequ.
Confeſſiones mulierum audientes extra ſedem, & cratem confeſſionalem quam pęnam incurrant, pag. 340. *in additione.*
Confeſſionis annuæ præcepto non parentes clerici, an & qualem cenſuram incurrant, 354 *in add.*
Confeſſione ſacrilega an impleatur præceptum annuæ confeſſionis, pag. 358. *in additione.*
Confidentia Bullæ Cruciatæ, vel alterius Iubilæi, vel Indulgẽtię peccantes an poſſint abſolui, 249.1, &

& latius, 250. *in additione*.
Quid ſi peccauerit ſciens ſe facilè abſoluendum, 250. *in additione*.
Confidentiæ talis circumſtantia an ſit neceſſario in confeſſione aperienda; 250. *in additione*.
S. Congregationis declarationes ad hoc vt ſint autenticæ, & fidem faciant quid requiratur, 294. *in additione*.
Relatæ ab Auctoribus an probent, ibidem.
Coniugatis q̃d prohibeatur, 509.15.
Conſanguinitas quid ſit, 364.5.
Conſanguinitas vbi non eſt an committatur inceſtus, 366.18.
Conſanguineam cognoſcens in vaſe indebito, an committat inceſtum, pag. 367.21.
Conſanguinei permittentes proſtitutionem mulierum ſibi coniunctarum an ligentur reſeruatione, 607. *in additione*.
Conſenſus Parochi pro audiendis confeſſionibus an ſit neceſſarius ad validitatem illarum, 209. *in additione*, & pag. 20. *in additione*.
Et eſt per modum conditionis, 20. *in additione*.
Conſuetudo loci eſt conſulenda circa ſubiectionem Vagorum Ordinarijs locorum in materia reſeruationis, 60.5.
Conſuetudo iuriſdictionem conferre poteſt, 64.4.
Conſuetudo abſoluendi à ſolis reſeruatis ſine neceſſitate, & rationabili cauſa eſt extirpanda, 155.3.
Conſuetudo blaſphemandi reſeruata in tabella Bergomenſi, quot vices requirat ad ſui conſtitutionem, 523. *in additione*.
Conſuetudo peccandi an ſit manifeſtanda Confeſſario de eadẽ interroganti, 527. *in additione*.
Conſuetudinem habens blaſphemandi an peccet ſemper mortaliter quotieſcunque blaſphemat, & an ligetur reſeruatione ſi ſtudeat extirpare prauum illum vſum, & habitum, 527. *in additione*.
Quid ſi non ſtudeat extirpare, an ſemper peccet mortaliter, ibid.
Conſentientes non ſemper eadem pœna puniuntur ac agentes, pag. 471.20.
Conſulentis nomine quis veniat, pag. 473.1.
Conſulere idem eſt ac ſuadere monere, inſtigare, ſuggerere, 473.2.
Conſilium ad homicidium duobus modis contingere poteſt, 473.3.
Conſilium duplex directum, & indirectum, 474.4.
Conſilium aliud eſt efficax, aliud ſimplex, 474.5.
Aliud iuſtũ, aliud iniuſtũ, 474.6.
Aliud in gratiam dantis, aliud in gratiam petentis, 474.7.
Conſilium in gratiam dantis idem eſt ac mandatum, 475.8.
Conſilij falſi reuocatio quomodo differat à reuocatione conſilij veri, 475.9.
Conſilium dans non peccat deficiẽte iniuſtitia, 475.11.
Conſilium inefficax non eſt reſeruatum, 476.12.
Conſilium iniuſtum non eſt reſeruatum niſi ſequatur effectus, pag. 476.13.
Conſilium præbens ad homicidium

Digitized by Google

quando incidat in reſeruationem, pag. 477.16.
Conſilio præueniens alterum incidit in reſeruationem, 478.17.
Conſilium quando dubitatur an fuerit efficax, an tale habendum ſit, 478.18. & *in additione*, ibidem.
Conſilium efficax eſt reſeruatum in abortu, 491.29.
Conſilium quomodo cognoſcatur efficax, 484.14.
Conſulens homicidium an incurrat reſeruationem etiam ſi actus non ſequatur, 471. *in addit.*
An poſſit confiteri cuicunque confeſſario antequam actus ſequatur, & an incidat in reſeruationem poſt effectum ſecutum, ſi antea deleuerat culpam per pœnitentiam, 471. *in additione*.
Conſulens in dubio, an conſilium fuerit efficax nec ne an incidat in reſeruationē effectu ſecuto, 478. *in additione*.
Conſulere an liceat minus malum volēti maius patrare, 492. *in add.*
Conſulere an liceat aliquādo abortum. Vide verbo Abortus.
Copulam habens cum Virgine conſentiente ad quid teneatur. Vide verbo ſtuprum.
Corona clericalis in Miſſa, ſub qua cenſura deferenda, 339. *in add.*
Correi plures homicidij an omnes irregularitatem incurrant, 457. *in additione*.
Correi plures vnius homicidij an omnes incidant in reſeruationem homicidij voluntarij, 456. *in add.*
Corruptio eſt duplex, actiua, & paſſiua, 443.7
Corruptio violenta quomodo fiat, pag. 443.9.
Corruptionis proprium ſubiectum eſt res corporalis, 443.6.
Credens falsò ſe incidere in reſeruationem an ligetur, 368. *in add.*
Curator legata pia non ſoluens, ad quæ minor tenetur an incurrat reſeruationem, 389. *in addit.*

D

Damnum dubiè datum an ſit compenſandum, 275. *in addit.*
Declaratio decreti Pauli V. circa confeſſarios, 240.4.
Declarationes S. Congregationum, quæ requirant ad perfectam autenticitatem, & quam fidem faciant ſi allegentur ab Auctoribus, 294. *in addit.*
Decreta Synodalia, aut aliarum conſtitutionum non ſemper obligant ſub mortali, vel etiam aliquando non obligant ſub vllo peccato, 19. *in addit.*
Decreta in dubio potius præſumuntur de conſilio, quam de præcepto, & potius obligare ſub veniali, quam ſub mortali, 19. *in add.*
Decreta cum adiectione cenſurarum etiam excommunicationis ferendæ an ſupponant ſemper culpam mortalem, 19. & 20. *in addit.*
Decreta de conſilio an obligent ſaltem ſub veniali, 19. *in addit.*
Decreta ſuperiorum quænam obligent ſub mortali, quænam ſub veniali, 20. *in addit.*

De-

Digitized by Google

Deductio ad forum contentioſum quomodo fiat, 235. *in addit.*
Defendendo ſe, & bona ſua ſi quis exceſſerit moderamen inculpatæ tutelæ, & occiderit an incidat in reſeruationem homicidij voluntarij, 458. *in addit.*
Defendendo temporalem ſubſtantiā an liceat interficere furē, 457. Quanti valoris eſſe debeat talis ſubſtantia, vt liceat interficere rapientem, 457. *in addit.*
An poſſit ſimili defēſione occiſiua vti etiam Clericus, & Regularis, 457. & 458. *in addit.*
Defendere an liceat Virgini pudicitiam ſuam occidendo inuaſorem, & quando, 463. *in addit.*
Defloratio Virginis quando ſit reſeruata; Vide verbo Stuprum.
Quando inducat obligationem ducendi, vel dotandi, ibidem.
Degradationis, vel depoſitionis pęna comminata an ſupponat culpam mortalem, 20. *in add.*
Delegatio iuriſdictionis pro foro conſcientiæ an expiret morte concedentis, 141 *in addit.*
Quid ſi conceſſa fuerit cum clauſula ad beneplacitum, ibidem.
Delegari an poſſit generaliter, vel ſpecialiter ab Epiſcopo facultas illi competens virtute Concilij Tridentini circa caſus occultos S. Sedi reſeruatos, 236. *in add.*
Delegatus ad vniuerſitatem reſeruatorum an poſſit ſubdelegare in caſu particulari, 153. *in addit.*
Delegatus ad omnes caſus, & cenſuras reſeruatas an poſſit abſolvere procurantem abortum fœtus animati, 493. *in additione.*
Quid ſi delegatus fuerit ad ſolos caſus reſeruatos, 493. *in add.*
Delictum non cenſetur notorium in dubio facti, 25. 11.
Delictum tunc dicitur occultum cū nullus interfuit teſtis, 163. 2.
Delictum item eſt occultum donec probatum fuerit, 163. 3.
Delictum eſt occultum cum ſcitur à duobus, vel tribus tantum, 163. 4.
Delictum, vt ſit publicum quid requiratur, 232. 7. & 233. & 234. *in additione.*
Delictum quando intelligatur deductum ad forum contentioſum, 235. *in addit.*
Delicti corpus conſtare debet ad hoc vt pœna locum habeat, 482. *in additione.*
Demonis inuocatio duplex, 550. 36.
Demonis tacita inuocatio an ſit quando quis vtitur vanis, quamuis explicitè non intendat Demonem inuocare, 560. 47.
Demones habent ad ſe recurſum duobus modis, 542. 5.
Demonis inuocatio an ſit reſeruata etiam in rebus parui momenti, pag. 560. 48.
Demonem inuocantes quandonam incidant in reſeruationem Epiſcopalem, & quando incurrant cenſuram Sanctæ Sedi reſeruatam, 553. & 554. *in addit.*
Demonem inuocantes, aut illi familiares quandonam incurrant excommunicationem ipſo facto, 563. *in additione.*
Denunciatio quid ſit, 417. 40.
Depoſitio falſa teſtimonij, vide verb. Teſtis.

 De-

Depoſitio per ſordes tribus modis fit, 444.10.
Diœceſis quid ſit, 575.30.
Dies anni biſexti facit pro debitore legati Pij, 383.15.
Etetiam facit pro adminiſtratore piæ cauſæ, 398.3.
Difficultas ſecundum diuerſam ſui interpretationem diuerſum reddit ſenſum, 207.1.
Diffinitio rei eſt duplex vna quid nominis, alia quid rei, 2.2.
Dilatio an concedi poſſit à confeſſario tempore Iubilæi vltra terminum duarum hebdomadarum, & an durante dicta dilatione poſſit pœnitens abſolui à cenſuris, & reſeruationibus in quas interim incidit, 252. *in additione*.
Diſcrimen inter abſoluentem à cenſura, & abſoluentem à caſu reſeruato, 97.4.
Diſpenſato illegitimo ad Epiſcopatum diſpenſatus eſt etiam ad præsbiteratum, 107.7.
Diſpenſationis forma circa iuramenta qualis, 316.1.
Diſpenſatio obtenta ab Epiſcopo ſuper voto dubio reſeruato S.Sedi tamen valet, & ſortitur effectum, etiam ſi poſt eam obtentam, appareat votum fuiſſe verè, & ſine dubio reſeruatū S.Sedi, 38. *in add.*
Diſpenſatio vigore Breuis S. Pœnitentiariæ Romanæ fieri poterit ēt extra ſacramentum confeſſionis in foro conſcientiæ, 271. *in addit.*
Diſpenſatio data ſuper aliquo voto, vel impedimento in confeſſione inualida an ſubſiſtat, ſtante clauſula delegationis *ſacramentali integra cōfeſſione audita*, 301, *in add.*
Diuinatio quid ſit, 545.19.
Diuinatio quomodo differat ab obſeruantia vana, 545.20.
Doctrinæ Chriſtianæ tempore ludentes publicè incidunt in interdictum Eccleſiaſticum, 353. *in additione*.
Quibus in Eccleſijs doceri debeat Doctrina Chriſtiana, ad hoc, vt ludentes incidant in cenſuram, 353. *in additione*.
Dolus verſatur aut circa cauſam finalem, aut circa impulſiuam, pag. 145.3.
Dolis, mendacijs, & fraudibus obtinens copulam cum virgine an incurrat reſeruationē ſtupri violenti, 593. *in additione*.
Domicilium quanti temporis requiratur, ad hoc vt Vagi, Forenſes, Peregrini teneantur legibus loci, per quem tranſeunt, 221. *in addit.*
Domicilium non dicitur quis habere ob hoc præcisè quia habet domum in loco, 65.3.
Domicilium ſtatim interdum acquiritur, 65.4.
Domicilium quis habere poteſt in duobus locis, 65.5.
Domicilium qui æqualiter habet in duobus locis poteſt vtrique Parocho confiteri, 65.6.
Dona, & munera oblata virgini pro copula obtinenda an inducant violentiam, & ſtuprum reſeruatum, 592. *in additione*.
Dormientem, vel Ebriam Virginem cognoſcens an incidat in reſeruationem ſtupri violenti, 599. *in additione*.

Du-

Dubitans, an abortus fuerit animatus nec ne an fiat irregularis, 482. *in additione*.

Dubitans an Homicidium ſecutum fuerit, nec ne an ſe gerere debeat tanquam irregularem, 482. *in additione*.

Dubium peccatum aperiens confeſſario non tenetur poſtea illud cognitum vt certum denuo confiteri, 38. *in additione*.

Dubium duplex eſt.s. iuris, & facti, pag. 27.4.

Dubius an cenſura aliqua ſit irretitus quid agere debeat, 361. 39. & latius, 29. *in additione*.

Dubius an inciderit in cenſuras, vel reſeruationem an debeat ſe reputare innodatum tam in dubbijs facti quam iuris, & concurrente etiam præſumptione fori externi, 29. *in additione*, & 285. *in addit.* & 456. *in addit.* & 478. *in addit.*

Dubius de caſu reſeruato ſi abſoluatur à ſimplici Confeſſario an teneatur ſe præſentare ſuperiori ſi poſtmodum cognoſcat, ſe verè, & ſine dubio incidiſſe in reſeruationem, 38. *in additione*.

Dubius de damno dato an teneatur reſtituere, 275. *in addit.*

Dubius de re, quam aſſerit, vel negat cum iuramento in iudicio, an incurrat reſeruationem, 437. *in additione*.

Et an tale ſit verũ periurium, ibid.

Dubius de homicidio cõmiſſo an ſit irregularis, 456. *in add.* & 457. ib. Quid ſi plures ſint correi, & neſciatur quis ex omnibus occiderit, 456. *in additione*.

E

Ebriam vel dormientem virginem cognoſcens an incidat in reſeruationẽ ſtupri violenti, 599. *in add.*

Eccleſia quando ſuppleat iuriſdictionem, 29.8.

Eccleſiæ bona, licet relicta à laico non ſunt alienanda ſine ſolemnitate, 403.

Eccleſiæ viſitandæ in Iubilæi conſecutione debent neceſſario deſignari ab Ordinario ante viſitationem ad hoc, vt aquiratur Indulgentia, 247. *in additione*.

Edicta Epiſcopi quando expirent, 229. *in additione*.

An per mortem, Epiſcopi, & quando, ibidem.

Edicto Epiſcopi contrafaciens poſt eius mortem non peccat, 228.3.

Edictum idem valet ac præceptum, pag. 217.2.

Effectu non ſecuto an incurrat reſeruationem magus, ſortilegus, vel ſuperſtitioſus, qui adhibuit Demoniaca experimenta ad aliquid agendum, vel obtinendum, 560. *in additione*.

Epiſcopo amoto ab officio, vel mortuo excommunicatione ligatus ab illa non liberatur, etiam ſi cenſura ſit ab homine, 15.5. & 229. *in addit.* & 288. *in addit.*

Poterit tamen talem cenſuram relaxare quilibet ſimplex Confeſſarius, 324. *in additione*.

Epiſcopalis caſus ſit papalis p errorem intellectus circa fidẽ, 21.2.

&

& latius, 22. *in additione*.
Epiſcopus abſoluit à caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis ſi occulti ſint, & adhuc non deducti ad forum contentioſum, 25.9. & 235. & 236. *in additione*.
Epiſcopus quibus poſſit committere vices ſuas circa caſus papales, 25.14. & latius, 236. *in addit.*
Epiſcopus an poſſit abſoluere ab hęreſi occulta, 26.15. & *in addit.* latiſſimè, 234. *in addit.* & 532. *in additione*.
Epiſcopus auditis ſolis reſeruatis abſoluere poteſt, 70.5.
Epiſcopo concedente facultatem abſoluendi ab homicidio an eam conceſſiſſe intelligatur etiam circa abſolutionem ab irregularitate, 108.3.
Epiſcopo concedente auctoritatem abſoluendi ab omnibus caſibus an intelligatur conceſſa etiam facultas extraordinaria ipſi competens, 108.5.
Epiſcopus poteſt auferre reſeruationes in Synodo, 190.3. & etiam abſque cauſa, 192.4.
Epiſcopus quando non poſſit diſpēſare in ſua conſtitutione, 191.5.
Epiſcopus quando poſſit diſpenſare in cōcilijs Prouincialibus, 191.6.
Epiſcopus habet in ſua Diœceſi facultatem independenter à Rectoribus, 208.3.
Epiſcopus an, & quando poſſit ſuis ſubditis prohibere acceſſum ad moniales exemptas, 215.8. & latius, 216.*in addit.*& 217. ibi.
Epiſcopus à quibuſcunque caſibus occultis Sedi Apoſtolicæ reſeruatis abſoluit, 231.1. latiſſimè *in addit.* pag. 233.234. 235.236.
An poſſit abſoluere à cenſuris occultis latis poſt Concil. Trident. 168. *in addit.* & 233.*in additione*.
An poſſit abſoluere à delictis Sanctæ Sedi reſeruatis deductis ad forum contentioſum ſi reus in iudicio non reſponderit, 235.
Quomodo ſumatur hæc deductio ad forum cōtentioſum, ibid.
Quomodo intelligatur crimen *occultum* ad hoc vt poſſit abſolui per Epiſcopum virtute Tridentini, 235.*in addit.*
Quid ſi delictum ſit occultum in hac Diœceſi in alia vero notoriū ſit, 235. *in addit.*
Quid ſi delictum in alia Diœceſi fuerit deductum ad forum contentioſum, 235.& 236. *in addit.*
Epiſcopus an vti poſſit priuilegio Tridentini pro caſibus occultis Sanctæ Sedi reſeruatis in foro pęnitentiæ tantum, vel etiam in foro conſcientiæ, 236. *in addit.*
An poſſit facultatem hanc delegare alijs, & quibus, & quomodo, 236. *in additione*.
Epiſcopus an poſſit abſoluere à caſibus occultis Bullæ Cœnæ, 232.5. latiſſimè, 233. & 234. *in addit.* & 26. *in addit.* & 168. *in addit.*
Quid in hac re tenuerit S. Franciſcus Saleſius, 26. *in addit.*
An ſententia affirmatiua ſit improbabilis, & reprobata à Sancta Sede, 26. *in additione*, & latius, & diſtinctius, 234. *in addit.*
Epiſcoporum facultas, & iuriſdictio
in

in peregrinos, forenſes, & vagos 233. 9. & 221. *in additione*.
Epiſcopi abſolutio, & diſpenſatio facta ante collationem ordinum quid proſit, 237. 2.
Quid proſit Regularibus exemptis, 237. 3.
Epiſcopis nullum eſt peccatum reſeruatum, ex ſolo iure communi, ſecluſa conſuetudine, 238. 1.
Epiſcopos poſſe ſibi reſeruare peccata an ſit de fide, *3. in addit.*
Epiſcopo an ſint reſeruatæ omnes cenſuræ, 79. *in additione*.
Epiſcopi quando, & quomodo teneantur approbare Regulares ad audiendas Confeſſiones Sæcularium, 209. & 210. *in addit.*
Epiſcopi morte an ceſſent reſeruationes extra Synodum factæ, & cenſuræ, & edicta, & decreta edita in viſitatione aut extra, 228. & 229. *in additione*.
Epiſcopus quando poſſit diſpenſare in irregularitate homicidij voluntarij; & quale debeat eſſe homicidium, vt ſubſit iuriſdictioni Epiſcopali, 452. *in addit.*
Epiſcopus an poſſit tantum in foro externo coram Notario, & Teſtibus Hereſim formalem abſoluere, 532. & 533. *in additione*. non vero in foro conſcientiæ, vel pęnitentiæ, *26. in add.* & 234. *in ad.*
Equiuocatione an liceat aliquando vti, 437. 26.
Error in operante an vitet reſeruationis incurſum; ideoque qui propoſuit occidere Petrum, & occidat Seium an incurrat reſeruationem, 451. *in addit.*
Error hæreticalis internus intellectus an efficiat, vt omnia peccata externa ab ipſo prouenientia ſint ſubiecta excommunicationi Bullæ Cęnæ Domini, 22. *in addit.*
Excedens moderamen inculpatę tutelæ, & occidens an incurrat reſeruationem homicidij, 458. *in additione*.
Excommunicationes ſeptem extra tabellam extant Epiſcopo reſeruatæ à iure communi, 18. 6. & 326, 13.
Excommunicatio Papalis interdum fit Epiſcopalis, 23. 1.
Excommunicationum alia Papalis, alia Epiſcopalis, alia nemini reſeruata, 78. 3.
Excommunicatus inuitus abſolui poteſt, 89. 5.
Excommunicatus poteſt interdum recipere Sacramentum pęnitentiæ ante abſolutionem ab excommunicatione, 94. 5.
Excommunicatio non incurritur niſi ex culpa lata, 124. 1. vide verbo *Cenſura*, & verbo *Ignorantia*.
Excommunicatus occultus quando poſſit audire ſacrum, aut celebrare, 164. 8.
Excommunicatus ab homine nominatim extra Dięceſim minimè abſolui poteſt, 222. 3.
Excommunicatio extra Dięceſim auferri non poteſt mota lite, pag. 223. 4.
Excommunicatio Synodalis non ligat extra propriam Dięceſim, pag. 297. 1.
Excommunicatio non afficit eum, qui prius commiſit delictum ante
pro-

promulgationem excommunicationis, 291. 2.
An idem ſit de caſibus reſeruatis. 291. 2. & latius 294. *in addit.*

Excommunicatus excommunicatione reſeruata nō liberatur morte excommunicatoris; liberatur verò à caſibus ab homine reſeruatis 291. 3. & latius *in additione.* pag. 294. poterit tamen talis excommunicatio abſolui à quocūque ſimplici confeſſario, 324. *in additione.*

Excommunicationis pęna non ligatur violans ſtatutum in locis exēptis, 291. 4. & latius *in additione.* pag. 294. an autem ligetur reſeruationibus peccans in locis exēptis, 291. 4. contrarium *in add.* pag. 294.

Excommunicationis ignorantia excuſat à cenſura, non vero à reſeruatione ſi. 291. 5. & latius *in add.* pag. 295. & pag. 42. *in addit.*

Excommunicatione reſeruata in articulo mortis abſolutus an teneatur ſe preſentare ſi conualuerit, & quomodo, & in quibus cenſuris, 292. 6. & latius, 295. *in add.*
Quid de abſoluto à caſibus reſeruatis in articulo mortis, 292. 6.

Excommunicationem contrahens in aliena Diœceſi in foro fori abſoluitur per ſuperiorem loci, pag. 292. 7.
Quid ſi incidat in caſum reſeruatum an poſſit abſolui à quolibet Confeſſario, 292. 7. latius vero, pag. 296. *in additione.*

Excommunicatione ligatum an poſſit Confeſſarius abſoluere à peccatis, remittendo pro cenſura ad ſuperiorem. ſicuti contingit in materia caſuum reſeruatorum, pag. 292. 8.

Excommunicationis abſolutio dari poteſt etiam abſenti, non vero abſolutio peccatorum, 293. 9.

Excommunicatio lata per ſtatutum ligat tantum intra territorium, contra vero ſi lata ſit per ſententiam, 297. 1.
Ligat etiam futuros ſubditos, illa vero quæ fertur per ſententiam ligat tantum præſentes, 297. 2.

Excommunicationes iure communi nulli reſeruatas Ordinarius ſibi reſeruare non debet, 303. 5.

Excommunicatio lata per ſtatutum requirit, vt incurratur, quod res, vel perſona exiſtat in territorio; lata verò per ſententiam neutrū requirit, 297. 3.

Excommunicationum cauſa materialis eſt homo baptizatus, 321. 2

Excommunicationum tam à iure, quam ab homine duo ſunt genera, 322. 3.

Excommunicatio minor non reſeruatur, 322. 4.

Excommunicatio maior ab anathemate quomodo differat, 323. 5.

Excommunicatio Epiſcopalis etiam generaliter lata reſeruatur in tabella Bergomenſi, 323. 8.

Excommunicatio fertur ob contumaciam, 324. 9.

Excommunicatio à iure eſt triplex, alia reſeruatur Papæ, alia Epiſcopo, alia nemini, 324. 10.

Excommunicationum Epiſcopo Bergomen. reſeruatarum duæ ſunt

ſunt ſpecies, 325. 11.
Excommunicationes olim reſeruatę in Synodis Bergomen. 325. 12
Excommunicationes nunc reſeruatæ in Synodis Bergomenſibus, pag. 325. *in additione*.
Excommunicationes decem Concilij Tridentini nemini reſeruatæ, pag. 327. 14.
Excommunicatio non incurritur ex ſolo propoſito patrandi delictum, pag. 328. 16.
Excommunicatus excommunicatione à iure nemini reſeruata abſolui poteſt ab omnibus Confeſſarijs, 328. 18. & 79. *in addit.*
Excommunicatus iniuſtè, & inualidè non afficitur reſeruatione, pag. 328. 19.
Quomodo teneatur ſe gerere, pag. 328. 20.
Excommunicatione Epiſcopali an ligentur priuilegiati, & exempti, 328. 21. & 329. *in additione*.
Et an Protonotarij ſint exempti, & quomodo, 329. *in additione*.
Excommunicationem nō incurrunt mandantes aliquod delictum niſi exprimantur, 330. 22.
Excommunicatus ab ordinario ſingulariter, incidit in reſeruationem. 330. 23.
Excommunicatione ligantur etiam fœminæ propter delictum illis commune cum viris, 330. 25.
Excommunicationem incurrunt etiam impuberes doli capaces, pag. 331. 26.
Excommunicationi non ſubduntur meretrices omittentes confeſſionem, aut communionem in Paſcate. 331. 27.
Excommunicatio non incurritur per actum externum de ſe preciſè peccaminoſum tantum venialiter, 331. 28.
Excommunicatio Epiſcopo reſeruata quomodo abſolui debeat à Pęnitentiario, 331. 29.
Excommunicatione Papæ reſeruata afficitur occupans bona Eccleſiaſtica. 402. 18.
Excommunicatio ferenda an ſupponat culpam mortalem, vel venialem, 20. *in additione*.
Excommunicationes reſeruatę Sanctæ Sedi quando, & quomodo poſſint abſolui, ab Epiſcopo in caſibus, occultis, & an per ſe, vel per delegatos, & an hæc facultas extendatur etiam ad cenſuras Bullæ Cenæ Domini, & Hæreſim occultam latè, 223. & 224. & 225. & 226. *in additione*. Et varijs locis, videre eſt verbo *Epiſcopus*.
Excommunicatus toleratus an peccet mortaliter communicando in diuinis cum alijs fidelibus, & venialiter communicando in humanis, & ciuilibus, 305. *in addit.*
Excommunicationis abſolutio de legata *in forma Eccleſiæ conſueta* an ſit nulla ſi ipſa forma adamuſſim non ſeruetur, 306. *in add.*
Excommunicatio minor an poſſit abſolui à Parocho, vel à ſimplici Sacerdote, & an etiam extra Sacramentum, 323. *in addit.*
Excommunicatus viuente Epiſcopo, quia peccauit aliquo peccato cui affixa erat cenſura ab homine an abſoluatur per ceſſationem legis,

amotionem, vel mortem Epiſco-
pi legiſlatoris, 229. *in additione.*
& 228. *in additione*, & latius 324.
in additione.
An poſſit ſaltem abſolui à quo-
cunque confeſſario ideoque an
remaneat ablata reſeruatio cen-
ſuræ, 324. *in additione.*
Excommunicari an poſſint anima-
lia, & res inanimatæ, & quomo-
do, 546. *in additione.*
Executores teſtamentorum legata
pia non ſoluentes an incidant in
reſeruationem, 389. *in addit.*
Executores breuium S. Pęnitentia-
riæ an poſſint diſpenſare extra
Sacramentum Pęnitentiæ, 271.
in additione.
Exemptæ moniales an comprehen-
dantur in decreto Epiſcopali pro-
hibente acceſſum ad colloquen-
dum cum Monialibus in genere,
& an comprehendi poſſint ſi ſpe-
cificè nominentur, 216. & 217.
& 218. *in additione.*
Exempto in loco committens pec-
catum an incurrat reſeruationem,
vel cenſuram ab Epiſcopo illius
Diæceſis latam contra tale quid
committentes, 294. *in addit.*
Exempti an comprehendantur, &
incidant in cenſuras Epiſcopales,
pag. 329. *in additione.*
An exempta ſint Monaſteria Mo-
nialium Regularibus ſubiecta,
pag. 329. *in addit.* & 576. *in add.*
An exempti ſint Protonotarij
Apoſtolici ex priuilegio, & quo-
modo, & in quibus cauſis, 329.
in additione.
Exilium indictum ab Epiſcopo an
finiatur Epiſcopi morte, vel amo-
tione ab officio, 229. *in addit.*
Extenſio an fiat in pęnalibus ſaltem
ex maioritate rationis, 457. *in add.*
Exteri in aliena Dięceſi an poſſint
abſolui, 220. 4. & latius, 60. &
61. *in addit.*
Exteri an ligentur pęnis latis per
ſententiam, vel per ſtatutum,
pag. 219. 2. & latius, 221. *in add.*
Exteri quomodo extra Dięceſim ſuã
abſoluantur, 220. 3. & melius,
pag. 60. & 61. *in addit.*

F

Facultas Sacerdotis pro articulo
mortis eſt tantum circa peccata,
& quaſdam cenſuras, 116. 1. &
latius, 295. *in addit.*
Facultas Sacerdotis in articulo mor-
tis non ſe extendit ad vota, & iu-
ramenta, 116. 2.
Facultas quando intelligatur dari,
pro vna vice tantum, 156. 1.
Facultate inutiliter vtens prima vice
poteſt iterum illa vti. 156. 2.
Facultas conceſſa ſuper caſus reſer-
uatos non expirat quouſque va-
lida ſit illorum abſolutio, 156.
Facultas abſoluendi ab inceſtu non
extenditur ab abſoluendum deli-
cti complicem, 373. 28.
Facultatem obtinens abſoluendi ab
inceſtu non ideo obtinet faculta-
tem ſuper diſpenſatione debiti
petendi, 373. 30.
Facultas conceſſa pro foro conſcien-
tię circa reſeruata an expirat mor-
te concedentis; quid ſi conceſſa
fuerit

Digitized by Google

fuerit cum clauſula *ad libitum*, *vel beneplacitum*, 141. *in addit.*
Facultas competens Epiſcopo pro Caſibus occultis Sanctæ Sedis an poſſit per ipſum delegari generaliter, vel pro caſibus tantum particularibus, 236. *in additione*.
Falſum Teſtimonium, vide Teſtimonium falſum.
Fęminæ comprehenduntur ſub reſeruatione excommunicationis, pag. 321. 1.
Et ſub reſeruatione interdicti, pag. 350. 7.
Et ſub reſeruatione inceſtus, pag. 363. 1.
Et ſub reſeruatione dilationis in ſolutione legatorũ piorũ, 381. 4.
Et ſub reſeruatione depoſitionis falſæ in iudicio, 418. 1.
Et ſub reſeruatione homicidij voluntarij, 447. 1.
Et ſub reſeruatione procurantium abortum, 481. 1.
Et ſub reſeruatione opprimentiũ filios, & quales fęminæ, & quando, 495. 1. & 496. *in addit.*
Et an comprehendantur ſub reſeruatione ſodomiæ, 504. 1. & 501. *in addit.* & 509. *in addit.*
Et ſub reſeruatione blaſphemiæ, pag. 520. 1.
Et ſub reſeruatione vtentium ſuperſtitionibus, & actibus Demoniacis, 540. 1.
Et ſub reſeruatione percuſſionis parentum, 580. 1.
Fęminæ non comprehenduntur ſub reſeruatione illegitimæ adminiſtrationis locorum piorum vltra tempus taxatum, 396. 1.
Neque ſub reſeruatione adminiſtrantium eadem bona, & adhibita fraude conducentium, aut alijs locantium, 405. 1.
Minus comprehenduntur ſub reſeruatione Notariorum legata pia non reuelantium, 415. 1.
Neque comprehenduntur ſub reſeruatione ſtupri violenti, 591. 1.
Aut violantium ſiue tentantium violare Moniales, 566. 2.
Fęminarum ſodomia an ſit reſeruata, 509. *in additione*.
Fęminam excuſat minor metus, quam virum, 487. 22.
Fętus an ſit in dubio præſumendus animatus, 482. 7. & latius ibid. *in additione*.
Fętum iam maturum procurans eijci an afficiatur reſeruatione, pag. 488. 24.
Fides bona, vide Bona fides.
Filiorum nomine quando veniant filiæ, 495. 2.
Filiorum oppreſſio, vt ſit reſeruata, quam ætatem requirat in filio oppreſſo, 495. 3.
Filium opprimens aut filiam dolo, eſt reus homicidij reſeruati, pag. 497. 6. & 498. 10.
Filiorum oppreſſio quot modis contingere poſſit, 498. 8.
Filios opprimens ex leui negligentia an incidat in reſeruationem, pag. 499. 12.
Filiorum oppreſſio, vt ſit reſeruata an requirat mortem ſecutam actualiter, 499. 13.
Filiorum oppreſſioni præbens tantũ occaſionem an incidat in reſeruationem, 500. 14.

Filios incautè tenentes in lecto quanam pęna reſeruatione, & cenſura afficiantur, & quinam incidant in eaſdem, & quando, 501. 19. & 502. *in additione*, & latius, 496. *in additione*, & vide verbo infantes.

Filij vel filiæ quicunque parentes percutientes an incidant in reſeruationem, 580. 1. Quid ſi repercutiant percuſſi ab ipſis parentibus diſciplinæ gratia, pag. 587. 16.

Filij percuſſores parentum quinam incidant in reſeruationem, 581. & 582. *in additione*.

Filiaſtri percutientes vitricum aut Nouercam, an incidant in reſeruationem, 581. *in additione*.

Filij adoptati, vel arrogati percutientes adoptantem, vel arrogantem an incidant in reſeruationē, pag. 581. *in addit.* & 587. *in add.*

Filij permittentes proſtitutionem ſororum, aut matris, an incidant in reſeruationem, 607. *in addit.*

Fine legis ceſſante in caſu particulari, an ceſſet ipſa lex nec ne latè, pag. 408. *in additione*.

Forenſes an ligentur legibus loci per quem tranſeunt, & quanta requiratur habitatio ad hoc vt ſubdantur ipſis legibus, 221. *in additione*. & 296. *in additione*.

Forma debet reſpondere materiæ, pag. 74. 1.

Forma Eccleſiæ conſueta in abſolutionibus an ſit neceſſariò ſeruanda, ita vt ipſa nō ſeruata ad amuſſim abſolutio nulla ſit, quando delegatio facta fuit cum illa clauſula *in forma Eccleſiæ conſueta*, pag. 306. *in addit.*

Forum fauorabile acquirere quid ſit, 66. 2.

Forū fauorabile conſcientiæ acquiritur per accidens, 66. 4.

Forum exterius acquiritur in loco, vbi committitur delictum, 67. 5.

Forum conſcientiæ differt à foro Sacramenti Penitentiæ, 84. 3. & 231. 3. & 267. 2.

S. Frāciſcus Saleſius quid ſenſerit de queſtione, an Epiſcopi poſſint abſoluere ab Hæreſi occulta poſt Tridentinum, 26. *in addit.*

Fratres permittentes proſtitutionem ſororum an incidant in reſeruationem, 607. *in addit.*

Fraus quibus, & quot modis contingere poſſit, 406. 8. & 9.

Fraudibus dolis, & mendacijs extorquens copulam à Virgine an incurrat reſeruationem ſtupri violenti, 593. *in addit.*

Furem an liceat occidere pro defenſione temporalis ſubſtantiæ, 457. *in additione*.
Quanti valoris eſſe debeat vt liceat vti hac defenſione, ibid.
An ſit licita talis defenſio etiam religioſis, 457. & 458. *in addit.*
An excedens moderamen inculpatæ tutelæ incidat in reſeruationem Homicidij voluntarij, ibid.

G

Gradus perſonarum quid ſit, 364. 2.

Gradus primus inter quas perſonas interſit, 364. 3.

Secun-

Secundus inter quas conſiſtat, ib. num. 4.

Gradus circumſtantia an ſit neceſſario manifeſtanda in Confeſſione inceſtus vel ſodomiæ, 367. *in add.*

Quid de inceſtu in primo gradu ibidem.

Quo ad ſodomiticum inceſtum vide pag. 372. *in additione*, & pag. 510. *in additione*.

Gratia quando dicatur tam facta, quando vero facienda, 226. 2.

Gratia non dicitur facta pęnitenti, quando illi tantum indirectè conceditur, 226. 3.

Gratia executioni mandata ante mortem concedentis durat vſque ad ſuum effectum quamuis interim moriatur concedens. 226. 5.

Gratia conceſſa pęnitenti morte Epiſcopi non aufertur etiam ſi res conceſſa integra ſit, 226. 4.

Gratiæ pro foro conſcientiæ Confeſſarijs conceſſe, quando morte Epiſcopi, vel eius amotione finiantur, vide verbo facultas conceſſa pro foro conſcientiæ.

H

Habitatio qualis requiratur ad hoc, vt forenſes, peregrini, & vagi obligentur legibus, & cenſuris loci per quem tranſeunt, 221. *in add.*

Habitus Protonotarialis de neceſſe deferendus eſt ad hoc, vt Protonotarij gaudere poſſint exemptione ab Ordinario, 319. *in addit.*

Habitus prauus blaſphemandi reſeruatus in tabella Bergomenſi quot vices requirat ad ſui conſtitutionem, 522. *in additione*.

Habitum peccandi an teneatur pęnitens fateri Confeſſario interroganti, 527. *in additione*.

Habitum blaſphemandi non procurans extirpare an peccet mortaliter, & reſeruatione ligetur quotieſcunque blaſphemat, 527. *in additione*.

Quid ſi procuret, & ſtudeat extirpare, 527. ibid.

Hęreſis interna, ſiue error intellectus an ſufficiat ad hoc vt omnia peccata ex eodem errore opere externo patrata ſint reſeruata Sanctæ Sedi, 22. *in additione*.

Hæreſis occulta an poſſit abſolui ab Epiſcopis, 26. *in additione*.

Opinio S. Franciſci Saleſij de hac quæſtione, ibidem.

An fuerit ſententia aſſerens reprobata per Sanctam Sedem, ibid. & latius 234. *in additione*, & 532. *in additione*, & 554. *in addit.*

Hæretica verba proferens ſi dubitet an id fecerit animo hæretico nec ne an ſit habendus pro hæretico, & excommunicato in foro interno, 529. *in additione*.

Hæreſim proferens iocosè an incidat in reſeruationẽ, 529. *in add.*

Hæreticalia verba dubia an ſupponantur ex animo hæretico, 530. *in additione*.

Hæreſis formalis an poſſit abſolui per Epiſcopum, vel Inquiſitorem in foro conſcientiæ, vel tantum in foro externo coram Notario, & Teſtibus, 532. & 533. *in addit.* & 553. & 554. *in additione*.

Hære-

Hæretica verba quando poſſint eſſe ſubiecta reſeruationi Epiſcoporum, & quomodo intelligenda ſit reſeruatio in hac materia, 532. & 533. *in addit.*
Homicidium duplex eſt proprium, & improprium, 447.2.
Homicidium, quod culpa caret non reſeruatur, 447.3.
Homicidium aliud eſt immediatum, aliud mediatum, 448.4.
Homicidium eſt dupliciter voluntarium, 448.5.
Homicidium item aliud eſt directũ, aliud indirectum, 448.6.
Homicidij cauſa alia propinqua, alia remota, 448.7.
Homicidium quale reſeruetur; pag. 448.7.8.9.10.11.
Homicidij cauſa dubia quomodo iudicanda, 454.17.
Homicidium permiſſum lege Ciuili an poſſit immune fieri à peccato, pag. 459.22.23.
Quid quanodo homicidium ſit contra ius diuinum, 459.24.
Homicidium quomodo licitum ſit ob defenſionem vitæ propriæ, pag. 460.25.
Homicidium in dubio an fuerit ex neceſſitate, vel voluntate quomodo iudicandum, 462.26.
Homicidium an liceat pro tuenda vita ſpirituali, 462.27. & 463. *in additione.*
Homicidij mandatum iniuſtum reſeruatur, 465.4.
Reſeruatur expreſſum, & manifeſtum mandatum, non verò tacitum, 466.5.
Homicidij mandatum non eſt reſeruatũ niſi ſequatur effectus, 466.6.
Homicidij mandatum reuocans re adhuc integra immunis eſt à reſeruatione, 467.10.
Homicidij ratihabitio non eſt reſeruata, 468.11.
Homicidium mãdans iniuſtè quando non afficiatur reſeruatione, pag. 468.12.13.14.15.
Homicidij mandatum eſt reſeruatum, quamuis mandatarius non ſeruet accidentalia circa mandatum, 469.16.
Homicidij effectu non ſequnto in quo caſu mandans afficiatur reſeruatione, 470.17.
Homicidium non eſt reſeruatum, quo vſque non ſequatur mors, pag. 476.14.
Homicidij reſeruatione an ligetur qui confitetur antequam mors legaliter interfecti ſequatur, tam ſi fuerit mandans, quam conſulens, vel etiam executor, 471. *in add.* & 476.14.
Homicida ſi occidat hominem non intentum per errorem an incurrat reſeruationem, vti ſi credens occidere Seium, Enecauerit Titium, 451. *in additione.*
Homicidium quale ſit verè voluntarium, & quale reſeruetur in tabella, 452. *in additione.*
An ſit tale homicidium patratum in ſubita rixa non per inſidias, nec præmediatum, aut *a caſo penſato*, 452. *in additione.*
Homicidij voluntarij irregularitas qualis poſſit diſpenſari per Epiſcopum, 452. *in additione.*
An poſſit Epiſcopus diſpenſare
in

in irregularitate orta ex homicidio voluntario non per inſidias, nec, vt vocant, *à caſo penſato*, ſed in ſubita rixa, 452. *in additione*.
Homicidium reſeruatum an incurrat Medicus, ob cuius negligentiam, & culpā craſſam, & latam ęgrotus moritur, 455. *in additione*.
Homicidium reſeruatum an incurrant quicunque non ſubueniunt Ægenti, vel negatiuè concurrunt ad alicuius occiſionem, cum facilè poſſent auertere, 455. *in add.*
Quid ſi cōcurrant pmiſſiuè, ibid.
Homicida in dubio an debeat ſe ſupponere ligatum reſeruatione, 456. *in additione*.
Homicidij ſi plures ſint rei quis eorū incurrat reſeruationem, an vnus vel omnes, 456. *in additione*.
Quid ſi præſumptio fori externi ſit contra omnes illos, ut reos, 456. *in additione*.
Homicidij voluntarij an incurrat reſeruationem, qui occidit furem rapientem bona temporalia, 457. *in additione*.
Quid ſi occidat cum exceſſu moderaminis inculpatæ tutelæ, 458. ibidem.
Quid ſi ſit Clericus vel Regularis, ibidem.
Homicidij reſeruati an incurrat reſeruationem Maritus, vel Pater qui necent vxorem, vel filiam inuentam ſe proſtituentem, 458.
Quid ſi occidant etiam adulterū, vel amaſium, 458. *in additione*.
Homicidium reſeruatum an incurrat Virgo quæ occidit inuaſorē propriæ pudicitiæ etiam ſi ſciret, ſe nō conſenſuram in veneream delectationem, 463. *in additione*.
Homicidium reſeruatum an incurrant mandantes, aut conſulentes effectu non ſequuto, 471. *in addit.*
Homicidij reſeruationem an incurrant cooperantes, auxiliantes, & alij, dummodo non ſint nec exequentes principales, nec conſulentes nec mandantes, 477. *in additione*.
Humicidij reſeruationem an incurrat dubitans, an opera ſua, vel conſilium fuerit efficax ad id cauſandum, 478. *in additione*.
Homicidij exiſtentiam ignorans, & de illa dubitans an debeat ſe reputare irregularem, 482. *in addit.*

I

Ignorantia, quæ dicatur craſſa, aut ſupina, 34.2.
Ignorantia craſſa, & ſupina quomodo differat à vincibili, 35.3.
Ignorantia craſſa, ſuppoſita grauitate materiæ, non excuſat à mortali, 35.4
Ignorantia craſſa, & ſupina quando excuſent à cenſura, 35.5.7. & 40.5. & 286. *in additione*.
Ignorantia affectata quando excuſet à cenſura, 36.8. & 286. *in additione*.
Ignorantia probabilis quænam ſit, & quomodo differat ab inuincibili, 39.3.4.
Ignorantia vincibilis an excuſet à cenſuris, 40.5.6.7.

Quæ-

Quænam ſit Ignorantia vincibilis, 40.7
Ignorantia probabilis excuſat à cenſura licet lata ſit contra traſgreſſores iuris diuini, 59.3.
Ignorantia reſeruationis an, & à quibus caſibus reſeruatis excuſet, 41.3. an ab omnibus reſeruatis, latius, 42. *in addit.* & 295. *in add.* & 411. *in additione.*
Ignorantia inuincibilis licet excuſet à qualibet cenſura aliquando nõ excuſat à reſeruatione, 53.5. latius *in additione* pag. 42.
Ignorans Iubileum tempore, quo publicatur an poſſit illud conſequi ſtatim ac ſciuerit, 247. & 248. *in additione.*
Ignorantia craſſa, ſupina, aut etiam affectata an excuſet ab incurſu cenſuræ latæ cum clauſula *nemo audeat, aut præſumat, &c.* 286. *in additione.*
Ignorantia impedimenti an obſtet quominus impedimentum ipſum naſcatur, 313. *in additione.*
Et an hoc procedat tam in impedimento dirimente matrimoniũ, quam in impediente petitionem debiti, 313. *in addit.*
Ignorans reſeruationem, ſciens tamẽ delictum committendum eſſe mortale an vitet reſeruationem ipſam, 411. *in addit.*
Illimitata cauſa illimitatum producit effectum, 208.4.
Impedimentum duplex eſt, ſcilicet temporale, & perpetuum, 23.3.
Impedimento durante ſe præſentandi poteſt impeditus interim Sacramenta ſuſcipere, 24.6.
Impedimentum dirimens matrimonium aliquando reuelari non debet, 373.31.
Impeditus perſonaliter adire Papam non tenetur mittere, aut ſcribere, 26. *in additione.*
Impeditus adire Papam, vel Nuntiũ Apoſtolicum, & etiam Epiſcopum poteſt abſolui à ſuo Parocho, 26. *in additione.*
Impedimentum matrimonij an oriatur etiam ſi agens ignoret naſci poſſe tale impedimentum, 313. *in additione.*
Quid de impedimento petitionis debiti, ibidem.
Importunæ preces ſine timore reuerentiali an inducant violentiam, & faciant ſtuprum reſeruatum in copula habita cum Virgine, 592. & 594. *in additione.*
Quid ſi cum precibus importunis adſit timor reuerentialis, ibid.
Qui violauit per preces importunas an teneatur ad reſarcienda damna illata Virgini, 600. *in add.*
Importunis precibus violans Virginem, an teneatur reparare damna ipſi Virgini illata, 600. *in add.*
Impotentia duplex eſt, nempe phiſica, & moralis, 23.2.
Impuberes an afficiantur caſibus reſeruatis, vel cenſuris Papalibus, 55.1. & 509. *in add.* & 56. *in add.*
An poſſint excommunicari, 510. *in additione.*
An incidant in reſeruationem Sodomiæ, vel Beſtialitatis, 509. & 516. *in additione.*
Impuberes qui, & quando ſint, pag. 55.2. & 3.

Digitized by Google

Impubertas cur citius finiatur in fęmina, quam in viro, 55.4.
Impubes Doli capax an poſſit ligari cenſuris validè, vel iuſtè, 56.5. & latius, 509. *in addit.*
Inaduertentia cenſuræ, vel reſeruationis an excuſet ab incurſu, 42. *in addit.* & 295.
Incluſio vnius eſt alterius excluſio, pag. 78.5.
Incertorum reſtitutionis dilatio an poſſit reſeruari ab Epiſc. 198.1. ſed melius pag. 200. *in add.*
Incertorum diſpoſitionem an ſibi poſſit reſeruare Epiſcopus, 199.2.
Incertorum reſtitutio quando per Epiſcopum fieri debeat, 199.3.
Inceſtus dupliciter ſumitur, propriè, & impropriè, 364.7.
Vnde dicatur, 364.6.
Quas perſonas reſpiciat, 364.8.
Quid ſit, 364.9.
Solum propriè acceptus eſt reſeruatus, 364.10.
Alius eſt inceſtus ex natura, alius ex lege, 365.11.
In primo, & ſecundo gradu reſeruatur, 365.12.
Inceſtum permittens an ligetur reſeruatione, 365.15.
Inceſtus an dicatur copula ſine ſeminatione, 367.20. & latius pag. 371. *in addit.*
Inceſtus in primo, & ſecundo gradu affinitatis reſeruatur, 376.5.
Inceſtus carens malitia mortali non reſeruatur, 368.22.
Inceſtus an ſit reſeruatus ſi ſolus vir ſeminauerit, 370.25. & *in addit.*
An tunc incurrat reſeruationem fęmina non ſeminãs, 370. *in add.*
Quid ſi copula fuerit ſine ſeminatione vtriuſque, 370. *in addit.* & 371. *in addit.*
Inceſtus in confeſſione an ſit manifeſtanda circumſtantia gradus ſaltem primi, 367. *in additione.*
An in ſodomia, 372. *in addit.*
Inceſtum non reſeruatum committens an ligetur reſeruatione ſi credat ſe incidere, 368. *in addit.*
Quid ſi crediderit eſſe reſeruatum inceſtum aliquem nō tamen illũ, quem commiſit, an ligetur reſeruatione, 368. *in additione.*
Inceſtus reſeruationem an incurrat fęmina, quæ in copula habita cũ maſculo ſeminante non ſeminauit, 370. *in additione.*
Inceſtum reſeruatum an committãt Eunuchi, Spadones, &c. qui actu non ſeminant in copula, 370. *in additione.*
Inceſtus reſeruatus an ſit quando intra vas non ſeminatur, ſed aliqua pars ſeminis ex ſe intra diſtillat, 371. *in addit.*
Talis ſeminatio an pariat affinitatem, ibidem.
Inceſtum an committat, qui copulam habet ſodomiticam cum coniuncto, vel affine, 371. *in addit.* & 510. *in addit.*
An teneatur in confeſsione inceſtuoſus ſodomita gradum explicare, 372. *in additione.*
Quid ſi fuerit commiſſum delictum in primo gradu, ibid.
Inceſtus an ſit, ſi habeatur copula ſodomitica cum coniuncto cognatione legali, vel ſpirituali, & an hæc circumſtantia ſit in con-

feſſione explicanda, 372. *in add.*

Inceſtuoſa an ſit copula habita à ſponſo de futuro vel de preſenti ante conſummationem matrimonij cum ſorore ſponſæ, 374. *in additione.*

Indulgentia ad inſtar Iubilæi an auferat reſeruationem caſuum, 278. 2. & 3. & latius pag. 279. & 280. *in additione.*

Talis indulgentiæ vtilitates, pag. 279. 5.

Vt plurimum conceditur in articulo mortis, 279. 6.

Indulgentia per ſe, & directè eſt remiſſio ſolius pœnæ temporalis, pag. 280. 2. & 282. *in addit.*

Indulgentia à culpa, de qua culpa intelligatur, 281. 3.

Quam interpretationem recipiat talis indulgentia, 281. 4. & 282. *in additione.*

Indulgentia an poſſit acquiri ex vſu opinionis probabilis, 248. *in additione.*

Indulgentiæ in forma Iubilei quid ſignificant, quos fauores includant, & quomodo intelligendæ ſint, 279. *in additione.*

Indulgentiæ an aliquam culpam, ſaltem venialem remittant, 282. *in additione.*

Indulgentiæ à culpa, & à pœna quomodo ſint intelligendæ, & an concedant iuriſdictionem abſoluendi à reſeruatis, & cenſuris, pag. 282. *in addit.*

Infantes nequeunt in lecto retineri ſub pœna excommunicationis ipſo facto Matribus, & Nutricibus, pag. 236. *in additione.*

An poſſint retineri cum debito obice, 326. quis poſſit ab hac cenſura abſoluere, & obicem commutare, ibid. & 496. & 502. *in additione.*

Tenentes in lecto tales infantes quomodo ſint abſoluendi, 496. & 502. *in additione.*

Quinam ſint qui incidant an tantum Mater, vel etiam Pater, vel alij, 502. *in addit.*

An incidant in hanc cenſuram iubentes, & cogentes, vt infantes detineantur ſine obice, 496. *in additione.*

Infantes opprimentes in lecto ex negligentia an afficiantur reſeruatione; & an hæc reſeruatio ſit diuerſa à cenſura Conciliorum, & Synodorum contra detinentes infantes in lecto, aut quo pacto differat, 496. *in addit.*

Infantes duorum annorum opprimentes in lecto ex negligentia an incidant in reſeruationem, 496. *in additione.*

An Pater, & Mater ſoli opprimẽtes ex negligentia infantes incidant in reſeruationem, an etiam alij, 496. *in additione.*

Informis eſt interdum Confeſſio, ſed tamen valida, 115. 5.

Inquiſitores hæreticæ prauitatis an poſſint abſoluere à blaſphemia hæreticali, & hæreſi formali tam in foro conſcientiæ, quam in externo, 532. & 533. *in additione,* & 553. & 554. *in add.*

Interdictum locale Clericus violans peccat, & irregularis efficitur, Laicus verò tantum peccat mortaliter,

taliter, 308. 3.
Interdicta quænam auferantur abſq; vlla forma. 308. 5.
Interdictus nominatim denunciatus abſoluendus eſt publicè, 309. 6.
Interdictum perſonale particulare interdum non eſt reſeruatum, pag. 352. 15.
Interdictum eſt triplex, locale, perſonale, & mixtum, 350. 1.
Tam locale, quam perſonale duplex eſt, 350. 2.
Interdictum quando dignoſcatur eſſe perſonale vel locale, 350. 3.
Interdictum perſonale an poſſit auferri per ſimplicem Confeſſariũ, pag. 350. 3.
An poſſit interdictum locale, pag. 350. 4.
An interdictum mixtum, 350. 5.
Interdicta, quibus reſeruẽtur, 351. 8
Interdicta iuris communis quot, & quæ ſint, 351. 9. & 354. 18.
Interdictum non latum, ſed ferendum an reſeruetur, 351. 10.
An reſeruetur interdictum leue, pag. 351. 12.
Interdicti deffinitio, 352. 14.
Interdicta iuris communis non reſeruata, 354. 18.
Interdicta generalia Concilij Tridentini, 359. 19.
Interdictus an ſit quid in Paſcate non recipit Sacramenta in ſua Parœcia, ſed alibi, 356. 28.
Interdicti cenſura nullus ligatur ob erroneam conſcientiam, 357. 29.
Interdictum quibus ex cauſis non incurratur, 357. 29. & 30.
Interdictum ab homine an poſſit abſolui per ſimplicem Confeſſarium, 357. 30.
Interdicto an ligetur qui ſumpſit fictè Corpus Domini in Paſchate, pag. 358. 32. & *in addit.*
Interdictum à iure nemini reſeruatum à quo tolli poſſit, 359. 33.
Quid de interdicto tantum perſonali, 359. 34.
Interdictum Papę reſeruatum quando nam ab Epiſcopo poſſit auferri, 361. 37.
Interdictus innocens abſolutione non eget, 361. 38.
Interdicti lati pęna an ſupponat lætalem culpam, 20. *in addit.*
Interdictum quotuplex ſit, & quando ſit reſeruatum, & quando non, & ideo quandonam tolli poſſit per ſimplicem Confeſſarium, aut per Parochum, 341. & 342. *in additione.*
Interdicta omnia reſeruati poſſunt ab Epiſcopo etiam ſi fuerint impoſita ob culpam leuem, 352. *in addit.*
Interdicta in noſtra Dięceſi ab anteriorum Epiſcoporum Synodis lata reuocata ſunt, 353. *in addit.*
Quęnam vero nunc vigeant in noſtra Dięceſi, 353. *in add.*
Interpretatiua violentia an inducat, vel inducere poſſit ſtuprum reſeruatum, 592. *in addit.*
Inutilium nulla eſt obligatio, 425. *in addit.*
Ioco proferens verba blaſphema aut hæretica, aut verba Sacræ Scripturæ an incidat in reſeruationem, 529. *in additione.*
Irregularitas non incurritur ex ſola indigentia abſolutionis fori con-

tentioſi, 272. 3.
Irregularitas quomodo tollatur, & abſoluatur, 310. 1. & 2.
Quam formam diſpenſationis requirat, 310. 3.
Irregularitas an ſupponat culpam mortalem, 20. *in additione*.
Irregularitas ex homicidio voluntario prouenıens quando poſſit per Epiſcopum diſpenſari, & quale debeat eſſe homicidium per Epiſcopum indiſpenſabile, 452. *in additione*.
Irregulares an ſint plures correi vnius homicidij, quando non conſtat per quem eorum occiſio effectum habuerit, 456. & 457. *in addit*.
Irregularis an ſit qui dubitat an abortus procuratus fuerit animatus, vel non, 482. *in addit.*
Quid ſi dubitet an vllus abortus ſequutus ſit, ibid.
Irregularis an ſit, qui dubitat de exiſtentia homicidij, 482. *in add.*
Iubilæi virtute an auferantur cenſuræ ſi fuerit inualida confeſſio, 113. 1. & melius, 262. *in add.*
Iubilæum an poſſit quis lucrari ante ipſius publicationem, aut promulgationem, 246. & melius, pag. 247. *in addit.*
Iubileo publicato peccata reſeruata committens an poſſit ab ipſis abſolui, 246. 2. & 250. *in add.*
Iubilæi confidentia peccans an poſſit abſolui virtute eiuſdem, 246. & 250. & *in addit.*
Iubilæum an poſſit quis lucrari vltima die hebdomadarum, 251. 4. & *in additione* ſequenti.
Iubilæum acquiri an poſſit aliquando etiam ſine ſacra communione, 251. 4. & melius 252. *in additione*.
An poſſit acquiri etiam in alia Diœceſi, 254. 3. & 255. *in addit.*
Iubilæum non conceditur locis, ſed perſonis, 254. 4.
Acquiri poteſt in pluribus locis, pag. 254. & 255. *in addit.*
Iubilæi verba illa *hac vice tantum* quomodo intelligenda ſint, 254. 3. & *in addit.*
Iubilæum an acquiri poſſit ſine confeſſione, 258. 2.
Iubilæi virtute abſolui poteſt à reſeruatis oblitis, qui illud lucratus eſt, 258. 4.
Iubilæum an lucrari poſſit qui non poteſt confiteri, ſed alia adimplet, pag. 258. 5.
Iubilæum an lucretur, qui iuſta de cauſa aliquod peccatum tacet, pag. 258. 6.
Iubilæi tempore tranſacto abſolui poteſt is, cui prorogata fuit ob cauſam abſolutio, 259. 2.
Et etiam à peccatis reſeruatis patratis pendente dilatione data à dilatione data à Confeſſario, pag. 259. 3.
Iubilæum vti principis beneficium non eſt reſtringendum, 160. 4.
Iubilæi virtute abſolui poteſt à reſeruatis oblitis qui validè confeſſus eſt, ſed poſtea ex negligentia lucratus non fuit Iubilæū. 261. 2. & latius, *in addit.* 262.
Iubilæi tempore qui, ex ſua culpa inualidè confeſſus eſt non poteſt ipſo trāſacto à reſeruatis abſolui, pag. 261.

pag. 261. 4. & 262. *in additione*, melius.
Quid ſi confeſſio fuit inualida ex culpa Confeſſarij, 261. 5.
Iubilæi vi abſolutus à cenſuris reſeruatis nõ reincidit in ipſas, quamuis negligat lucrari Iubilæum, pag. 263. 2.
Iubilæi verbis præcifis ad vnguem ſtandum eſt, 263. 3.
Iubilæi virtute an poſſit quis pluries abſolui eadẽ hebdomada, 263. 2.
Iubilæi tempore non valet abſolutio data à cenſuris ignoranti, abſenti, vel renuenti, niſi detur ex cauſa alia, quam ex Iubilæo, 266.
Iubilæi virtute abſolutio dari poteſt in foro Pœnitentiæ, & conſcientiæ à cenſuris, & reſeruationibus, ſed non in foro externo, 268. 5. & 291. 3. & 271. *in addit.*
Iubilæum an iuuet pro cenſuris pertinentibus ad forum contentioſum, 269. 6.
Valet pro foro conſcientiæ tantũ, pag. 272.
Iubilæi occaſione abſolutus à cenſuris quid agere debeat ne euitetur per Iudicem, 253.
Iubilæi verba tantum valent, quantum ſonant, 252. 3.
Iubilæi tempore an à quolibet Confeſſario dari poſſit abſolutio in foro contentioſo ſatisfacta parte, pag. 274. & 275. *in addit.*
Iubilæi virtute abſoluitur impotens ad ſatisfaciendum, 276. 2.
Iubilæi tempore an detur abſolutio ad reincidentiam, 276. 4. & 277. 5. & melius *in addit.*
Iubilæi tempore an per cõfeſſionem inualidam tollantur cenſuræ, & reſeruationes, 262. *in additione.* & 300. ibidem.
Quid ſi adſit in Iubilæo clauſula *integra Sacramentali Confeſſione audita*, 301. *in addit.*
Iubilæi tempore, an Confeſſarij Regulares poſſint accedere ad audiendas Cõfeſſiones Monialium, pag. 217. *in addit.*
Iubilæum an aquiri poſſit etiam ante publicationem Ordinarij, & aſſignationem hebdomadarum, pag. 247. *in additione.*
Iubilæum an aquirat, qui viſitat Eccleſias quas noſcit deſignandas eſſe ab Ordinario antequam ille deſignauerit, 247. *in addit.*
Iubilæi publicationem factam in patria qui ignorauit an poſſit illud conſequi à die ſcientiæ, 247. *in additione*, & an ſaltem quo ad effectum recipiendi abſolutionẽ à cenſuris votis, &c. ibid. & 248. *in additione.*
Iubilæi confidentia an ſit aperienda in confeſſione ab eo qui ex occaſione imminentis Indulgentiæ liberius peccauit, 250. *in add.*
An ſimilis confidentia Iubilæi præiudicet facultati generali Cõfeſſariorum abſoluendi à quibuſcunque peccatis, & pœnis, ibid.
Iubilæi conditiones an poſſint commutari, 252. *in addit.*
Iubilæi tempore poteſt confeſſarius pro illius conſecutione dilationẽ concedere pœnitenti vltra duas hebdomadas aſſignatas, 252. *in additione.*
Iubilæi opera an ſint de neceſſe com-

complenda intra vnam, & eandẽ hebdomadam, 252. *in additione.*

Iubilæi priuilegia an durent pro peccatis commiſſis toto tempore duarum hebdomadarum, & etiã pro tempore ſequenti, caſu quo Confeſſarius ex iuſta cauſa terminum dilatet, 252 *in additione.*

Iubileum an poſſit bis obtineri, 255. *in addit.* & non ſolum in diuerſo loco, ſed etiam in eodem, ideſt in vtraque hebdomada, 255. ibid.

Quid ſi Bulla habeat clauſulam *pro hac vice tantum.* Et an ſaltem valeat hæc repetitio conſecutionis pro repetenda abſolutione reſeruatorum, & cenſurarum, 255. ibid. *in additione.*

Iubilæi tempore ſi quis confiteatur an liberetur ab omnibus cenſuris, oblitis, etiam ſi negligat poſtea præſtare opera in Iubileo præſcripta, & omittat Indulgentiam conſequi, 262. *in additione.*

Quid de votis oblitis an poſſit tranſacto tempore Iubilæi ipſorũ commutationem petere, ibid.

Quid ſi Confeſsio fuit ſcienter ſacrilega, an tamen liberet à cenſuris, 262. *in add.* & 300. *in addit.*

Iubilæi tempore an poſſint tolli cenſuræ extra ſacramentum per quẽcumque Confeſſarium, 262. *in add.* & latius, 271. *in additione.*

Quid ſi pœnitens non habeat intentionem confitendi peccata ſua apud eundem, 271. *in additione.*

Quomodo debeat ſe accuſare pœnitens in tali caſu petens abſolutionem extra ſacramentum, & an neceſſe ſit manifeſtare nominatim cenſuras, vel tantum in genere, 271. *in additione.*

Iubilæi tempore Votorum commutatio an peti, & obtineri poſſit extra ſacramentum, 271. *in add.*

Iubilæi virtute an poſſint abſolui cenſuræ quo ad forum etiam externum, 275. *in additione.*

Iubilæum quo pacto concedere ſoleat iuriſdictionem abſoluendi etiam pro foro externo, 275. *in additione.*

Iubilæi tempore abſolutio an ſit danda ſub reincidentia pœnitenti qui tenetur ſatisfacere parti læſæ, & ligatur aliqua cenſura, 277. *in additione.*

Iubilæi in forma ſi reperiantur aliquæ Indulgentiæ quomodo ſint intelligendæ; vide verbo Indulg.

Iudicium ſi ſit priuatum, vt coram Arbitris, vel arbitratoribus an inducat reſeruationem caſu quo aliquis teſtiũ in eo examinatorũ falſum deponat, 431. *in addit.*

Iudicis præſentia in examine teſtiũ an ſit neceſſaria pro incurrenda reſeruatione in teſtimonio falſo, 430. *in additione.*

An ſufficiat pro reſeruatione falſum deponi corã Notario, 430. ib.

Quid ſi Notarius aſſumat teſtes ſine delegatione iudicis, 430. & 431. ibid.

Iuramentum, qua forma diſpenſetur, vel commutetur, 316. 1.

In hac materia iuramenti datur annullatio, diſpenſatio, relaxatio, & commutatio, 316. 2.

Iuramentum an violari poſſit in neceſſitate, 316. 3.

Iura-

Iuramentum in honorem Dei factũ an diſpenſari poſſit, 517.4.
Iuramentum promiſſorium an diſpēſari poſſit, & à quibus, 317.6.
Iuramentum de parendo mandatis Eccleſiæ, quod exigi debet ab abſoluendo à cenſuris quid importet, 305.
Quid poſſit præcipere virtute talis iuramenti ſuperior, 305.
An ſit exigendum in omnibus cenſuris, vel tantum in aliquibus, 305. *in additione*.
Iuramentum eſt de eſſentia iudicialis depoſitionis, & ſine iureiurando teſtis falſus examinatus non incidit in reſeruationem, 439. *in additione*.
Iuramentum emiſſum per ſanctos an differat ſpecie in confeſſione expriméda ab emiſſo per Deum, aut B. V. M. Immaculatam, 537. *in additione*.
Iuriſdictio conceſſa pro foro conſcientiæ cum clauſula *ad beneplacitum*, an expiret per mortem concedentis, 141. *in additione*.
Iuriſdictionem an tribuat opinio probabilis, 248. *in add.*
Iuriſdictio cauſa cæpta non expirat, pag. 259.1.
Iuriſdictio quænam ſuſpendi poſſit, & quæ non, 165.4.
Iuriſdictionis vſus neceſſario requiritur in ſacramento pęnitentiæ, pag. 163.1.
Iuriſdictio quæ abſque ſtrepitu iudicij exercetur poteſt extra Dięceſim exerceri, 132.3.
Iuſta cauſa interueniente, & ceſſante periculo an poſſint Regulares accedere ad collocutoria Monialium ſine licentia, ad bonum finem, 218. *in additione*.

L

Legata pia denunciandi tēpus currit à die mortis teſtatoris, 416.6.
Legatum totum qui ſoluere nequit tenetur ad partem, 382.10.
Legato pio quamprimum ſatisfaciendum eſt, 386.24.
Legatum Profanum hæres cogi poteſt ad ſoluendum intra annum, pag. 386.26.
Legata ſtatim ſolui debent in foro conſcientiæ, 386.27.
Legati pij non ſolutio quænam reſeruetur, & in quo termino, pag. 387.29.
Legatum profanum non ſoluens an afficiatur reſeruatione, 388.30.
Legati pij ſolutionem inculpabiliter differens an ligetur reſeruatione, pag. 389.31.
Legati pij ſolutionem vltra biennium differens, licet hoc faciat, vt res defuncti carius vendatur incidit in reſeruationem, 390.32.
An excuſetur aliquo alio bono fine, 390.34.
An excuſetur cautione præſtita iuratoria, 390.35.
Legatum pium ſine ſolemnitate factum an obliget, & an valeat in conſcientia etiam quando teſtamentum nullum eſt, 390.36. & latius *in addit.* pag. 391.
Legatum pium non ſoluens quando non incidat in reſeruationem, pag.

pag. 393.39.
Legatum pium non ſit caducum, pag. 394.41.
Legatum factum pauperibus in communi dari poteſt fabricæ Eccleſiæ pauperis, 394.42.
Legata poſtponenda ſunt debitis teſtatoris, 349.43.
Legatum pium quid ſit, 416.7. & latius, 417. *in additione*.
Legatum an differat à donatione cauſa mortis, 417.9.
Legatorum piorum à ſolutione an liberet, vel excuſet paupertas, & qualis, 382. *in additione*.
Legata pia non ſoluentes ligantur reſeruatione ſolum quouſque non ſoluant, 388. *in addit.*
Legatum pium factum Conſanguineo etiam pauperi an præſumendum potius pium, & factum cauſa pietatis, quam naturalis affectionis, 388. *in addit.*
Legatum factum Moniali an ſit piũ, vel ſupponatur potius factum intuitu Monialis, vel Monaſterij, ſicut Legatum factum Epiſcopo an potius ſupponatur ſcriptum intuitu perſonæ, vel Eccleſiæ, 389. *in additione*.
Legata pia non ſoluentes Executores, Tutores, Curatores, Æconomi, & ſimiles an ligentur reſeruatione, 389. *in addit.*
Legata pia an debeantur ex teſtamento imperfecto ſi fuerit in ipſo inſtituta pia cauſa, 391. *in addit.*
Quid ſi fuerit in ipſo inſtituta cauſa profana, 391. *in addit.*
Quid ſi inſtitutio hæredis in ipſo teſtamento ſcripti nulla fuerit, 391. *in additione*.
Legata pia an poſſint condi, & ſuſtineri nullo hærede inſtituto, 391. *in additione*.
Legata pia mandata ſola teſtatoris voce an obligent in conſcientia hæredem ad ſolutionem, 391. *in additione*.
Legata pia an ſolis nutibus relinqui poſſint, & obligent hęredem, 391. *in additione*.
Legatum pium factum à Monaco non ſoluentes an incidant in reſeruationem, 393. *in additione*.
Legata pia an dicantur, quæ facta fuerunt ad publicam vtilitatem, vt pro vijs, pontibus, &c. 417. *in additione*.
An Notarius talia non denuncians incidat in reſeruationẽ, ibid.
Legata pia quænam ſint, 417. *in additione*.
Legata pia non denunciantes Notarij infra tres menſes an incidant in excommunicationem, & à quo poſsint abſolui, 418. *in addit.*
Legata pia in teſtamento ſolemni vulgò (*ſigillato*) contenta an teneantur Notarij denunciare, 421. *in additione*.
Legata pia denunciare Notarius an teneatur, quando ſcitiam conſtare Legatarijs, 425. *in additione*.
Legatum non denuncians Notarius quomodo poſsit validè abſolui ante denunciationem actualem, 425. *in additione*.
Legata pia non denuncians Notarius, ſi legitimè abſoluatur ante præmiſſam denunciationem an denuo incidat ſi deindè negligat denunciare, 425. *in additione*.

Quan-

Quantum temporis requiratur, vt iterum incidat in eandem reſeruationem, 425. *in additione*.

Leges non ſuffragantur malitijs hominum, 109.3.

Leges Principum non obligant niſi poſt duos menſes à die publicationis, 203.7. & latius ibid. *in additione*.

Leges ſiuè ordinationes factæ ab Epiſcopis ſiuè Legiſlatoribus, aut Viſitatoribus ſiuè per Edictũ, ſiuè in Synodo an expirent per mortem, vel amotionem ipſorum ab officio, 228. & 229. *in additione*.

Leges, & conſtitutiones aliquid præcipientes non ſemper obligat ſub peccato, ſed aliquando loquuntur de conſilio, 19. & 20. *in additione*.

Leges cum appoſitione cenſurarum aliquid præcipientes quam culpã ſupponant, an mortalem, vel venialem, 19. & 20. *in add.*

Leges, de conſilio an obligent ſub veniali, 19. *in add.*

Leges in dubio an cenſendæ ſint diſponere de præcepto, vel potius loqui de conſilio, 19. *in add.*

Leges in dubio ſupponuntur potius obligare ſub veniali, quam ſub mortali, 19. *in add.*

Leges quænam obligent ſub mortali quænam ſub veniali, 20. ibid.

Leges ſub pæna excommunicationis, vel Irregularitatis, vel Interdicti an ſupponant culpam mortalem in delinquente, 20. ibid.

Leges Epiſcopales, vel alterius magiſtratus ſuperiorem cognoſcentis intra quantum temporis ſpatium obligẽt poſtquam latæ fuerunt, & an intra duos menſes à die publicationis afficiant, 203. *in additione*.

Legibus loci an teneantur foreñſes, Vagi, & Peregrini, 221. *in add.*

Legiſlatoris mens in omni dubio legis attendi debet, 7. 2. & ex quibus ſignis ipſa mens cõijciatur, 7.3.

Læſionis dubiæ ſatisfactio remittitur arbitrio prudentis, 275.3.

Lex remittens pęnas intelligitur de præteritis, 248.1.

Lex an ceſſet ceſſante ipſius fine in particulari, & indiuiduuo, 408. *in additione*.

Lex reſeruans an extendatur etiam ad delicta præterita, & commiſſa ante factam reſeruationem, 294. *in additione*.

Lex ſupponitur lata ordinaria auctoritate, non delegata, 329. *in additione*.

Niſi legiſlator ſe exprimat, vt ſi Epiſcopus notet in edicto, ſe procedere vti delegatum S. Sedis, 329. *in additione*.

Libros prohibitos legentes, & ob id in cenſuras incidentes an poſsint abſolui à Parocho, vel à quolibet ſimplici Confeſſario, 79. *in addit.*

Literas amatorias monialibus ſcribens an incidat in reſeruationem, 571. *in additione*.

Loca pia quæ dicantur, 405.2.

Locatio duplex eſt, nimirum perſonæ, & rei, 406.6.

Locatio bonorum loci pij ſi fiat ſine fraude conſanguineis adminiſtra-

toris an ſubſiſtat in foro conſcientiæ, & vitet reſeruationem, 408. *in additione*.

Locus exemptus non eſt Epiſcopi Territorium, 214.4.

M

Magicas artes exercens quãdo nam incurrat cenſuram ſanctiſsimo reſeruatam, & quando incidat in caſum Epiſcopalis Tabellæ, 553. & 554. *in addit.*

Magicum aut ſuperſtitioſum experimentum exercentes an incurrãt reſeruationem, etiam ſi effectus deſideratus, & petitus à Demone non ſequatur, 560. *in addit.*

Magi, & magorum cooperatores, vel Demonium familiare habentes an incurrant excommunicationem ipſo facto, 563. *in add.*

Malum minus conſulere an liceat volenti eligere grauius, 492. *in additione*.

Maleficium vndè dicatur, 548.28.

Maleficium quid, 548.29.

Quotuplex ſit, 548.30.

Maleficia liberum arbitrium compellere nequeunt, 548.31.

Maleficium Veneficũ quid, 548.32.

Poteſt fieri inuito maleficiando, pag. 548.33.

Maleficium maleficio deſtruens ligatur reſeruatione, ſi concurrat Dæmonis inuocatio, 561.49.

Mandantes, conſulentes, auxilium dantes non incidunt in pænas, quando de eis in iure mentio non ſit, 445.14.

Mandatum ſumitur dupliciter ideſt largè, & ſtrictè, & quid ſit vtroque modo, 465.1.

Mandatum quale ſit reſeruatum, pag. 465.2.

Mandatum, vel conſilium in dubio an principaliter prohibeantur, quid præſumi poſſit, 470.19.

Mandatum Eccleſiæ, quod imponitur abſoluto ab aliquibus cenſuris quale ſit, & eſſe poſſit, & in quibus cenſuris detur, 305. *in additione*.

Mandans an incurrat reſeruationem ſi actus non ſequatur, 471 *in add.* Quid ſi confiteatur antequam effectus ſequatur an vitet reſeruationem, ſi de facto delictum conſumetur ex poſt, 471 *in addit.*

Maritus quo caſu egeat diſpenſatione petendi debitum coniugale, pag. 376.9.

Maritus inueniens vxorem adulterantem, & illam occidens cum adultero an incidat in reſeruationem homicidij voluntarij, 458. *in additione*.

Maritus conſentiens in proſtitutionem vxoris an incidat in reſeruationem, 604. *in addit.* & ſeqq.

Quid ſi fuerit ſponſus de futuro, vel de preſenti ante matrimonij conſummationem, 605. & 607. *in addit.*

Quinam conſenſus, & quænam proſtitutio requiratur ad inducendam reſeruationem, vide verbo Pater; Quid ſi conſentiat per metũ, aut per minas, 607. ib.

Quid ſi conſenſerit in proſtitutionem vxoris, ſed ipſa proſtitutio actu

actu non ſequatur, 606. ibid.
Maritus conſentiens, vt vxor ab aliquo amaſio, vel amaſijs tangatur abſque conſummatione copulæ an incidat in reſeruationem, 607. *in additione*.
Quid ſi ſequatur copula, ſed cum aliquo tantum amaſio, 608. *in additione*.
Matrimonij impedimentorum genera quot, 311.1.
Quomodo tollantur, vel quibus in caſibus diſpenſet Pęnitentiarius, etiam quo ad ſolum impedimentum petitionis debiti, pag. 311. 1. 2. 3. 4. 5.
Matrimonij debitum petendi ius quibus ex cauſis amittatur, diſpenſetur, & quid circa tales caſus obſeruandũ ſit, 311.5.6.7.8.
Matrimonij impedimenta iuxta literas S. Pęnitentiariæ, an poſſint diſpenſari extra Sacramentũ Pęnitentiæ, 271. *in addit.*
Matrimonij impedimenti ignorantia an obſtet, quo minus impedimentum ipſum oriatur, 313. *in additione*,
An procedat cõcluſio tam ſi agatur de impedimento dirimente, quam de impediente tantum petitionem debiti, 313. *in add.*
Matrimonium in caſu neceſſitatis an poſſit celebrari ſine teſtibus, vel Parocho, 409. *in additione*.
Matrimonij ſub promiſſione violans Virginem an incidat in reſeruationem ſtupri violenti, 593. *in additione*, & 599. ibid.
Qui ſi intendat fidem ipſam ſeruare, pag. 593. & 599. ibid.
Matrem percutientes quinam ligentur reſeruatione. Vide verbo Parentum percuſſores.
Matres tenentes infantes in lecto ſine obice quam cenſuram incurrant, & à quo poſſit obex debitus commutari, & ad quem pertineat huius cenſurę abſolutio, 326. *in addit.* & latius 496. & 502. *in additione*.
Matris proſtitutionem permittentes filij an ligentur reſeruatione, 607. *in additione*.
Mater cõſentiens in proſtitutionem filiæ an incurrat reſeruationem, 604. *in addit.* cum ſequentibus.
Quid ſi non fuerit vera mater, ſed nouerca, 604. ibid.
Vel ſuperiorissa, aut mater ſpiritualis, ibid.
Qualis conſenſus requiratur ad inducendam reſeruationem. Vide verbo Pater.
Qualis filia eſſe debeat ad incurrendam reſeruationem præſentẽ. Vide verbo Pater.
An ſatis ſit ſi fuerit Nepos, 605. *in additione*.
Qualis proſtitutio requiratur ad inducendam reſeruationem. Vide verbo Pater.
Mater conſentiens in proſtitutionẽ filiæ ſi proſtitutio ipſa non ſequatur an incurrat reſeruationem, pag. 606. *in add.* & 607. *in add.*
Quid ſi ſequatur proſtitutio, ſed Mater conſenſerit ob metum, pag. 607. ibid.
Quid ſi proſtitutio non fiat in Lupanari, ſed Domi 609. *in add.*
Quid ſi conſenſerit ob leuandam pro-

propriam paupertatem, *609. in additione*.

Quid ſi iam filia erat parata ad quæſtum meretricium, *609. in additione*.

Mater cōſentiens in proſtitutionem filiæ an poſſit abſolui, ſi nolit, ob certas cauſas occaſionem peccati dimittere, *609. in additione*.

Media in Moralibus inter extrema ſequenda ſunt, 186. 4. 5.

Medicus an incidat in reſeruationē ſi ob eius culpam craſſam, & latam moriatur infirmus, 454. & pag. 455. *in addit.*

An fiat irregularis, ibid.

Medicus, qui bona fide docuit remedium ad procurandum abortum, an incidat in reſeruationem ſi de facto præter eius intētionem procuretur, 488. *in addit.*

Medicus quando, quomodo, & quibus remedijs poſſit cauſare abortum fętus inanimati, vel animati pro tuenda vita matris extremè ægrotantis, 490. *in add.*

Mendacijs, & fraudibus obtinens copulam à Virgine an incurrat reſeruationem ſtupri violenti, pag. 593. *in additione*.

Mendicantes an virtute ſuorum priuilegiorum poſſint abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, pag. 240. *in additione*.

Menſes duo an requirantur poſt publicationem ad hoc vt leges obligent in conſcientia, 203. *in additione*.

Mens dicentis potius quam verba attendi debet, 78. 7.

Meretrices non ſunt interdictæ ob deffectum Communionis, vel Confeſſionis in Paſchate, 201. 2.

Mercatores, milites, & ſerui ſunt in triplici differentia, 63. 2.

Metus cadens in conſtantem virum an excuſet à reſeruatione ſi quis per talem metum peccet, 376. 4. & 487. 20.

Metus cadens in conſtantem virum quid ſit. 487. 21.

Minus malum ad maius comparatum habet rationem boni, pag. 462. 28.

Miſſam audiendi obligatio eſt affixa dieij, neque tranſit ad ſequentem, vel aliam, 100. 1.

Miſſam celebrans ſine Clericali corona quam pęnam incurrat, 339. *in additione*.

Miſſam primam celebrantes ſine approbatione Epiſcopi, & licentia in ſcriptis petita intra menſem à die Sacræ Ordinationis an incidant in ſuſpenſionem, 339. *in additione*.

Miſſam non celebratam notantes in libello Sacriſtię ſuſpenſionem incurrunt, 340. *in additione*.

Miſſam celebrantes ſine veſte talari quam pęnam incurrant, 340. *in additione*.

Mittere, vel ſcribere non tenetur pro abſolutione impetranda, qui legitimè impeditus eſt, ne perſonaliter accedat, 26. *in addit.*

Modus in aliquo actu à lege præſcriptus, ſi non ſeruetur actum non irritat, conditio autem ſic, pag. 20. *in additione*.

Modus potius præſumitur quam cōditio, 209. *in additione*.

Monaci

Monaci legatum factum ante profeſſionem non ſoluentes ac incidant in reſeruationem, 393. *in additione*.
Moniales Ordinario ſubiectæ, quibus ligentur caſibus, 47. 1. & 576. 32.
Monialium nomine quæ veniant, pag. 566. 3.
An veniant Virgines Deo dicatæ, 566. 4.
An veniant conuerſæ non mancipatæ Choro, 566. 6.
An viduæ in religione profeſſæ 567. 7.
Monialem violandi propoſitum an ſit reſeruatum, 570. 14.
Monialium Monaſteria frequentantes quibus pęnis ſubiaceant, pag. 572. 24.
Monialium clauſuram ingredientes ad malum finem à quo abſolui poſſint, 574 26.
Monialium violatio facta extra clauſtra, vel Diœceſim an ſit reſeruata, 574. 28. & *in addit.*
Monialium etiam Regularibus ſubiectarum violatio an ſit reſeruata, 575. 31.
Monialium collocutoria viſitantes ſiue Clerici, ſiue Regulares in quas pęnas incidant, 216. 217. & 218. *in additione*.
Moniales colloquentes cum Regularibus contra Sacræ Congregationis interdictum quas pęnas incurrant, & an mortaliter peccent, pag. 218. *in additione*.
Monialium collocutoria viſitantes Sacerdotes, & Clerici quam cẽſuram incurrant, 340. *in add.*
An tali prohibitione comprehendantur Monaſteria Regularibus ſubiecta, 340. ibid. & 576. *in additione*.
An comprendantur aliæ mulieres Religioſæ, quæ in rigore Moniales non ſint, ibid.
Moniali legatum factum an ſit ſupponendum potius pium, quam profanum, & potius factum intuitu Monialis, quam Monaſterij, 389. *in additione*.
Monialium violatio imperfecta, & ſine conſumatione copulæ, quando ſit vel non ſit reſeruata, 568. *in additione*.
Quid intelligatur per terminum *violare tentauerint* in tabella, 568. *in addit.* & 569. *in additione*, & 571. *in additione*.
Monialium violatio, etiam ſi non ſequatur ſed tantum expreſsè attentetur an ſit reſeruata, 569. *in additione*, & 571. *in additione*.
Monialibus amatorias literas ſcribens an incidat in reſeruationem, pag. 571. *in additione*.
Monialem violans extra Diœceſim repertam, an incidat in reſeruationem, 575. *in additione*.
Monialem cognoſcens, an ſufficienter confiteatur dicens, cognoui mulierem voto caſtitatis adſtrictam, 576. *in additione*.
Monaſteria an ſint exempta ab Epiſcopo, quo ad ſolas perſonas Regulares ibi habitantes, vel etiam quo ad alios non Regulares ibi commorantes, vel delinquentes, pag. 294. *in addit.*
An ibi peccantes eximantur à

cenſuris, & reſeruationibus Epiſcopalibus, 294. *in additione*.
Mortis articulo ius multum fauet, pag. 117. 1.
Et qui tunc non confitetur habetur pro confeſſo. 117. 1.
Et cum Papa pro poſſe iuuat, pag. 118. 4.
Mortis in articulo Clericus nequit abſoluere ab excommunicatione, 118. 5.
Mortis in articulo conſtitutum poteſt quilibet ſimplex Sacerdos abſoluere, ab omnibus caſibus, & cenſuris, quamuis ante finitam confeſſionem ſuperueniat approbatus Confeſſarius, 119. 3. 4.
Mortis in articulo per ſimplicem Sacerdotem abſolutus an teneatur repetere cõfeſſionem ſi adueniat legitimus confeſſarius, 120. 5.
Mortis in articulo, aut periculo conſtitutus an aliquando ſi non poteſt adire Papam teneatur adire Epiſcopum, 121. 3.
Mortis in articulo abſolutus à reſeruatis non tenetur euaſo periculo ſe præſentare ſuperiori, pag. 122. 2.
& 295. *in additione*.
Mortis in articulo abſolutus à cenſuris an teneatur ſe preſentare ſuperiori euaſo periculo, 123. 3.
& melius, 295. *in additione*.
Mortis in articulo conſtitutus cogendus eſt ad ſatisfactionem ſi poteſt antequam abſoluatur, pag. 121. 4.
Mortis euaſo periculo debet quis quandoque ſe præſentare ſtatim, pag. 123. 3.
& melius, 295. *in additione*.
Ly *ſtatim* quomodo intelligi debeat an moraliter, vel ſiſicè, pag. 123. 2.
Mortis articulus dicitur quando quis probabiliter cenſetur mori, pag. 128. 1.
Mortis articulus niſi impediat recurſum ad ſuperiorem Confeſſarius an recurrere debeat, 128. 4.
Mortis in periculo conſtitutus non potens ſatisfacere an debeat præſtare cautionem, 121. 1.
Mortis articulus dicitur etiam quãdo mors imminet ex cauſa extrinſeca, 128. 5.
Mortis periculum feſtinatò requirit abſolutionem, ſi eſt dubium an expectari poſſit, 129. 8.
Morte Legiſlatoris, aut Epiſcopi quænam leges ceſſent, vide verbo Lex, & verbo Cenſuræ, & verbo Reſeruationes.
Mortis in articulo abſolutus à cenſura reſeruata per aliquem Confeſſarium virtute Iubilæi, vel Indulgentiæ, an teneatur ſi conualuerit ſe præſentare, 296. *in add.*
Mortis in articulo abſolutus à reſeruatis non tenetur, ſi conualuerit, ſuperiori ſe præſentare, 295. *in additione*.
Quid ſi abſolutus fuit à cenſuris reſeruatis, non deductis ad forũ contentioſum, neque notorijs, 295. *in additione*.
Qui tenetur ſe præſentare an ſatisfaciat comparendo coram Cõfeſſario priuilegiato facultatem habente abſoluendi ab illa cenſura, 295. *in additione*.
Mu-

Mulier quando poſſit eſſe teſtis in iudicio, 429.2.
Multa prohibentur fieri quæ facta tenent, 139.5.

N

Neceſſitas ſtatus eſt duplex, grauis, & leuis, 381.8.
Neceſſitas Legatarij neceſſitati debitoris præponenda eſt, 381.9.
Neceſſitas qualis liberet debitorem à ſolutione debiti, 382. *in addit.* Qualis eſſe debeat quæ liberet ab obligatione ſoluendi legata pia, 382. *in additione*.
Negligentia tenet medium inter dolum, & caſum fortuitum, 497.5.
Non entium nullæ ſunt qualitates, pag. 86.4.
Notariorum quot ſint genera, pag. 415.2. Quos nam obſtringat reſeruatio non denuntiantium legata pia, pag. 415.3.4.
Notarius quomodo facere debeat denunciatioonem legatorum piorum, 428.11.
Notarij quibus in caſibus non ligentur reſeruatione ob omiſſam denunciationẽ, 429.14.15.16.17. Quando incidant in reſeruationem, 421.18.& 19. Grauiter peccant nõ denunciantes legata pia, 424.24.
Notarij tenentur extendere teſtamenta, 424.26.
Notarius teſtatorem admoneat de componẽda conſcientia, & aquirendo ſtatu gratiæ antequã leget ad pias cauſas, 424.27.
Notarius qui non denuntiauit legata pia, & legitimè ſemel abſolutus fuit à reſeruatione, an ſi negligat iterum denunciare denuò reincidat in eandem reſeruationem, 425. *in addit.* & 426. *ibid.*
Notarius an denunciare teneatur legata facta pro publica vtilitate, vt pro vijs pontibus &c. & nõ denuncians incidat in reſeruationem, 417. *in additione*.
Notarij quænam legata pia denunciare teneantur, 417. *in addit.*
Notarij non denunciantes legata pia intra tres menſes an incidant in excommunicationem; & à quo poſſint abſolui, 418. *in additione*.
Notarij an teneantur denunciare legata pia contenta in teſtamento ſolemni (vulgo, ſigillato,) 421. Quid dicendum de obligatione Notarij, poſtquam teſtamentum ſigillatum apertum fuit à Iudice, 421. *in additione*.
Notarius qui denuntiare omiſit legatum pium per duos menſes extra Diœceſim an poſſit abſoluĩ in noſtra Diœceſi à quolibet Cõfeſſario, vel inciderit in reſeruationem, 422. & 423. *in addit.*
Notarius an inciderit in reſeruationem ſi diſtulit denunciationem per duos menſes antequam peccatum hoc reſeruatum eſſet, 423. *in additione*.
Notarius an teneatur denuntiare legatum ſi ſciat legatarios iam conſcios ipſius eſſe, 425. *in addit.*
Notarius quo pacto poſſit abſolui ante actualem denunciationem, 425. *in additione*.

No-

Nouercam percutientes an incidant in reſeruationem, 581. *in addit.*
Nouerca conſentiens in proſtitutionem filiaſtræ an incidat in reſeruationem, 604. *in addit.*
Nouitij an ſubditi ſint reſeruationi Epiſcopali caſuum propeccatis commiſſis in ſeculo extra Religionem, quæ tamen intendunt cōfiteri in Nouitiatu, 50. *in addit.*
Nouitij an ſubditi ſint caſibus in religione reſeruatis, 50. *in addit.*
Nouitij an ſint ſubditi caſibus ab Epiſcopo reſeruatis, 50. *in add.*
Nouitij abſoluuntur à caſibus Papalibus per ſuos ſuperiores Regulares. 50. 4.
Nutrices tenentes infantes in lecto ſine debito obice, an incidant in cenſuram, & à quo poſſint abſolui, vel poſſit obex commutari, pag. 326. *in add.* & latius 496. & 502. *in additione.*
Nutrices an incidant in reſeruationem, ſi filios ex negligentia opprimant, 496. *in additione.*
Nubes quo pacto ſine ſuperſtitione poſſint adiurari, 546. *in add.*

O

Obligatio omnis in qua dies non ponitur præſenti die debetur, pag. 122. 1.
Obliuio inculpata, & inaduertentia an excuſent ab incurſu reſeruationis, 42. *in additione.*
Oblitæ cenſuræ an auferantur per Confeſſionem factam tempore Iubilæi, 262. *in additione.*
Quid de votorum commutatione ſi poſtea opera iniuncta pro conſequtione Iubilæi non impleantur, 262. *n additione.*
Obſeruantias vanas firmiter credētes, & pertinaciter mortaliter peccant, & reſeruationem incurrunt; non pertinaciter verò adherentes tantum venialiter delinquunt, pag. 558. *in addit.* & 561. *in add.*
Obſeruantiæ vanæ quales ſint, ex quibus multæ numerantur, 558. *in additione*, & 561.
Obſeruantiæ vanæ cultores enumerantur, & quot ſpecierum, 547. 22. & 23.
Obſeruantia ſanitatū quæ, 547. 25.
Futurorum euentuum, 547. 26.
Sacrarum Reliquiarum, 548. 27.
Dierum Ægyptiacorū, 561. 50.
Occaſio proxima peccati quænam ſit, 501. 18.
Debet, relinqui non obſtante magnæ vtilitatis, vel certæ neceſſitatis periculo, aut iactura, pag. 374. & 69. & 610. *in add.*
Quid ſi ad ſit maxima neceſſitas, pag. 374. vel magnum periculum, & ſcandalum, 374. *in add.*
Occidere volens Titium, & caſu enecans Caium, an incurrat reſeruationem, 451. *in add.*
Occidens, & occidere, vide verbo homicidium.
Occidere an liceat furem pro defenſione temporalis ſubſtantiæ, 457. *in additione.*
Quanti valoris eſſe debeat ad hoc vt liceat occidere capientem, ib.
An hoc liceat etiam Clericis, & Religioſis, ibidem.

Occi-

Digitized by Google

Occidens aliquem cum exceſſu moderaminis inculpatæ tutelæ an incidat in reſeruationem homicidij voluntarij, 457. *in additione*.

Occidens vxorem, aut filiam inuentam in adulterio, an incidat in reſeruationem homicidij, 458. *in additione*.

Quid ſi occidat etiam adulterum, ſiuè amaſium, 458. ibid.

Occidere inuaſorem an liceat Virgini pro tutela ſuæ virginitatis, etiam ſi non timeat, ſe conſenſuram in veneream delectationem, pag. 463. *in additione*.

Occultum dicitur, quod non eſt notorium, licet ſciatur ab aliquibus, pag. 231. 2. & melius *in addit.* pag. 235.

Occultum delictum in materia reſeruatarum cenſurarum Sanctæ Sedi, circa facultatem Epiſcopis competentem virtute Tridentini quale ſit, 235. *in additione*.

Occultum in vno loco, & publicum in alio loco diſtante an poſſit abſolui, & diſpenſari per Epiſcopum, 235. *in additione*.

Officia Diuina, qualia ſint, & in quibus Eccleſijs celebrari debeat ad hoc, vt ludentes publicè tempore, quo peraguntur incidant in interdictum Synodale, 353. *in additione*.

Opera præſcripta in Iubilæis an conſummari debeant intra vnam, & eandem hebdomadam, 252. *in addit.*

Operam, & auxilium præſtantes occiſioni an incurrant reſeruationem etiam ſi non ſint mandantes, vel exequentes, 477. *in addit.*

Opera præſcripta pro conſecutione Iubilæi an poſſint commutari à Confeſſario ex iuſta cauſa; Et an ſimiliter poſſit commutari Confeſſio, & Communio præſtanda, pag. 252. *in additione*.

Opinionē eligere quis poteſt quamuis contrariam habeat pro vera, pag. 169. 4.

Opinionem eligens non dicitur dubiè agere, 169. 5.

Opinio, ſuſpicio, dubium, ſcrupulus, indicium quando differant, pag. 170. 6.

Opinio probabilis an tribuat iuriſdictionem, 248. *in addit.*

Opinio probabilis an ſufficiat pro acquirenda indulgentia. 248. *in additione*.

Opprimere, eſt premendo grauare, & aliquando ſignificat, necare, ſtrangulare, 498. 11.

Opprimentes filios infantes in lecto ex negligentia in quas cenſuras incurrant, vel in quam reſeruationem, 496. *in additione*.

An incidant in reſeruationem ſoli Pater, & Mater, an vero etiam Nutrices, Famuli, & alij quibus cura filiorum eſt, ibid.

Ordinarius an loquatur, vt doctor, vel vt Legiſlator quomodo, & ex quibus iudicetur, 10. 4.

Ordinarij loci approbatio ad audiēdas Confeſſiones quando non requiratur, 91. 1.

Ordinaria auctoritate ſupponuntur factæ leges, & decreta, non vero auctoritate delegata, niſi legiſlator, & iudex ipſe ordinarius exprimat,

primat, ſe procedere vti delegatum, 329. *in additione*.

P

Papa concedens caſus concedit etiã cenſuras illis annexas, 104. 2.
Papalibus excommunicationibus conceſſis an concedantur illę, quę ſunt in Bulla Cęnæ Domini, pag. 105. 3.
An ſint conceſſi caſus Epiſcopales, 105. 4.
Papæ cenſura ſublata an cenſeatur ſublata etiam Epiſcopalis, 105. 5.
Parentum percuſſio quotuplex, & quænam reſeruetur, 582. 4. & 5. & 11.
Parentum percuſſio grauis an capiatur in tabella, vti percuſſio Clerici in Canone, 585. 8.
Parentum percuſſio attentata effectu non ſequuto an reſeruetur, pag. 584. 10.
Parentum nomine qui veniant in tabella, 581. 2. 3. & *in add.*
Parentum percuſſio ad defenſionem patriæ an ſit reſeruata, 586. 13.
Parentes percutiens coactè an incidat in reſeruationem, 586. 14.
Parentes bannitos percutiens an ligetur reſeruatione, 587. 17.
Parentum percuſſores quando incidant in reſeruationem, 581. *in additione*.
Quinam parentum nomine veniant in hoc caſu, 582. *in add.*
An tam in linea Patris, quam Matris aſcendentes, 582. *in add.*
An comprehendantur ſub hac reſeruatione filij, qui percuſſerint Patrem adoptantem, vel arrogantem, 581. *in add.* & 587. *in ad.*
Parentibus inuitis cognoſcens virginem filiam conſentientem an teneatur aperire hanc circumſtãtiam in Confeſſione, & an committat ſtuprum violentum, & reſeruatum, 597. *in additione*.
Parochi Regulares ſubijciuntur caſibus ſuorum Relatorum, 52. 2.
In quo poſſint puniri ab Ordinario, 52. 3.
In quo poſſint puniri ab Inquiſitoribus, 52. 4.
Parochianus præſumitur habere tacitum ſui Parochi conſenſum ſumendi Euchariſtiam extra Paſcha in alterius Eccleſia, 109. 2.
Parochus debet vbique iudicare ſuum ſubditum iuxta leges propriæ Diœceſis. 132. 2.
Parochus an poſſit, & an debeat ſibi reſeruare caſus, 4. *in addit.*
Parochi conſenſus eſt neceſſarius pro audiendis validè Confeſſionibus, 20. *in additione*, & 209.
Parochus poteſt abſoluere etiam à caſu Papali legitimè impeditum ne adeat Papam, aut Epiſcopum, pag. 26. *in additione*.
Parochum proprium fuggientes in fraudem, an poſſint abſolui ab alio Parocho, vel Sacerdote, 60. & 61. *in addit.* & 288. *in add.*
Parochus an debeat abſoluere à cenſuris non reſeruatis, & an poſſit abſoluere etiam pro foro externo coram Notario, & Teſtibus, 79. *in additione*.
Parochus delegatus ad vniuerſitatem cauſarum pro abſolutione reſer-

reſeruatorum in ſua Parochia an poſſit ſubdelegare in caſu particulari, 152. *in additione*.
Parochi conſenſus an ſit neceſſarius ad validitatem confeſſionis in Sacerdote iuriſdictionis delegatæ, 20. *in additione*, & 209. ibid.
Parochi ius eſt abſoluere ab excommunicatione minori, 323. *in add.*
Parochi diſcedentes à propria Eccleſia diebus feſtis, vt celebrent in aliena, nullo Sacerdote ſubſtituto, qui celebret in ſua quam cenſuram incurrant, 340. *in addit.*
Participans, vel complex in crimine carnis non poteſt abſolui, nec validè nec licitè à Confeſſario complice, vel participante, ſi fuerit ex delegatis, 20. *in additione*.
Vide verbo Complex fuſius.
Paruitas materiæ an detur in acceſſu prohibito regularium ad moniales, 217. *in additione*.
Patrem Bannitum filius occidens an incidat in reſeruationem, 587. 17.
Pater occidens filiam inuentam in fornicatione an incidat in reſeruationem homicidij voluntarij, 458. *in additione*.
Quid ſi occidat etiam amaſium, ibidem.
Pater conſentiens, vt filia propria ſe proſtituat an, & quando incurrat reſeruationẽ, 604. *in add.* & 607.
An ſimiliter Confeſſarius conſentiens, vt id agat filia ſpiritualis, ibidem.
An patrinus, ſeu ſuſceptor, ibidem, & 607.
An Parochus ibidem.
An Auus paternus conſentiens in proſtitutionem Nepotum, ibid. & pag. 605.
An Vitricus conſentiens, vt filiaſtra ſe proſtituat, ibidem.
An pater Adoptans, vel Arrogans ibid. & 607.
Pater illegitimus an ligetur reſeruatione, ſi conſentiat, vt filia ſpuria ſe proſtituat, 604. *in additione*. & 609. ibidem.
Pater conſentiens, vt filia ſe proſtituat, an incurrat reſeruationem, ſi conſenſus non fuerit expreſſus, ſed tacitus, vel permiſſiuus, 605. *in additione*.
Item ſi conſenſerit, vt filia ſodomiticè cognoſcatur, ibid. & 607.
Vel vt filius maſculus proſtituatur, ibid. & 607.
Vel vt Neptis ſe proſtituat, ibid.
Quid intelligatur, nomine proſtitutionis, 606. *in addit.* & 608. *in addit.*
Pater an ligetur reſeruatione ſi conſenſerit vt filia venale faciat corpus ſuum, licet proſtitutio actu non ſequatur, 606. *in add.* & 607. ibidem.
Pater an ligetur reſeruatione ſi conſenſerit, vt filia ſe proſtituat ob minas, vel timorem cadentem in conſtantem virum, 607. *in add.*
Pater an ligetur reſeruatione conſentiens in proſtitutionem filiæ coniugatæ, vel viduæ, 607. *in additione*.
Pater an ligetur reſeruatione conſentiens, vt filia turpiter tangatur ſine tamen copula, 607. *in addit.*
Quid ſi toleret, vt copulã habeat cũ ſponſo de futuro, pag. 608. ib.

Quid ſi toleret vt ſæpe rē habeat cum amaſio ſine publica proſtitutione, ibidem.
Quid ſi reſeruatus eſſet hic caſus non ſub nomine proſtitutionis, ſed fornicationis, ibid.
Pater permittens publicam proſtitutionem filiæ non in Lupanari, ſed in domo ſua an ligetur reſeruatione, pag. 609. *in additione*.
Quid ſi iam filia eſſet parata proſtitutioni an pater incidat in reſeruationem non diſſentiens, 609.
Quid ſi conſentiat Pater, vt ſubſidium recipiat in propria ægeſtate, & pro indigentiæ grauis læuamine, 609. *in additione*.
Pater conſentiens in proſtitutionem filiæ, quam pænā incurrat de iure Ciuili, & Canonico, 609. *in addit*.
Pater conſentiens in proſtitutionem filiæ, & nolens remouere occaſionem ob cauſas vtiles, & graues an ſit abſoluendus, 609. *in addit*.
Patiens in Sodomia an incurrat reſeruationem, 507. *in additione*.
Pauperies quænam excuſet à ſolutione legatorum piorum, & qualis poſſit eſſe, quæ debeat comparari cum indigentia animarum purgatorij, 382.5.
& latius ibid. *in additione*.
Pauperies duplex eſt, victus, & ſtatus ibidem, nu. ſexto.
Peccatum veniale non reſeruatur, pag. 3.2.
& *in additione*.
Peccatum quando cenſeatur occultum, 25.10.
Quando dicatur deductum ad forum contentioſum, 25.12.
Vide latius verbo Delictum.
Peccata quædam ſunt talia ex ſua natura, quædam autem tantum, quia prohibita, 41.2.
Peccata oblita in confeſſione per accidens tolluntur, 111.1.
Peccat minus, qui in patrando delicto cogitat de emendatione, pag. 147.3.
Peccata poſſe reſeruari à Superioribus Eccleſiaſticis an ſit de fide, 3. *in additione*.
Qui nam poſſint reſeruare, 4. *in additione*.
Quænam poſſint reſeruari, & quo pacto, ibidem.
Interna an poſſint reſeruari, ibid.
Venialia an poſſint reſeruari ibid.
Quænam nequeant reſeruari, ib.
Debent eſſe grauiora, & attrociora, & pauciſſima, 5. *in add*.
Peccata reſeruata S. Sedi, an ſint reſeruata in ratione peccati, vel cenſuræ, peccato adnexæ, 21. & 22. *in additione*.
Peccata omnia commiſſa ob hæreſim internam an reſeruentur Sanctæ Sedi, 22. *in additione*.
Peccatum externum quomodo poſſit eſſe hæreſis manifeſtatiuum, 22. ibidem.
Peccata an in dubio tam iuris, quam facti ſint præſumenda reſeruata, 29. *in additione*.
Quid ſi militet pro reſeruatione præſumptio fori externi, 29. ibid.
Peccatum dubium confeſſum, vt tale an ſit denuò ſubdendum clauibus, ſi appareat, vt certum, 38. *in additione*.
Peccatum reſeruatum dubium abſo-

ſolutum à ſimplici Confeſſario eſt validè abſolutum etiam ſi poſtea conſtet de ipſius certitudine, ibidem.

Peccata commiſſa extra Diœceſim, an reſeruationi Diœceſanæ ſubdantur, 293. *in additione*.

Et an ſubijciantur cenſuris in Diœceſi latis contra tale quid cõmittentes ibidem.

Peccata venialia an poſſint abſolui per ſimplicem Sacerdotem, 323. *in additione*.

Pœna alia ipſo iure lata, alia ferenda, 194.3.

Pœna pecuniaria non infligitur ante declarationem delicti, 195.6.

Secus de pœna conuentionali, pag. 196.8.

Pœna contra facientes lata, omittentes minimè afficit, 431.12.

Pœnæ ſtatutæ contra Regulares colloquentes cum Monialibus, vel contra Moniales ipſos Regulares ad colloquendum admittentes, 217. & 218. *in add.*

Pœnæ purgatorij quales ſint, & quã incomprehenſibilis eorum grauitas, 382. *in additione*.

Pœnæ an ſint extendendæ ſaltem ob maioritatem rationis, 452. *in additione*.

Pœnitens, an teneatur in confeſſione aperire, ſe alias perpetraſſe delictum illud, de quo ſe accuſat, pag. 73.2.

An poſſit Æquiuocare, 73.3.

Hortandus tamen eſt, vt perfectè pandat Confeſſario ſtatum ſuum, etiam præteritum, 73.4.5.

Pœnitens indirectè abſolutus tenetur ſe quam primum præſentare, pag. 100.3.

Vnica præſentatione poteſt duplici obligationi ſatisfacere, pag. 102.10.

Pœnitens debet procurare abſolutionem ad cautelam omnium Cenſurarum, ſi quas haberet, 111.2.

Pœnitentes accedentes ad ſuperiores pro confeſſione reſeruatorum, qua cautela vti debeant, 111.4.

Pœnitens eximitur ab onere ſe præſentandi, quando ei ſuperuenit graue incommodum, 123.8.

Pœnitens quando iudicandus ſit iuxta leges loci, in quo reperitur, pag. 135.3.

Pœnitentis auctoritas paſſiua ab Epiſcopo obtenta an ſe extendat ad Confeſſarios extra Diœceſim, pag. 136.4.

Pœnitens adſtrictus cõfiteri ſimplici Confeſſario, tutius agit ſi manifeſtet illi etiam peccata reſeruata, pag. 69.2.

Pœnitentes fugientes in fraudem Parochum proprium, & Sacerdotem ſuum an poſſint abſolui ab alio ſine proprij licentia, 60. & 61. *in additione*.

Pœnitens confitens extra Diœceſim reſeruantis an vitet reſeruationem, 288. *in addit.*

Quid ſi exeat in fraudem, ibid.

Pœnitens committens peccatum extra Diœceſim non incurrit reſeruationem, etiam ſi confiteatur in Diœceſi in qua peccatum illud eſt reſeruatum, 293. *in addit.*

Pœnitentiam pro reſeruatis impoſitam an Confeſſarius ſimplex mutare

Digitized by Google

tare poſſit, 30. 1.
Et an poſſit mutare pęnitentiam à ſuperiore iniunctam, 31. 3.
Pęnitentiæ Sacramentum aufert aliquando reſeruationem ſine effectu gratiæ, 114. 4.
S. Pęnitentiarię commiſſiones expediri poterunt etiam extra Sacramentalem Confeſſionem, ſi reſpiciant diſpenſationes votorum, impedimentorum, &c. 271. *in additione*.
Pęnitentiarij quomodo poſſint ſubdelegare facultatem abſoluendi à reſeruatis, 150. 2.
Quales eſſe debeant, 151. 4.
Debent conſtitui etiam per Dięceſim, 152. 6.
Apud Regulares non ſubdelegant, 152. 8.
Pęnitentiarij non debent à reſeruatis ſolis abſoluere, non audita integra Confeſſione, 154. 2. & 3.
Quando abſoluere poſſint à ſolis reſeruatis, 154. 2.
Pęnitentiarius abſoluens à Cenſuris excommunicatos quid attendere debeat, & quomodo ſe gerere, pag. 331. 29.
Circa ſuſpenſos, 346. 31.
Circa interdictos, 360. 36.
Circa inceſtuoſos, 373. 30. & 31.
Circa differentes ſolutionem Legati Pij, 393. 39.
Circa non dimittentes adminiſtrationem locorum piorum debito tempore, 402.
Circa conducentes, vel locantes bona locorum piorum cum fraude, 413. 18.
Circa Notarios non denunciantes legata pia, 424. 24.
Circa falſos teſtes, 440. 28.
Circa homicidas voluntarios, pag. 463. 29.
Circa cooperantes abortui, pag. 492. 33.
Circa opprimentes filios ex negligentia. 501. 17.
Circa ſodomitas, 511. 18.
Circa beſtiales, 516.
Circa blaſphemos, 536.
Circa magos, ſortilegos, &c. 562.
Circa violantes Moniales, aut tentantes, 576.
Circa percutientes parentes, 588.
Circa ſtuprum virgini inferentes, pag. 600.
Circa Patres, Matres, & Maritos in proſtitutionem vxorum, vel filiarum conſentientes, 609. *in add.*
Peregrini, & aduenæ nomine qui veniant, 59. 2.
Sumuntur dupliciter, 59. 3.
Peregrini an poſſint licitè, & validè cõfiteri in aliena Dięceſi in fraudem proprij Parochi, & Epiſcopi, pag. 60. & 61. *in additione*.
Peregrini, & forenſes, an poſſint abſolui per ſimplicem Confeſſarium alterius Dięceſis ab omnibus caſibus, & cenſuris reſeruatis in ſua, 60. & 61. *in addit.* & 281. & 296. ibidem.
Peregrini, & forenſes, an ligentur legibus, & cenſuris loci, per quẽ tranſeunt, vel ad breue tempus commorantur, 221. *in addit.*
Quanta requiratur habitatio ad hoc vt ligentur legibus ipſis, ib.
Peregrini, & Forenſes exeuntes propria Dięceſi in fraudem proprij

Digitized by Google

Parochi, vel Epiſcopi non poſſunt abſolui à Regularibus à caſibus reſeruatis in ſuo Epiſcopatu, 289. *in additione*.

An vero poſſint abſolui per Confeſſarios Seculares, 288. ibid.

Percutientes parentes, an incidant in reſeruationem, 581. *in add.*

Quid ſi percutiatur Vitricus, vel Nouerca, aut Pater adoptans, vel arrogans, ibid.

Quinam veniant nomine parentum, 582. *in additione*.

Vide latius verbo Parentum percuſſio.

Periculo ceſſante, & iuſta cauſa interueniente an poſſit Regularis ſine licentia accedere ad colloquendum cum Monialibus, 218. *in additione*.

Perſuaſio duplex eſſe poteſt ſcilicet nuda, & veſtita, 443. 4.

Præcepti finis non cadit ſub præcepto, 6. 6.

Præceptum abſolutum durat vſquequo adimpleatur, 101. 8.

Præces importunæ an inducant violentiam, & ideo an copula medijs præcibus importunis obtenta ſit ſtuprum, 592. *in add.*

Quid ſi admiſceatur timor reuerentialis, ibid.

Preces importunæ iuncto timore reuerentiali an inducant violentiã, pag. 592. *in additione*.

Prædicator Regularis miſſus ad cõcionandum Monialibus an poſſit cum illis colloqui, finita concione de materijs ſpiritualibus, vel propoſitis in ipſa concione, 218. *in addit.*

Præſentare ſe Superiori an teneatur, qui abſolutus fuit in articulo mortis à cenſuris reſeruatis non notorijs, nec deductis ad forum contentioſum, 295. *in addit.*

Præſentare ſe ſuperiori qui tenetur an ſatisfaciat comparendo coram Confeſſario priuilegiato, facultatem habente abſoluendi, 295. *in additione*.

Priuilegium quando amittatur, & an per renunciationem ipſius priuilegij acceptatam à concedente, 143. 1. 2. 3. 4.

Quid ſi non fuerit acceptata, ib.

Priuilegium aliud eſt affirmatiuum cum facultate faciendi, aliud negatiuum cum facultate omittendi, 144. 1. 2. 3.

Priuilegium abſoluendi non amittitur per non vſum, 144. 4.

Priuilegio abutens meretur ipſo priuari, ſed de facto non priuatur, pag. 147. 1. 2.

Priuilegia ſi peccata foueant eſt per accidens, 147. 4.

Priuilegiorum prætextu non abſoluens an incidat in excommunicationem latam contra abſoluentes tali prætextu, 243. 1. 2. 3. 4.

Probabilis opinio an tribuat iuriſdictionem, 248. *in additione*.

Probabilis opinio an ſufficiat pro acquiſitione Indulgentiæ, 248. *in additione*.

Promiſſionibus futuri Matrimonij, vel alijs obtinens copulam cum Virgine an incurrat reſeruationem ſtupri violenti, 593. *in add.* & 599. ibid.

Quid ſi intendat animo ſeruare fidem,

fidem, 593. *in addit.* & 599. ib.
Promulgatio legis eſt de eſſentia obligationis ipſius, 201. 1.
Vbi ſit facienda, ibid. num. 2.
Proſtitutionem conſanguineæ, vti ſororis, aut Matris permittentes fratres, filij, & coniuncti an ligentur reſeruatione, 607. *in add.*
Proſtitutio qualis reſeruetur, 606. & 608. & 609. *in additione*.
Protonotarij an ſubditi ſint Epiſcopis, & in quibus materijs, & an in criminalibus, ſi procedant tantum vt Ordinarij, non delegati à Sancta Sede; Et hæc an procedant tam de protonotarijs participantibus, quam alijs honorarijs; & tam pro deferentibus Rochettum, & habitum Protonotarialem quam pro non deferentibus, 329. *in addit.*
Publicatio legum, an ſtatim obliget in conſcientia, an vero requiratur aliquod tempus poſt publicationem ad obligandum, 203. *in additione*.
An hæc locum habeant in omnibus legibus, vel in aliquibus, ib.
Puella an præſumi poſſit decepta, ſi adſit imparitas ſtatus, 599. 33.
Pueri an, & quando ſubdantur reſeruationi caſuum, 56. *in add.*
Purgatorij cruciatus, quam terribiles ſint, 382. *in additione*.

Q

Quamprimum Concilij Tridentini ſeſſ. 13. cap. 7. quantam temporis dimenſionem capiat, & an ibi Concilium loquatur de conſilio, vel diſponat de præcepto, 175. *in additione*.
An obliget ſub mortali, vel veniali, ibid.
Quantitas rei temporalis, pro cuius iactura auertenda licet occidere furem capere tentantem, quæ & quanta ſit, 457. *in addit.*

R

Raptor Virginis conſentientis an incurrat reſeruationem ſtupri violenti, & teneatur aperire circumſtantiam in confeſſione iniuriæ illatæ, Tutoribus, vel Parentibus inuitis, 597. *in addit.*
Ratihabitio an inducat reſeruationem in materia abortus, 486. *in additione*.
Rationes adminiſtrationis locorum piorum, & adminiſtratio ipſa reddi debent intra duos menſes, pag. 397. *in addit.*
Aliter incurritur reſeruatio poſt finitum biennium ipſius adminiſtrationis, ibid.
Regulares loci mutatione Ordinarium mutant, 92. 2.
Regularibus poteſt à Synodo auferri poteſtas abſoluendi complicem, 178. 4.
Regulares Epiſcopo ſunt ſubiecti quo ad miniſtrationem Sacramenti Pęnitentiæ, 204. 1.
non tamen quo ad mulctã, 204. 2.
Regulares occulta ſuſpenſione detenti validè abſoluunt, 204. 4.
Regulares quibus in caſibus ligẽtur

ſtatu-

ſtatutis Epiſcoporum, 205. 7.
Regulares idonei reperti ad ſacramentum Confeſſionis ſine limitatione admitti debent. 207, 6.
Iterum examini non debent ſubiici ab eodem Epiſcopo, a quo ſemel approbati fuerunt. 208. 7.
Regularis poteſt aliquando ab Epiſcopo puniri, 215. 7.
Regularis ſine licentia moniales alloquens, quas pęnas incurrat, pag. 571. 20.
An incidat in eaſdem pęnas epiſtolam mittens, 572. 22.
Regulares an poſſint abſoluere violatores Clauſuræ Monialium ad malum finem, 574. 27.
Regulares an poſſint audire Confeſſiones ex vi approbationis obtentæ in alia Dięceſi, & an ſaltem quo ad ſubditos Epiſcopi approbantis, 92. *in additione*. & 289. ibid.
Regulares an virtute ſuorum priuilegiorum poſſint abſoluere à caſibus Epiſcopis reſeruatis, 240. *in additione*.
An iuxta ſua priuilegia poſſint commutare vota etiam extra Sacramentum Confeſſionis, 271. *in additione*.
Regulares an poſſint abſoluere peregrinos, & forenſes accedentes ad ſe gratia vitandi proprium Parochum, vel Epiſcopum, eo quod in ſua Dięceſi commiſerint caſum ibi reſeruatum, 289. *in additione*.
Regulares an comprehendantur ſub reſeruatione caſuum Epiſcopalium, 380. *in additione*.
Regulares an poſſint occidere fures ob defendendas res temporales, pag. 457. *in additione*, & quanti valoris debeat eſſe res amittēda vt liceat vti defenſione occiſiua, ib.
Regulares quomodo ſint admittendi, & approbandi ad Confeſſiones audiendas, 209. *in addit.*
An limitatè, vel illimitatè, pag. 210. ibid.
Regulares an poſſint accedere ad colloquendum cum Monialibus quibuſcunque tam exemptis, quam ſubditis ordinario, per quodcunque modicum tempus, vel ſpatium, vel prætextu ceſſationis legis, aut finis, aut cuiuslibet rectæ intentionis, 216. 217. 218. *in additione*.
Regulares accedentes ad collocutoria Monialium ex motiuo recto v.g. ad declarandum caſum conſcientiæ, vel ſermonem habendum de rebus ſpiritualibus an incidant in pęnas. 217. & pag. 218. *in additione*.
Regulares miſſi ad predicandum Monialibus, ſi poſt concionem miſceant cum ipſis aliquod verbum etiam ſuper materijs ipſius concionis an incidant in pęnas ſtatutas contra accedentes ad Monialium collocutoria, 218. *in additione*.
Regulares Iubilæi tempore an poſſint audire Confeſſiones Monialium quando fuerunt approbati ab Epiſcopo ſimpliciter, & pro tota ſua Dięceſi, 217. *in addit.*
Reincidentia ſubintelligi non debet in abſolutione data à cenſuris vigore

Digitized by Google

gore Iubilæi illi qui ad aliquam ſatisfactionem tenebatur ergà partem læſam, 277. *in add.*

Religioſus an poſſit, & quando occidere furem pro defenſione temporalis ſubſtantiæ, 457. *in add.*

Res per quas cauſas naſcitur per eaſdem diſſoluitur, 190. 1.

Res inter alios acta alijs præiudicare non debet, 233. 12.

Reſeruatio non extenditur de caſu ad caſum ob paritatem rationis, pag. 11. 7.

Reſeruatis quibuſdam caſibus excluduntur alij omnes, 17. 4.

Reſeruationis ignorantia an excuſet à reſeruatione ipſa, 41. & latè, 42. *in additione.*

Reſeruatum nunquam eſt crimen niſi opere compleatur, 43. 5.

Reſeruatio non eſt ſine culpa mortali, 44. 2.

Reſeruatio propriè an ſit pęna, vel tantum habeat pęnæ rationem, pag. 54. 4.

Reſeruationis ablatio extra confeſſionem pertinet tantum ad ſuperiorem, 155. 4.

Reſeruatio an tollatur per ſuperiorem ſi Confeſſio illi facta inualida fuit, 300.

Reſeruata an ex iuſta cauſa poſſint aliquando abſolui per Confeſſarium ſimplicem, 94. *in addit.*

Reſeruationes caſuum, & cenſurarum an ceſſent per mortem reſeruantis, 228. & 229. *in addit.* & pag. 288. ibid.

Reſeruati caſus Epiſcopis an poſſint abſolui ſine ipſorum Epiſcoporũ facultate per regulares virtute ſuorum priuilegiorum, 240. *in additione.*

Reſeruatio an perſeueret etiam poſt mortem reſeruantis in Diœceſi, in qua tabella reſeruatorum eſt ab homine; ſi quis inciderit in peccatũ aliquod tabellæ quando vigebat Epiſcopus, 288. *in additione.*

Reſeruatio an ceſſet ſtatim ac pęnitens egreditur territorium reſeruantis, 288. *in additione.*
Quid ſi egrediatur territorium in fraudem proprij Parochi, vel Epiſcopi, ibid.

Reſeruatio an incurratur à peccantibus extra Diœceſim, 293. *in addit.* & clarius, 423. *in addit.*

Reſeruatum an ſit delictum commiſſum antequam tabella publicetur, vel edatur reſeruatio, 294. *in additione*, & 423. *in addit.*

Reſeruationem an incurrat, qui peccat in Monaſterijs, vel alijs locis exemptis intra Diœceſim, pag. 294. *in addit.*

Reſeruatio cenſuræ an tollatur per mortem reſeruantis, 224. *in add.*

Reſeruari poſſunt cenſuræ omnes ab Epiſcopo, etiam ſi latæ fuerint ob delictum leue, 345. & pag. 352. *in addit.*

Reſeruatione an ligentur impuberes, 509. *in addit.*

Reſeruari poſſe peccata per ſuperiores Eccleſiaſticos eſt de fide, pag. 3. *in addit.*

Reſeruata poſſe abſolui à Confeſſario ſimplici validè, eſt propoſitio damnata in Concilio Tridentino, 4. *in addit.*

Reſer-

Reſeruare peccata quinam poſſint, & an etiam Parochus reſpectu inferiorum Sacerdotum, 4. *in add.*
Reſeruata Sanctæ Sedi an reſeruentur in ratione peccati, vel cenſuræ, 21. & 22. *in addit.*
Reſeruatio in dubio non præſumitur, tam in dubio iuris, quam facti, 29. *in addit.*
Reſeruatum dubium ſi abſoluatur à Confeſſario ſimplici validè abſoluitur, nec tenetur pęnitens ſe præſentare ſuperiori etiam ſi poſtea noſcat peccatum verè, & ſine dubio fuiſſe reſeruatum, 38. *in additione.*
Reſeruatio an incurratur ab ignorante, vel immemore ipſius reſeruationis vel ab inaduertente, 42. *in additione.*
Reſeruatio quando afficiat pueros, pag. 56. *in addit.*
Reſeruatio an afficiat confeſſarios alterius Diœceſis reſpectu pęnitentium ſubditorum reſeruanti, pag. 60. & 61. *in addit.*
Reſeruatio Cenſurarum an comprehendat omnes, etiam illias quæ ſunt à iure communi liberæ abſolutionis, 79. *in addit.*
Reſtitutionis obligationes, ſiue caſus in quibus non abſoluitur pęnitens, niſi executione data rei, ad quam tenetur reſeruari non debent, 200. *in addit.*
Reſtituere an teneatur qui dubius eſt an nec ne damnum dederit, pag. 275. *in add.*
Reuelator Confeſſionis eſt is, qui dicit, ſe non abſoluiſſe certam perſonam, 157. 3.
Item ille qui naturales defectus reuelat. 157. 4.
Romam qui non poteſt perſonaliter petere pro abſolutione impetranda neque tenetur ſcribere, vel mittere, 24. 7. & 26. *in add.*
Romam, qui poteſt adire, an poſſit vti alterius opera, & quando; & item quando poſſit tantum ſcribere, 24. 8.
Ruſticitas à pęna ordinaria excuſat, vbi dolus manifeſtus non apparet, 53. 1.
Ruſtici an ſubijciantur reſeruationi caſuum, 53. 2. latius *in addit.* 42.

S

Sacerdos, vide verba Confeſſarius, & verbo Pęnitentiarius.
Sacerdoti alieno in quot caſibus cōfiteri liceat, 66. 6.
Sacerdos in mortali exiſtens Eucharıſtiam more Laicorum ſumendo non tenetur ſtatim poſt communionem confiteri, 99. 4.
Sacerdos in mortali celebrans ex malitia non tenetur poſt communionem quamprimum confiteri, pag. 99. 5. & 172. 2. & 3.
Sacerdos bona fide celebrans in mortali non tenetur quamprimū confiteri, 99. 5.
Sacerdos cui ablata eſt iuriſdictio inualidè adminiſtrat Sacramentum pęnitentiæ, 178. 3.
Sacerdos celebrandi neceſſitate arctatus nō habens copiam Confeſſarij confiteatur non reſeruata ſim-

ſimplici Confeſſario, 171.3.

Sacerdos quando in die feſto cum ſola contrittione celebrare poſſit, pag. 172. 3. maximè, vt alij audiant miſſam, 172. 4.

Sacerdos ſi ex neceſſitate celebret non præmiſſa confeſſione mortalis peccati tenetur quamprimum confiteri, 173. & latius 175. *in additione*.

Sacerdos qui recordatur peccati mortalis in actu celebrationis nō tenetur quamprimum confiteri poſt miſſam, 172. 2. 3.

Sacerdos celebrans in neceſſitate nō præmiſſa Confeſſione an teneatur ad illam quamprimum, ex præcepto, vel tantum ex conſilio, pag. 174. 4. & 175. latius *in add.*

Sacerdos vſquequo differe poſſit Confeſſionem faciendam quam primum poſt celebrationem, pag. 174. 5. 6. 7.

Sacerdos qui ob carentiam Confeſſarij celebraunt præmiſſo actu contritionis ſine Confeſſione præuia *quamprimum* tenetur confiteri ex Concilio Tridentino ſeſſ. 13. cap. 7. pag. 175. *in additione*.

Quantam temporis dimenſionem capiat ly *quamprimum*, & an loquatur de Conſilio vel de præcepto, vel an obliget ſub mortali, vel ſub veniali, 175. *in add.*

Sacerdotes quouis in loco celebrent in Paſchate ſatisfaciunt præcepto Eccleſiæ, 556. 27.

Sacerdos admiſſus, & delegatus ad abſolutionem omnium caſuum reſeruatorum an poſſit ſubdelegare in caſibus particularibus, pag. 153. *in additione*.

Sacerdos ſimplex an poſſit abſoluere ab excommunicatione minori extra Sacramentum, 323. *in add.*

Sacerdos ſimplex an poſſit abſoluere à venialibus ſine approbatione ad Confeſſiones obtenta ab Epiſcopo, 323. *in additione*.

Sacerdos celebrans primam Miſſam ſine licentia, & approbatione Ordinarij an incurrat ſuſpenſionem, 339. *in additione*.

Intra quantum tempus ſit petenda hæc licentia, ibid.

Sacerdos an poſſit occidere furem pro defenſione rei temporalis; & quanti valoris eſſe debeat, vt liceat vti hac defenſione, 457. & pag. 458. *in additione*.

Sacramentum Pœnitentiæ perficitur etiam per abſolutionem indirectam, 72. 5. *in addit.*

Satisfactio parti læſæ an ſit præſtanda ſub reincidentia in cenſuram, à qua qui damnum dedit abſolutus fuit tempore Iubilæi, 277. *in additione*.

Scientiæ clauis quid ſit & quomodo neceſſaria in Sacramentorum adminiſtratione, 37. 3. & 4.

Scholares an comprehendantur ſub reſeruatione caſuum ordinarij loci, 63. 5.

Scribere, & mittere an teneatur qui legitimè impeditur ne adeat perſonaliter Sanctam Sedem ad petendam diſpenſationem, vel abſolutionem, 26. *in addit.*

Scribens literas amatorias Monialibus an incurrat reſeruationem, 571. *in additione*.

S. Scri-

S. Scripturæ verba, aut verba hæretica, aut blaſphema ioco proferens an incidat in reſeruationem, 529. *in additione*.

Semel Deo dicatum an ad vſum profanum conuerti poſſit, 413.20.

Seminatio tam ex parte viri, quam mulieris an ſit neceſſaria pro incurrenda reſeruatione inceſtus, 370. *in additione*.

Seminatio extra vas debitum an inferat reſeruationem, ſi aliqua pars ſeminis diſtillet intra vas, 371. *in additione*.

Talis ſeminatiò an pariat affinitatem, ibid.

Sigillum ſacramentale frangens niſi fuerit Sacerdos, & Confeſſarius non incurrit pęnas, 159.5.

Sigillum quotuplex ſit, & quibus ex partibus conſtet iuris Diuini, naturalis, & Eccleſiaſtici, 158.2.

Sigillo obligatur ille, à quo petitur facultas circa reſeruata, & hoc ſigillum eſt ſacramentale, pag. 160.7.

Simonia realis in ordinibus an ſit caſus reſeruatus S. Sedi tam quo ad cenſuram, quam quo ad delictum, 22. *in additione*.

Societatem aliquã ingrediens, vt abſoluatur an poſſit abſolui, 148.5.

Sodomia alia eſt propria, alia impropria, & quænam ſit reſeruata, pag. 504.1.& 505.2.3.4.5. & 508. 14.

Sodomia actiua, & paſſiua an reſeruentur, 506.9.& 10.& 510. *in additione*, & 511. 22.

Sodomia non completa an reſeruetur, 508.13.

Sodomiæ reſeruatio an comprehendat etiam impuberes, 509.16. & latius *in additione*.

Sodomia cum commꝰcto an indicat ſpecialem malitiam in confeſſione explicandam cum diſtinctione gradus, 372. *in addit.* 510. ib.

Quid ſi fuerit in primo gradu, ibidem.

Sodomita in confeſſione an teneatur explicare circumſtantiam ſexus an habuerit copulam ſodomiticã cum maſculo, vel cum fęmina, 372. *in additione*.

Sodomita in confeſſione an teneatur explicare circumſtantiam cognationis legalis, vel ſpiritualis ſi nefandè coiuerit cum cognato ſpirituali, vt cum Compatre, Patrino, vel cum cognato legali, vt adoptante, vel arrogante, 372. *in additione*.

Sodomiam reſeruatam an incurrant fęminæ ſe inuicem polluentes, 509. *in addit.*

Sodomiticè cognitus impubes à pubere incubo an incurrat reſeruationem ſodomiæ, 509. *in addit.*

Sororis proſtitutionem permittentes fratres an ligentur reſeruatione, 607. *in additione*.

Sortilegia exercentes an incurrant cenſuram aliquã ipſo facto, 563. *in additione*.

Sortilegio diuiſorio vtens cum debitis conditionibus non peccat, pag. 555.41.

Sortilegium diabolicum quale ſit, pag. 543.7.& 8.

Sortilegium quotuplex ſit, 543.8.

Sortilegium diuinatorium ſuperſti-

tioſum reſeruatur, 543.9.
Sponſi de futuro copulam habentes inter ſe ante matrimonium ratum an incidant in cenſuram, 326. *in additione*.
Quid ſi fuerint ſponſalia clandeſtina, & ſine teſtibus ibid.
Sponſus habens copulam cum ſorore ſponſæ an committat inceſtum reſeruatum quando matrimoniũ eſt ratum, 374. *in additione*.
Sponſus de futuro, vel de preſẽti cõſentiens in proſtitutionem Sponſæ, vel vxoris an ligetur reſeruatione; Vide verbo Maritus.
Statim an ſignificet aliquando intra menſem, & an recipiat congruuã interprætationem ex natura ſubiectæ materiæ, 397. *in addit.*
Statim dicitur dimiſſa redditio rationum ſi reddatur intra duos menſes, 397. *in additione*.
Statim intelligitur intra triduũ, 176. *in addit.* & 397. ibid.
Statim ſumitur duobus modis phyſicè, & moraliter, 98.2.
Statutum, & edictum differunt, 227.
Stupratus non dicitur maſculus, qui prima vice ſe commiſcet cum fęmina, 591.3.
Stuprum quotuplex ſit, & quale reſeruetur, 591.5. & 592. *in additione*, fuſius.
Stuprum quomodo differat à raptu, & quotupliciter contingere poſſit, 593.8. & 594.12. & 595.16.
Stuprum vltro ſe offerentis non reſeruatur, 596.19.
Sicuti nec ſtuprum virginis poſt preces conſentientis dummodo non graues, 596.20.
& latius, 592. *in additione*.
Stuprum commiſſum mediantibus munuſculis an ſit reſeruatum, pag. 597.21. & latius, 592. *in addit.*
Stuprum tentatum non conſummatum non reſeruatur, 597.22. & 598.26.
Stuprum non eſt reſeruatum ſi fęmina non erat virgo licet haberetur talis, 597.23.
Stuprum an ſit ſi ſolum Virgo tangatur, vel ad pollutionem prouocetur, 598.27.
Stuprum an ſit ſi Virgo cognoſcatur præpoſterè, 598.28.
Stuprum Virginis, data fide, illam ducendi an ſit reſeruatũ, 598.29. & 30. & latius *in additione*.
Stuprum violentum poſt ſponſalia commiſſum an ſit reſeruatum, pag. 599.31.
Stuprator Virginis tenetur ſatisfacere Patri illius, 600.36.
Stuprator in caſu diſparitatis tenetur ad omnia damna præſentia, & futura, 601.37.
Stuprum reſeruatum an conſtitui poſſit ex violentia interpretatiua, 592. *in additione*.
Stuprum an ſit ſi copula cum Virgine obtineatur per blanditias, 592. *in additione*.
Quid ſi per preces importunas, ib.
Quid ſi per preces, iuncto timore reuerentiali, ibidem.
Quid ſi per dona, vel ampliſſima munera, ibidem.
Quid ſi per promiſſiones matrimonij; vel alias, quas tamen non intendebat violator ſeruare, 593. ibidem.

Stuprum an ſit ſi obtinuit violator copulam per promiſſiones veras iuratas, vel non iuratas, quas intendebat ſeruare, 593. *in addit.*
Quid ſi per dolos, aut fraudes, ſiue mendacia, ibid.
Stuprum an committat, qui cognoſcit Virginem conſentientem, ſed inuitis tutoribus, vel parentibus, 597. *in addit.*
An teneatur hunc diſſenſum parentum, & Tutorum explicare in confeſſione, 597. *in addit.*
Stuprum an committat, qui cognoſcit Virginem Ebriam, vel dormientem, 599. *in addit.*
Stuprator occultus an teneatur reſarcire, vel reſtituere aliquid Virgini ob occultam violationem, ſi nullum damnũ ſenſerit, eo quod violatio ipſa fuerit, & ſit omnino occulta, 600. *in additione.*
Stuprans virginem conſentientem an teneatur aliquid illi reſtituere, aut ſoluere, 600. *in additione.*
Quid ſi obtinuerit copulam per preces importunas, dona, promiſſiones, &c. ibid.
Quid ſi parentes ſint inuiti, ibid.
Subdelegare an poſſit in caſu particulari abſolutionem alicuius reſeruati Sacerdos ille, qui fuit delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, 153. *in addit.*
Suffragium in capitulis, & alijs Conuentibus Eccleſiaſticis, vel Spiritualibus an ſit dandum manu propria, & ſub qua cenſura, 339. *in additione.*
Superfluorum nulla eſt obligatio, 425. *in addit.*
Superſtitio Diabolica omnis reſeruatur, 343. 11.
Quamuis vna tantum vice committatur, ibid. 14.
Superſtitionum quot ſint genera, pag. 545. 16. & 549. 34.
Quænam reſeruentur, 559. 46.
Superſtitiones aliquæ ſunt veniales, pag. 549. 35.
Superſtitiones, in quibus expreſsè inuocatur Demon ſunt quatuor, pag. 550. 37.
Aliæ ſunt in quibus tacitè inuocatur, 552. 39.
Superſtitiones maleficas voluntarie permittens contra ſe fieri an ligetur reſeruatione, 557. 43.
Superſtitio mentalis non reſeruatur, pag. 557. 44.
Superſtitio formalis eſſe debet, vt reſeruationi ſubiaceat, 157. 45.
Superſtitionem an committat qui curat poſitos in diſtantia loci, pag. 561. 51.
Superſtitioſa an ſit citatio animaliũ, & eorum excommunicatio, 546. *in additione.*
An idem ſit de adiuratione eorundem, ibidem.
An poſſit ſuſtineri vſus quorundam Epiſcopatuum citandi, & ſententiandi animalia agris, & vitibus noxia, 546. *in additione.*
Superſtitionib⁹, aut ſortilegijs vtens quando incurrat cenſuram S. Sedi reſeruatam, & quando afficiatur caſu Epiſcopo reſeruato, 553. & 554. *in addit.*
Superſtitiones exercentes cum errore intellectus an poſſint abſolui

Digitized by Google

ab Inquiſitoribus, vel Epiſcopis pro foro conſcientiæ, vel pœnitentiæ, tantum, 553. & 554. *in additione*.

Superſtitioſi, & vanis obſeruantijs fidem dantes quandonam mortaliter peccent, quando vero venialiter, 558. *in add.* & 561. ib.

Superſtitioſi an ſint, qui nolunt aſſidere menſæ, in qua ſint, 13. discumbentes; Qui ex occurſu animalis, vel feminæ, aut offenſione pedum in veſtibulo letum, ſiue dirum omne capiunt.

Item, qui ex ſtremitu lignorum, igne admoto, crepitantium dona ab amicis expectant.

Item, qui ex diſperſione ſalis, aut vini, leta, vel triſtia capiunt argumenta.

Item feminæ, quæ nocte D. Io. Baptiſtæ nomen mariti attendunt ex caſuali ſermone prætereuntium.

Item Ludentes, qui mutant locũ, & aleas, vt fortunæ vices varient.

De his omnibus, & peccato vtentium, 558. *in additione*.

Superſtitioſa, ſeu magica exercentes an incurrant reſeruationem, etiam ſi effectus à Demone petitus, vel expectatus non ſequatur, 560. *in additione*.

Superſtitioſi, magi, ſortilegi, etiam cum abuſu ſacramentorum, vel rerum ſacrarum an incurrant excommunicationem ipſo facto etiã ſi ſint ſine errore intellectus, 563. *in additione*.

Suſpenſio à Diuinis quid ſit, & quẽ faciat effectum, & quotuplex ſit, pag. 56.9. & 10.

Suſpenſio à iurisdictione, & à munere Confeſſarij differunt, 197.4.

Suſpenſus abſolutè intelligitur ſuſpenſus ab officio, & beneficio, pag. 197.2.

Suſpenſione à Diuinis ſeptem prohibentur, 197.6.

Suſpenſus à Diuinis fit Irregularis exercens ea, quæ pertinent ad ſacros ordines, 198.7.

Suſpenſiones à iure nemini reſeruatæ an tolli poſſint per ſimplicem Confeſſarium, 335.4. & latius, *in addit.* pag. 340. & 341.

Suſpenſiones, quæ iure Synodali Epiſcopis noſtris reſeruabantur, pag. 336.9. & 10.

Suſpenſiones, quæ iure nouo Synodali Epiſcopo Bergomenſi reſeruantur de præſenti latæ ſententiæ, 339. *in additione*,

Suſpenſiones nemini reſeruatæ quęnam ſint, 338.17.

Suſpenſiones iure communi, & Concilij Tridentini, Epiſcopo reſeruatæ quæ, 342.19. & 20.

Suſpenſio an ſit prohibitio audiendi confeſſiones, vel celebrandi, pag. 345.25. & 346.28.

Suſpenſi quinam ligentur primo caſu tabellæ reſeruatorum, 346.29. & 30.

Suſpenſus à Diuinis officijs an ſub mortali vitandus ſit, 347.32. & melius, *in addit.*

Suſpenſus à Diuinis quando incurrat irregularitatẽ, 347.33. & 34.

Suſpenſus quando abſoluitur debet iurare ſe obtemperaturum, & debet læſis ſatisfacere, 347.35 & 36.

Su-

Suſpenſio lata, & ferenda an ſupponant culpam mortalem, vel venialem, 20. *in add.* & 345. ibid.

Suſpenſiones omnes, & interdicta an ſint ſemper Epiſcopis reſeruata, nec dentur aliqua, quæ à ſimplicibus Cōfeſſarijs relaxari poſſint, 340. *in additione*.

Quænam ſint ſuſpenſiones, quæ ſemper ſunt reſeruatę, & quænam aliæ non reſeruatæ, 340. *in add.* & 341. ibidem.

Suſpenſio ferri poteſt ēt ob peccatū veniale, 20. *in addit.* & 345. ibid.

Suſpēſio omnis poteſt eſſe reſeruata etiam ſi incurratur propter peccatum veniale, 345. *in addit.*

Idem dic de interdicto, 352. ib.

Suſpenſus exercens actum à quo ſuſpenſus eſt an ſit ſub mortali vitādus à Chriſti fidelibꝰ, 347. *in add.*

Quid ſi communicantes inducāt ad exercendum actum illum à quo ſuſpenſus eſt an peccent mortaliter, ibid.

Synodales conſtitutiones an obligent ſtatim illas ſcientes, 202.3.4.5.6. & latius *in add.* pag. 203.

Synodalia decreta an expirent morte Epiſcopi, 228. *in addit.*

Synodalium cenſurarum an adſint aliquæ reſeruatæ, & aliæ non reſeruatæ, 190.2.

Sed diſtinctius pag. 78. n. 6. & 7. & clarius *in addit.* pag. 79.

T

Tempeſtates, & alia inanimata an̄ poſſint excōmunicari, 546. *in add.*

Quomodo vero poſſint adiurari ibidem.

Tentare quid ſit, 567.11. & latius *in add.* 568.

Tentantes violare Moniales licet non conſummantes quando afficiantur reſeruatione, 568. *in add.* & 569. ibidem.

Tentatio ad turpia poteſt eſſe mediata, & immediata, & in materia Monialium quænam reſeruetur, 569.12.

Terminus Iubilæi an poſſit dilatari à Confeſſario, & an poſſint abſolui cenſurę, vota, & reſeruationes, in quas pendente termino, & dilatione pænitens incidit, 232. *in additione*.

Tertiarij gaudentes priuilegijs religioſorum quinam ſint, 50.6.

Teſtamentum nullū quomodo valeat, quo ad legata pia. Vide verbo Legata.

Teſtimonium falſum deponentes etiam in fauorem, & defenſionem, an incurrant reſeruationem, 435. *in addit.*

Teſtimonium falſum ad hoc vt ſit reſeruatum, an requiratur quod deponatur coram Iudice, 430. *in additione*.

Teſtimonium falſum deponens corā Gabellario non dicitur deponere in iudicio, & ideo non ligatur reſeruatione, 429.7.

Teſtimonium falſum dicere, & peierare differunt, 431.11.

Teſtimonium falſum in iudicio nemini præiudicans an ſit reſeruatum, 432.14. & 15. & fuſius *in ad.*

Teſtimonium falſum credens depo-

nere, & re ipſa verum deponens an ligetur reſeruatione, 434.20.

Teſtis ſi deponat falſum in iudicio priuato, vt coram arbitro, vel arbitratore an incidat in reſeruationem, 431. *in addit.*

Teſtis in iudicio aſſerens, vel negans id, de quo dubitat internè an ſit periurus, & incidat in reſeruationem falſi teſtimonij, 437. *in add.*

Teſtis falſum deponens ſine iuramento an ligetur reſeruatione, 439. *in additione*.

Teſtis veritatem occultans, & reſpondens, ſe neſcire id quod ſcit an ligetur reſeruatione, 440. *in additione*.

Teſtis veritatem occultans eſt ſuſpectus, 440. *in additione*.

Teſtis falſum deponens coram Notario de mandato Iudicis teſtes aſſumente an incidat in reſeruationem, 430. *in addit.*

Quid ſi Notarius aſſumat ſine mandato Iudicis, ibid.

Timor reuerentialis iunctus precibus importunis an inducat violentiam ad conſtituendum ſtuprũ reſeruatum, 592. *in addit.*

Tormenta Rotatæ Clerici deferentes quam cenſuram incurrant, 326. *in additione*.

Tridentini facultas conceſſa Epiſcopos circa caſus occultos reſeruatos S. Sedi latè explicatur, 233. & 234. & 235. & 236. *in addit.*

Tutores legata pia ad pupilli obligationem ſpectantia non ſoluentes an incidant in reſeruationem, 289. *in additione*.

Tutoribus inuitis cognoſcens virginem conſentientem an incurrat ſtuprum reſeruatum, & teneatur hanc circumſtantiam in confeſſione aperire, 597. *in addit.*

V

Vagi, & vagabundi quinam ſint, & an ligẽtur reſeruationibus caſuũ, & cenſuris Diœceſis per quam tranſeunt, & quo pacto differant à peregrinis, 61.2.3.4. & latius *in addit.* pag. 221.

Vagi an ligentur legibus loci per quem tranſeunt, 221. *in addit.*

Vana obſeruantia vide verbo ſuperſtitio, & vana obſeruantia.

Venialia an poſſint reſeruari vide verbo Peccatum.

Venialia an poſſint abſolui per ſimplicem Sacerdotem non approbatum ad confeſſiones, 323. *in add.*

Verba duplicem ſenſum facientia quomodo ſint accipienda, 7.4.

Verba dubiæ interpretationis, an ſupponãtur hæretica, vel Catolica, 550. *in additione*.

Quid ſi proferantur ab homine ſuſpecto, ibidem,

In communi ſermone in propria ſignificatione ſunt accipiẽda, 7.6.

Verba Tabellæ explicari debent iuxta communem loquendi modum, 7.6.

Verba legis iuxta naturalem proprietatem capi debent, 10.6.

Verba intelligi debent, ita vt aliquid operentur, 85.1.

Verba, quæ abſolutioni præmittantur quid operentur, 86.7.

Ver-

Verba hæretica, vel blaſphema proferens ſi dubitet, an animo hæretico nec ne protulerit, an debeat in foro conſcientiæ haberi pro excommunicato, 29. *in add.*

Verba *ſtatim, illicò, citò, quamprimum* regulariter intelliguntur intra triduum, 175. & 176. *in add.*

Verba intelligenda ſunt in propria ſignificatione, 496. *in add.*

Verba Sacræ Scripturæ, vel blaſphema, aut hæretica proferens ioco, an incurrat reſeruationem, pag. 529. *in additione.*

Veritatis in iudicio reticentia an æquiualeat teſtimonio falſo, pag. 436. 24. & latius, 437. *in additione*, & 440. ibid.

Veſtem talarem non adhibentes in ſacrificio Miſſæ quam pœnam incurrant, 340. *in additione.*

Victus nomine quid veniat, 381. 7.

Violatio eſt duplex, 567. 10.

Violatio puellæ ſæcularis in Monaſterio Monialium an ſit reſeruata, pag. 570. 18.

Violatio Nouitiæ an ſit reſeruata, pag. 571. 19.

Violatio Monialium quando ſit aut non ſit reſeruata, & an debeat eſſe completa, vel incompleta, & quando ſufficiat attentatio eiuſdē violationis pro incurrenda reſeruatione, 568. *in add.* & 569. ib. & 571. ibid.

Violatio Monialium etiam ſi non ſequatur, dummodo expreſſè attentetur eſt reſeruata, 569. *in add.* & 571. ibid.

Violans Monialem extra Diœceſim repertam an incidat in reſeruationem, 575. *in additione.*

Violatio Virginis quando ſit reſeruata, vide verbo ſtuprum.

Quando inducat obligationem ducendi, vel dotandi, vide ib.

Violentia interpretatiua an ſtupru reſeruatum efficiat, 592. *in add.*

Violentia duplex eſt, nimirum propria, & interpretatiua, 592. 6. & *in additione.* fuſius.

Virginitas duplex eſt, virtuoſa, & naturalis, 594. 10.

Quomodo vna ab alia ſeparari poſſit, 594. 11.

Virgini an liceat occidere inuaſorē virginitatis ſuæ, etiam ſi non timeat, ſe conſenſuram in veneream delectationem, 463. *in add.*

Virginis violatio quando ſit reſeruata vide verbo ſtuprum. Quando inducat obligationem ducendi, vel dotandi, vide ibid.

Virginem conſentientem cognoſcens ad quid teneatur, 600. *in additione.*

Quid ſi parentes fuerint inuiti, pag. ibid.

Quid ſi copulam obtinuit per dona, promiſſiones, preces importunas, ibid.

Vir conſentiens in proſtitutionem vxoris quando incidat in reſeruationem, vide verbo Maritus.

Viſitationum decreta, & edicta an ceſſent, mortuo, vel amoto Epiſcopo, 229. *in additione.*

Viſitatorum ab Epiſcopo delegatorum decreta an ceſſent, finito officio dictorum viſitatorum, 229. *in additione.*

Vitricum percutientes filiaſtri an incidant

cidant in reſeruationem, 581. *in additione*.

Vtricus conſentiens in proſtitutionem filiaſtræ an incidat in reſeruationem, 604 *in additione*.

Vota, irregularitates, & iuramenta veniunt largè ſub nomine caſus, pag. 108. 5.

Voti irritatio quando fiat, 314.1.

Diſpenſatio vero, 314.2.

Quænam forma ſeruanda ſit in diſpenſatione, 314.3.

Commutatio fit duobus modis, pag. 315.1.

Voti commutatio à quo fieri poſſit in minus, 315.2.

Quęnam forma ſeruanda in commutatione voti, 315.3.

Votum ſuum quilibet propria poteſt auctoritate commutare in euidenter melius, 315.4.

Voti commutatio, & diſpenſatio an fieri poſſit extra Confeſſionem, & à quo, 315.5. 271. *in addit.*

Voti commutatio, & diſpenſatio ex cauſa transferri poteſt poſt Iubilæum, 315.6. & 262. *in addit.*

Vota an poſſint commutari extra tempus Iubilæi, ſi tunc fuerint oblita, 262. *in additione*.

Quid ſi opera præſcripta ad conſecutionem Iubilæi ſcienter omiſſa fuerint, 262. *in addit.*

Votorum commutatio an obtineri poſſit extra Sacramentum, Iubilæi tempore, 271. *in additione*.

Vota per Regulares priuilegiatos an poſſint commutari extra Sacramentum Confeſſionis, 271. *in additione*.

Vota iuxta literas S. Pęnitentiariæ an poſſint commutari, vel diſpenſari extra Sacramentum Confeſſionis, 271. *in additione*.

Votum dare ideſt ſuffragium; Vide verbo ſuffragium.

Voti diſpenſatio in Confeſſione inualida an ſubſiſtat, 301. *in add.*

Quid ſi delegatio data ad abſoluendum erat cũ Clauſula *integra Sacramentali Confeſſione audita*, pag. 301 *in add.*

Votum dubium reſeruatum Sanctæ Sedi, ſi diſpenſetur ab Epiſcopo valet, & ſubſiſtit diſpenſatio, etiã ſi poſtquam conceſſa fuit reperiatur votum verè, & ſine dubio fuiſſe Sanctæ Sedi reſeruatum, pag. 38. *in additione*.

Voti ſolemnis circumſtantia, an ſit neceſſariò exprimenda in Confeſſione pęnitentis, qui fatetur copulam habitam cum Religioſo, vel Moniali, 576. *in additione*.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google